LIBER I.

IN MAGIAM DIVINATRICEM ad Gratiani Decretum Cauſ. XXVI.

D. D. PHILIPPI III. HISPANIARVM REGIS Catholici iuſſu ſcriptus, ac totius Senatus Regij approbatione, ad Fiſcalis inſtantiam vulgatus.

CAP. I. de Diuinationis partibus, & primo de prophetia.

SVMMARIVM.

Operis inſtitutum, & numinis inuocatio, n. 1.

Diuinatio ex primo Adæ lapſu irrepſit in homines, n. 2.

Diuinationis author diabolus eſt, n. 3.

Diuinationis crimina nulla hodie frequentiora, n. 4.

Diuinationis ſcelere, non ſolū mulierculæ, ſed docti viri faluntur, n. 5.

Diuinatio omnis non eſt prohibita, n. 6.

Diuinatio ſummitur pro ipſamet prophetia, n. 7.

Diuinatio aliquādo pro ſcientia infuſa, n. 8.

Diuinatio diuina primo exorditur, n. 9.

Iuriſperiti munus in diuinarum, & humanarum cognitione verſatur, n. 10.

Theologia priori ſæculo Iuriſprudentiæ adiuncta, n. 11.

Prophetia nulla naturæ arte comparatur, num. 12.

Prophetia vnde dicatur,num.13
Prophetia duplex per sacerdotes, & per prophetas,n.14.
Prophetæ distinguebantur à sacerdotibus, num.15.
Ephoth sacerdotis applicabatur ad prophetiam,n.16.
Superhumerale sacerdotis pertinebat ad prophetiam,n.17.
Rationale sacerdotis quo dicatur,n.18.
Rationale non tantum Deus propiciabatur, sed etiam significabat quid fieri velet. num.19.
Prophetia sacerdotum ex interna, vel ex terna cum Deo locutione,n.20.
Prophetia sacerdotum apud Israelitas in pretio,n.21.
Sacerdotes prophetiæ cessatio ob legis violationem,n.22.
Thalmudici de prophetiæ cessationem reprehenduntur,n.22.
Prophetia per Vrim,& Thummim,n.23.
Sohã, & Milluim, vel lapides Onychinos, num.24.
Manifestatio,& veritas in rationele,n.25.
Vrim,significat splendorem,n.26.
Thummim significat perfectissimum,n.27.
Prophetia prophetarum per somnium, aut per visionem,n.28.
Visio cum verbo confunditur,n.29.
Visio est prophetia,qua mens spirituali oculo cerni obiectum,n.30.
Verbum prophetia est, qua Spiritus sanctus mentali quadam locutione prophetam occulta docet,n.31.
Locutio fiebat ex voce formata in aere, n. 32.
Locutio cum extasi, siuè raptu adiuncta, num.33.
Prophetiæ diffinitio ex Casiodoro explicata,num,34.
Prophetia quare dicatur inspiratio diuina, num.35.
Prophetia Sancti spiritus donum,n.36.
Inspiratio diuina diuiditur in imaginariã, & intellectualem,n.37.
Inspiratio imaginaria fit per imaginuariam repræsentationem,n.38.
Inspiratio intellectualis fit per lumen infusum intellectui,n.39.
Inspiratio diuina per Angelum,n.40.
Angelus loquitur Moysi, Zachariæ, & Ioanni,n.41.
Deus immediatè mentes illustrat,num.42.
Prophetia data hominibus, & fœminis sanctis,nu.43.
Prophetia data malis,atque improbis,num. 44.
Prophetia data Gentilibus,n.45.
Prophetia data ignaris,n.46.
Prophetia data inuitis,n.47.
Rerum à nobis procul distãtiã, quæ dicãtur, n.48.
Prophetia occultorum ratione modi cognoscendi,n.49.
Prophetia præteriti tẽporis quare dicatur, n.50.
Prophetia futuri frequentior,nu.51.
Præscientiæ euentus semper prædictioni respondet,n.52.
Prophetia comminationis, vel consilij mutabilis,n.53.
Reuelationi diuinæ non assentientes puniũtur,n.54.
Prophetia data cum intelligentia,n.55.
Prophetia datur ad Ecclesiæ vtilitatem, n. 56.
Prophetia similis est affectioni transeuntis,n.57.
Prophetia,& lex vsque ad Ioannem, num 58.
Christus non venit soluere leges,& prophetas,n.59.
Prophetia Christi aduentu non cessauit, n. 60.
Ecclesiæ Catholicæ data prophetia,n.61.
Prophetia, vt olim,sic,& hodie,n.62.
Prophetiam diabolus cõnatur immitare, n. 63.
P. Ioan. Baptista Villalpãdo authoris auunculus commendatur,n.64.

DIVI-
natio
nis, superstitionis, vanitas, aç illiciti sciẽdi curiositatis & pacti cum dæmone detestationem, damnationem, proscriptionem, prohibitionem, execrationem, atque punitionem (post Herculeos labores) aggredimur non nostris viribus, neq; ingenio confidentes, sed omnem spem ad solam referens summæ prouidentiam Trinitatis, vndè, & mũdi totius elementa processerunt, & rerum dispositio in orbe terrarum producta est. *l.* 1. *C. de vetere iure enucleand.* † Quarum quidem abusus, & nefaria consuetudo ex primis parẽtibus in hominum mentes insidiosè serpit, putantes se diuinos fieri deficiẽtes à Deo, & legis obseruatione, Sathanæq; se emancipantes, atq; credentes, dum ait Genes. cap. 3. *Eritis sicut Dij scientes bonum, & malum.* † Qui totius pestiferæ diuinationis author est, vt tradit *D. Augustin. lib.* 21. *ciuit. Dei* vnde Origen. in Iob lib. 1. *Maleficia, auguria, diuinationes, phylacteria, & incantationes, diaboli sunt seductiones; dæmonum irrisiones, idolatriæ fex; animarum infatuatio, atq; cordium scandalum.* † Quæ hodie propter hominum scelus, & corruptam naturam nulla sunt crimina frequentiora, Fran. Pegna ad Eymericum in director. Inquisitor. part. 2. commentar. 67. *Nulla est hodie frequentior disputatio, quam quæ de sortilegijs, & diuinationibus suscipitur. ob vanas, & inanium hominum superstitiones, qui vt desiderijs suis impiè satisfaciant, non verentur grauissima hæc delicta, & quæ Dei lex acriter detestatur perpetiare.* † Fallunturq; non solùm mulierculæ, sed docti, quandoque, & graues viri sub naturali, diuino, aut artificiali velamine, dæmonum meras illusiones credentes: alij omnia condemnant, inter lepram, & lepram nescientes distinguere, triticum cum zizania erradicantes, contra Domini præceptum *Matthæi capit.* 13. † Nam quædam sunt à Deo Angelis suis reuelata, quia illa hominibus præuia fecerunt, alia ipsis hominibus interna suggestione ostensa, alia per causas naturales manifestata, quia vt ait Apost. ad Roman. capit. 1. *Inuisibilia ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur.*

¶ Vnde licet regulariter diuinatio in malam partem summatur, vt tradit *Diuus Thomas secunda secundæ, quæst. 95. articul.* 1. Aliquando pro ipsa met inspiratione, ac diuina prophetia accipitur, *capit. omnes. 38. distinctio. cap. cos. 1. quæstio. 1. cap. prædicatur. 16. quæstio. 1.* † Aliquando pro scientia infusa, & naturali, Prouerbior. cap. 16. *Diuinatio in labijs regis, in iudicio non errauit os eius.* Quare diuinatio diuiditur in *Diuinam*, & *Naturalem*, & *Dæmoniacam*, secundum *Franciscum Picum lib.* 1. *prænotionis.* † De quibus omnibus disputationem suscipiens, à diuina erit exordiendum, tum vt excellentiore, tum vt ad damnatam pervenientes eius cognitio facilius ignoteſcat, quia contrariorum eadem est disciplina. *l. Pomponius. §. sed & his, Digestis de procurat. l.* 1. *Digestis de his qui sunt sui, pnincipio Instit. eod. tit.* † Iurisperiti enim munus non solum in iudicando, & consulẽdo consistit, vt tenet *Cicer. in orat. pro Muren.* sed diuinarum, & humanarum omnium cognitione. *l. Iustitia. §. Iurisprudentia, Digestis de iustitia, & iure.* † Ex quo priori seculo Theologiam Iurisprudentiæ iunctam fuisse testãtur nõ poetæ modo, sed *Petrus Vasconcel. ni*

harmonia rub. p. 1. cap. 1 n. 4. quia minus perfecta esset Iurisprudentia si mores corrigeret, diuina autẽ non doceret, vt traddit *Clar. Syluius lib. 1. de legibic. 1.*

12 ¶ Diuina autem diuinatio dicitur *prophetia*, quæ nulla naturæ, aut artis causa comparatur, sed solum ex diuina Dei inspiratione infunditur *D. Paul. ad Roman. cap. 2. & Corinth. 1. cap. 12.* non solum de futuris, vt quæ de Christi aduentu, & peccatorum punitionẽ prædixerunt *Isaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, & alij prophetæ.* Sed de præsentibus, & præteritis, nam eo Samaritana Christum prophetam agnouit, Diuus Ioan. cap. 4. *vt video propheta es tu.*

13 † Frequentior tamen prophetia ex futuris dicitur *Damascen. libr. 2. de fide orthodoxa cap. 4.* nam vocatur à voce Greca προφημι, *prophemi*, quæ præfare, prædicere, & vaticinari significat, vt docet *D. Isidor. lib. 7. Ethymol. cap. 8.* † Et in hoc sensu prophetiæ vox

14 duplex est alia per sacerdotes, Numer. cap. 27. *Eleazar sacerdos consulat Dominũ*, alia per prophetas iuxta illud Ioelis cap. 2. *Effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri.*

15 † Nam licet prophetæ plerique ijdem fuissent, quod sacerdotes, quo ad hoc manus tamen distinguebantur, vt colligitur ex illo Reg. 1. cap. 28. *Consulerat Dominum, & non responderat ei, neque per sacerdotes, neque per prophetas.*

¶ Prophetia autem per sacerdotes

16 fiebat per applicationem Ephod Reg. 1. cap. 13. *Applica Ephod.* & hoc duplex, vnum linteum minoribus concessum ordinibus, vt de puero Samuele legitur Reg. 1. c. 2. *per accinctus Ephod lineo.*

17 † Alter sacerdotale, quod superhumerale, & pectorale dicebatur *Exod. cap. 28.* eo quod ex humeris aureis cathenullis appensum foret, triplici colore, & gemmarum XII. varietate ornatissimum, vt traddit auunculus meus omnigena eruditione cõspicuus *P. Ioan. Baptista Villalpando in Regio Codice tom. 2. de extrema visione Ezech. lib. 2. cap. 40.* † Quod alias dicebatur *Rationale*, quia more animantis ratione predicti ratiocinabatur, & hac ipsa de causa *Iudicij* elogio addito illũ cohonestabant vocantes *Rationale iudicij*, nec non etiam *Iudicium filiorum Israel*, vt animaduertit *Alfon. Tostatus in Exod. d. cap. 28.* † Nam sacerdos rationale in- 19
dutus proponebat Deo hominum dubia, desideria, & negotia: & per *Rationalem*, non tantum Deus propiciabatur, sed etiam significabat hominibus quid fieri velle, vel quid rei successus futurus esset, vt traddit *Ribera lib. 3. de Templ. cap. 12.* † Non quod lapidum splendore tãtum Oraculum illud funderetur, vt putat *Suidas*, contemptus, & derisus à *D. Augustin. in Exod. q. 117.* † Sed interna, vel externa quadam cũ Deo locutione, vt de interna non pauca sunt exempla *Reg. 1. cap. 28. Reg. 2. cap. 5. & aliud.* De externa Exod. cap. 33. *loquebaturq; cum Moyse cernentibus vniuersis.* † Quod apud Israelitas ob eius miram certitudinẽ, valdè in præ- 21
tio fuit, & frequentissimum, vt docet *Iosephus*, illius sæculi peritissimus, *libr. 3 antiq. cap. 9.* Et postea ob legis violationem cessasse affirmat *Philo Iudæus.* † Licet diu ante Iosephum, & iam in- 22
de à captiuitate Babylonica finem impositum contendant *Thalmudici, & Iarrhius, & Elias*, quibus omnibus, & sexcentis alijs Rabbinis recentioribus (qui totius antiquitatis sunt imperitissimi) Iosephi authoritatem præfero.

¶ Hoc Oraculum Hebræi dicunt 23
factum per *Vrim*, & *Thummim*, in Hebræo quidem fonte, vt legitur *Exod. d. cap. 28. Leuit. 8.* de quorum significatione ambigue loquitur *Diuus Aug. vbi supra. d q. 117.* Et quid esse potuerit

professus

professus est se nescire, *D. Greg. in Pastoral. p. 2. cap. 1.* † Rupertus affirmat ipsorum lapidum fuisse nomina, quæ aliàs vocantur *Soham*, & *Milluim*, lapides candorum, & plenitudinum, vel lapides *Onychinos*, vt habetur *Exod. c. 25.* † Dumtaxat fieri potuisset, vt hæ verba rationali insererentur testatur *Radulph. in Leuit. lib. 6.* nec aliud significari, quam *manifestatio, & veritas*, affirmat *Tostat. vbi supra* solus *Hugo*, & *Victoria*, & ex Patribus *Philo*, videntur hoc certo censuisse. † Nam cum lapidum fulgor adeò micans esset, vt nulla alia voce apud Hæbreos (qui superlatiuis caruerunt) manifestari posset, dixerunt *Vrim*, quod ipsum *splendorem* significat. † Et quia de genere suo perfectissimi, appellarunt *Thummim*, per methonymiam, concretum pro abstracto vsurpantes, quæ ideò Vulgata nostra (ex quadam breui anacephaleosi) *doctrinam*, & *veritatem* interpretatur, *Exod. d. cap. 28. Deuter. 33. Leuit. cap. 8. Esdr. 7.*

¶ Prophetia per prophetas cõcipiebatur, aut per *somnium*, aut per *visionem*, vt tenet *Pradus apud auunculum meum vbi supra tom. 1 part. 1 lib. 1 sect. 1.* & probatur Numer. cap. 13. *si quis fuerit inter vos propheta in visione apparebo ei, aut per somnium loquar ad eum.* † Quare vt de somnijs suo loco remittamus; de *visione* sciendum est, eam non raro cum *verbo* confundere Græci Patres, & septuaginta Interpretes, qui sacram scripturam Græco sunt Interpretati, vt & ipsa scriptura *visionem* dicit auditam, *Isai. cap. 2. & 3.* Verbum vero *visum*, vel ostensum *Amòs*, & *Abdias* vterq; *cap. 1.* † Differũt tamẽ, quod *visio*, est prophetia, qua mens spirituali oculo cernit obiectum propheticum ipsi cœlesti lumini representatum: ex quo Hebræi dicunt prophetas ראה *Roh, videntes, contemplatores*, Ecclesiast. cap. 49. *spiritu magno videt vltima.* Reg. 1. cap. 9. *venite, & eamus ad videndum.* † Verbum autem, quem Diuus Cyprianꝰ dixit λογ& *logos*, prophetia est, qua Spiritus sanctus mentali quadam locutione prophetam occulta docet, vt apud D. Isai. cap. 8. *summe tibi librum*, & cap. 38. *vade die Ezechiæ.* † Et locutio ista fiebat, vel voce formata in aere, & audita, vt Abrahamo ne filium necaret *Genes. cap. 22.* vel verbis in ore prophetæ positis, vt Balaamo *Num. cap. 22.* † Quandoq; iungitur cum extasi, siue raptu, per eleuationem, siue abstractionem spiritus à terrenis, & sensuum corporeorum functione Ezechiel. cap. 11. *Adduxit me Dominus in spiritu.* Reg. 4. cap. 3. *eleuauit me spiritus.*

¶ Prophetiæ autem definitio non vna traditur à doctoribus quorum omnes consentiunt in ea, quam refert Casiodorus in præfat. ad Psalm. cap. 1. relatus à Mart. del Rio lib. 2. Magic. *Prophetia est diuina inspiratio rerum à nobis procul distantium euenta, immobili veritate, & maxima cum certitudine, prænoscens, atque denuntians.* † Primo enim ponitur *diuina*, vt excludat *Rogerum*, & *Bacconem*, qui prophetiam astrorum influentijs tribuunt; *Aristotelem*, & *Platonicos*, qui corporis humoribus referunt; *Auicenam*, & *Algazelem*, qui naturali industriæ, studioque adscribunt. † Nam prophetia Sancti spiritus donum est, vt docet diuinus Claruiger Divus Petrus Canonic. 2. cap. 1. *Non enim voluntate humana alata est prophetia, sed Spiritu sancto inspirante, cui* assentit Divus Palus ad Roman. cap. 2. & Corinth. 1. cap. 12. † Et additur *Inspiratio* lata voce, pro quouis influxu instinctu, illuminatione; quam Theologi diuidunt in imaginariam, & intellectualem, *Suarez in Diuum Thomam part. 3. q. 30. art. 1. disp. 9. sect. 2.*

38 *Fran. Pic⁹ lib. 2. prænot. c. 3. & fin.* † Imaginariam dicunt, siue sensibilem, non quia non pertingat ad intellectum, sed quia primario fit per sensibilem, siue imaginariam repræsentationem, ex qua mẽtis cõceptio nascitur, vt ex olla accensa quam vidit Hieremias, ciuitatis excidium *D. Hierem. cap.* 1. † Intellectualem appellant eam, quæ non ducit originem à sensu, vel imaginatione, sed oritur immediatè per lumẽ infusum intellectui, vel per species intellectuales de nouo inditas, vel existentes, sed diuina virtute ad naturalẽ aliquam mentis conceptionem formandam applicatas, vt de Moyse, & Paulo traddit *D. Thom. p. 1. q. 12. art. 11. & 2. 2. q. 175. art. 3.*

40 ¶ Solet Deus hanc virtutem mediatore Angelo hominibus inspirare in assumpto scilicet corpore, vel apparitione tantum spirituali, vt docet *D. Aguſt. lib. 3. de Trinit. Damascen lib. 2. de*

41 *fide Orthodox.* † Sic Moysi *in manu mediatoris*, data lex *Actæ Apost. cap. 7.* sic & Zachariæ Angelus Domini loquebatur *Zachar. cap. 1.* & D. Ioanni passim

42 in *Apocalyps. cap. 1. & 2.* † Sed ex eo negandum non est posse Deum, si vellit, ipsum immediate hominis mẽtes illustrare, vt censuere *D. Hieron. in Ezechiel. cap. 2. & Isai. 6. D. Greg. lib. 18. Moral. Turrecrem. in proloq. reuelat. S.*

43 *Brigid.* † Quod quidem donum Deus aliquando confert hominibus tam viris, quam fœminis maximè probis, & sanctis, vt Eliæ, Isaiæ, Deboræ, Oldæ, & quam plurimis alijs, quorum laus

44 est in sacris libris. † Interdum etiam malis atque improbis, vt Balaamo *Numer. cap. 22.* Sauli *Reg. 1. cap. 10.*

45 Caiphæ *D. Ioan. cap. 11.* † Nec non & Gentilibus, vt *Sibylis*, quorum nomen non est improbabile, deductum ex Hæbreo קבל *Kibel*, Ester cap. 4. *recepit acceptauit*: vnde *Kabala* doctrinã significat cœlitus traditione acceptã, vt traddit *Perera lib. 1. aduersus falaces art. cap. 7.* † Item ignaris, qui se minime norunt à Deo illuminari, *vt prædicto Caiphæ, & alijs.* Sed tũ improprie prophetiam vocari censuit *D. Augustin. super Genes. lib. 12.* † Aliquando inuitis, vt Sauli *Reg. 1. cap. 11.* iuxta quorundam interpretationem: sed sæpius sponte spiritum Dei accipiunt, vt docet *Genitricis meæ frater vbi sup. d. tom. 2. lib. 1. c. 5.* 46 47

¶ Dicitur præterea *rerum à nobis procul distantium*, vt omnia comprehẽdat, quæ natura sua lege ab humana distãt cognitione: tum *ratione nostri*, vt abstrusiora Dei consilia, mysteria fidei, &c. † Tum *ratione modi cognoscẽdi*, veluti cum Helizeus resciuit, quæ cum Neamo Iesi pactus fuerat *Reg. 4. cap. 5.* & Diuus Petrus, quod inter Annaniam, & Saphiram conuenerat *Acta Apostolorum cap. 5.* † Tunc *tatione temporis*, vel quia memoria obliuio eraserat, vt quæ de mundi creatione, & propagatione Moyses scripserat in *Penthateucon.* Ex quibus omnibus Samaritana Christum prophetam agnouit, Divus Ioannis cap. quarto, *vt video Propheta es tu.* † Tunc *ratione rei*, vt ex futuro nõ dum cognita, quæ soli Deo reservantur, *Diuus Isai. cap. 41. & 46. Daniel cap. 2. Apostol. Corinth. 1. cap. 14. Actæ cap. 1.* in quo sensu Prophetiæ vox frequentior est, *Diuus Gregor. ad Ezech. in præfat. Damascen. lib. 2. de fid. cap. 4. Chysost. in Ioan. homil. 8.* 48 49 50 51

¶ Item dicitur *immobile veritate*, vt intelligatur de Prophetia absoluta, quæ vocatur *præscientia*, cuius effectus semper prædictioni respõdet, quia rem contemplat pro vt in ipso met Deo existit, qui solus immutabilis est Exod.... *Ego Deus, & non mutor.* † Secus 53 aũt in prophetia *cõminationis, vel cõsilij*: nam quatenus hæc à causis secundis

52

dependet,

dependet, quæ sunt mutabiles, cõditionata est, vt apparet in illis *Ionæ c. 2. Reg. 4. cap 20. Isai. c 38. Hier. 16. Ezech. 18.* secundum *D Greg. lib. 16 Moral cap. 2.*
54 *& 6.* † Ponitur similiter, *maxima cum certitudine*, nã quibus diuina fit reuelatio, solẽt à Deo sic mente illustrari, & voluntate affici; & de fide, ac veritate reuelationis certiores reddi, vt aperte cognoscant Deum esse reuelationis, siue visionis authorem, vt docẽt *D. August. lib 6. Confes & D. Greg. libr.*
55 *4. Dialogor c. 4.* † Et ita reuelationi diuinæ nõ assentientes puniuntur, vt Zacharias, cui Angelus linguæ vsũ ademit. *D Luc. cap. 1.* Et illæ qui inobediẽtia discerptus fuit à leone *Reg. 3. cap.*
56 *20.* † Et tandem additur *Prænoscens*, vt quæ profantur sciant se cognoscere, iuxta illud Daniel. cap. 10. *Reuelatum est Danieli verbum verum, intellexitque sermonem.*
57 † Et similiter, *atq; denuntians*, nam prophetia datur ad Ecclesiæ vtilitatem Apost. Corinth. 1. cap. 14. *Qui prophetat loquitur ad ædificationẽ*, vt quæ Deo inspirante sancti cognouerunt ca cæteris annũcient, *Cardinal. Turrecrem.*
58 *in præfat. S. Brigid.* † Quia eius impræsio subitaria est similis affectioni transeuntis, ac facile recedentis, vt lumen lucenti in caliginoso *D. Petr. d. Canon. 2. cap* 1. quæ sæpè illos diserit, vt docẽt *Suarez, & Picus vbi sup.*

59 ¶ Et quia legitur Matth. cap. 11. *Omnes prophetæ, & lex vsque ad Ioannẽ*, dubitari solet an post Christi mortẽ hoc donum Ecclesiæ remanserit; & pars affirmatiua inualuit, quia non agit de prophetiæ perduratione, sed de implemento eorum, quæ ex lege, & Prophetis dictæ fuerãt vsq; ad Ioannẽ
60 vt docet ibi *D. Hieron.* † Et ad hoc iuuat quod ipse Dñs fateatur apud eundem Matth. cap. 5. *non veni soluere legem, & prophetas.* Nam hæc fuit phrasis communis Euangelistarum scilicet legẽ, & prophetas appellare pro eis, quæ ab illis dicta fuerant, idem Matth. cap. 7. *Hoc enim lex, & Prophetæ*, & cap. 22. *vniuersa lex, & Prophetæ.* † Nam 61
etiam post Christi mortem prophetia in Ecclesia Catholica continuata fuit in Simeone, Anna, Isabela, & Ioanne, *D. Luc. cap. 1. & 2.* & post eos in Agabo *Acta Apostol cap. 11.* & filiabus Philippi *Marul. lib. 4, cap. 14.* Itẽ in Apocalypsi Ioannis, quod Græcè reuelatio dicitur, quæ ab in eunte Ecclesia frequẽs fuit in electis *Apostol. Corinth. 1 cap. 14.* † Vt sic interim taceã 62
S. Brigidam, S. Catherinam Senẽsem, S. Getrudem, S. Melchiadẽ, & nostro sæculo B. Theresiam de Iesus illustriũ Anachoretarum fundatricem, quæ iã diu in cœla rapiuntur fœlices; nam hoc prophetiæ donum Ecclesiæ semper fuit continuatum, ita vt olim, sic & hodie *D. Paul. Corinth. 1. cap. 12. & ad Ephes cap. 4.* † Sed quia diabolus di- 63
uinæ gloriæ cupidus hanc persæpè conatur immitare dando petentibus responsa, vel ex antris, vel ex statuis, vel ex hominibus, ad diuinæ prophetiæ imitationem, vide *Auuculũ meum Ioannẽ Baptist. Villalpãdo in Regio Codice* (sic dicto, vel quod D. Philippi II. potentissimi Regis nostri iussu, & sumptibus excusserit, vel Regis Regum opus illustrat) *tom. 1. part. 1. in Ezech. ex cap. 2. & part. 2. ex cap. 27. & tom. 2. de extrema visione Ezech. lib. 1. ex cap. 2. & lib 3. ex cap. 10. & tom. 3. de vrbe ac temp. lib. 3. cap. 29.*

CAP. II. de Diuinatione naturali.

SVMMARIVM.

Naturalis diuinatio permissa, quia naturam præscrutatur. n. 1.
Naturalia signa quærere licitum est. n. 2.
Naturalis diuinatio circa prudentes. n. 3.
Naturalis diuinatio circa rusticos. n. 4.
Naturalis diuinatio ex Deo pendet. n. 5.
Deus quomodo sit in mundo. n. 6.
Diuinatio naturalis prima ex auibus. n. 7.
Aues præsentiunt aeris motus. n. 8.
Animalium præsagij causa. n. 8.
Instinctus naturalis quo bruta operantur. num. 9.
Brutis rationem in esse reprehenditur. nu. 10.
Instinctus naturalis rationem, & prudentiam videtur immitare, n. 11.
Animalia multa ad salutem corporũ inuenerunt, nu. 12.
Auium sagacitatis multa remisiuè. n. 13.
Charadri auis historia reprehenditur. nu. 14.
Animalium sagacitatis plura remisiuè, nu. 15.
Canones prænotionum vnde emanarunt, nu. 16.
Aeliani locus correctus, n. 17.
Aues ad inuicem confabulari, error. n. 18.
Voces auium intelligere qui gloriabantur. nu. 19.
Diuinatio ex inanimantibus, n. 20.
Rosæ sub autumno pululantes pestis annuntia. n. 21.
Pappi populnei volitãtes per aerem tempestatem indicant, n. 22.
Terræmotus, maris tumor, fluuiorum insolitæ aluuiones pestis annuntia, n. 23.
Terræmotus causa naturalis, n. 24.
Terræmotus quo pacto habitatores inficit, nu. 25.
Vapor terreus lætalis, nu. 26.
Romæ hiatus in quo Marc. Curius se deiecit, n. 27.
Terræ mulæ sunt mortiferæ, n. 28.
Eclypses Solis, & Lunæ naturales quid portendant, n. 29.
Ratio influxus astrorum ad hæc inferiora, n. 30.
Impressiones meteologicæ remisiuè, n. 31.
Naturales præsentiones vltra naturales causas non debemus obseruare, n. 32.
Occisi sanguis ad conspectum occissoris ebullijt, n. 33.
Sanguinis ebullitionis huiusmodi varia causa, num. 34.
Naturaliter sanguis occisi coram occissore ebullit, n. 35.
Lucretius laudatus, n. 36.

DIVINATIO naturalis, ex ipsius met naturæ abditis sũmitur, & sic permissa, quia licitũ est signa naturalia quærere *D. Thom. 2. 2. q. 95. artic. 7. Azor. tom. 1. inst. moral. lib. 9. c. 15. Leonard. lib. 2. de iustit. cap. 43. dubitat. 7. numer. 45.* † Quia vt prudentibus dedit Deus ad pluuiæ, & tempestatis causas, cognoscere Tetragonos, Diametros, & congressus solis, & lunę, & aliorum errantium, & fixorũ syderum pluuiarum, & aeris mutationis effectores. † Minus sapientibus dedit signa in circunferentijs solis, & lunæ: Pastoribus in cõcussione vellerum ouium; agricolis in concussione auriũ animaliũ, præsertim iumentorũ ad quas culices humiditatem sentientes fugiunt: nautis in maris tumore: mulieribꝰ in gallinarum speculationem. † Et causas naturales inuestigantibus, ex Alcionis ouorum in cubatione, maris serenitatem, quia non nisi tranquilo mare incubat *Aristot. libr. 1. hist. animal. cap. 8. & lib. 9. c. 14. Frã. Picus libr. 1. prænot. Vvipina lib. de signis.* † Nã quando Deus hanc vniuersitatem creauit eadẽ potentia,

tentia, & virtute qua fecit omnia, facultatem etiã singulis propria dedit, qua pervenire possent ad finem rerum vniuersitati debitum; Sapient. cap. 1. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc, quod continet omnia scientiam habet vocis.* † Non quod Deus sit in mũdo, vt anima mundi, sicut *Iamblicus Apuleius*, & alij sunt arbitrati, sed vt omniũ opifex, & moderator *D. Aug. lib. 4. ciuit. Dei. c. 31. & lib. 7. c. 6. D. Tho. p. 1. q. 2.* Vt sic Vergilius (quem Christianum sine Christo appellat D. Hier. ad Paulin.) lib. 6. Aeneid.

6 *Spiritus intus alit, totam infusam per artus*
Mens agitat mollem, & magno se corpore miscet.

7 ¶ Et hæc diuinatio primo petitur ex auium motibus, nam cum hæc in aeris regione degant, & plurimum habeant aeris naturæ proprius cœlestium influxus, qui per aerem ad inferiora descendi, prænoscunt, vt docet 8 *Clar. Sylu. lib. 1. de legib. c. 10.* † Vnde eleganter Vergilius, qui simul diuina, & humana percurrit libro 1. Georgicorum.

Verum vbi tempestas, & cœli motibus humor
Mutabere vias, et Iupiter humidus austris
Densat, eratq; rara modo, & quæ densa relaxat,
Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat.
Concipiunt: hinc illi auium concentus in agris,
Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui.

8 ¶ Nam & si animalia præsagij sui sint ignara, impetum tamẽ naturalem sentiunt (mouente phantasia) ad petendũ, quæ cõmoda, & fugiendum, quæ noxa sint futura, quia vt ait D. Hierem. cap. 8. *Miluus in cœlo cognouit tempus suum, turtur, & hirundo, & cyconia custodierunt tempus aduentus sui.* † Nam quid 9 contemptius musculo, aut paserculo, tamen domos ille ruituras, hi aeris contagionem fuga præuenjunt, vt docet *Cicer. lib. 1. diuinat.* ex instinctu huiusmodi naturali, quod quasi à Deo Vergil. Georgicor. 4.

Igneus est olis vigor, & cœlestis origo.

¶ Quod quia multi non ita intelle- 10
xerunt in maximum lapsi sunt errorem, & secum alios atullerunt putãtes brutis rationem in esse, vt defendit *Plutarch. lib. quod brutis ratio insit, Galenus in Isagogic. Plin. lib. 10. c. 41. Porphyr. lib. 3. de sacrific.* † Quod falsum, & erro- 11
neum est; nisi rationem intelligas, de illis, quæ solerter fiũt ab eis, quæ rationem, & prudẽtiam videntur immitare, vt docent, non solùm Catholici *Albert. Mag. lib. 3. de Anim. & eius discipulus D. Thom. 1. 2. q. 13. art. 3. conciuis meus Cardinal. D. Fran. Toledo lib. 3. de Anim. q. 7.* Sed etiam Gentiles *Aristoteles lib. 7. historiæ animal. cap. 1. cũ alijs ab Andr. Liuauio lib. de contemplat. intellect. cap. 2.* † Quemadmodum multa habemus à 12
brutis ad salutem comperta, quæ hãc prudentiã videntur immitare, vt *Dyctamũ* herbã ex cervo percuso ad sagittas expellendas, qua ipse pellit *Plin. lib. 8. c. 27.* ex hirundine *Chelidoniam* herbã ad oculorum maculas luẽdas, qua ipsa cœcos oculat pullos *Plin. lib. 25. c. 3.* ex testudine *Bubulam* herbã contra serpentum veneno, qua ipsa læsa purgatur *Plin. d. c. 27.* † Similia de cyconijs, 13
delphine, mergis, & alijs quibus pluuiæ tempestates; instãtes indicantur, vt traddit *Arist. lib. 9. cap. 31. & 32.* vt de credula matutinis instans vocibus.

Fuscaq; nonunquam cursans per littora cornix.

¶ De charadrio auicula nescio quid 14
commentum adducat *AElian. in hist. animal. li. 17. c. 12.* quod si icteritiũ fixis oculis intueatur salutis, & vitæ esse

inditium, quod si visum auertat indicat ægrotum moriturum, & astipulatur *Alber. Mag. lib. 23. lit. C.* † Plura alia adducunt de equis *Plin. lib. 8. c. 34.* de elephãte *Lipsius cent. 1. epist. 50.* de leone, vulpe, capra, & alijs *Arist. Plinius, AElian. vbi sup. Alex. ab Alex. lib. 1. Genial. cap. 3.* † Ex quibus omnibus emanarum *Canones prænotionũ*, quibus vtũtur Nautæ, Pastores, & Agricolæ, vt apparet ex opere *Antonij Mizaldi*, quod inscribitur *Ephemerides rusticorum.* † Dum tamen apud AElianum illud παλὺν τουσυνιεὶ, non vertas *loquentes intellexit*, vt interpres, sed *vocãtes intellexit*, scilicet audito Græco nomine, quod ille educator mansuetarius indiderat. † Nam temisces alio Ethnicorũ errori, nempè quod aues ad inuicem confabularentur, de quo *Cic. in Aratro*, quod adeò apud veteres crebuit, vt se voces bestiarum, concẽtus, & murmurationes auium intelligere gloriarentur *Thyresias, & Melãpus.* † De Apolonio Thyanæo multa huiusmodi refert *Porphyr. lib. 3.* περὶ ἀποχῆς, de alijs *Franciscus Picus libr. 3. Prænot. cap. 3.* nam vt ait Vergil. in Cathalect.

Garrula quid totis resonas mihi noctibus aureis
Nescio quem dicis nunc meminisse mei.

¶ Ex *Inanimantibus* sumitur etiam diuinatio naturalis, vt ex florum pululãtia verem aduentãtem, Cantic. cap. 2. *Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit.* † Rosæ aut violæ sub autumno iterum pululantes, pestis annuntia sunt, ex naturæ contraria temperie, *Plin. lib. 13. cap. 26.* † Lanugines, & pappi populnei volitantes per aerẽ, tempestatem prænuntiant, vt traddit *Conrad. Kvipina libr. 1. de sign.* Lantiscus terræ cultus, & officia coloni.

Lantiscus triplici solita grandescere fœtu,
Ter fruges fundes, tria tempora monstrat arandi.

¶ Terremotus, maris tumor, fluuiorum insolitæ aluuiones pestis annuntia sunt, testibus *Amniano, & Procopio*, quorum exempla non pauca refert *Simon Maiol. Episcopus Vulturarien. lib. de admirand. natur. coloq. 1. 10. & 11.* † Nã terremotus cũ fiat ab exalatione infra terram detenta, quæ exitum quærens terrã impellit, vnde tumor, ac tremor contingit, vt docet *Conciuis meus Seneca in Natural. qq. lib. 6. cap. 12.* † In aurã erupta vicinũ inficit aer ex mala constellatione, quam ex opaca terra traduxit, qua animantia tabo cõsummit, ac necat omne ad quod exalatio, seu vapor attingit, vt de hiatibus terræ (quæ solent terremotibus succedere) traddit *Dion. Xyphilin. in Traian.* † Nam vt ait Seneca vbi sup. lib. 6. cap. 28. *In pluribus Italiæ locis per quadam foramina pestilens exalatur vapor, quem nõ hominẽ ducere, non fera, tutum est; aues quoq; si in illũ incidunt antequam cœlo meliore læniãtur, in ipso volatu cadunt.* † Cuius similis fuit terræ hiatus, quæ Romæ in medio fori apparuit, ex quo tanta lues populo Romano fuit contracta, vt respondente Oraculo, non cessaturum malũ, nisi res prętiosa quædam intus eijcerentur, Marcus Curius phalerato equo insiliẽs pro salute publica se in hiatu præcipitauit, vt narrant *Tit. Liuius lib. 7. decad. 1. D. August. lib. 5. ciuit. Dei. cap. 18. Ossor. lib. 3. cap. 5.* † Nam cũ terra multa habeat mortifera, vt sunt tot venena, quæ in ea nascuntur, non erit quoq; difficile, has etiam exalationes gignere, quæ tabem adferant. Ita enim Seneca lib. 3. cap. 21. *In quosdam specus, qui despexerint moriuntur.* Vergil. Mar. AEneid. 6.

Quam super haut illæ poterant impunè volantes
Tẽdere iterpennis, talis se se halitꝰ atris
Faucibus

Faucibus effundens, ſupera ad conuexa ferebat.

29 ¶ Eclypſes Solis, aut Lunæ naturales (quorum alter fit quãdo circa nos atq; Solẽ, Lunarę corpus, quod opacum eſt, interponitur: alter ex antipoſitione terræ inter Solem, & Lunam) prænunciant bella, fames, & alia naturæ incommoda, *Ariſtot. lib. 1. Meteor.*

30 † Quia luce vitiata ad vicinum aerem adfert nocumentũ, & eius partes contiguæ ex eo contaminatæ ad nos vſq; peruenit; Et idem dicendum de præſagio naturali cæterorum corporum cœleſtium, vt doctè animaduertit *Petrus Ciruelo Dorocenſ. lib. 1. & 2. de Aſtrolog. Chriſt.* † De impreſionibus meteorologicis, quæ per reflexionem lucis circa vapores, ac exalationes fiunt, quia ſuo loco differendum eſt, hic prętermiſimus ne de vna re duplex queſtio fiat, aut duobus iudicibus vexetur: ſua enim ſunt tradenda loco, *Cicer. in*

32 *Orator.* † Quæ omnia, quia cauſari poſſunt à malo dæmone, vt huic nobiliſſimæ hominis ſpeciei deludat, ea præter ſuas naturales cauſas nõ debemus obſervare, vt docent *Petr. Greg. in ſyntag. lib. 34. cap. 14. Petr. Ciruelo vbi ſup. lib.*

33 *4. cap. 1. & cap. 3.* † Non præter mittam tamen, quod totius diuinationis naturalis captum ſuperare videtur, ſcilicet, vt ſanguis occiſi hominis ad demõſtrandum occiſſorem in eius præſentia ebulliat, vt tradunt Iuriſperiti *Menoch. de præſumpt. p. 1. lib. 1. q. 3. n. 9. & q. 89. ex n. 118. Maſcar. de probat. lib. 2. concl. 867.*

34 *n. 26.* † Quod licet alij tribuãt miraculo, vt fuit illa ebullitionis, ſiuè clamationis ſanguinis Abel Geneſ. cap. 4. *Sanguis Abel clamat ad me.* Alij caſu, quod aliquando factum ſit, quod ideò non eſt trahendum ad conſequentiam

35 *l. nam ad ea D. de legib.* † In illo ſemper cauſam naturalẽ agnoſco, occiſi nẽpè, & occiſſoris antypathiam, quæ ſimiles ebullitiones medio aere cauſantur, vt docent *Leuin. Lemnius lib. de occultis natur. cap. 7. Ioan. Langius epiſt. 40. Ariſtot lib. de immixt. element. & author lib. de natu. rer. c. 13. Vinc. in hiſtoria natu. lib. 4. cap. 13.* † Nã & in id venit Lucre- 36
tius, non poeta modo, ſed philoſophus inſignis, cuius hæc ſunt verba.

Idque petit corpus, mens vnde ſaucia amore,
Namque homines, plerumque cadunt in vulnus, & illam
Emicat in partem ſanguinis, vnde icimur ictu, &c.

CAP. III. de Diuinatione artificioſa.

SVMMARIVM.

ARtificioſa diuinatio, vnde comparetur, num. 1.
Diuinatio artificioſa ex præcedentibus, & ſubſequentibus colligitur, n. 2.
Artificioſæ diuinationis exempla, n. 3.
Alfonſi Regis Neapolis ſententia laudata, num. 4.
Diuinatio metaphorica in iudiciarijs, n. 5.
Diuinatio, & præſumptio in iure idẽ ſunt, num. 6.
Diuinationis iudiciariæ materia remiſiuè, num. 7.
Præſumptiones in iure ſunt diuinationes, num. 8.
Iuditia ſine inditijs inſtitui non poſſunt, etiam ex mandato Principis, n. 9.
Condẽnatur nemo ex inditijs, & præſumptionibus, n. 10.
Præſumptiones etiam plures, & euidentes non probant ad condemnationem, n. 11.
Probationes debẽt eſſe luce clariores, n. 12.
Præſumptiones iuris, & de iure ſufficiunt ad condemnationem, n. 13.
Iudex quare teneatur ſequi præſumptiones iuris, & de iure, n. 14.
Diuinatione artificioſa Gentiles noui orbis explorationem prædixerunt, n. 15.

ARTI-

ARTIFICIOSA Diuinatio ex natura, & arte comparatur, ad alicuiꝰ rei occulti indagationem, vel futuri prænotionem ex abditis naturæ, aut ſigni alicuius manifeſtationem, vt traddit *Martinus del Rio lib. 1. Magic. diſquiſ.* † Ita quãdo 2
que ex præcedentibus, & ſubſequentibus colligitur iuxta illud Prouerb. 16. *Diuinatio in labijs Regis, in iudicio nõ errabit os eius.* Hoc eſt prudẽtia in occultis, & perplexis iudiciorum latebris circa facta ambigua eruẽdis neceſſaria iudi- 3
cij. † Vt fuit illud Salomonis dum veræ matri filium reſtituit *Reg. 3. cap. 3.* Et Danielis inquiſitio, qua ſenuum perfidia detecta Suſanæ vitæ, honori merito reſtituit *Daniel. cap. 13.* † Nec- 4
non Alfonſi I. Neapolis Regis ſentẽtia, qua ancillæ filium ad libertatem (ex Hiſpaniæ lege) proclamantem, eo quod Dominus matrem cõpreſſerat, artificioſa filij ſubhaſtatione, patri filium, matri debitam Rex libertatem aſſeruit, vt narrat *Ant. Panormit. lib. 2. de geſtis Alf.*

¶ Eſt enim quædã ſicut in medicis cauſis, ſic & in iudiciarijs diuinatio metaphorica, qua quæ præterita ſunt, & quorũ veritas ignoratur ſolerti diſcuſſione conijciuntur. † Quæ ideò in iure 6
noſtro appellantur argumenta. *l. 1. l. milites. §. oportet. D. de qq.* Inditia. *l. abſentem D. de pœn. l. ſciant. C. de probat.* præſumptiones. *l. diuus. D. de cuſtod. reor.* cõiecturæ. *l. vtrum, & ibi. gl. C. de donat. inter. l. vnica. C. ſi tabulæ teſtam. extab.* † Quia 7
earum termini ſunt conuertibiles, vt docet *Mantica de coniectur. lib. 1. tit. 2.* de quibus fuſſẽ egerunt *Alciatus, Menochius, & Maſcardus*, illi in libris de *Præſumptionibus*, hic vero de *probationibus* aurẽo tractatu, & nouiſsimé *Farin. tom. 1. p. 2. tit. de indicijs, q. 36.*

¶ Præſumptiones, & inditia nihil 8
aliud ſunt quam diuinationes in rebus dubijs, ex argumentis, & indicijs per circunſtantias frequenter euidentes collectæ, vt docent *Maſcard. lib. 1. q. 40. n. 8. Mantica d. lib. 1. tit. 2. ex n. 5.* † Etſi 9
in omni negocio ad eſſe debeant, aliàs inquiſitio, proceſſus, & acta nulla forent, etiam ex mandato Principis *DD. in l. milites. D. de quæſtionibus, & in l. iuſtiſsimus. C. de offic. rector. cum alijs per Cened. collect. 34. ad Decretal. n. 3. Decian. to. 2. lib. 6. cap. 21. ex n. 37. Farinac. tom. 1. p. 1. q. 1. ex n. 40. & p. 2. q. 36. ex. n. 51.* † Ex 10
his nullus debet criminaliter cõdemnari. *l. abſentem. D. de pœn. l. qui ſententiã D. eod. l. ſinguli. C. de accuſat. cum alijs per Ant. Gomez variar. 3. cap. 12. n. 25. Maſcard. d. lib. 1. cõcl. 459. ex n. 7. & lib. 3. cõcl. 1223. n. 29.* † Etiãſi tales præſumptio- 11
nes ſint probabiles, & euidẽtes *Cacheran. conſ. 65. n. 46. Maſcard. lib. 1. cõcl. 459. nu. 8. & concl. 496. num. 2. & lib. 3. concl. 1167. n. 3.* necnõ plures ſimul concurrentes *Maſcard. d. concl. 459. num. 9. Menoch. lib. 1. q. 40. num. 10.* † Nam in cri- 12
minalibus ad condemnationem probationes debent eſſe nec dum concludentes, ſed luce meridiana clariores. *d. l. abſentem cum alijs. l. ſciant. C. de probat.* canonizata in *cap. ſciant cuncti 2. q. fin.* quibus reſpondet de iure regio. *l. 2. tit. 1. p. 7.* † Niſi præſumptiones ſint iuris, 13
& de iure, in quibus, quia lex præſumit, & ſuper præſumptionem ſtatuit firmum ius, eam videtur approbare, *cap. is qui fidem de ſponſal. cap. de illis de ſponſat. impub. c. per tuas de condit. appoſ. cap ſignificauit, de eo qui duxit in matrim. l. fin. C. ad Macedon. l. antiquæ. C. ad Veleian.* † Et ita eam iudex ſequi tenetur, 14
nam ſicut ex tali præſumptione legi crimẽ pater, ita etiam debet patere iudici, vt tradunt *Boſſ. in pract. tit. de coniectur. ex n. 29. Ant. Gomez d. cap. 12. nu. 25. Tiraq. de pœnis caſu 27. num. 10. Iul. Clar.*

Clar. §. fin. q. 20. Mascard. d. lib. 1. concl. 196. num. 4. & lib. 3. concl. 1221. ex nu. 41.

15 ¶ Ex naturali causa quandoque & congrua rei dispositione sumitur artificiosa diuinatio, vt quæ de orbis noui, & Indorum exploratione Gentiles docuerunt, quia totius mundi gyrum nondum reperta compleuerat, ex quo prædicit alterum orbem fore inueniendum conciuis meus. L. Annæus Seneca in Medeam.

Venient annis
Sæcula seris, quibus Occeanus
Vincula rerum laxet, & ingens
Pateat tellus, Thyphisq; nouos
Detegat orbes.

CAP. IIII. *de Diuinatione monstruosa contra naturam.*

SVMMARIVM.

Monstra à Deo fiunt quasi in alicuius mali signum, n. 1.
Monstra ad Haruspicis pagani deferebant, num. 2.
Monstra diuinam iram, & peccatorum punitionem præseferunt, n. 3.
Dei charitas erga nos ita se ostendit, vt nõ feriat nisi prius admoneat, n. 4.
Monstra propriè, quæ dicantur. n. 5.
Monstruosus partus quis sit, n. 6.
Monstruosi partus sceleris præsagium, n. 7.
Deus quia natura est, monstra ex eius ira creduntur emissa, n. 8.
Monstra generantur quandoque vt peccata parentum manifestentur, n. 9.
Mulier à cane pregnata, n. 10.
Infans vrsi modo pilosus, & vnguibus armatus, n. 11.
Imaginatio effuere nõ potest, vt fœtus alijs quam suis parentibus assimiletur, n. 12.
Humana forma propter crimina immutatur, n. 13.
Nabuchodonosor propter peccatum degenerauit in bouem, n. 14.
Rex ob impudicitiam conuersus in porcum, num. 15.
Homines non solum, sed & bruta ad peccatorum punitionem immutantur, n. 16.
Tritones, Nereades, Syrenæ in alicuius mali signum apparent, n. 17.
Monstrum marinum ante Gaditanam cladem visum, n. 18.
Animalium plerorum in aquis formas referuntur, n. 19.
Monstra marina quando apparent mala indicant, n. 20.
Monstra terrestria, & aerea mali signa, n. 21.
Phantasmata, & spectra cur mala indicent, num. 22.

MONSTRA licet naturaliter ex abundantia, vel paruitate materiæ cõtingant, tv dicemus *libr. 2. de Magia operatr. cap. 31. num. 6.* quia semper ex diuinâ dispositione fiunt, quæ nihil perperam facit, quasi in alicuius mali signa semper sũt habenda, nã vt ait Cicer. lib. 1. diuinat: *quia ostendunt, portendunt, prædicunt, ostẽta, portenta, monstra, prodigia dicuntur.* † Vnde paganæ religionis Theologi, vt ab imminentibus malis præcauerent, quæ monstra huiusmodi portendunt, ad Haruspices referri iusserunt, vt iudicium inferentes, quæ timenda, quæ præcauenda, qua veræ expianda prædicerent, vt constat ex. l. XII. tabul. PRODIGIA, PORTENTA AD HETRVSCOS, ET HARVSPICES SI SENATVS IVSSERIT REFERVNTO. † Nos autẽ, vtpoté Catholici non ad Hetruscos, neque Haruspices quorum omnes superstitiosi, & nefari sunt, sed ad sacros scripturarũ Interpretes sunt referenda, qui omnes vnani-

vnanimes testantur, quod hæc monstruosa prodigia quando præter, vel solitum naturæ cursum accidunt diuinæ iræ, & peccatorum punitionem præsferunt, quemadmodum in AEgypto sub Pharaone Exod. cap. 7. *Et multiplicabo signa, & ostenta mea*, &c. † Nam Dei charitas erga nos ita se ostendit, vt non feriat nisi prius admoneat, Psal. 59 *dedisti metuentibus te signa, vt fugiant a facie arcus*, vnde Manil.

Siue Deo instetis fati miseratus in orbe
Signa per effectus, cœlique incendia mittit.

† Dicitur tamen monstruum ex propria significatione omne, quod fit contra naturam, vt ex Fronto docet *Erasmus in Adagijs*. Vnde Polyphemum monstrum appellat *Vergil. AEneid. 6.* de alio AEneid. 2.

Et monstrum infœlix sacrata sistimus arce.

Et AEneid. 3.

Horrendum dictu video mirabile monstrum.

¶ Hinc monstruosus partus dicitur, quod præter solitũ naturæ cursum accidit. l. non sunt liberi. D. de statu homin. *Veluti si mulier mõstruosum aliquid, aut prodigiosũ enixa*, Terẽt. in Eunuch.

Monstrum est omne contra naturam.

¶ Quæ sanæ ad alicuius criminis detestationem sunt referenda, vt tenet Cardinal. Petr. Damian. lib. de miracul. *Robertus Gallorum rex propinquam sibi copullauit vxorem, ex qua susceptit filium anserinum per omnia collum, & caput habentem, quos virum, & vxorem, & omnes ferè Galliarum Episcopi communi simul excommunicauere sententia: Rex igitur his coarctatus angustijs ad sanum consilium rediens diuertit incestum, iniit legitimum coniugium.* † Nam cum Deus in natura sic, idcirco hæc à Deo per iram emissa sunt, quia vt ait Aristot. libr. de animal. cap. 11. *Natura nihil contra naturam facit*, ex quo merito Stat. Papin. 7. Thebaid.

Nec monstra tenent, quæ plurima nectit
Prodigiali vanes certi forspræuia fati
Quippè ferunt diros monitus volucresq;
feræque.

¶ Aliquando etiam Deus talia monstra permittit generari, vt parentũ peccata manifestentur, & alij terreãtur, vt tempore Alexand. VI. Pont. Max. mulier, quæ canem admisserat, caninam progeniem pregnans edidit, cuius criminis causa subiens pœnitentiam, Põtificem addit, ab eo quæ pro expiatione diploma obtinuit, vt narrat *Raph. Volaterran. lib. 24. tit. de Vessica.* † Nam licet ex abusu naturæ sexu mulieres ex brutis, & bruta ex hominibus sæpius concipiant, semper id fit ex diuina voluntate, vt crimen agnoscant, & opera eius manifestentur, vt illa, quæ adulterio accusata ob pregnantẽ ventrem, cui nullus alius adulter fuit quam canis, vt narrat *AElian. lib. 7. c. 18.* † Quod prodigio referendum est, vt tempore Martini. IIII. Pontif. Maximi infans, vrsi modo pilosus, & vnguibus armatus editus est, quam obrẽ Pontificis iussu Romæ vbique vrsorũ imagines obliteratæ sunt, vt narrat *Episcopus Maiol. lib. de admirand. natur. colloq. 2. fol. 104.* † Putauere enim imaginationem matris in fœtu formando magis, quam parentum formam præstare, quod ego potius, vel iustam Dei punitionem, vel ob animale admissum putarim, quia imaginatio efficere non potest, vt infans alijs, quam suis parentibus assimiletur, *Perera in Genes. cap. 30. Valles de sacra philosoph. c. 11. Mart. del Rio libr. 1. Magicar. cap. 3. quæst. 3.*

¶ Et vt infans ob iustam Dei vindictam in vtero immutatur, & à sua naturali forma degeneratus in aliam turpem monstruosum reditur, ita etiã iam

iam natum propter crimina suam formam abicere cogitur, & aliam induere, vt de vxore Loth versa in statua salis, quod aduersus Dei præceptum retro aspiceret narrat sacra paremia *Gen. cap....* † De Nabuchodonosor Rege satis vulgata est historia ex iusto Dei iudicio (quod se Deum somniasset) in sui peccati pœnam conuersus fuisse in bouem, & more animantis fœno vescebatur, & sub dio degerat, & homines fugerat, vsque dum pœnitētia correptus diuina voluntate forma restitutus est *Daniel. cap. 4. cap. Nabuchodonosor 23. q. 4.* † Simile aliud exemplum habetur apud Metaphrast. 30. Septemb. *Teridates Armeniorum Rex, cum Virgines Ripsimem, & Gaianam nefandis modis ad impudicitiam allicere admitteretur, martyresque efficere, iustitia Dei versus est in insaniam, mutataque eius forma in porcum.*

¶ Neque homines tantum ad peccatorum punitionem solent degenerare, sed bruta etiam in monstruosam formam solent inuerti, quasi in futuri mali signa, vt sub Theodosij senioris imperio, narrat Nicephor. lib. 12. cap. 37. *Tum prodigia insolita visa sunt, quæ futura orbi mala perpenderunt.* † Cuiusmodi sunt Tritones, Nereades, Syrenæ, & alia monstra marina, quę in mali alicuius præsagium solent apparere, & ad populorum notitiam deferri, vt ante Lutherum (Christianæ fidei, & religionis nefandissimum Apostatā) marinum monstrum visum est humana facie simul cum monachorum cuculli quadam similitudinem præbentem, vt scribit *Olaus lib. 21. cap. 1.* † Et paulò ante Gaditanam cladam, in Oceano marinum mostrum repertum est, vituli magnitudine, cauda in duas partes vipertitam habētem, quod Regi nostro D. Philippo II. alatum in regia æde ageris affigi iussit, vbi hucusq; expectaculum præbet, quasi in signum illius Regni à quo cladem accepimus, quod à vera religione Apostata duplici graditur viā iuxta illud Ecclesiast. cap. 2. *Væ dupliti corde, & labijs dolosis, & manibus malefacientibus, & peccatori ingredienti terram dicabus vijs.* † Nam licet in aquis plerorum animalium formas referantur, & ea quidem naturaliter, vt testatur *Aelian. libr. 10. cap. 18.* dum in hæc verba, *Leonum, fœminarum, arietum, pantherarum, equorum, effigies in piscibus in Taprobanæ mare cōspici.* † Quando ad humanam notitiam referuntur aliquid mali indicant, vt tenet Episcopus Maiol. colloq 9. in partis fol. 457. *Censeo equidem hæc monstra in mari prolata esse, & populis in notitiam referri, vt Deum iratum, sicut cætera in terra monstra ostendunt, cum tanta populi carnis luxuria diffluunt, vt piscium incognitum coitum superare videantur, aut mollitiem aquatilium animantium præferre.* † Non minus quam mostra alia terrestria (vt diximus) quia eadem ratio in omnibus monstris militat (etiam aereis) quæ per spectrorum apparitionā à dæmone causantur, ideò dicūtur φαντασμάτα, in *l. ostentum. D. de verbor. significat.*, vel φασμαγερατῶδες, secundum *Alciat. lib. 2. prætermis.* † Nam cū à dæmonæ fieri nequant nisi permissu Dei per eius apparitionem (qui noster hostis est) ab imminentibus malis cauendum admonet *Petr. Thyræu. lib. 1. de apparitione spirit.* quod nec Gētilibus latuit nā vt ait Vergil. Æneid. 3.

Sola nouū, dictuque nefas Harpia Celæno
Prodigiale canit, & tristes denunciat iras.

CAP. V. de Diuinatione meteorologica, & prodigiosa præter naturam.

SVMMARIVM.

Meteorologicæ impressiones calidæ, & humidæ resolvũtur in aquã, num. 1.

Impressiones meteorologicæ calidæ, & siccæ causant tonitrua, & fulgores, n. 2.

Cometa ab exalationibus calidis, & siccis petitur, n. 3.

Nebula quid significet, rores, & pruinæ, n. 4.

Nubes ab occasu pluviam indicant, n. 5.

Halo, quid significat, n. 6.

Iris serenitatis causa, n. 7.

Iris cur diuersi coloris appareat, n. 7.

Stellæ cadẽtes, capræ saltantes, & faces ignitæ quid ostendant, n. 8.

Fulgura quid prænuncient, n. 9.

Cometa admirabilior omnium impressionũ ignitarum, n. 10.

Cometa prænunciat temporis siccitatem, n. 11.

Cometa prædicit fructuum inopiam, n. 12.

Cometa indicat pestem futuram, n. 13.

Cometa quare immineat pestem, n. 14.

Cometa præsignat multos animaliũ, & plãtarum morbos, n. 15.

Cometa mortem minatur vilioris, & quibus ardentioris sunt naturæ, n. 16.

Cometa Reges minatur, & referuntur exẽpla, n. 17. & 18.

Cometa prænũciat regni mutationes, n. 19.

Cometa prædicit rixas, seditiones, & bella, n. 20.

Cometæ flammæ potentioris naturæ, n. 21.

Prodigia meteorologica apud Gentiles, & veræ religionis cultores, n. 22.

Equites per aerem discurrentes, & huiusmodi visa, n. 23.

Prodigia meteorologica in signum diuinæ iræ, n. 24.

Prodigia meteorologica visa ante Longobardorum in Italiam irruptionẽ, n. 25.

Prodigia meteorologica sub Theodosij senioris imperio, n. 26.

Stella visa antequam Alaricus vrbem occuparet, n. 27.

Astrum gladij simile ante Hierosolymytanam cladem, n. 28.

Cometes quantus sol ante Acaicum bellum, n. 29.

Cometes diuersæ figuræ, ac formæ, n. 30.

Cometæ quandoque stellæ appellantur, num. 31.

Stellæ in cœlo ad peccatorum punitionem non apparent, sed cadunt, n. 32.

Stella noua in Christi Natiuitate apparuit, n. 33.

Stella Magorum vera fuit, & non meteorologica, n. 34.

Stellam Magorum veram fuisse licet cursum aliarum non habuerit, n. 35.

Soles tres, qui in Christi Natiuitate Hispaniæ apparuerunt meteorologici, n. 36.

Soles tres sæpius visi, & causa naturalis eorum, n. 37.

Cœli corruscationes in Christi Natiuitate meteorologicæ, n. 38.

Solis Eclypsis præter naturæ cursum, Deum iratum prænotat, n. 39.

Solis deliquium magnum sub Alarico, num. 40.

Sol integer defuit sub Hannibale, & in Cæsaris morte, n. 41.

Sol integer defuit in Christi Domini morte, n. 42.

Solis eclypsis in Christi morte miraculosus, num. 43.

METEOROLOgicæ impressionis (vt ex arte proceda mus) dicuntur, quæ fiunt ex vaporibus, & exalationibus ex terræ superficie eleuatis solis, vel syderum potestate, quorum calidi, & humidi,

midi, ex crasitate ad ima pergere impediti in hac infima, vel media aeris regione detētæ conuertūtur in nubes, quæ secundum loci naturam resolvūtur in aquam, rores, pruinas, niues, grādines, & similia, vt traddit *Aristot. lib.* 2 1. *Meteor. cap.* 4. † Alij autem calidi, & sicci ex leuitate frequenter ad extremam, & vltimam aeris regionem perueniunt (quæ calida est) ideò naturaliter incensi ad terram redeunt, & ad mediam aeris regionem perueniētes (quę frigida est) ex antiparistasi, fortiores fiunt, & exitum procurantes fragores, & tonitrua causant, maiores, vt à majoribus exalationibus petiti, vt traddit *Aristot. d. cap.* 4. 3 † Nam ex his calidis, & siccis exalationibus, ex tenuioribus fiunt fulmina, fulgura, ecnephias, corruscationes, & aliæ impressiones momentaneæ: ex grauibus autem, & oleoginosis fiunt Cometę, faces ignitæ, & volantes cœli dracones, pro utpotentia materię, vnde tonitrua, & ecnephias signa esse pluuiæ subsequuturæ, tradit *Aristotel. dicto libro primo capite quinto.* 4 † Nebula descendens serenitatem, ascendens imbres indicat, vt tradit *Franciscus Picus libr. tertio Prænotio. cap.* 2. Niuium copiam anni fertilitatem, roris, & pruinæ multitudo sterilitatem potius denotāt secundum *VVipinā lib.* 1. *de sign. c.* 7. 5 † Nubes ab Occasu progredientes pluuias indicant, nisi Auster impediat secūdū diuinū Oraculū apud D. Luc. c. 12. *Cū videritis nubē Oriētē ab Occasu, statim ducitis nimbus venit, & ita fit: & cū Auster flantē dicitis, quia æstas erit, & ita euenit.* † Halo, siue 6 circulus, quod circa Solē, aut lunā solet apparere: si paulatim euanescat designat serenitatē, si cōdensatur pluuiā ostendit: si verò ex vna parte incipiat deficere, & non ex alia, ventum futurū prænūciat, quia vt ait *Arist. Tūc talis materia trāsit ad generationē venti.* † Iris dictus vulgò arcus Iunonis, quē veteres Theumantis filiā dixerunt, hoc est, admirationis filiā, pluuiæ cessationis signū est, vel ex eo, quod legitur Gen. c. 9. *Cū ob duxero nubibus cœlū, apparebit arcus meus, & recordabor fœderis,* &c. † Causa tamē (vtpotè diuina) nō traditur à naturalibus, colorē tñ diuersitas ea est, quia causatur à Sole nubē ralidam, & aquosam repercutiēte per obliquū, vn dè diuersi colores Verg. in Epig. đ Iride.

Cum radijs imbres, & aquarum pendulus humor
Frangitur, apparet quam Græcia nominat, Iris,
Multo rd insignis vario splēdore colorū.

¶ Stellæ cadentes, & capræ saltantes, 7 & facies ignitæ, & volantes dracones, quia ab exalationibus fiunt calidis, & siccis, temporis siccitatem, & sterilitatem prænuntiant, quia terra quando similes exalationes emittit valde sica, & calida est authore, *Plin. lib.* 2. *c.* 25. † Sunt enim omnes huiusmodi im- 8 pressiones ē terra tractæ, atq; eleuatæ solis, reliquorūq; astrorū virtute in varias formas efformantur, ita vt si calore plurimo fuerit ditata ad supręmam partē aeris ascendit, etsi illi pars aliqua crasior, insit inferius cōdēsata, & conglobata subsistit, tenuior autē ascēdit, porrecta in longū accēditur, & accēsa perpēdiculi more manet, atq; inde nomē accipit, diciturq; ignis perpēdicularis, vt notat *Arist. vbi sup.* † Ad é cō- 8 tra, si crassa pars modica sit, non adeò dēsatur, aut cōglobatur inferior pars sed infernè aliqua tenus extēditur superiori parte subtili, ac tenui in lōgum porrecta ardente, qua forma lācea ardens dici consueuit, vt de his tradit *Sim. Maiolus de admirand. natur. colloqu.* 1 † Fulgura sæpè aduersę casus prænūtiāt, 8 quia referūtur ad Dei irā, quare meritò Verg. inter signa, quæ suæ patriæ de-

pulationi præceſerunt, ita dolens meminit Ecclog. 1.

Sæpè malum hoc nobis, ſi mens non læua fuiſſet
De cœlo tactas memini prædicere quercus.

10 ¶ Sed omnium impreſsiõnum ignitarum admirabilior eſt Cometes, tum ex altitudine loci, tum ex diu turnitate perdurationis, tum diuerſitate formę, & coloris, quæ ſimiliter ab exalationibus calidis, & ſiccis cauſantur, quæ ex ſubtilitate materiæ ad ſupremã aeris regionem pervenientes inflammãtur, ac diuerſificantur pro exalationis, & planetæ ſub quo fit natura, vt traddũt *Leopold. de Auſtria. & Auguſt. Nimphus*
11 *in Ariſtot. meteor.* † Ex quo primo denotant temporis ſiccitatem, quia vis Cometæ (quæ calida, & ſicca eſt) omnem vaporum, ac exalationum humiditatem abſumit, vt docet *Ariſtot. li. 1.*
12 *meteor. c. 4.* † Secundo cereali, & aliorum terrę fructuum corrupta ſeminaria, inopiam, annonæ prætiũ, & famẽ, nam nimio calore terra aduſta eius fructus, & arbores langueſcunt, & exicãtur, fameſque propterea oritur, quẽadmodum extat apud Aratrum.

At, ſi contingerit pluris ardere Cometes,
Inualidas ſeggetes torrebit ſiccior aer.
Namque prorrumpunt naturæ legibus vltro
Experimenta ſoli, ſi iuſtis deſuit humor, &c.

13 ¶ Tertio prædicunt peſtem; nam ex hac fructuum corruptione ſequitur lectum peſtilentibus morbis ſubſterni, ſiue victu, ſiue ex aere vapores illi infecti veneno ſitatis veſtigia relinquerunt, nã vt ait Galen. lib. 1. epidemiar. cap. 1. *morborum peſtilentium cauſa, partim à victu, partim ab ſpiritu (cuius attractione viuimus) generatur.* † Nam plantis,
14 & herbis corrupta præbent animantibus paſqua, vt inde morbus in animãtibus oriatur, & ex eis ad nos peſtilẽs graſetur contagium, nam vt ait Lucr.

Sic, tempeſtiuis ex imbribus: humida tellus,
Vertit ſe primum in frondes, & pabula læta
In pecudes vertunt; pecudes in corpora noſtra.

¶ Quarto prẽter peſtem alios mor- 15
bos Cometæ prænunciant proueniẽtes ex aduſtione ſanguinis, vt cauſones, empimiam, emigranam, eriſipilam, tertianas fẽbres, catarrhum, tabardillum, & id genus plura mala, vt traddit *Franc. Roxo. lib. 4. de comet. cap.* 19. 20. & 21. Nam vt ait Manil. de comet.

Nunc grauibus morbis, & lenta corpora tabe.
Corripit, exuſtis lætalis flamma medullis:
Lauentesque rapit populos, totasque per vrbes,
Publica ſuccenſis peraguntur fata ſepulchris.

¶ Quinto hos effectus, quia ab influẽ- 16
tia calida, & ſicca proueniunt præcipuè minantur yilioſis, & quibus ardentioris ſunt naturæ; vnde dicitur mortem minare Principibus, Ducibus, & Magnatis, vt docet *Cardan. lib. 1. varietat. & lib. 4. ſubtilitat. Sprenger. in Mall. p. 1. q. 4.* † Nam ſi fides hiſtoriæ 17
eſt an. 1506. quo Philippus I. Hiſpaniarum rex mortus fuit Cometa præfulſit in Septentrione prope plauſtrum ſplendida, dẽſaque cauda. Et an. 1490. Cometa circa principium Arietis apparuit, & eo ſequenti anno Innocentius Pontif. Max. moritur, & Alfonſus Portugaliæ rex equo delapſus florẽte ætate ſine liberis deceſsit, vt ſuorum temporum traddunt *Chronic.*
† Et an. 1558. die 17. Auguſti cometa 18
apparuit in parte Occidentali ad ſecũ-

dam

dam Virginis faciem, triſti admodũ, & lugubri vultu, naturam videlicet Saturninæ: atque ſtatim die 29. Septẽb. ſecuta eſt mors inuictiſsimi D. Caroli V. quod ſimiliter ante mortem Cæſaris dictatoris contingiſſe, narrãt *Sueton. in eius vit. cap. 88. Plin. lib. 2. cap. 25. Dion. Caſſ. lib. 45. Iul. Obſeq. lib. de prodigijs cap. 128.* † Sexto, quia Regum mortẽ, regnorũ mutationes, & viciſſitudines cauſantur cometa, non minus regnorum perturbationes, legum mutationes, potentium caſus, & aliorum inopinatas exaltationes ſignificant, & eo maximè ſi vndecim à ſole ſignis diſtant apparentes in angulo, vt tradit *Ptholomæus aphoriſmo 100. & Lud. de Regijs aphoriſ. 98. & 137.* Nam vt ait conciuis meus Lucan. lib. 1 Farſal. 19

Ardentemque pollum flammis cœloque volantes,
Obliquas per inane faces, crinemque timendi
Syderis, & terris minitantem regna Cometæ.

¶ Septimo Cometæ prænunciant rixas, ſeditiones, & bella, nam ex alimẽtis infectis, vel aere, quem (vellimus nolimus) inſpirando trahimus, ſpiritus in corde generatur vitales, in quo iraſcibilis, aut animoſa facultas reſidet, quæ cum ſuaptè natura ad rixas, vindictam, & iras facile moueatur, ſi à ſanguine circunſtante aere, & influxu cœleſti in dies, & aſsiduè irritatur, & viſcus, in quo reſidet, aſsiduo horum fotu calidior redditur, facilè fit, vt in rixas, & iras homines prærrumpant, vt traddit *Franc. Roxo tract. de comet. lib. 2. cap. 6.* † Quæ quidem Cometæ in genere ſuaptè natura prænunciant, & eo maximè ſi flammæ ſunt, vtpotè, quæ magis habẽt malitiæ, nã ex denſitate vaporis à luce repercuſa, cauſatur rubedo, & nocte maximè ex antipariſtaſi. iuxta illud Vergil. AEneid. 10. 20 21

Non ſecus, ac liquidæ ſi quando nocte Cometæ
Sanguinei lugubre rubent, &c.

¶ De prodigioſis meteorologicis multa ſunt in ſacris, & humanis litteris, quorum nonnulla ſeruato naturæ curſu, alia præter naturam contingerunt, non apud Gentiles modo, ſed etiã apud ſacros ſcripturarum authores de quibus pleni ſunt *Iulij, & Lycoſthenes libri de prodig.* † Equites per aera diſcurrentes, haſtas quoque velut cohortes armatas, curſuſq; equorum per ordinẽ digeſtos, ſcutorumque, ac galearum motus, tellorum iactus, ſed & gladios diſtrictos, ac loricatam gentem cœlo viſam memorat ſacer hiſtoricus *Machabæor. lib. 2. cap. 5.* † Eaq; viſio dies quadraginta perdurauit, quo tempore Antiochius templum expoliauit, occiſsis triduo octoginta millibus, nam quando hæc prodigia continguunt, Deus quaſi in mali euẽtura ſigna mittit, vt homines à peccato auertantur, & iram Dei metuentes reſipiſcant, quia vt ait tex. in cap. nouerit d. pœnit. diſtinct. 1. *Nouerit enim Deus mutare ſententiam ſi tu noueris emendare delictum.* Quippè vt ait Manil. 22 23 24

Siuè Deus inſtantis fati miſeratus in orbem,
Signa per effectus, cœliq; incendia mittit.

¶ Armorum ſtrepitus in aere auditi, & tubæ ſanitus ante Lõgobardorum in Italiam irruptionem ſcribit *Plinius lib. 2. cap. 57.* Sagitta, quæ ſingulos petere videbatur viſa eſt, teſte D. Greg. lib. 4. Dialogorum, capite trigeſimo ſexto. *Ante triennium in peſtilentia, quæ hæc vrbe vehementer depopulauit, & corporali viſu ſagitta cœlũ venire, & ſingulos quoq; ferire videbatur.* † Et vt ea magis in diuinæ vltionis ſigna perpendamus ſub Theodoſij ſenioris imperio, Nicepho. libr. 12. capite trigeſimo ſeptimo. *Tunc prodigia inſolita viſa ſunt, quæ futura or-* 25 26

bi mala perpenderunt, primò namquẽ inopinata, & insolens stella cœlo medie noctis tẽpore propè Luciferum refulgẽs apparuit.

27 † Altera stella visa dum Alaricus vrbem Romanam occuparet, cui tanta siccitas est subsequuta, vt more insolito multi homines, & animalia interijssent, vt refert *idem Nicephoro libro decimotertio, capite trigesimo sexto.* 28 † Quos quidẽ fulgores cometæ speciem fuisse non dubito nam ante Hierosolymitanam cladem supra vrbem astrũ stetit gladio simile, vt narrat *Zonaras tomo primo.* Hominis sine capite, apud *Socratem Histor. Ecclesiastic. libro* 29 *exto capite sexto.* † Vt non minus ante ſDemethrij Syriæ Regis mortem, & Acaicum bellum Cometes quantus Sol visus est, teste conciue meo *Seneca libro septimo naturalium quæstionum capite decimo quinto.* Et Neronis principatu sex menses fulgores visi, *idem Seneca dicto libro septimo capite vigesimo primo.*

30 † Quia ex varietate formæ, non mutatur natura, cùm Cometes non vnius figurę sint, sed variæ, provt varia exalationis natura, & signi, atq; Planetæ sub quibus fit, vt tradunt *Leopoldus de Austria, & Augustinus Nimphus vbi su-* 31 *pra.* † Vnde nil mirum si in forma stellæ appareat, quim & ex eo stellæ appellantur, venerabilis Beda libro de natura rerum. *Cometæ sunt stellæ flammis crinitæ repente nascentes, regni mutationem, aut pestilentiam, aut bella, aut ven-* 31 *tos, æstus ve portendentes.* † Quæ non solùm fulgores sunt, aut in summa aeris regionis impressiones, & ad tempus aliquod perdurãtes, sed etiam cursum aliarum syderum sequentes, vt de dicta cometa, quæ sub Theodosio apparuit scribit *Nicephor.* de alia Constantinopoli, Gaynæ insidias portendentẽ, & cursum orbicularem habẽtem tradit *Sozomen. libro octauo, capite quarto.*

32 † Nam stellas in cœlo ad peccatorum punitiones non legi apparere, sed cadere, vt inter alia diuinæ vltionis signa, quæ ad iudicij vniuersalis diẽ præcedent, sic legitur Matth. cap. 24. *stellæ de cœlo cadent,* & Marc. cap. 13. *stellæ cœli erunt cadentes.* † Quando enim stella 33 noua in cælo apparet, non punitionis, sed mercedis, & salutis signa sunt, & quasi cœlestia gaudij luminaria, quẽadmodũ de verbi incarnati præsagio, & Christi Natiuitatis signũ annunciatum fuerat, Numer. cap. 24. *Orietur stella ex Iacob.* † Quod non mysticé tantũ 34 verum etiam ad litteram de prædicta Christi Natiuitate intelligendum est, in qua lucida Magis præfulsit stella, ad cuius nutum eum vẽnerunt adorandum, Matth. cap. 2. *vidimus stellam eius in Oriente*, secundum interpretationẽ *D. Thom. super Matth. 2.* † Quam nullo 35 modo impressionẽ meteorologicam intelligo, sed veram stellam, nouamq; tot sæculis ante pronunciatam per mille quasi, & quingentos annos, & Euangelij veritate confirmatam, quã non apparẽtem, sed veram, & realem, neq; aliarũ syderũ cursum habẽtẽ fatetur *D. Aguſt. serm. 34. de tẽpor.* † Nã si 36 fuisset impressio meteorologica omnino miraculi vis subtraheretur, quẽ omnes sancti Patres fatentur. Quamquam haut negem tres soles, quiedẽ nocte in Hispania apparuerũt, vt tradit *Luc. de Tui. in Chronic.* fuisse meteorologicos ex naturali ad Paralleli meteorologici impressionis potestate, vt docet *Titelman. in compend. natural philoſoph. lib. 6. cap. 15.* † Nam absq; vlla mi- 37 raculi ratione eosdem tres soles alijs tẽporibꝰ visos testatur *Plin. lib. 2. c. 31.* & plures alios in hæc verba testatur Dio. lib. 47. *plures soles conspecti in Bosphoro, qui à matutino tempore durarũt in Occasũ.* Et posterioribus tẽporibus tres soles visos VVitembergæ testatur *Surius an. milleſimo quinquegenteſimo decimo quarto,*

idem

38 † Quorum similis fuerunt cœli coruscationis, quæ eadem nocte pastoribus aera lucida (fugatis tenebris) relinquerunt D. Luc. cap. 2. & eiusdem naturæ, columna ignis, quæ Hebræis per deserta eluxit *Exodi capite decimo tertio.*

39 ¶ Solis autem, & Lunæ eclypses, quando præter naturæ ordinem fiunt, veluti in AEgypto sub Pharaone tenebris terra obscurata, *Exodi capite decimo.* Ad iustam Dei iram sunt referendi, siquidem quando totus Sol obumbratur, vt tenebræ huiusmodi fiant, non est naturale, nam Luna, cuius interpositione radij Solares impediuntur, longe minor est quam Sole, 40 *vt omnes testantur Astrologi.* † Quare ad hanc prodigiosam operationem sunt referendi, quemadmodum sub Alarico, tam magnum Solis deliquium visum fuit, vt medio diæ stellæ refulserint, teste *Nicepho. lib. decimo tertio, cap.* 36. Quod & posterioribus seculis contigisse memorat *Episcopus Vulturarienſis Simon Maiolus de admirandis naturæ colloquio primo.* 41 † Et Scipione aduersus Hamnibalem prope Carthaginem, & pugnante, & vincente integer fuit Solis defectus, vt scribit *Zonarastomo secundo.* Et Augusti morte hæc præsagia fuisse meminit, *idem Zonaras*, quod scilicet totus Sol defecerit, & cœlum latè ardere visum, & stellæ crinitæ sanguineo colore apparuerint, vt & testatur *Nicephorus libr. primo cap. decimo septimo.* † Quod in Christi Domini nostri morte verius putò, vt in sui creatoris nece, tanquam pulla, quadam veste induta natura, D. Matth. cap. vigesimo septimo, *& tenebræ factæ sunt super vniuersam terrã.*

42 † Nam illud Solis eclypsis præter naturam fuit, & aduersus omnem astrorum rationem. Quia Pascha erat, quæ pleniluniio celebrabatur, *Diuus Augustinus lib. 3. ciuitatis Dei, capit.* 15. quo nullum eclypsem posse fieri testatur, *Dionysius in Epistola ad Polycarpum prope finem.*

CAP. VI. de Diuinatione Prodigiosa ex reliquis elementis.

SVMMARIVM.

PRODIGIVM vnde dicatur, numero 1.

Prodigia præter naturam, & secundum naturam, nu. 2.

Terremotus diuinæ iræ signum esse, numer. 3.

Ozias Rex Iudæ lepra, & terremotu percussus, n. 4.

Terremotus sit capta ab Alarico vrbe, nu. 5.

Terremotus ædifitia disoluta statim connexa quomodo fiat ignoratur, numero. 6.

Antiochia terremotu concussa sub Leone, n. 7.

Terremotus mortem quare afficiat, & in furorem vertat, nu. 8.

Theodosij tempore, & Herodis regis Iuda terremota, n. 9.

Romæ terremotus in dies XXXVIII. perduranit, nu. 10.

Antiochia, Amasea, & totum orbem sub Iuliano contremuit, n. 11.

Totum orbem contremuere nequit nisi successiuè modo hãc regionem, modo illam nu. 12.

Terra tota contremuit ad IESV Christi Domini nostri mortem, numero. 13.

Terræ hiatus diuinæ iræ signum, numero. 14.

Hiatus terræ sub Honorio multos absorbuit propter crimina, n. 15.

Dathàm, & Abirõ viuos terra absoruit, n. 16.
Ioroboa regi manus arida facta, eo quod sacerdotem minaretur, n. 17.
Ignes terra emittit in monte AEthneæ, n. 18.
AEthena inter niues emittit ignes, numer. 19.
Ignis terrestris causa, n. 20.
Montes ignitos plures, n. 21.
Vesuuium, Chimæram, Aconocaumam mõtes igniti, n. 22.
Orbis noui montes igniti, n. 23.
Ignibus omnia fervent, n. 24.
Ignes ad Dei vindictam habendi, numero. 25.
Siccitas terræ Deum iratum ostendit, num. 26.
Hispaniæ per septennium non pluit, numer. 27.
Diluuia ad iustam Dei vindictam referũtur, n. 28.
Pluit sanguis, cineres, & lana, numero. 29.
Lapides pluisse, pisces, carnes, lac, frumentũ, & hordeum, n. 30.
Mannà, & cothurnices pluit Israeliticis, n. 31.
Pluuiæ præter naturam fiunt per bonos, aut malos angelos, n. 32.
Maris constituit Deus terminum, numer. 33.
Maria egressus diuinam iram ostendunt, n. 34.
Iuliani Apostatæ morte maria egressa Epidauritanis, & Alexandrinis, numer. 35.
Siciliæ maris egressus multas Insulas absoruit, n. 36.
Phrysiæ, & Hedeleriæ terra fluctibus absorta, n. 37.
Iustitia diuina punit peccatores in his, quæ peccarunt, n 38.
Leges ciuiles punit homines in his quæ peccant, n. 39.
Maria feruent ignibus in alicuius criminis detestationem, n. 40.
Ignis à mare missus multas Hispaniæ vrbes absorvit, n. 41.
Ignes è mari in Dei vindictam, numero. 42.
Gelu mare quassata in peccatorum punitionem, n. 43.

PRODIGIVM aliquãdo idem significat, quod mõstrum, portentum, aut ostentum, dictum quasi *prodicium*, quod porrò dicat, authore *Festo*, nam teste Nonio prodigia sũt Deorũ minę, vel iræ, Cic. 6. Verr. *Etenim multa sæpè prodigia vim eius, numenque declarant, Vergil. AEneid. 6.* 1

Prodigijs acti cœlestibus ossa piabant. † Nec semper præter naturam causantur, nam quandoque secundum naturam, vt ostenta fiunt, quia ex causis naturalibus comparantur insolito tamẽ modo, & præter ordinarium cursum, vt traddit *Francastor lib. de prodigijs.* 2

† Sic enim terremotus diuinæ irę signum est, cuius primum audio sub Ozia Hebræorum rege *Amos cap.* 1. quod fuit circa vrbem conditam; nam etsi tum idolatriæ scelus, tum alia quoque per orbem admitterentur crimina; nunquam tamen terremotu iram suã manifestam fecit Deus, nisi violata ecclesiastica à Regib⁹ libertate. † Ozias enim Rex ingressus templum ausus est incensum offerre super altare Tymiamatis repugnantibus sacerdotibus, ex quo percussus fuit lepra *Paralipom.* 2. *cap.* 26. & terremotus secutus, & alia damna, vt traddit *D. Hieron. super Isai. c.* 7. † Capta ab Alarico vrbe Niceph. lib. 13. c. 36. *Cum in multis terræ locis tanti esset terremotus, laquearia, & tecta ædiũ à se ipsis ita magno cum sonitu, & fragore diuimi* 3 4 5

dirimi visa sunt, vt qui intus in domibus erat, clare oculis cœlum conspiceret, & post eiusmodi rupturam, ita rursus sunt inter se aptè coniuncta, vt nemini tã noui rei
6 *significationem aliquam præberent.* † Quæ sunt adeò admiranda, vt nulla naturæ ratio supeditari possit, cum & ipse Seneca totius philosophiæ naturalis facile princeps, licet huiusmodi res sevidisse fateatur, nullã reddit rationẽ, quo ita fiãt *lib. 2. natural. qq. c. 30. & 31.*
7 † Sub Leone Imperatore, ita scribit Euagrius historicus lib. 2. cap. 12. *terremotus mirum in modum Antiochiam concussit, quo tempore multi è populo insanierunt, qui omnem belluinam feritatẽ induentes, præsagium futuræ calamitatis præbuerunt.*
8 † Diximus iam terremotus causam esse spiritum, & venenatã exalationem, ideò non solùm in furorẽ vertere, verum mortem afficere probabimus *sup. cap. 2. ex n. 23.*
9 † Sub Theodosij imperio terremotus magnus omnes fere orbis partes cõcussit, *Niceph. lib. 14. c. 46.* Sub Herode Iudæa motu terræ oppressa triginta hominũ millia
10 perierũt, vti traddit *Zonaras to. 1.* † Et licet Romã ab hac clade reseruatã dicat *Plin. lib. 2. cap. 84.* tremuisse etiã in dies XXXVIII. traddit *Liuius decad. 4. lib. 5. & decad. 1. lib. 3. & decad. 4. lib. 10.*
11 † Terremotu sub Martino Imp. tota Antiochia corruit *Nicepor. lib. 18. c. 13.* & Amasea tota, excepto templo, *Nissenus in vita S. Greg.* & totum orbem cõtremuisse ad Iuliani Apostatæ mortẽ narrat *D. Hieron. in vita S. Hilarion. & Amian. Marcellin. lib. 26.*
12 † In quo est aduertendunt, quod dicunt *totũ orbem*, non ita absolutè esse accipiẽdum, vt vno motu vbiq; totus terrarum orbis contremat, sed successiue horarũ, modo hanc regionem, modo illam: nam secũdum philosophos, terremotus nunquam ducenta millia excedit, vt docet cõcinius meus *Seneca lib. 6. natural. qq. cap. 25.* † Quamquã haut negem in Christi Domini morte, *totam terram* (vt in sui conditoris iniuriam) simul contremuisse, secundum illud Diui Matth. cap. 27. *& terra mota est*; nam (etsi suppresso Christi nomine) Tiberij Imperio, sub quo Christus passus est an. XVIII. fatetur Plinius libr. 2. cap. 84. *Maximus terræ mortalium excedit motus, Tiberij Cæsaris principatu, duodecim vrbes Asiæ vna nocte prostitutas*, quarum nomina recensetNicephor. lib. 1. cap. 17.
13

¶ Et quia terremotus hiatus accedit, vt ait *Fulgos. lib. 1.* illud similiter diuinæ iræ signum agnosco, nam sub Theodosij Imperio cum Antiochia terremotu quassata esset, terra de hiscens viuos frequenter absorbuit *Nicephor. d. lib. 14. c. 46.* † Et Roma sub Alarico capta Honorij Imperatoris tempore multis in locis terræ hiatus rupta ob nefaria crimina incolis sepulchrum extemporaneũ, expontaneum que facta est, vt idem narrat *Nicephor. lib. 13. cap. 36.* † Quæ absque dubio adiustam Dei vindictam sunt referenda cum & Datam, Abirõ ob negatam Moysi iurisdictionem, & ob cõemptum nolentes ad iudicium venire eos viuos terra absoruit cum tabernaculis suis *Numer. cap. 16.* † Vt sic sæculares metuant ecclesiasticam contemnere iurisdictionem, & eorum malo discant diuinis iussionibus obedire, nec temere prælatos, viros ecclesiasticos spernant, sed à Deo quasi datam vereãtur potestatẽ, cuius est vindicta, & retributio: eò quippè Ioroboa manꝰ arida facta est, *Reg. 3. cap. 13.*
14 15 16 17

¶ Hiatus huiusmodi, non solùm aflatus pestiferos, sed ignes per sæpè solet emittere, qualiter de mõte Æthna, sic traddit Solin. cap. 10. *In Æthnæ vertice hiatus duo sunt crateras nũcupati, per quos eructatus prærrumpit vapor*
18

præmissu prius fremitu, qui per æstuantes cauernarũ latebras longo mugitu intra terræ viscera diu volvitur, nec ante flammarum globos attolit, quam interni strepitus
19 *antecedat.* † Plinius lib. 2. cap. 106. *In montium miraculis ardet Ætna noctibus semper, tantoque æuo ignium materiæ sufficit niualis hybernis temporibus egestũque cinerem pruinis operiens.* Quibus astipulatur *D. Agust. lib. 3. ciuit. Dei c. 13.* dum ait *legimus apud Ethnicorum libros Ætheæis ignibus ab ipso montis vertice, vsque ad litus proximum decurrentibus ita feruisse mare, vt rupes exurerẽtur, & pi-*
20 *ces nauium soluerẽtur.* † Cuius rei rationem reddẽs conciuis meus Romanorum Imperator Trogus Pompeus lib. 4. *Sicilia est terra cauernosa, & fistulosa, quod fit, vt ventorum flatibus pateat, vnde ignis concipitur. Intrinsecus sulphur habet, & bitumẽ, vbi ventus per spiramenta cauernarum incubuit diu luctatus concipit ignem: sic Ætheæ durat incendium.*
21 † Sed non in Ætheæ modo sunt ignes, verum etiam in Islandia ad Heclam mõtem, quem ignes vna cum lapides mittere traddit *Surius an. 1537.* cuiusmodi plura de Volcana traddit *Possidius*, de alio monte dicto Lypara, qui nocturnas euomit flammas meminit *Plin. lib. 3. c. 9.* de Idæo flammi bome-
22 ro monte *Mela lib. 1. cap. 6.* † Vt sic interim taceam Campani Vesuuium *Senec. lib. 6. cap. 1.* Lyciæ Chimæram, *Plin. lib. 2. cap. 106.* Æthyopiæ Aconocaumam *Solin. cap. 32.* & trãs Herculis columnas quædam nocturnis incendijs conspicua, & in Africa Guazeual ex amplissimo hiatu perpetuum ignem
23 vomit, vt traddit *Leo. p. 3.* † Et in nouo orbe in Mexicano Regno aliud in prouincia Ciapopulam, vt traddit *Petr. Albar. ad Cortes.* Et in prouincia Quahatemalla, *Petr. Hispal. p. 1. cap. 23.* & in Regno Terrenate, non solùm ignes, sed crepitus in modũ bõbardæ *Balth. Diaz Ies. an. 1556.* † Nam omnia igni- 24
bus feruent, vt homines animaduertant impietatibus puniendis eiusmodi supplicia parata, eaque lõge maiora esse in ipsis terræ visceribus, vel quia sic ad extremũ diem iudicij Deus asseruat, quo iudicandus est sæculum per ignem *D. Petr. Canon. 2. c. 3.* † Quare huiusmodi ignes, quasi Dei vindices semper sunt habendi, vt timore perterriti homines à malo desistant, quia ea mẽte à Deo indẽti sunt in Synai quando populus vitulum coluerat Exod. cap. 19. *eratq; mons terribilis*, quia Dei charitas erga nos ita se ostendit, vt non feriat nisi prius admoneat, Manilius. 25

Ne mirere graues rerum hominumque ruinas:
Sæpe domi culpa est: nescimus credere cœlo.

¶ Terræ non minus siccitas (quia 26
præter naturam est, vt vapores, quos aqua emittit, in aquam non resoluantur, sed exalentur) similiter Deum iratũ prædicit: vt tempore Regis Achab, quo ob diutinam scelerum consuetudinem ad Heliæ petitione cœlũ clausum est *Reg. 3. cap. 17.* † Non minori 27
clade Hispani in peccatorum pœnam pependimus, cum recẽtibus annis ob denegatã terræ pluuiam famẽ, & pestem sustinimus, & non multo antea toto septennio nunquam pluit, vsque dũ pœnitentia correpti, orationibus pluuias consecuti sumus, vt narrat *Vincent. histor. lib. 23. cap. 29.* † Et è con- 28
tra diluuia aquarum ad Dei vindictã similiter sunt referenda, nõ solùm vniuersale *Genes. cap. 6.* sed particulares, vt Deucalionis in Thessalia mille, & quingentos annos ante Romam conditã, vt scribit *D. August. lib. 18. ciuit. Dei cap. 8. & 10.* Ogyrij in Achaia, quod Deucalionis præcesserit secundum *Orosium lib. 1. cap. 7.* & aliud in Ægypto, de quo

29 *Plato in Timeo.* † Et quod magis captũ ſuperat, quando nubes nõ aquam, ſed aliud extraneum, & ſuæ contrarium naturæ emittunt, vt ſanguinem Romę in area Concordiæ *Tit. Liuius lib. 9. decad. 4.* & noſtro ſæculo idem accidiſſe traddit *Surius an. 1543.* cineres Conſtãtinopoli ſub Leonis tempore *Niceph. lib. 15. cap. 20.* lanam in Peneſte *Iul.*
30 *Obſeq. cap. 6.* † lapides Amorrhois *Ioſue cap. 10.* quod alijs etiam temporibus accediſſe docet *D. Auguſtin. lib. 3. ciuit. Dei cap. fin. Tit. Liuius lib. 1. ab vrbe cond. decad. 1. & decad. 3. lib. 3. 6. & 9.* piſces quoque pluiſſe ſcribit *Plin. libr. 31. cap. 1.* Carnes meminit *idẽ Liuius d. lib. 3. decad. 1.* lac ſimiliter, *idem decad. 3. lib. 7.* frumentũ, & hordeum, & egumina velut pluuiã in Campania *Vin-*
31 *cent. lib. 23. hiſt. cap. 148.* † Et omnium admirabilior Manna ad populi Iſraelitici eſcã in deſerto *Exod. cap. 16.* quod omnium eſcarum ſapor habebat *Sapient. cap. 16.* necnon Cothurnices *Numer. cap. 11.* velut pluuiam à vento agitatas, Pſalm. 77. *& pluit ſuper eos, ſicut pluuiam carnes, & ſicut arenas maris volatilia cœli*, quæ iræ diuinæ abſq; dubio prænuntiæ fuerunt, quia vt legitur. d. Pſal. 77. *Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos.*
32 † Nam cum hæc fieri nequeant, niſi myniſterio bonorum, aut malorum angelorum, quia nubes naturaliter, nõ in carnes, aut lapides, nec quid ſimile reſolvuntur, ſed in aquã, quotiens illa contingunt diuinæ iræ ſignum videntur, vt homines metuentes iram Dei à peccatis deſiſtant, & ad meliorem frugem ſe conuertant Pſal. 59. *Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus.*

33 ¶ Similiter maris egreſſus diuinã irã prænunciat, nã cũ Deus terminũ mari conſtituiſſet, Prouerb. c. 8. *Quando circundabat mari terminum ſuũ, & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos,* & Pſal. 32. *Congregans ſicut in vtre aquas maris,* & Pſal. 103. *terminum conſtituiſti quem præterire non poſſunt.* † Sic ergo 34
quando contingit illa terminos ſuos egredere, & quaſi accepta à Deo libertate in terrenos ſæuire, ac extendi criminum vltionem prænunciant, vt ſolo naturæ lumine edoctus agnouit *cõciuis meus Seneca lib. 6. natural. qq. cap. 26. & lib. 7. cap. 5.* † Nam Iuliani morte 35
tot ſceleribus fœdatã egreſſa fuere maria terminos ſuos apud Epidauritanos, vt narrat *D. Hieron. in vita S. Hilarion.* idemque apud Alexandrinos recenſet *Nicephor. lib. 10. cap. 35.* † Alius 36
fuit maris egreſſus in Sicilia, quo multæ inſulæ ſunt abſortæ, eo quod vitijs degenerarent, *Paulus Diacon. lib. 11. cap. 1.* † Similiter omnis maritima terra 37
Phriſiæ, & Hedeleriæ abſorta eſt, an. 1164. eo quod epulis, & delitijs omnibus operam darent, *Saxo Grammat. in præfat. hiſtor. Danicæ.* † Nã in hoc imi- 38
tantur diuinam iuſtitiam, quæ ſic peccatores in his, quæ peccant ſolet punire, quemadmodũ Pharaone tumido, ac elato in rubro mari inexorabili cũ exercitu ſuo abſoruit. *Exod. c. 14.* † Vt 39
ſic, & merito leges ciuiles nefarios homines, qui naturæ nexui, & totius beneficij immemores celeratas manus in parentes inferunt, mari (cui nulla fides) proijci iubẽ, §. alia deinde Inſtit. de public. iudic. *in vicinũ mare proijciatur, vt omnium elemẽtorum vſu viuus carere incipiat, & ei cœlum ſuperſtiti, & terra mortuo auferatur.*

¶ Eadem ope diuina, vt fervent 40
maria fluctibus ita quoque fervent igni, ardentque contra aquarum naturã in alicuius criminis deteſtationem: vt capta Roma ſub Alarico maritimi fluctus perinde, ac campi plurimo igni exardeſcere diu viſi ſunt, prænuntiumq; id fuit indignatum numen ob

Ioan.

Ioan. Chryſoſtomũ tyrannica poteſtate demiſſum in exilium, vt traddit
41 *Nicephor. lib. 13. cap. 36.* † Hinc illæ diuinæ vltionis in hominum ſcelera, vt vel ab aquis ignem excutiat, nĩ in Hiſpaniam olim ẽ mari ortus fuit ignis, qui in varias fuſſus regionis, vſque ad Zamoram multa oppida incendio abſumpſit, vt narrat *Alph. Venerus Vaſæus*
42 *in chronic. Hiſpan. an. 939.* † Quare abſq; dubitatione credendum eſt, ſi flumina ardent, aut maria, ſcandeſcere Dei ira: nam ignis ſæpius fuit Dei vindex, qui non ſolùm Sodomam, & Gomorram ob nefaria crimina cõbuſsit *Geneſ. cap.* 19. ſed vna die ex ſectatoribus Datam centum, & quinquaginta millia viros
43 interfecit. *Numer. cap. 16.* † Et vt igne, ſic & gelu mare (contra ſuam naturã) excãdeſcit, vt tota Regis claſsis in mare Gottico ex repentino gelu in gentes naues ſimul, & trirremes circumambitæ ſunt, perinde, ac retinaculis, ac repagulis adeò valatæ, vt nulla ratione cum loco moueri non poſſent, omnes perierunt, vt narrat *Ollaus lib. 11. c. 25. Saxo Grammat. in præfat. Daniæ.*

CAP. VII. de Diuinatione Aſtronomica, quæ iudiciaria dicitur.

SVMMARIVM.

Aſtrologiæ opiniones inuicem contrariæ, n. 1.
Aſtrologia iudiciaria, in quo verſetur, n. 2.
Caldæi fuerunt Aſtrologiæ iudiciariæ authores, n. 3.
Caldæus ſummitur pro Aſtrologo, n. 4.
Caldæus pro maleficio, n. 4.
Aſtrologiæ iudiciariæ partes, n. 5.
Aſtrologia reuelationis, in quo permiſſa, n. 6.
Futura naturalia non neceſſario, ſed contingenter, n. 7.
Aſtrologia naturalis fallit in ijs, quæ de Indorum habitatione prædixerat, n. 8.
Indorum prouinciæ multæ bis in anno fructus ferunt, num. 9.
D. Ludouicus de Gongora laudatus, n. 10.
Aſtrologia Genethliacum, in quo permiſſa, n. 11.
Homo naſcitur ſecũdum corpus ſub corporibus cœleſtibus, n. 12.
Homo ducitur affectione corporali, n. 13.
Aſtrologia, quæ prædicit futuros euẽtus eſt falſa, n. 14.
Aſtrologiæ ſtudium inane, n. 15.
Arbitri libertas non pendet ex aſtris, num. 16.
Futura contingentia non pendent ex aſtris, n. 17.
Aſtrologis nõ eſt credendum etiam ſi vera dicant, n. 18.
Aſtra nullius rei ſigna ſunt, n. 19.
Aſtrologia electionum quibus caſibus permiſſa, n. 20.
Aſtrologia electionum quando imponit futuris rebus neceſsitatem damnatur, vt hæretica, n. 21.
Futura contingentia nulla arte poſſunt aſſequi, n. 22.
Homo fututurorum rerum omnino eſt ignarus, n. 23.
Futurorum cauſas non aſſequitur homo, n. 24.
Homo nihil ſcit de ijs, quæ ſunt in cœlo, aut in voluntate humana, n. 25.
Futurorum præſcrutandorũ crimina, n. 26.
Futurorum ſcientia ſolius Dei eſt, n. 27.
Futuri ſcientia Deus hominibus ademit, n. 28.
Futurorum ſcientia inutilis, & noxia, num. 29.
Futurorum ſcientia Angelis eſt prohibita, num. 30.
Chriſtus quadam ratione dicitur non eſſe futurorum cognitor, n. 31.
Deo patri ſunt futura reſeruata, n. 32.
Aſtrologia imaginum fabricatorum omnino prohibita, n. 33.

Imagi-

Imagines Astrologorum, quo pacto astris respondeant, n.34.
Imagines Astrologorum improbantur Theologi, & Philosophi, n.35.
Imagines cœlestes quas Astrologi dicunt sum fictitiæ, n.36.
Imaginis fictitijs cum veris nulla est simpatia, n.37.
Sententia de cœli animatione improbatur, nu.38.
Astrologia imaginũ fabricatorũ repugnat philosophiæ, & sacræ Scripturæ authoritate, n.39.
Astrologia imaginum similitudines de speculo, equo, & cythara, n.40.
Responsiones ad obiecta, n.41.
Serpens aereus Moysis, quo pacto à serpentibus morsos sanabat, n.42.
Cœlus quo pacto producit inanimes, mixta, & elementa, n.43.
Cœlestia corpora, quæ sunt necessaria, vt concurrant, n.44.
Cœli quomodo in voluntatem habeant virtutem, n.45.
Cœli, & astra causæ communes, n.46.
Astrologia damnatur iure diuino, n.47.
Astrologia damnatur iure canonico, n.48.
Astrologia damnatur iure communi, n.49.
Astrologia damnatur iure Regio, n.50.
Astrologiam damnant Patres Orthodoxi, nu.51.
Astrologiam damnant Theologi, n.52.
Astrologiam damnant Iurisperiti, n.53.
Astrologiam damnant Philosophi, n.54.
Astrologiam damnant Historici, n.55.
Astrologiam damnant Medici, n.56.
Astrologiam damnant Poetæ, n.57.

1 ASTROLOGIAE naturalis omissa disputatione, quia ad rẽ nostram non expectat, de iudiciaria erit agendum, nõ vt eam doceant, sed vt eius certitudinis, & fallatiæ canones præscribam. vt eorum (qui absque distinctione licitam asserunt, & eorum, qui nulli casu sustinendam censent) sententiam ad se inuicẽ pugnantium, veluti milites illi, quos ex draconis dentibus natos aiunt, ad concordiam reducã. † Astrologia iu- 2
diciaria est illa, quæ ex astrorum cursu, stellarum conformationibus, Planetarum aspectibus, & constellationibus, & aliorum cœli influentia, euenta futura, non solùm necessaria, sed contingentia prædicit tanquam ab astris necessitudine aliqua dependentia, vt traddũt *Picus Mirandulan. lib. 12. aduers. 3. Astrolog. Bened. Perera lib. 3. aduersus fallac. art. q. 2. Thom. Sanchez in Sum. tom. 1. lib. 2. c. 38. ex n. 27.* † Cuius primi au- 3
thores Caldæi fuerunt, vtpotẽ omniũ mortaliũ antiquiores, vt traddit *Arist. lib. 2. de cœlo tex. 60. & extremo Meteor.* & in principio operis Metaphys. affirmat *AEgyptios omniũ vetustissimos haberi, mathematicæ studia tractare, & colere cœpisse.* † Vnde quasi eorum propriũ 4
munus apud veteres *Caldæus* Astrologum significauit, vt *Samaritanus, maleficum*, nã vt ait Aul. Gellius lib. 1. noct. Atticar. cap. 9. *quos Gentilitio vocabulo Caldæos dicere oportet mathematicos appellamus.* † Vnde similiter mathematicꝰ 4
pro malefico *in rub. C. de malefic. & mathemat.* Item, & Caldæus Daniel, cap. 2. *Magi, & malefici, & Caldæi*, qui ideò Astrologis arrogantiores, Iuuenal. Satyr. 6.

Caldæis, sed maior erit fiducia, quidquid
Dixerit Astrologus.

¶ Huius Astrologiæ partes quatuor 5
sunt, scilicet *Reuelationis, Genehtiliacũ, Electionum, & Imaginum fabricatorum.* Quarum prima *Reuelationis* dum tractatur ex vniuersalibus commensuratis, immediatisque principijs, & alijs artis regulis potest probabiliter ex stellarum aspectibus, conformationibus,

retro-

retrogradationibus, cõstellationibus, & oppositionib⁹ prædicere cœli eclypses, terræ sterilitatem, annonæ prętiũ, aeris salubritatem, vel corruptionem, & similia, nisi suputatio, vel instrumẽtum fallant. † Quia est scientia naturalis sine qua philosophus perfectus esse nequit, permissa non solùm, sed laudabilis, *c. si quis Grammaticã 37. distinct. cap. ex tuarum de sortileg.* quibus astipulatur de Septimpartito iurel. 1. tit. 23. part. 7. *Esta segun el fuero de las leyes non es defendida vsar a los que son Maestros, y la entienden.* † Et ita absq; periculo potest futura huiusmodi, non necessario, sed contingenter prædicere, cum formidinæ oppositi, secundum Theologos (quibus de his iudicium est) *Conrad. VVipin. lib. 1. de Fato, & desuperstit. 2. cap. 7. conciuis meus Cardinal. D. Franc. Toledo in summ. lib. 4. c. 15. nu. 6. Maluet. de sortileg. c. 1. ex n. 31. Mart. del Rio li. 4. Magicar. cap. 3. q. 1.* † Dico non certo, sed contingenter: cùm & ipsa Astrologia naturalis (quæ omnibus alijs certior est) ad ea etiã, quæ præsentia habet per sæpè fallat, vt de illis, quæ sub *Torrida Zona* aspera, & inculta habitatione tot sæculis pronũciauerat ex Lactãtio, & alijs *D. August. lib. 16. ciuit. Dei cap. 9.* † In noui Orbis exprolatione omnia irrita, & incasa fuere, cum omniũ sit fertilissima, ciui, potuque abnudãs; ita vt in Hispania noua bis, aut ter fructus terra emittat quotannis, vt scripsit *alumnus Cortes.* Idemque in Brasila noui Orbis prouincia refert *Ambr. Perez Iesuita an. 1555.* quim etiam in toto illo nouo Orbe arbores nunquã frõdibus destituũtur, sed perpetuo verè virescunt, vt scribit *Ouet. summ. cap. 79. & histor. lib. 9. cap. 16.* † Vt sic merito totius encyclopediæ laude vn⁹ nostro æuo clarissimus conciuis, & amicus noster D. Ludouic. de Gongora sic canit Solit. 1.

Tantos luego Astronomicos pressagios
Frustrados, tanta nautica doctrina
Debajo, aun de la Zona mas vezina
A el Sol, calmas vencidas y naufragios.

¶ Secunda dicitur *Genethliacum*, quæ dum homini nõ futuros casus, & euẽta, sed propẽsiones naturales rimatur, aut quid ei Horoscopus protendat, prædicit: non necessario, sed dispositiuè (quia liberum arbitrium, à nullo astrorum influxu cogi potest) permissa erit similiter, vt docet *D. Thom 2. 2. q. 26. art. 6. Grilland. de sortileg. q. 3. n. 13. & q. 11. n. 22. Franc. Suarez de Relig. lib. 2. c. 11. n. 8.* † Nam homo secundum corpus, quia nascitur sub corporibus cœlestibus, vt docet *Dionys. lib. 1. de diuinis nom.* Etiam si secũdum intellectum sit sub Angelis *D. Thom. p. 1. q. 19.* & secũdum voluntatem sub Deo, Prouer. c. 11. *cor hominis in mann Dei.* † Potest spreta Dei inspiratione ad bonũ, & illuminatione boni Angeli, duci affectione corporali, ad ea quę influẽtia luminaria cæli inclinant, vt tãvoluntas, quam intellectus malitia, & erroribus inuoluatur, Sapient. cap. 9. *Corpus, quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* † Alia autem de statu fortunæ, liberorum, &c. omnino erit falsa, & prohibita, nam vt ait D. August. in c. illud. h. 26. q. 2. *Et ipsi quãvis veram stellarum propensionem dum quisque nascitur consectentur, & aliquando etiam perveſtigent: tamen quod inde conãtur, vel actiones nostras, vel actionem euenta prædicere nimis errãt, & vendunt imperitis hominibus miserabilem seruitutem.* † Nam vt ait D. Hierem. cap. 10. *à signis cœli nolite timere, vt timent Gentes, quia vanæ sunt leges eorum*, vel ex eo, quod Phaborinus philosophus apud Aul. Gell. libr. 14. noct. Atticar. cap. 1. *Si dicunt prospera, & fallunt, miserfies frustra expectando: si aduersa dicũt, & mẽtiuntur, miserfies frus-*

tra

16 *tra timendo.* † Vt sic merito Spiritus sanctus hujusmodi diuinis non credēdum per Moysistubā intimauit populo, etiam si euentus prędictioni respōdeat, Deuter. cap. 13. *Etiam si dixerint vobis, & ita euentent ne credatis eis.*

17 † Quia futura cōtingentia ex astris nō pendent, sed ex diuina Dei prædestinatione, cuius homini nulla est cogni-

18 tio, *Apostol. ad Roman. cap.* 11. † Neque arbitrij libertas astris arctatur, quia in nostra est dispositione, *Genes. c.* 4. *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis*

19 *illi.* † Vnde astra nullius rei signa esse defendit eleganter *Ioan. Picus Mirand. tract. aduersus Astrolog. per lib.* XII. Vt sic merito Thomas Morus martyr lepide hos Astrologos inuehatur.

Astra tibi Aethereo pandunt se se omnia vati.
Omnibus, & quæ sint fata futura monēt
Omnibus ast vx or, quod se tua publicat, inde
Astra licet videant omnia, nulla docēt.

¶ Tertia dicitur *Elechionum*, quæ docet

20 quid in singulis rebus consulto, & vtiliter est faciendum, quid omittēdunt, quando ędificandum, nauigādum, manendum ve domi; si profiteatur suspi-

21 tionem cum formidine Christianæ pietatis, permissa est: vt traddit *Caietan. in summ. v. astrorum obseruatio.* † Aliàs enim dum certo aliquid, & infabibiliter prædicit (vt quæ imponit futuris rebus necessitatem) tāquam hæretica damnatur, *in cap. consuluisti. 2. q. 4. cap. sciendum. h. 26. q. 3. Grilland. de sortileg. q. 3. n. 13. & q. 11. n. 16. Farinac. tom. 1. q.*

22 *20. n. 111.* † Nam futura contingentia nulla naturæ, neque artificij arte assequi possunt, quia vt ait Aristotel. lib. 2. Periarm. *de futuris contingentibus non est determinata veritas*, vt sic merito Vergil. A Eneid. 10.

Nescia mens hominum fati, sortisque futuræ.

¶ Vnde merito admonet Sapiēs Pro- 23
uerb. cap. 17. *Ne glorieris in crastinum, nescis quid superventura pariet dies*, nam vt ait Ecclesiast. cap. 10. *Ignorant homines, quid ante se fuerit, & quid post se fasturus sit, quis poterit indicare?* † Futura 24
enim non dum existunt, quod autem non est, non intelligitur, nisi prout aliquo modo est, positum nempè in causis secūdis, quarū, quia tres sunt, Deus, cœlū, & voluntas humana, minus ex eis, cognosci possunt: nam allius quo ad Dei prædestinatione attinet, cognitio nulla est, vt docet D. Isaias cap. 40. *Quis cognouit sensus Dñi, aut quis consiliarius eius fuit?* † Quo ad cœlum autem 25
spectat non minus difficultate maxima implicantur, nam vt ait Sapientiæ cap. 9. *quæ in prospectu sunt inuenimus cū labore, quæ autem in cœlis sunt quis inuestigauit.* De voluntate autem humana Apostol. Corinth. 1. cap. 2. *Nemo nouit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis.* † Vnde futura huiusmodi cognoscere 26
asserentes Dei potentiam negant, & liberum arbitrium tollunt, quia id repugnat dignitati diuinæ gratiæ, quæ vincit naturam: repugnat diuinæ legi, quæ talia vetat obseruari: repugnat nostræ mentis, & consilij dignitate, qua cunctis rebus summus præstantiores, vt docet *Ioan. Picus Mirandul. lib. 2. aduersus Astrolog. cap. 5. & lib. 4. cap.* 11. † Repugnat similiter sacræ Scripturæ 27
authoritate, quæ docet futurorū prescientiam solius Dei esse D. Isaias cap. 46. *Ego Deus*, &c. *nec similis mei annuncians ab exordio nouissimum, & ab initio, quæ nondum facta sunt*, & cap. 44. *annunciate nobis, quæ ventura sunt, & sciemus, quia Dij estis.* † Quam hominibus pror- 28
sus ademit, *Ecclesiast. c.* 8. monetq; nequis discat Astrologiā, neq; ab astris sibi timeat, quia vanæ sunt leges infideliū *D. Hiere. c.* 10. siue philosophorū *D. Paul. ad Colos. 2.* † Cuius ideò studiū, 29

inutilem,

inutilem, & noxium esse docemur ex diuino Oraculo, D. Isai. c. 47. *Ego sum Dominus irrita faciens signa diuinorum, & Ariolos in furorem vertens, conuertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum*
30 *stultam faciens.* † Cum non solùm hominibus, sed & Angelis id omnino prohibuerit, vt interrogat⁹ à discipulis de die vniuersalis iudicij, Matth. c. 24. *Dic nobis quando hæc erunt, aut quod signum aduentus tui.* Christus respondit, *de die illa nemo scit, neque Angeli in cœlo, neque Filius* (vt addit D. Marcus cap. 13.)
31 *sed solus Pater.* † Nam licet Christus diem iudicij non ignoret simpliciter, & absolutè, sed solum certa quadam ratione, quia nō à se, neque ex humanitate sciebat, voluit tamen cum illa exageratione loqui ad retūdēdam curiositatem futurorum, vt docet *Franc.*
32 *Suarez lib. 2. de Religion. cap. 7. n. 6.* † Ex quo ipsi Apostoli edocti Iudæis interrogantibus quādo restituri essent regnum Israel: responderunt Acta Apostol. c. 1. *Non est vestrum nosse tempora, vel momēta, quæ Pater posuit in sua potestate.*
33 ¶ Quarta, & vltima Astrologiæ iudiciariæ pars dicitur *Imaginum fabricatorum*, quæ prorsus falsa est, inanis, & pernitiosa, atque omni iure detestata, ideòque ab hominum animis exterminanda, quia nulla sunt signa, neque caracteres, quæ per se virtutē possint clargiri, vt docet *D. Thom. 2. 2. q. 96. art. 2. & contra Gent. lib. 4. cap. 104. & cap.*
34 105. † Nam licet, quę per caracteres, & figuras, ac numeros Astrologi huiusmodi perficiunt, ea produci dicunt à virtute ijs figuris communicata sublimioribus, ex simpatia quadam naturali rerum inter se similium, quatenus hæc figurę ad amussim inuicem comparantur, vt docet *Lud. Dulcius lib. 3.*
35 *de gemmis cap. 6.* † Merum quidem totum hoc Platonicorum figmentum est, natum ex illo Ptholomei aphorismo, *vultus inferiores subiectos esse vultibus cœlestibus*: quod iam diu improbarunt, non Theologi modo, *D. Thom. vbi prox.* sed etiam, & Philosophi *Plutarch. in vita Pericli. Vayrus libr. 2. de Fascin. cap. 11. Codronch. lib. 2. de morb. venefic. cap. 5.* † Quia in cœlo, quas-cō- 36
miniscuntur imagines prorsus sunt fictitiæ, quatenus figurę quędam similitudo, & imago picturis illis adscribitur: nominaq; ad placitum imposita stellas inuicem distinguendi causa, vt traddit *Bap. Sibyllan. de peregrin. qq. decad. 1. c. 9.* † Quis enim nescit nullas in cœ- 37
lo esse veras Vrsas, Angues, Sagittarios, Crateras, Naues, & similia, quæ Astrologi huiusmodi obtrudunt? Fictitiæ vero figuræ nulla potest esse efficatia, quia talis est; nec cum vera figura, simpatia, vel amor naturalis: id enim quod non est, quem effectum in eo, quod est, nequit producere, *Aristo. lib. 1. Physicor.* † Vnde prohibitum est 37
Leui. ca. 19. ne figuræ, aut stigmata fiāt; quo inelligitur vetitum esse ne quispiam faciat signa superstitiosa, & imagines Astrologicæ, & nomina ignota, & caractares, & id genus omnia, vt traddit *Episcop. Sinanc. de cath. instit. tit. 63. num. 22.* † Quare eorum obseruatio 38
sapit errori manifesto de cœli animatione, nato ex eisdem Platonicorum delirijs; in quo licet nō Gentiles modo, sed ex Catholicis Patribus nōnulli lapsi fuerint, eorum sententia, vt stolida, falsa, & scandalosa, iam pridem dānata fuit in Concilio Constantinopolitano, & alijs synodis, vt traddunt *Spencæus lib. de animat. cœl. & Ec Kius lib. de prædestinat.* † Quia nō solùm Chris- 39
tianæ religioni, sed veræ, germanæque philosophiæ repugnat principijs, vt traddunt *D. Thom. vbi sup. Vayrus lib. 2. de facin. cap. 14. Leloyher lib. 1. spectror.* & sapit similiter Idolatriæ damnatæ, Exod. cap. 20. *Non facies tibi sculptile,*

neque

neque omnem similitudinem, quæ est in cœ-
40 *lo desuper.* † Neque iubantur similitudinibus de equo, quod ex opposito pariete causatur: & speculo concauo, in quo collecti radij oppositum corpus repercussum inflammãt; & in cythara eodem modo, quo aliam tensis fidibus, si ferias alteram tintino suo cogit
41 concinere. † Quia in equo cuncta sunt entia realia, homo loquens, vox repercussa, & paries repercucientis, nec tamẽ vlla parietis cum homine similitudo. Et similiter in speculo omnia sunt re ipsa consistentia. Et in cythara euidens est à parte rei conuenientia, scilicet intensionis modus, idem fidium cõcinitus, & cythararum diuersa propinquitas, atque similis aeris crispatio, quæ sonum quasi plectro elicit.

42 ¶ Neque obstat serpentem aereum Moysis à serpentibus morsos sanasse, *Numer. cap.* 21. quia vis illa non fuit illi data, eo quod ad quadam cœli positurã fabricaretur, vt nebulones isti iocãtur, sed à Deo virtus supernaturalis fuit, vt docet *Franc. Suarez lib.* 2. *de Religion. cap.* 12. *Raph. de la Torre tom.* 2. *de*
43 *vitijs oppositi. relig. q.* 96. *art.* 2. † Neque minus obstat cœlos per se res animes, mixtas, & elementa producere, nec non viuentia imperfecta, quia id fit per accidens, quando particulares causæ materiam sic disposuerunt, vt
44 traddit *Cardan. lib.* 15. *de subtilit.* † Neque etiam obstat cœli astra, quo ad viuentia perfecta habere virtutem similiter, quia cœlestia corpora non aliter concurrunt, quam quod adiuuando particularem causam eiusdem speciei, cui re genita, ex quo dicitur, *Sol, & homo generant hominem,* vt contra Auicenam, & Cœsalpinum defendit *Peripa-*
45 *tieticorum schola.* † Neque tandem obstat, quo ad animi affectiones cœlos habere virtutem, quia id fit in directo, eo quod sequi soleãt corporis dispositiones mediante corporis temperie, nã sẽper arbitrij libertes integra manet, *Ant. Miradulan. lib.* 22 *singularis certam. Franc. Valles de sacra philosoph. cap.* 31. † Cœlum enim, & astra causæ tantum 46
sunt communes, & vniuersales, quatenus conseruant inferiora, nẽ à contrarijs suis disoluantur: atq; ita particularibus agentibus indirectè tantum, & mediatè suppetias ferunt, vt traddunt *Veracruz lib.* 1. *Meteor. Greg. Venetus lib.* 3. *de harmonia mund. ex ca.* 17.

¶ Vnde omnes huius Astrologiæ 47
partes (exceptis ijs dumtaxat in quibus licitam asseueramus) omni iure, & authoritate improbãtur. Primo enim dãnant Ius diuinum *Leuit. cap.* 19. *Deuter. cap.* 18. *D. Isaias cap.* 47. *Soph. cap.* 1. *D. Hierem. cap.* 10. *Sapient. cap.* 9. *Reg.* 1. *cap.* 28. *Reg.* 4. *cap.* 23. † Secũdo damnat Ius 48
Canonicum *in cap. illud* 6. *ca. sed & illud* 9. *huius.* 26. *q.* 2. *cap. consuluisti, cap. sciendum, cap. igitur. d.* 26. *q.* 3. *cap. non statim, cap. non licet. d.* 26. *q.* 5. *cap. ex tuarum de sortileg.* † Tertio Ius ciuile. *l. item apud* 49
Labeonem. § *si quis Astrologos, D. de in iurijs. l.* 2. *l. nemo haruspex. C. de malefic. & mathem. l. mathematicos. C. de Episcopal. aud.* † Quarto damnat Ius Regium. *l.* 50
2. *l.* 19. *tit.* 8. *ordinam. l.* 1. *tit.* 27. *part.* 3. *l.* 5. *tit.* 1. *lib.* 8. *recopil.* vbi non solùm Astrologi, sed eis fidem præbentes damnãtur, *E los que vsan de Astrologia, e aquellos que les creẽ, deuen ser reputados por hereges.* † Quinto damnant Patres Ortho- 51
doxi, *D. Ambr. lib.* 4. *Hexamer. cap.* 4. *D. Chrysostom. in Matth.* 2. *D. Augustin. lib.* 2. *super Genes. ad liter. cap.* 17. *& lib.* 2. *doctrinæ Christian. ex cap.* 21. *& lib.* 5. *ciuit. Dei fere per tot. & lib.* 6. *c.* 9. *& lib.* 14. *c.* 4. † Sexto Theologi tam veteres *Petr.* 52
Lambard. Paludan. Gabriel. Maior. Ricar. & alij in sentent. 4. *D. Tho.* 2. 2. *q.* 95. *art.* 5. quam recenciores *Ioan. Picus Mirandul. aduersus Astrologos per lib.* 12. *Franc. Picus eius nepos lib.* 5. *Prænoct. Iul. Syren.*

lib. 9.

lib. 9. de Fato ex cap. 29. Petr. Ciruelo de superstit. p. 2. cap. 3. & lib. 1. Astrolog. Christ. c. 1. Mich. Medina lib. 2. de recta in Deum fide c. 2. Mart. del Rio lib. 4. c. 3. Magicar. q. 1. & libr. 6. Anacephaleos. monit. 7. Franc. Suarez lib. 2. de Religion. cap. 11. Raph. de la Torre. d. q. 96. art. 5. Thom. Sanchez in sum. t. 1. lib. 2. c. 38. ex n. 33. † Septimo damnant Iurisperiti *Abb. Annan. Ancharran. & alij in d. cap. ex tuarum de sortileg. Cardinal. Turrecrem. in d. c. illud. Troil. Maluen. de sortib. p. 1. Bald. & Salyc. in ll. 2. & 5. de malefic. & math. Grilland. de sortileg. q. 3. ex nu. 8. & q. 11. ex nu. 16. Petr. Leloyher lib. 3. spectror. c. 9. Iul. Clarus lib. 5. receptar. §. hæresis, n. 25. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 388. Dãhauder in Prax. cap. 61. n. 80. Medices in summ. peccat. p. 1. tit. 2. q. 36. & in summ. hæres. p. 3. cap. de Astrolog. Lancellot. Conrad. in templo iudic. lib. 1. c. 1. §. 3. Prosp. Farina. tom. 1. q. 20. ex n. 112.* † Octauo damnat Philosophi, *Plato in Chratyl. & eius discipulus, atque antipoda Aristot. libr. 2. Periarm. & eloquentiæ parens Cicero. lib. 2. diuinat. & Phaborinus apud Aul. Gell. lib. 14. noct. Atticar. cap. 1.* † Nono dãnant Medici, *Galen. lib. 1. de sanitate tuend. Franc. Valles de sacra philosoph. cap. 31. Leuin. Lemnius epistol. ad Polician. lib. 12. Ioan. Langius epist. 35.* † Decimo dãnant Historici, *Cornel. Tacitus lib. 2. & lib. 17. Annal. Euseb. lib. 6. historiæ Ecclesiast. cap. 6. & cap. 7. Mariana de rebus Hispan. lib. 17. cap. 14.* † Vndecimo dãnant deniq; Poetæ Iuvenal. Satyra sexta.

Nemo mathematicus genium idemnatus habeuit.

Et paulò post.

Non enim sunt ij, aut arte diuini, aut scientia,
Sed superstitiosi vates, impudentesque Arioli.

CAP. VIII. de vanitate Astrologiæ iudiciariæ.

SVMMARIVM.

Astrologiæ vanitas secundæ disputationis causa, n. 1.

Non opportet verum dicere nisi causas falsitatis assignemus, n. 2.

Viam ferro appetit, qui per contraria transit, n. 3.

Astrologia iudiciaria priori sæculo in prætio habita, n. 4.

Astrologorum error, qui se sacræ scripturæ locis tuentur, n. 5.

Abraham Astrologia imbutum, error, n. 6.

Astra licet non sint signa, esse tamen causa futurorum, error, n. 7.

Signa sunt caracteres, quibus futura leguntur, error, n. 8.

Signis cœli Deum opera sua manifestasse, error, n. 9.

Omnia ab astrorum influetijs patimur, error, n. 10.

Magos, qui Christum adorarunt, fuisse Astrologos, error, n. 11.

Iacob patriarcã fuisse Astrologum, error, n. 12.

Ioseph narrationis liber approbatus à doctis, n. 13.

Astrologiæ partem præter eam, quam author traddit falsissima, & vana, n. 14.

Astrologia, quam author improbat non potest coherere cũ veritate Christinæ religionis, n. 15.

Futura Deus sibi reseruauit in diuinitatis prerrogatiuam, n. 15.

Astrologos Deus ad insaniam redigit, nu. 16.

Astologos Deus in adinuentionibus suis solet obcæcare, n. 17.

Astrologiæ iudiciariæ vanitas ex sacris litteris, n. 18.

Astrologia iudiciaria non coheret philosophia naturali, n. 19.

Astrologia iudiciaria nihil scit de cœlorum natura, nu. 20.

Astrologia iudiciaria inutilis ad cœlorum disputationem, numero vigesimo primo.

Astrologorum iactantia, qui à Chaldæis per quadringenta & septuaginta millia annorum scientiam obseruatam crediderunt, nu. 22.

Cœli facies eadem omnino, vel nunquam, vel raro contingere, numero vigesimo tertio.

Stellæ multæ sunt, quæ vel non clarè, vel nullatenus cernuntur, numero 24.

Astrologorum error in syderum influentijs, nu. 25.

Syderum notitiam astrologis exiguam esse, nu. 26.

Cœli positurã in hominis natiuitate, quam difficile sit obseruare, numero vigesimo septimo.

Iudiciaria artis prædictio de humanos status quam falsissima, numero vigesimo octauo.

Punctum natiuitatis nequit Astrologus ad tot astrorum formas applicare, numero 29.

Syderum vis potentior est in conceptu hominis, quam in ortu, numero trigesimo.

Hali Astrologi de potentia syderum in ortu hominis, nu. 31.

Authoris sententia contra Genethliacos, n. 32.

Astrorum vis potentiore in conceptionis tempore, quam natiuitatis, numero trigesimo secundo.

Astrologis non esse credẽdum, etiam si vera dicant, n. 33.

Sol, & homo generat hominem, & omnia, nu. 34.

Semina, quæ vno, & eodem puncto seminatur diuersos effectus nanciscũtur, nume. 35.

Diui Augustini contra Genethliacos sententia, numero trigesimo sexto.

Geminos, qui vno tempore nascuntur, diuersæ sunt naturæ, numero trigesimo septimo.

Iacob, & Esau nati eodem tempore, diuersis fuere ingenijs, numero trigesimo octauo.

Cœlorum propter rapidissimam conuersionem, breuissimam moram esse admodum notabilem, nu. 39.

Rapidissima cœlorum conuersio non assequitur ab Astrologis, numero quadragesimo.

Iacob proxime natus est post Esau manum plantam pedis eius tenens, numero 41.

Hominem sub eadem constellatione totus nascitur, numero quadragesimo secundo.

Homines, qui in toto orbe sub eadem constellatione nascuntur vix in moribus assimilantur, numero quadragesimo tertio.

Amazonæ vno die vicinis accubuebant & eodem pariebant, numero quadragesimo quarto.

Homines diuersis nati temporibus similes tamen sunt, numero quadragesimo quinto.

Sarracenorum casus, vulgò Moriscos, *idem omnibus fuit, licet diuersis temporibus nascerentur, numero quadragesimo sexto.*

Astrologia iudiciaria si vera esset, philosophiæ pars magna esset, nu 47.

Astrologia iudiciaria omni tempore à præstantissimis philosophis contempta, num. 48.

Pythagoras, Democritus, & Plato Astrologiam iudiciariam respuerunt, numero. 49.

Aristoteles Cordubæ natus in Grætium profectus, n. 50.

Aristoteles Astrologia iudiciaria nunquam vsus, nu. 51.

Eudoxum, Casandrum, & Halicarnassum laudat

laudat Cicero, quod astrologiam cõtemp-serint, nu. 52.

Astrologos non esse credendum, numero. 52.

Ptholomæi de incertitudine iudiciariæ sententia, nu. 53.

Libero stante arbitrio iudiciaria stare non potest, nu. 54.

Impij excusarentur si astrologia iudiciaria vera esset, nu. 55.

Dei inspirationis valet homo respuere, quin astrorum, nu. 56.

Astrologia iudiciaria, nullo pacto necessaria est, nu. 57.

Astrologia inanis, & falsa, numero. 58.

Abraham astrologum non fuisse, numero. 59.

Astra non sunt signa futurorum, numero. 60.

Origines de astrorum scientia reprehensus, nu. 61. & 62.

Astra non sunt causa futurorum, numero. 63.

Iris quomodo sit causa serenitatis, numero. 64.

Astra non posse esse signa futurorum, nume. 65.

Cœlum recedere sicut liber apud Isaiam explicatur, nu. 66.

Hebræi libros scribebant vnico dumtaxat folio, nu. 67.

D. Isaias de cœli complicatione expositus, nu. 68.

Sacra scriptura loqui aliquando per prosopopeiam, nu. 69.

Per methonimiam etiam accipitur, numero. 70.

Per hyperbolem similiter interpretatur, nu. 71.

Per analogiam quandoque admittitur, num. 72.

Cœli militia de astris, & stellis, numero. 73.

Hispani figuratè aloquuntur, numero. 74.

Stellæ pro Angelis summuntur, numero. 75.

ASTROLOGIA iudiciaria licet nil aliud sit quan diuinatio astronomica, de qua in præcedẽti capite actum est, quia non cessant aduersarij, iterum ad eam reddire cogor, nam in hac Matritensi curia in omnium ora sub specie liciti damnatæ artis multa, & ea quidem Hispano sermone, audent propallare, quos vt in adinuentionibus suis capiamus pauca effundam: quia non opportet verum dicere, nisi causas falsitatis assignentur, vt inquit *Aristoteles libro septimo Ethicorũ, Neuizanus in Sylu. libro primo in præfatione, numero quinto, & sexto.* † Primo enim ad sacræ scriptu- 2
ræ loca respondẽdum est, quibus vt ad sacrã anchorã impius præceptor se cõfugit, ad suos stabiliendos errores, vt eius argumenta debilitata veritas firmissima clarescat: Quia veritas sępius examinata magis exclarescit in lucem, *capite grauem trigesima quinta, quæstione nona, glossa in capite cum Ioannes de fide instrumentorum.* † Nihil enim magis iu- 3
uat ad veritatem enucleandam, quam argumenta contrariorum, neque aliud laude dignius, quam eis satisfacere, nã viam ferro appetit, qui per contraria transit, vt inquit *Baldus in lege præcibus, Codice de impuberum, & alijs substitutionibus, & in lege si pecuniam, Digestis de conditione ob causam.* † Scio enim hanc quam in præcedenti capi- 4
te, & nunc impugnamus Astrologiam priori sęculo magno fuisse in prętio habitam quippe eã laudarunt Democritus, Empedocles, Posidonius, & recentiores Porphyrius, & Aphrosideus, ex illo Ptholomæi aphorismo *vultus inferiores subiectos esse vultibus cœlestib⁹.*

† Sed

5 † Sed quia satisfecimus in præcedenti capite, quo ad impugnationẽ ad loca sacrę scripturæ veniamus, quibus blasphemo ore huiꝰ vanitates patrocinare conantur aduersarij, de quibus Apost. ad Thim. 1. c. 1. *Conuersi sunt in vaniloquiũ, volentes esse legis Doctores, non intelligentes, neq; quæ loquuntur*, &c.

6 ¶ Iulianus Apostata hæretica vesania turgidus in libro quẽ edit aduersus Christianos hac Astrologia insignem fuisse sanctissimum Patriachã Abrahamũ, eaq; à Dño imbutũ blasphemo ore non erubet propalare, suumq; errorem nefariè patrocinatur, Gen. c. 15. *Eduxit Dominus Abraham foras, & ait illi, suspice cœlũ, & numera stellas, si potes;*

7 *sic erit semen tuum.* † Secundo astra licet non sint causæ futurorum, sunt tamen signa, quibus futura indicantur, Gene. c. 1. *Et sint in signa: tempora, dies, & annos.* vt exponit *Euseb. li. 6. præparat. Euag. c. 9.*

8 † Tertio signa sunt tãquam caracteres quibus omnia descripta sunt futura tãquam in libro extenso D. Isai. cap. 34. *Cœli sicut libri complicabuntur.* Et illud

9 *quæ extendit cœlum sicut pellem.* † Quartò per cœli signis Deus opera sua manifestauit, quæ facturus est Psal. 18. *Cœli enarrant gloriam Dei.* & Psal. 67. *Et opera manũ eius annunciat firmamentũ.* † Quin-

10 to, omnia ab astrorum influentijs patimur iuxta illud Iud. c. 5. *De cœlo dimicatum est contra eos, stellæ manentes in ordine, & cursu suo aduersus Syſaram pugnauerũt.* † Sexto, Magos illos, qui ab Oriẽ-

11 te venerunt Christum adorandum astrologos fuisse conatur persuadere, *Iulianꝰ vbi sup.* quod ducti stella venissẽt, Matth. c. 2. *Vidimus stellam eius in Oriẽte, venimus adorare eum.* † Septimo, hanc

12 artem fulciuntur ex libro quem citat *Origenes*, cui titulus erat *narratio Ioseph*, olim apud multos in authoritate, & fide recepto, in quo Iacob patriarca in-

13 ducitur filios suos alloquens in hunc modum, *legite in tabullis cœli quæcumq; contingerim vobis, & filijs vestris.* † Vt sic nõ solùm sacris abutentes, sed apocriphis insaniẽtes fallatias suas incautis hominibus persuadeant; etiam si dictam narrationem Ioseph; approbauerint *Plotinus condiscipulus Origenis lib. de Fato cap. 6. & Iul. Syren. lib. 9. c. 35.*

14 ¶ Sed his non obstantibus Astrologiæ huiusmodi (præter quam in casibus à nobis in præcedenti capite annumeratis) falsissima, stolidissima, scandalosa, vana, & hæretica censendâ est, omni cura cauenda, & à Magistratibus aceruissimis pœnis plectenda, vt quæ imponit futuris rebus necessitatem, & libertatem arbitrij tollit, & merita diuinæ gratiæ. † Et ita non posse cohærere

15 cum veritate Christianæ religionis ex multis probat *Ioan. Picus Mirandula. lib. 12. aduersus Astrolog.* Nam futura huiusmodi ea sibi in diuinitatis prerrogatiuã Deꝰ reseruauit Acta Apost. c. 1. *Nõ est vestrum nosse tempora, & momẽta, quæ Pater posuit in sua potestate.* † Quapropter Dñs ea præscrutantes ad insa-

16 niam solet redigere D. Isaias cap. 44. *Ego sum Dominus irrita faciens signa diuinorum, & ariolos in furorem vertens; cõuertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens.* † Siue vt ipsemet

17 Dominus testatur per Iob cap. 5. *Comprehendam sapientes in astutia eorum*, quia solet Dominus eos in ad inuẽtionibus suis obcæcare, Apost. Corint. c. 3. † Et

18 ita apud eundem D. Isai. c. 47. *Sapientia tua, & scientia tua hæc decepit te.* Et paulò post; *Defeciſti in multitudine consiliorũ tuorum: stent & saluem te Augures cœli, qui contemplantur sydera, & supputabant menses, vt ex eis annuncient venturo tibi.*

19 ¶ Neq; coheret philosophia naturali, quia Astrologi huiusmodi, nec certo sciunt omnes astrorũ vires defluxꝰ, & effectus, nec si eas res scirent satis id foret ad certã rerũ futurarũ præsentio-

nem, vnde eos imperitia,& imprudẽtia arguit Phaborinus philosoph⁹ apud
20 *Aul. Gel. li. 14. noct. Attic. c. 1.* †Et quod nihil Astrologi huiusmodi de syderũ doctrina sciãt, patet, quia si eos interrogamus de cęlorũ cõpositione,& natura, an simplex, vel cõparata ex materia,& forma, an qualis est rerũ omniũ sublunarium, an omnino diuersa; sit ne cœlũ animatũ, & an sua vi moueatur, vel intrinsecus ab Angelo, quę prę sentia sũt,& facilìora scitu, quã ea, quæ profitẽtur, eos inueniemus earũ omnino rudes, atq; ignaros, quare difficiliorũ scientes, & peritos esse credi nõ debet, nã vt ait Eccles. c. 10. *Ignorat homo, quid ante se fuerit, & quid post se futurũ sit,*
21 *quis poterit indicare?* †Nihil enim sciũt de cœli natura, magnitudine, numero orbiũ,& inter eos ordine, differẽtia, dignitatib⁹, & varietate mꝰtuũ, de Astrorũ numeris, eorũq; inter se magnitudine, luce, potestate, atq; effectu, cum Aristoteles philosophorũ omniũ facile pꝛiceps ingenue fatetur, se multarũ rerũ cœlestiũ, nõ exquisitã scientiã, sed opinabilẽ tantũ, & cõiecturatã notitiã tenere *lib. de cœlo, text.* 17. 34. 60. & 61.
22 †Neq; enim veterib⁹ illis philosophis sunt anteponẽdi, qui rerũ naturalium notitia mortalibus incõprehẽsibile lõge alijs claruerunt; cũ huius artis fũdamẽta cum aiunt à Chaldæis accipisse; quos in explorãdis puerorũ natalibus quadringẽta septuaginta millia annorũ cõsumpsisse iactantur, falsum sit, cũ ab exordio mundi vsq; in præsens nondũ sex millia annorũ defluxerint: quinimo à Chaldęa gẽtis origine, hoc est, post euersionẽ turris Babel, facta nẽpè linguarũ diuulsione, nõ sunt adhuc quatuor millia annorũ completi, vt tradit
23 *Pic. Mirand. d. lib. 12. c. 2.* †Neq; cœli facies, & omniorũ signorũ cęlestiũ positura, quæ semel fuit, eadẽ omnino, vel nunquã, vel nõ nisi post immẽsa annorũ spatia reddire potest, quippè octau⁹ orbis, in qua sunt inerrãtes stellæ, non ante sex & triginta annorũ millia circuitum suũ absoluit, vt ex doctissimis Mathematicis probat *Mirãd. vbi prox.*
†Præterea multæ sũt stellæ, quæ vel nõ 24
claré, vel nullatenus cernũtur, earũ verò, quę cernũtur paucas habẽt Astrologi cognitas,& per multas nec dum exploratas, vt cõcors est omniũ sentẽtia, vt fatentur *Ptholomæus, & Albumazar.*
† Quare igitur ex paucis astris (quarũ 25
vires norũt) tam cõfidẽter prænũciant futura, cũ per aliorũ syderũ (quorũ nesciũt influxus) aut impediri, aut variari facilè potuerit? nisi forte astrorũ, quæ latẽt ipsis, nullas esse vires, nulloq; in fluxus impudẽter, & absurdè mẽtiantur? † Cõstat enim Astrologos nume- 26
rari in octauo cęlo mille pręter viginti duas stellas, quarũ cum quęlibet maior sit terra, necesse est in gẽtẽ esse earũ vim,& potẽtiã: sed earũ Astrologi, vel nullã, vel per exiguã notitiã habent, nã tota eorũ ars circa Planetas versatur, quæ ab alijs impediri posse agnouit etiã philosophia naturali imbutus cõciuis meus Senec. li. 2. natural. qq. c. 32. *Quod est illud, quod erronẽ ineuntiat peritis nataluim, quam quod paucis nos syderibus assignãt; cum omnia, quæ supra nos sunt, partem sibi nostri vendicent.*
¶ Sed dato, quod omnium syderũ 27
potestates caleant (quod impossibile est) ad earum obseruationẽ planè errant, nam difficilimum est punctum tẽporis, in quo quisq; oritur, vel in 1 1
eo ipso puncto aspectum syderũ omnium, qui tunc vigent, obseruare: tum propter nubila, & crassorum vaporũ, tum propter rapidissimam cœlorum cõuersionem, vt cõstellatio prius trã- 31
uoluat, quam ab eis propriè annotetur: quippè per singula fere momẽta alia, & alia cœli facies, & ideò diuersa astrorum positura existit. † Et ita fal- 28
sissima

fissima est Astrologorũ iactantia, qua ex astris in natiuitate obseruatis existere alicui prænunciant futurum summum Pontificem, vel tot dignitates cõsecuturum, vel tot filios suscepturũ, vel tot exitus habiturum, nã licet illa cœli constellatio prædicat, quam ipsi iactãt, ab eis consequi non posse docẽt *B. Basilius super Genes. homil. 6. D. Augus. lib. 5. ciu. Dei li. 2. cap. 2. doctrinæ Christ. c.* 29 *22. Suarez de Relig. lib. 2. c. 11.* † Nã pũctum illud, quo quis aluo matris fusus lucem aspicit, licet obstetrix, & parentes, atque cognati subtilissimé annotẽtur, & prospectum habeant, Astrologus illum ad omnem cœli posituram illico nequit applicare, quia tot stellarum formas, signorum, & planetarum constellationes, aspectus, retrogradationes, & conformationes non valet superare, nam vt ait Sapientia capite *9. quæ in prospectu sunt inuenimus cũ labore, quæ autem in cœlis sunt quis inuestigauit?* 30 † Quinimo syderũ vis potentior est in cõceptu hominis, quã in ortu authore Ptholomæo huius artis antesignano lib. Apotelesm. *3. cũ principiũ tẽporale hominis aliquid statuatur, natura quidẽ, & per se illud erit, cum semen vtero genitale admittitur: potentia vero, & secundum accidens cum hora partus infans egreditur.* 31 † Vnde Hali nobilis Astrologus eleganter reliquit scriptũ lib. Electio. *Efficaciã dicernendi fatum hominis esse in hora conceptionis, sed quia hæc nescitur ab Astrologis propterea eos ad horã natiuitatis præposterе, atq; insipide cõfugiũt.* 32 † Quibus ego addo totum illud tẽpus, quod intercedit inter conceptionem, & natiuitatem, quo quis in vtero est actioni cœlorum subiectus, & reliquum vitæ tempus, quod post ortum incipit dum virtutes cœlestes ingsiniores sunt effectu, & valentiores ad immutandum hominem, quã quæ tẽpore ortus eius fuerũt; quippè effectus ille, & defluxus astrorum nascenti homini impressum necesse est variari commutata sæpius homini corporis tẽperie, vel ob alias potentes constellationes, vel ob educationem, vel ob variã viuendi cõsuetudinem, vt colligitur ex *D. Thom. p. 3. q. fin. art. 1.* † Vnde hanc artem esse falsissimam sequentibus rationibus probabo, vt sic ea omnia, quæ ab eius professoribus iactantur nullatenus euenire credas, neq; ab eis posse sciri; etsi aliquãdiu acciderint, id nõ ex astris, sed ex Dei voluntate fieri, ad cuius cognitionẽ solent nefariè pacto cũ dæmone implicari, & sic quãto errẽt manifestè dicat, Deuter. cap. 13. *Etiã si dixerint vobis, & ita euenient ne credatis eis.* 33

¶ Primo enim ad producendos effectus futuros opus est præter causas cœlestes, quæ vt vniuersales cõcurrũt, causa etiam particularis efficiens, quia cœlum solum per se ea non producit, quippè ex sententia Aristot. *Sol, & homo generant hominem, & omnia,* quorum si derit alterum prorsus nullos futuros esse effectus probat *Franc. Suarez lib. 2. de Relig. cap. 11. n. 6.* † Quod experientia probatur; nam si cœli aspectus solus has, vel illas, qualitates influit? quare semina, quæ vno simul puncto seruntur, non tantũ diuersis, sed eisdẽ terrarum locis diuersas qualitates, & diuersos effectus, & exitus sorciantur? an quando sydera, vt irridet *Phãborinus* in hominibus tantum valeant, in cęteris autẽ deficiant? † Neque enim mei solius est argumentum, nã prius excogitauerat Ecclesiæ lumẽ pariterque columẽ, D. Augus. lib. 2. in Genes. ad liter. cap. 17. *Multa corpora diuersarũ generum, vel animantium, vel herbarum, vel arbustorum vno simul puncto temporis seminantur, vno quoque puncto temporis innumerabiliter multa nascantur, non tantum diuersis, sed etiam eisdem terrarum loci: tantæ sunt varietates in progres-*

sibus, in actibus, & passionibus eorum, vt verè isti (sicut dicitur) perdãt sydera si ista considerent.

¶ Secundo, si vera esset huiusmodi
37 Astrologorum doctrina necesse esset Geminos, qui vno tempore concepti, & nati sunt similimos omnino fore, sed experientia rerum magistra cõtrarium docet; & probatur Proculum, & Euristhenem reges Lacedæmoniorũ, eo tempore natos, quib⁹ exitus, & gloria rerum gestarum dispar fuit, vt tra-
38 dit *Cicero lib. 2. diuinat.* † Et vt alios interim taceã Iacob, & Esau eodem concubitu (vt inquit *D. Paul. ad Roman. cap. 9.*) sati, eodemq; tempori nati, dissimilimi tamen ingenijs, studijs, moribus,
39 & euentibus fuere *Genes. cap. 25.* † Neq; nodum effugies, si dixeris, quod breuissima illa mora, quæ inter geminorum ortum intercedit, licèt ea nobis per exigua videatur, in cœlo tamen ob eius vastitatem, & rapidissimam con-
40 uersionem esse admodum notabilem, *vt proximè dictum est.* † Nam si tam rapidissima cœli vertigo est, videãt, quo delirent in eius prẽserutanda constellatione, tot mẽdatia infectantur, nam vt ait Phaborinus d. c. 1. *Si tam rapidissimum est momentum quoquisq; nascẽs Fatum arripit, quomodo ab eis assequi potest?*
41 &c. † Iacob enim proximè natus est post Esau, manum plantam pedis eius tenens, per inde ac dicit D. August. lib. 2. in Gene. ad lit. c. 17. *Vnus infans instar*
42 *duorũ, vel duplo longior nasceretur.* † Vnde dixit D. Gregor. super Genes. ho. 10. *Si propterea Iacob, & Esau non cẽsentur nati sub eadem cõstellatione, quod non simul nati sint, sed vnus post alterũ: ob eadem profecto causam iudicandum erit nullum hominem sub eadẽ constellatione totum nasci, cum ex vtero totus simul non prodeat.*

¶ Tertiò, vt missos faciam gemi-
43 nos, quorũ interruptus exitus aliquam Astrologis huiusmodi præbet latebrã, & reliquis, qui in toto terrarũ orbe nascuntur hominibus facilior quæstio est, quod licet tot sint, qui sub eadem cœli positura nascũtur, vix, aut raro in moribus, dignitatibus, aut vitæ exitu assimilantur, vt contendit *Phaborinus vbi supra. d. cap. 1.* † Idq; apparet in Amazo- 44
nis, qui vno die omnes vicinis accubuebant, & totidem vno die pariebãt, sed omnes esse eiusdem animi propẽsionis, stultũ est opinare. Et quod vno die accubuissent, & peperissent, tradũt *D. Clemens S. Petri indiuiduus comes li. 9. recognit. Plin. lib. 6. cap. 13. Mela lib. 1. c. 2. Euseb. lib. 6. præparat. Euangel. capite 8.* † Contra tamen multi sunt, qui diuer- 45
sis nati constellationibus similes sunt animi passionibus, vitæ exercitijs, dignitatibus, & exitu, vt memorat *Euseb. vbi sup. d. cap. 8.* in hæc verba; *Apud Indos autẽ, & Bactros multa millia hominũ sunt, qui Brachmanes appellantur, hi nec animatum aliquid comedũt, vinum, aut ceruisiam non bibunt, ab omni demum malignitate absunt, soli Deo attendentes.* † Et apud nos 46
sub his diebus res notissima est, Sarracenos, quos appellabamus *Moriscos*, ex Granatẽsi prælio per quadraginta plus minus ve annos inter nos commoratos, omnes vna die ab Hispania perduelionis reos iustissimè fuisse expulsos, quos omnes vna vitæ cõditio, vna fortuna, & vnus exitus tullit: sed omnes sub eadem cœli cõstellatione fuisse procreatos, insanum est dicere.

¶ Quartò, si Astrologia ista iudicia- 47
ria vera esset, & certa proculdubio philosophiæ pars magna esset, hominibusq; obtatissima, tum propter finis excellentiam, & prouidentiam in rebus agendis, tum propter nouitatem, qua & sapientes capiuntur, vt tradit *Aristotel. lib. 1. Metaphys.* † At tamen 48
eius doctrina omni tempore à præstantissimis quibusq; philosophis, quin etiã Astrologis, contempta, proscripta, dam-

ta, damnata, & derisa fuit, vt eleganter probat *Fran. Valleriolla lib. 3. enarrat. medic. c. 2.* † Pythagoras, Democritus, & Plato, qui longissimis peregrinationibus multa ex Caldæis, & Persis acceperũt, iudiciariã autem Astrologiam, vel didicere negligerunt, vel si didiserunt certé nũquam ea vsos fuisse ex eorum scriptis facilé appatet. † Aristoteles, (quem ex Corduba in Græciã profectum, Philosophiæ causa, *Ex Plinio, & Luc. de Tui tradit Ferd. Nuñez ad Ioann. de Mena in Coronat. March. Santill. copl. 37.*) cum solerti. subtiliq;, & copiosa disquisitione rerũ cœlestium materiam aliquod libris explicuerit, nusquam tamen istius Astrologiæ, nec verbum vllum fecit. † Neque in libris Metheorũ, de Patribus, & Problematum, licet multa rerum mirabiliũ causarum perquireret, ad nullius quæstionis enodationẽ istius Astrologiæ opera vsus est, imo eã expresè confutauit, dum ait lib. 2. Periarm. *de futuris contingẽtibus nõ est determinata veritas.* † Eudoxum ætate Platonis, Casandrum, & Halicarnaseum sui temporis Astrologos laudat *Cicer. d. lib. 2. diuinat.* quod totam istius Astrologiæ rationẽ repudiarunt. † Auicena lib. fin. primæ Philosoph. *Astrologos*, inquit, *non est credendum, quia ipsi nec puncta cœlestia tenent, neque naturas rerum inferiorum planè necessarias ad faciendũ iudicium de rebus futuris pro spectas habent.* † Nã vt ait Ptholomæus huius artis antesignanus lib. 1. de Iudic. cap. 2. *Non est putãdum omnia supernis causis directo deriuari necessitate quadam inuiolabili, vt nulla allia vis, quam ita operentur obsistere valeat.*

¶ Quinto extante libero arbitrio hominis, & immortalitate animi nostri ars ista nullo modo stare potest, nã si ea stet, illam funditus corruere necesse est, quẽ etiam post Adæ lapsum homini remansisse probarunt *Genes. cap. 4. Deut. 30. Ios. 24. Psal. 26. Sapient. c. 9. Eccles. 15. Paul. ad. Rom. 7. & Corinth. 1. c. 4.* † Et similiter impij inflagitijs suis excusarentur, quod Astrorum necessitudine operarent, quod fuit error Lutheri decepti ex illo, Prouerb. c. 16. *omnia propter semetipsum operatus est Dominus, etiam impium ad diẽ malũ.* † Quia nullo pacto homo á Deo tentatur, vt docet *D. Iacob cap. 1.* neque inspirationibus cogitur, parere cũ possit illis nõ assentire, D. Luc. c. 10. *væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sydone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis olim in cinere, & cilitio pœnitentiã egissent.* † Neque etiam si homo Astrorum necessitudine cogeretur (quod falsum est) sciẽtia ista esset nenessaria, nam vt ait conciuis meus Seneca lib. 13. epistol. *venio nunc ad illud, qui cœlesti doctrina gloriantur, Verg. Geor. 1.*

Frigida Saturni, quo se se stella receptet,
Quo signis cœli Cyllenius erret in orbes.

Hoc scire quid proderit? vt solicitus sim, cũ Saturnus, & Mars ex contrario stabunt, aut cum Mercurius vespertinus facit Occasum vidente Saturno. † Et ita scientia, non solũ falsissima est, sed etiã inanis, futilis, & superuacua, nam vt ait Phaborinus vbi sup. d. cap. 1. *si dicunt prospera, & fallunt, miserfies frustra expectando, si aduersa dicunt, & menciuntur, miserfies frustra timendo.*

¶ Neq; obstant in contrariũ aducta, nam vt missum faciam primum argumentum, quo Iulianus blasphemat diuinum Patriarcam Abraham, hac Astrologia fuisse peritissimum, eaque á Domino Deo edoctum, quia neque ex textu, quem citat, constat, neque induci potest, cum nõ de Astrologia, sed de longeua propagatione agat, vt notant *glossa., & Patres in illo Geneseos capite decimo quinto.* † Vnde ad secundum venientes non obstat illud Geneseos

cap. 1. *& sint in signa*, &c. Nam astra, neque signa sunt, neque causæ futurorũ, vt contra supradictos, & nõnullos alios mediocriter edoctos defendit *D. Augustin. lib. 5. ciui. Dei. c. 1.* † Nã licet *Origines* super Geneseos libros apertè fateatur, astra esse á Deo posita in cœlo, vt per varios aspectus, & cõiunctiones præsignificarent, quæ consequentibus tẽporibus, tum vniuersæ, tũ sigillatim euẽtura essent, sed non ea efficerẽt, vt memorat *Euseb. lib. 6. præparat. Euãg. c. 9.* † Labitur plane Origines, nã si verum esset, quod ait cõsequẽter Fati necessitatẽ astruere t, quã iã tot sæculis Ecclesia reprobauit, vt author est Catholicæ veritatis armariũ *Angelicus D. Thom. lib. 3. contra Gent.* † Nam si cœli, & sydera sunt signa omnium rerum sublunarium: vel sunt earum rerum causa, vel sunt effectus, quorũ neuter dici potest, nec Deus nil eorũ promisit, nec colligi potest dũ ea ad diuidẽdos dies, annos & tẽpora constituit, vt notat *Perera in Gen. lib. 1.* † Neq; obstat, quod Iris dicitur causa serenitatis, & Cometa sterilitatis; nã cum ista á superioribus causis ex corporalib⁹ rebus excitẽtur, possunt esse signa effectus illius, cuius est cõmunis vtriusque causæ, vt diximus *sup. cap. 5. nu. 7.* † Quod secus est in astris, quia à nullo influxu superiore excitãtur, nisi à Deo immediatè, vel mediatè Angelo, cuius mẽtis non sunt signa, quia per illa non solet manifestare, neque causæ, quia sine illis operatur, vt docet *Suarez de relig. lib. 2. cap. 11. ex nu. 13. Mart. del Rio lib. 4. Magic. cap. 2. q. 3. Leonar. lib. 2. de instit. cap. 43. dub. 6. nu. 42. Thom. Sãchez in sum. to. 1. lib. 2. c. 38. ex nu. 33.*

¶ Neque obstat tertium fundamẽtum ex D. Isai. cap. 34. *cœlum recessit sicut liber*, &c. Nam dũ Propheta de die iudicij agat, sub illis verbis aperte demonstrat tantam fore diuinæ iræ vindictã, & demonstrationẽ: tantãq; rerũ omniũ perturbationẽ, & cõfusionẽ, vt præ magnitudine mœroris videantur hominibus cęlestia luminaria restingi, Stellas de cęlo cadere, motusq; earum conturbari, & deniq; cęlũ cõplicari, & recedere, iuxta illud Apoc. c. 6. *Et cœlum recessit sicut liber involutus.* † Nã Hebręi libros scribebãt vnico dũtaxat folio, siue mẽbrana oblõga quã circa cylindrũ cõplicabant, instar lineã telã radio texorio, & quia hi libri videbãtur cęlorũ referre aliquã similitudinẽ, qui in exe, seu polo reuoluuntur: sic in summã rerũ augustiã dixit eos cõplicari, de quibus alias dixerat Ps. 103. *qui extẽdit cœlũ sicut pelẽ.* † Siue vt ait D. Th. & Lyra. *cõplicabuntur cœli tanquã liber, hoc est, non exercebunt vltra Ethnici Astronomantiam suã, nec posthac ex Astris diuinare audebũt euenta hominum, quasi legerent in syderibus descriptos casus, & euentus futuros.*

¶ Neq; obstat quartũ Psal. 18. *cœli enarrant*, & Psal. 77. *annuntiat firmamentũ.* Nã multa sunt in sacris literis, quę figuratè intelligũtur, idq; quinq; modis, aut per *Prosopopœiã*, quia, quæ animata sunt inanimis tribuũtur, vt mare videre, & fugere *Psal. 113.* cęli, & terra audire, & placere *Leuit. c. 26. Deut. 33.* † Secũdo per *Methonimiã*, in qua cõtinens pro cõtẽtu ponitur, vt cũ retra dicitur corrupta *Genes. c. 6.* vel á Deo iudicãda, *Paralip. 1. c. 16.* aut vrbi alicui remissius futurũ, *Matt. c. 11.* † Tertio per Hyperbolẽ, vt quãdo lapides dicũtur clamaturi, *Leuit. c. 19.* terra dicitur aspectu Dei tremere, vel respõsura interrogãti *Ps. 103.* † Quarto per *Analogiã*, seu methaphorã, vt cũ Sol dicitur præesse die, & Luna noctui, *Genes. c. 1.* Luna vocatur Regina cœli, *Hierem. cap. 7.* Stellis tribuitur immunditia, *Iob c. 15. & 38.* astra dicũtur laudare Deum, *Psalm. 32.* † Quinto non ex veritate, sed ex hominũ opinione, vt cum dicimus militiam cœli de Astris, & Stellis *Sophon. cap. 1. & alia*

61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73

sexcenta

sexcenta vti adnotata Ioann. Ganiuetus in epist. defens. Astrolog.

74 ¶ Neq; obstat quintũ argumentum Iudic. c. 5. *Stellæ manẽtes*, &c. quia nõ intelligitur de Astris, sed de Angelis qui eo tẽpore procellam magnã excitarũt, quo Sysarę populus arma caperenõ po
75 tuisset. † Ideò dicũtur *in ordine, & cursu suo*, propter ordinẽ militiæ, seu Hierarchiæ, in qua quisq; suũ ordinem, & stationẽ seruat, nã Angeli Stellæ dicuntur Apoc. c. 12. *& cauda draconis traxit tertiam partem Stellarum.*

APPENDIX.

1 NON enim assentior ijs, qui omnia prorsus ab Astrorũ influentijs prouenire arbitrãtur, neq; illis, qui omnimodã illis negant potestatẽ, sed illis, qui vim quandã naturalem concedũt, per media quasi elementa ad nos vsq; cõmunicatam, quæ potẽs est causas naturales alterare, & nos quasi permouere quatenus his materialibus corporibus inhabitamus, vt docent *D. Ioan. Damasce. lib. 2. c. 3. D. August. lib. 4. Ciuit. Dei c. 5. D. Tho. p. 1. q. 115. art. 4. & lib. 3. cõtra Gent. c. 92. Scotus, & alij in Sent. 2. dist. 4. q. 3.* † Vtrumq; enim vitiosum est, ex
2 Gentilismo, & Hębraismo deribatum: nam illustriũ veterũ ab initio duo fuerunt de Astrorũ scientia opiniones: prima dicentiunt cœlos, & sydera nihil in nobis posse, sed solũ Deum omnipotẽtem, per seipsum agere, secundũ Magicũ *Ptholomæi aphoris. 5. & 8.* quem sequuntur *Aphrosidæus, Paracelsus, Porphy-*
3 *rius, Mizaldus, & alij Platonici.* † Ex quo negatum est liberũ arbitrium, & merita diuinæ gratiæ, nã dicunt nobis inferna spectantibus, res apparẽt arbitrariæ, & fortuitæ, sed ad superna spectantib⁹ omnia sunt necessaria, quia non sicut nos, sed sicut ille vult, ita viuimus, facimus, & patimur omnes, & omnia, vt fuit sententia *Ioan. de Hus cõbusti in Concilio Constantiæ, secuta à Mart. Luthero eius discipulo lib. de liber. arbitr. art. 36.*

¶ Altera fuit Stoicorũ, qui cœlũ in 4
nobis necessitate operari arbitrabãtur, et quæcũq; ab eo veniebant vitari nõ posse crediderunt, quæ quidẽ cœli virtutes vocata ab illis est *Fatũ*, cuius sententię professores sunt *Heraclitus, Empedocles, Posidonius, Aristoteles, & alij complures.* † Quæ adeó huiusmodi erroris 5
macula inter Caldæos, & Babylonicos crebuit, vt debita inefabili, soliq; Deo sacrifitia, & thura (ne dũ hæc, verũ humanũ sanguinẽ) Soli, & Lunæ, cœlestibusq; corporibus offerrent, vt tradit *Philo Iudæus lib. de migrat. Abrahami, fol. 359. & lib. de Abrahamo fol. 312. tom. 1.* † Quos summus rerũ cõditor per Pro- 6
phetas, præsertim per Isaiam (Astrorũ cultores eos vocãdo) ideo minabatur, quia honorem, & cultum summo creatori debitum, cœlestibus creaturis tribuebãt, quo respexit *Sophonias c. 1.* dum ait *qui adorant super tecta militia cœli.*

¶ Ex his nati sunt totius iudiciariæ 7
artis Canones, quibus futura, & occulta rimãtur, non aliter, quã quod ex stellarũ aspectibus, retrogradationibus, & conformationibus quasi certa lege, & gyro dependentia impie conantur persuaderet, quorũ deliria, atq; errores iã satis refutamus *duobus capitibus proximè præcedẽtibus.* † Restãt nunc tẽporũ præ- 8
dictiones, quæ *Prognostica* appellamus, nã eo, quod circa rem naturalẽ vidẽtur versari, non desinũt singulis annis, qui prædictionibus suis orbẽ ad impleãtur nã partẽ naturalẽ Astrologiæ, á Doctoribus, & legibus Regni, nec dũ à nobis dicũt approbatã, *c. 7. de diuinat. astronom. ex n. 6.* † Sed quia his nõ satis prouisum, 9
dico, quod & si Astrorum ortũ, & occasum, motũ, naturã, atq; cursum, aspectũ, conformationẽ retrogradationem;

ecclyp-

ecclypſẽ, & ſimilia ex Ephemeridũ,& Almageſti obſeruationibus cõſequãtur, non propterea pluuias, tẽpeſtates, morbos,annonæ preciũ,& ſimilia,quæ impudenter prædicũt, poſſunt aſſequi, nã licet ex cauſis naturalibus aliquãdo cognoſcuntur, ab alijs naturalibus impediri poſſunt,vt tradit *Eugubin. lib.3.de perẽni Philoſoph.cap.*14. *cum multis ſeqq.*

10 † Vnde eos tanquã vanos, & ſuperſtitioſos dãnatos tradit *Mart.Olaus in Cõcord.antin.ad ll.Partit.correctæ nu.*132. *fol.* 271.nam vt ait Apoſt.ad Galat.4. *Dies obſeruatis,& tẽpora, & menſes,& annos: timeo vos ne fruſtra laboraverim in vobis.*

11 † Et ita merito de Babylonis irridens, qui huius artis fuerunt inuẽtoresp,oſtquam vanitatis ſectatores,& ſtultos appellauit *D. Iſai. c.*44. eos augures cœli vocando ſic inuehitur,c.47. *Stent,& ſaluent te augures cœli,qui contẽplantur ſydera,& ſupputant menſes,vt ex eis annuntiẽt ventura tibi.*

12 ¶ Quo ad alia autẽ prognoſtica medicorũ,agricolarum, & nautarũ, quia circa res naturales tantũ verſantur,non debent á peritis contẽni, vt dictum eſt *ſup.c.*2.3.4.5.& 6. nã vt de medicis teſtatur eorũ coripheus Hippocrat. lib.1. de Dieta,aphor.4. *Aſtrorum ortus,& Occaſus medicus agnoſcat oportet,vt mutationes,*

13 *exceſſuſq; cabere ſciat.* † Quod quia minus dictũ videbatur,ſubdit lib.de aere,& aquis, & loco. *Periculoſiſſima ſunt enim ambo ſolſtitia, maximè vero æſtiuum: periculoſum etiã æquinoctium,vtrũque,magis verò autũmale. Oportet, & Aſtrorũ exortus cõſidirare,præcipuè Canis,deinde Arcturi, & Pleiadũ Occaſum: morbi enim in hi maximè diebus,iudicantur,alij perimũr, alij verò definiunt,aut in aliã ſpeciẽ, aliũq;*

14 *ſtatum trãſmutãtur.* † Neq: propterea aſſerimus medicorum ſcientiã ab Aſtronomis eſſe petendã,nam idẽ Hippocrates,non Aſtrorũ in morbis ſeriẽ,ſed ipſam morborũ ſpeciem,vim atq; homi-

nis naturã inſpicere medicũ iubet,*lib. 2.de rat. vict.acut.text.*38.& lib 3. præſag.tex.39. *Nihil ex Aſtris in morborũ curationibus,& dignitatibus petendũ,ſed magis ex his,quæ natura conſtant theorematibꝰ medendũ.* † Nam vt eleganter ait doctiſ 15
ſimus Fran.Valleriolla lib.3.enarratio. medicar.c.2. *Cum ſæpè videre ſit, pleroſq; vna eademq; cœli,& Aſtrorum configuratione in morbum incidere, non pari tamen exitu à morbo liberari: alter enim morte, ſalute edempta alter, morbo ſoluitur: celerius vnus,tardius alter,ad morbi iudiciũ properat: quin, & multos diuerſis quidẽ temporibus in morbos delapſos, ſalubri exitu liberari,aut morte raptos occumbere.*

¶ Agricolarum ſimiliter, & nauta- 16
rarum ſuis non minus finibus contiñetur naturalibus, quos tranſgredientes, errant plane, ac ſuperſtitione implicãtur,plena Gentiliũ, & perditorum delirijs,quæ de Mercurio, Marte, Saturno, & ſimilibus tradidere, Sagitarios, Cancros,& Scorpiones, & ſimiliũ plura in cœlo fingentes, atque metuẽtes, imperitis vendunt miſerabilẽ ſeruitutẽ, nam vt ait Propheta, D.Hier.c.10. *Iuxta vias Gentiũ nolite diſcedere,& à ſignis cœli nollite timere, quæ timent Gentes, quia leges eorum vanæ ſunt.* † Et ſimiles 17
ſunt Planetarijs, & Mathematicis dãnatis à S.D.N.Sixto V. Pontifi. Max.in Bulla cõtra Aſtrologos edita,ann.1586. *Tales in primis ſunt Aſtrologi,olim Mathematici, Genethliaci, & Planetarij vocati, qui vanã,falſamq; ſyderum, & Aſtrorum ſcientiã profitentur.* † Nam ſub prædicta 18
Aſtrorũ obſeruatione pactũ cũ diabolo ſolet ineſſe, quia nihil magis ſatagit, quã his vanitatibus homines á Deo ad creaturas abertere,& à cęleſtibus curis, ad cœnoſa terrenaq; ſeducere, vel ſaltẽ á ſerijs,& grauibus,ad ludrica, & nugatoria,vt docet *D.Auguſ.li.*38.*qq.c.*79. † Ideo debent vitari ad occulti;& futu 19
rorũ indagationẽ, quã deteſtamur, nã

ad harum

ad horũ neutrũ necessariæ sunt Ephemerides, nec Tabullæ Alphonsinæ, nec Almagestum Ptholomæi, & similium superstitionum, cum meliores agricolæ, peritiores naucleri, atq; præstantiores medici huiusmodi vnquam,
20 vel respiciãt deliria.....† Vnde sub his diebus postquam cõtenta in præcedẽti capite scripserim, ex decreto supræmi Senatus S. Generalis Inquisitionis, iam hodie Dei beneficio nulla iudiciariæ artis extãt monumẽta, & rescriptũ est vniuersis Inquisitionibus, vt prognostica huiusmodi comburant, & aliis in omnibus obseruari faciãt Constitutionem prædictam sanctissimi D. N. Sixti V. quæ talis est.

SIXTVS EPISCOPVS
Seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

21 COELI, & terræ creator Deus, quẽ vnum omnipotẽtem corde credimus ad iustitiam, & ore confitemur ad salutẽ, etsi homini, quem ad imaginem, & similitudinem suam creauit, mentem dederit, quæ non solùm diuino fidei lumine illustrata, mysteria illa cognosceret, quæ humanam intelligentiam superant, sed etiam naturæ suæ vi, magno licet cũ labore, præclara multa inuestigaret, atq; intelligeret, tamen; vt superbum animal homo non altum saperet, sed timeret: & immensam cõditoris sui maiestatem, humi stratus veneraretur, sibi soli eorum, quæ euentura sunt, scientiam, & futurarum rerũ cognitionem reseruauit. Solus enim ipse, cuius oculis omnia nuda, & aperta sunt, & ad intimas hominũ cogitationes penetrat: & consequentes corũ actiones intuetur, solus ipse, qui vocat ea, quæ non sunt, tãquam ea, quæ sunt, omnia præsentia, & ante oculos posita habet, solus denique omnia, & singula quæcumque totius temporis decursu, & sæculorũ ætatibus futura sunt, ab omni æternitate nouit, & admirabili prouidentia disposuit, quæ nõ modo humanæ mentis imbecillitas ignorat, sed nec dæmones ipsi præsentire possunt. Quare idolorum in futuris annuntiandis falsitatem, & imbecillitatem, & eorum, qui eis cultum adhibebãt, vanitatem irridet Spiritus sanctus apud Isaiam illis verbis. Annũtiate quæ vẽtura sunt in futurum, & sciemus, quia Dij estis vos: & in nouo testamẽto Christus Dominus discipulorum suorum de futuris euẽtibus paulò cupidius inquirentium, interrogationem graui illa responsione retudit, qua etiam omnium fidelium suorum curiositatem coercuit. Non est vestrũ scire tempora, vel momẽta, quæ Pater posuit in sua potestate. Nec vero ad futuros euentus, & fortuitos casus præscendos (futuris euentibus ex naturalibus causis necessario, vel frequenter proueniẽtibus, quæ ad diuinationẽ non pertinent, dumtaxat exceptis) vllę sunt veræ artes, aut disciplinæ, sed fallaces, & vanæ improborum hominũ astutia, & dæmonum fraudibus introductæ, ex quorum operatione, consilio, vel auxilio omnis diuinatio dimanat, siue quod expresse ad futura manifestando inuocentur, siue quod ipsi prauitate sua, & odio in genus humanum, occultè, etiam præter hominis intentionem se ingerant, & intrudant vanis inquisitionibus futurorum, vt mentes hominum perniciosis vanitatibus, & fallaci contingentium, prænuntiatione implicentur, & omni impietatis genere depranentur. Quæ quidem ipsis cognita sunt, non diuinitate

aliqua,

aliqua, nec vera futurarum scientia, sed naturę subtilioris acumine, & alijs quibusdam modis, quos hominum obtusior intelligētia ignorat. Quamobrem dubitandum nō est, in huiusmodi futurorum contingētium, & fortuitorum euentuum inquisitione, & præcognitione, diaboli operationem se fallaciter immiscere, vt sua fraude, ac dolis, miseros homines à via salutis auertat, & laqueo damnationis involvat. Quæ cum ita sint, nonnulli hæc fideliter, & religiosè, vt debent, non attendentes, sed curiosa sectantes, grauiter Deum offendunt, errantes ipsi, & alios in errorem mittentes: tales imprimis sunt Astrologi olim Mathematici, Genethliaci, & Planetarij vocati, qui vanam, falsamq; syderum, & astrorum scientiam profitentes, diuinæq; dispositionis ordinationem, suo tempore reuelandam præuenire audacissime tagentes hominum natiuitates, seu genituras, ex motu syderum, & astrorum cursu metiuntur, ac iudicant futura, siue etiā præsentia, & præterita occulta, atq; ex puerorum ortu, & natali die, siue quauis alia temporum, & momētorum vanissima obseruatione, & notatione, de vniuscuiusq; hominis statu, conditione, vitæ cursu, honoribus, diuitijs, sobole, salute, morte, itineribus, certaminibus, inimicitijs, carceribus, cædib⁹, varijs discriminibus, alijsq; prosperis, & aduersis casibus, & euētibus præcognoscere, iudicare, & affirmare temere præsumūt, nō sine magno periculo erroris, & infidelitatis: cū S. Augustinus præcipuum Ecclesiæ lumen, eum, qui hæc obseruat, qui attendit, qui credit, qui in domum recipit, qui interrogat, Christianam fidem, & baptismum præuaricasse affirmet, vt illos merito Apostolus arguat, atque increpet illis verbis: Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos, timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis. Hi igitur leuissimi, & temerarij homines in miserandam animarum suarum ruinā, graue fidelium scandalum, & Christianæ fidei detrimentum futuros rerum euētus, & quęcumq; prospere, vel aduerse obuentura sunt, ac actus humanos, eademq;, quæ ex libera hominū volūtate proficiscuntur, astris, syderibusq; ascribūt, eisq; eā facultatē, vim seu virtutē, & efficaciā tribuunt significandi futura, & ad præcognita ita inclinandi, vt sic omnino, nec aliter euentura sint, atq; ob eam causam de ijs rebus omnibus iudicia facere, prognostica, prędictiones, & pręcognitiones sibi assumere, & palàm venditare non dubitant, quibus non pauci rudes, & imperiti, alijq; nimis credùli, & imprudentes tantam fidē præstant, vt ex huiusmodi iudiciorum, & prędictionum pręscripto, aliquid certo esse credant, aut sperent, quorum sane, & mendacium magistrorum temeritas, & infęlicium discipulorum credulitas magnopere deploranda est, qui vel diuinis literis admoniti, non intelligunt hominis præstantiam, cui Cœli, & stellæ, & clarissima Cœli sydera, Sol, & Luna, Deo ita disponēte, non imperant, sed inseruiūt, sic enim Moyses populum Dei, vt hūc errorem caueret, pręmonebat. Ne forte eleuatis oculis ad Cœlum, videas Solem, & Lunam, & omnia astra Cœli, & errore deceptus adores ea, & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub Cœlo sunt. Sed quid sydera mirandum est homini seruire? non ne nobilissimæ intelligentiæ Angeli ipsi, omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis? nam rationales oues, ita diligit Deus, vt non solum Episcopos, quemadmodum à S. Ambro-

Ambrosio scriptum est, ad tuendum gregem ordinauerit, sed etiam Angelos destinauerit. Plæclarè etiam S. Hieronymus. Magna dignitas animarum, vt vna quæq; habeat ab ortu Natiuitatis in custodiam sui Angelum delegatum. Quod si Angeli homines custodiunt, quid aduersus Angelorum custodiam, & tutelam astra moliri, aut efficere poterunt, quæ cum ipsis Angelis nullo modo sunt comparanda? Nec sane hoc loco prætereunda est, eximij Ecclesiæ Doctoris, & Beatissimi Pontificis Magni Gregorij sententia, qui Priscillianistas hæreticos vnumquemq; hominem sub constitutionibus stellarũ nasci putãtes, magno rerum, & verborum pondere cõfutat. Absit (inquit) à fidelium cordibus, vt aliquid esse fatum dicant, vitã quippe hominũ solus hanc conditor, qui creauit administrat, neq; enim propter stellas homo, sed stellæ propter homines factæ sunt, & si stella fatum hominis esse dicitur, ipsis suis ministerijs sub esse homo perhibetur. Vtinã insani homines hæc saperent, & intelligerent, ac Dei monitis obtemperarent in Leuitico dicentis. Non declinetis ad Magos, nec ab Ariolis aliquid scisciteminí, vt polluamini per eos: Neq; enim quæ Christiana, & vera pietas repellit, ac damnat, tanto studio inuestigarent, ijsdemq; misere se decipi, atq; irretiri paterentur. Sunt etiã inanes quidã homines, & curiosi, vel impij, & irreligiosi, qui futurarũ, & occultarũ aliarũ rerũ notitiã adeò anxie habere studẽt, vt ob eadem prænoscenda, & inuestiganda in diuinæ legis offensionẽ multipliciter incurrant. Alij enim Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Onomãtiæ, Chyromantiæ, Necromantiæ, alijsq; sortilegijs, & superstitionibus, non sine dæmonum saltem occulta societate, aut tacita pactione, operam dare, seu aleis, ac sortibus illicitis taxillorum, granorum triticeorum, vel fabarum iactu vti non verentur. Alij vero aliquas pristinæ, & antiquatæ, ac per Crucis victoriã prostrate Idolatriæ reliquias retinẽtes, quibusdã augurijs, auspicijs, similibusve signis, & vanis obseruationibus ad futurorum diuinationem intẽdunt. Alij item sunt, qui cũ morte fœdus ineũt, & pactum faciunt cum inferno, qui similiter ad occultorum diuinationem ad inueniendos thesauros, vel ad alia facinora perpetranda; etiam expressa cum diabolo pactione facta, in manifestam suarum perniciem animarum; nefarias magicæ artis incantationes, instrumenta, & veneficia adhibent, circulos, & diabolicos caracteres describunt, dæmones inuocant, aut consulunt, ab eis responsa petunt, aut accipiunt, eis preces, & thuris, aut aliarum rerum suffimenta, seu fumicationes, aliaue sacrificia offerunt, candelas accendunt, aut rebus sacris, vel Sacramẽtis, aut Sacramentalibus sacrilege abutuntur, adorationis, genuflexionis, aut quæuis alia impietatis obsequia præstant, cultũ, venerationemve tribuunt, aut annulum, vel speculum, aut paruas phyalas, sibi fabricant, aut fabricari curant ad dæmones in eis alligandos, seu includendos, vt putant, ad responsa ab ipsis inde petenda, aut habenda. Alij præterea etiam in corporibus obsessis, vel lymphaticis, & phanaticis mulieribus dæmones de futuris, vel occultis rebus, aut factis exquirunt, vt merito ab eis, quos Dominus in Euangelio tacere imperauit, vanas, mendaceſq; referant responsiones. Alij quoq; præstigiatores, frequentius vero mulierculæ quędã superstitionibus deditę in phyalis, seu vasculis vitreis aqua plenis, vel in speculo accensis candelis, etiam benedictis sub nomine Angeli sancti, &

albi

albi, diabolum omnium malorum ſatorem ſupplices adorantes, vel in vnguibus, aut palma manus, quandoque etiam oleo perunctis eundem omniũ fallaciarum architectum orant, vt ſimiliter futura, vel occulta quæuis per ſpectra, & apparẽtes imagines, ſeu phãtaſticas viſiones ſibi oſtẽdat, aut ab eodem patre mendacij diabolo alijs incantationibus, aut varijs ſuperſtitioſis obſeruationibus, futurorum, & occultorum huiuſmodi veritatem quærunt, & hominibus prædicere contendunt. Quorum omniũ, quos ſupra enumerauimus conſimilis impietas parem exitum habet, nimirum, quod dæmonis præſtigijs, ac dolis, tum qui diuinãt, tum qui diuinationem expetunt illuſi, ac deluſi miſerrime reperiuntur. Itaq; cum futuros euentus in ſeipſis conſiderare, ante quam fiant, ſit Dei proprium, illud neceſſario conſequitur, vt Aſtrologi, & alij prædicti, qui huiuſmodi futura prænuntiare, aut prænoſcere quocumq; modo, niſi Deo reuelante audent iniuſte, atq; impudenter, quod Dei eſt ſibi aſſumant, & vſurpẽt. Sic fit, vt dum ab eis, quod ſolius eſt Creatoris perperam creaturis tribuitur diuina Mageſtas grauiter ledatur, fidei integritas violetur, & animabus pretioſo Chriſti ſanguine redemptis, peſtis, atq; exitiũ importetur. Et licet iam pridem regulis indicis librorum prohibitorum ex decreto ſacri generalis Triden. Conci. confecti, illud inter cętera conſtitutum fuerit, vt Epiſcopi diligenter prouiderent, ne huiuſmodi Aſtrologiæ iudiciariæ libri, tractatus, & indices legerentur, vel haberentur, qui de futuris contingentibus, ſucceſſibus, fortuitiſve caſibus, aut ijs actionibus, quæ ab humana voluntate pendent certo aliquid euenturũ affirmare audent, permiſsis tamen iudicijs, & naturalibus obſeruationibus, quæ nauigationis, agriculturæ, ſiue medicę artis iuuandæ gratia conſcripta fuiſſent, Libros vero omnes, & ſcriptã Geomantiæ, Hydromantię, Chyromantiæ, Necromantiæ, ſiue in quibus continentur ſortilegia, veneficia, auguria, auſpicia, incantationes artis magicæ, prorſus reijci, & aboleri curarent. Non tamen errorum corruptelarum, delictorum, & abuſuum prędictorum extirpationi vſq; adeò prouiſum eſt, quin etiam adhuc in nonnullis locis, & apud plurimos curioſius vigeant, cum valde frequenter detectis diaboli inſidijs diuinationum, ſortilegiorum, & variarum ſuperſtitionũ omnia plena eſſe indies detegantur. Nos igitur, qui pro noſtro paſtoralis officij munere fidei integritatem inviolatã conſeruare debemus, & animarum ſaluti proſpicere, quantũ diuina gratia adiutrice poſſumus, ex paternæ charitatis viſcerib⁹ optamus, damnantes, & reprobantes omne genus diuinationũ, quæ diabolo auctore ad fidelium deceptionem à prædictis curioſis, vel perditis hominibus fieri ſolent. Cupiẽtes præterea ſanctam illã Chriſtianæ Religionis ſimplicitatem, præſertim de ſumma Creatoris Dei poteſtate, ſapientia, & prouidentia ab omni erroris labe integram, atque incorruptam, vt par eſt, retineri. Volẽtes quoq; prędictæ falſę credulitati, ac huiuſmodi illicitarum diuinationum, & ſuperſtitionum, deteſtabili ſtudio, & execrandis flagitijs, atq; impuritatibus occurrere, vt de Chriſtiano populo merito dici poſsit, quod de antiquo Dei populo ſcriptum eſt, non eſt augurium in Iacob, neq; diuinatio in Iſrael: Hac perpetuo valitura conſtitutione, Apoſtolica authoritate ſtatuimus, & mandamus, vt tam contra Aſtrologos, Mathematicos, & alios quoſcumq; dictæ iudiciariæ, Aſtrologiæ artem, præterquam circa agriculturam,

naui-

nauigationem, & rem medicã in posterum exercentes, aut facientes iudicia, & natiuitates hominũ, quibus de futuris contingentibus successibus, fortuitisq; casibus, aut actionibus, ex humana voluntate pendentibus aliquid euenturum affirmare audent, etiam si id se non certo affirmare asserant, aut protestentur, quam cõtra alios vtriusque sexus, qui supradictas damnatas, vanas, fallaces, & pernicioſas diuinandi artes, siue scientias exercẽt, profitẽtur, & docent, aut discunt, qui ve huiusmodi illicitas diuinationes, sortilegia, superstitiones, veneficia, incantationes, ac præmissa detestanda scelera, & delicta, vt præfertur faciunt, aut in eis se quomodolibet intromittunt, cuiuscumque dignitatis, gradus, & conditionis existant, tam Episcopi, & Prælati Superiores, ac alij ordinarij locorum, quàm Inquisitores hæreticæ prauitatis, vbique gentium deputati, etiã si in plerisque ex his casibus antea non procedebant, aut procedere non valebant diligentius inquirant, & procedant: atque in eos seuerius Canonicis pœnis, & alijs eorum arbitrio animaduertant. Prohibentes omnes, & singulos libros, opera, & tractatus huius Iudiciariæ Astrologiæ, Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chyromãtiæ, Necromãtiæ, artis Magicæ, aut in quibus sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, execrabiles incantiones, ac superstitiones continentur, ac vt supra in memorato indice interdictos sub censuris, & pœnis in eo contentis à quibuscumque Christi fidelibus legi, aut quomodolibet retineri, sed illos Episcopis, & ordinarijs locorum, vel inquisitoribus prædictis præsentari, & consignari debere. Et nihilominus eadẽ auctoritate statuimus, & mandamus, vt contra scienter legentes, aut retinentes libros, & scripta huiusmodi, seu in quibus talia continentur, similiter ijdem Inquisitores libere, & licite procedant, ac procedere, & pœnis condignis punire, & coercere possint. Nõ obstantibus cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Vt autem præsentes nostræ literæ ad communem omnium notitiam facilius deducantur, iubemus illas in valuis Basilicarũ sancti Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe, ac in acie Campi Floræ affigi, seu appẽdi, eisque detractis ipsarum exemplis, etiam impressa eisdem in locis affixa relinqui. Et insuper vniuersis, & singulis Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, locorum ordinarijs, & prælatis, necnõ Inquisitoribus hæreticę prauitatis vbilibet constitutis, per hæc cõmittimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districtæ præcipiendo mandamus, vt per se, vel alium, seu alios eadem præsentes literas, postquã eas receperint, seu earum notitiam habuerint, in suis, & singulis parochialibus Ecclesijs, dum in eis populi multitudo ad diuina cõuenerit: deinde vero semel in anno, & quoties eis expedire videbitur, vulgari sermone publicent, aut publicari faciant. Quia vero difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, in quib⁹ de eis fides facienda erit deferri. Volumus, vt earum transumptis, etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, ac paruo sigillo Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis, aut alicuius Prælati, vel Curiæ Ecclesiasticæ munitis, eadẽ prorsus fides in iudicio, & extra vbique locorum adhibeatur, quæ eisdẽ originalibus literis adhiberetur si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominũ liceat hãc paginam nostrorum statutorum,

man-

mandatorum prohibitionis, iussionis, commissionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotētis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorū eius se nouerit incursurū. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingētesimo octogesimo sexto, Nonis Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo.

H Prodat.

* *Io. Baptista Canobius.*

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo octuagesimo sexto, indictione decima quarta, die vero nona, mēsis Ianuarij, Pontificatus S. D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. anno primo. Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt in valuis, seu portis Sācti Ioannis Lateranen. & Sancti Petri Principis Apostolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & aciei Campi Floræ, & per aliquod temporis spatium dimissæ per nos Io. Frelie, & Nicolaum Tagliettum, S. D. N. P. Cursores.

Alex. Parabiachus Mag. Cursorum.

CAP. IX. de Diuinatione Physiognomica.

SVMMARIVM.

P *Hysiognomia detestata, n. 1.*
Physiognomia, quæ prohibita, n. 2.
Physiognomia, quæ permissa, n. 3.
Physiognomia naturalis scientia, n. 4.
Pythagoras, & Socrates Physiognomia discipulos cognouisse, n. 5.
Physiognomia probatur scripturæ authoritate, n. 6.
Visu cognoscitur homo, n. 7.
Corporis ex habitudine colliguntur animi passiones, n. 8.
Animæ secuntur sua corpora, n. 9.
Physiognomia petitur ex quadam cum animantibus similitudine, n. 10.
Natura quacuiq; animali indoli dotasset, singulis etiā addidit instrumēta huic indoli aptissima, n. 11.
Cruribus debiles sunt celeres cursu, numer. 12.
Oculis paruis inuidi censentur, n. 13.
Fuscos nimium pertinaces, molicute pauidi, n. 14.
Molli carnes bonæ mentis sunt, n. 15.
Nasu crassu à summo vsque ad deorsum, insensibiles, n. 16.
Nasu obunco emulatores, n. 17.
Cœlum in his inferioribus potestatem habet per mouendi, non tamen astrigendi, num. 18.
Naturalia immutabilia esse quomodo intelligantur, n. 19.
Naturali affectione homo ducitur ad ea, quæ cœli luminaria inclinant, n. 20.
Physiognomiæ canones certiores Astrologiæ iudiciariæ, n. 21.
Authoris institutū in disputatione de physiognomia, n. 22.
Saturnini, qui sint, n. 22.
Iouiales, qui sint, n. 23.
Martiales, qui sint, n. 24.
Solares, qui sint, n. 25.
Venerei, qui sint. 26.
Mercuriales, qui sint, n. 27.
Lunares, qui sint, n. 28.
Capitis signa, n. 29.
Capillorum signa, n. 30.
Faciei signa, n. 31.
Radicalis figura faciei à quo summatur, n. 32.
Superciliorum signa, n. 33.
Oculorum signa, n. 34.
Nasus signa. n. 35.
Lauiorum signa, n. 36.
Vocis signa, n. 37.

Barbæ signa, n.38.
Manus signa, n.39.
Digitorum signa, n.40.
Pedis signa, n.41.
Vnguium signa, n.42.
Natura signati, n.43.
Facie deformior censetur animo quoq; prauior, n.44.
Deformitas dæmoni tribuitur, quia pessimo, n.45.
Pulchritudo bonæ mentis imago, est & figura probitatis, n.46.
Pulchritudinis ratio cõmendatur in mandandis imperijs, n.47.
Corporis pulchritudine, animi excellentia dignoscitur, n.48.
Pulchritudine sponsi virtus eius denotatur, n.49.
Pulchrum à pollendo dicitur, quod optimũ maximumque in suo genere, numero 50.
Herculis pulcher, quasi fortis, n.51.
Pulchritudo, & fortitudo ad se inuicẽ ponuntur, n.52.
Pulchrior præfertur in gemino partu, num. 53.
Pulchior, vt fortior egreditur Esau, num. 54.
Vir prior præsumitur natus in gemino partu, quam mulier, n.55.
Pulchritudo in signum bonitatis, & fortitudinis, n.56.

1 PHYSIOGNOmia, vt quæ pars est Astrologiæ iudiciariæ improbatur à Pico Mirandulano, & alijs peritissimis viris, quos in præcedẽti capite retulim⁹, sed quia nõ omnes Astrologię partes, detestãtur, sed illæ tãtũ, quæ diuinationẽ, superstitionẽ, aut vanitatẽ cõtinẽt, vt docet *Petr. Ciruelo in Apolog. astrologiæ iudiciariæ.* † Illã tñ damnatã intelligo physiognomiã, quæ ex ineptis Gẽtiliũ, Arabum, & AEgyptiorũ delirijs singulas hominis partes ad astra queq; referẽs, futuros casus, & cõtingẽtes diuinatur, qualia continentur in libris *Bart. Cocles in Anastas. physiog. & Luc. Guaitij, & similium impiorũ.* † Nõ tamẽ, 3 quæ ex pillorum, & mẽbrorũ corporis colore, habitudine, & proportione: de tẽperiæ, valetudine, quædã etiã de moribus ingenio, & animi affectionibus iudicat, vt videre est apud *Hippocrat. & Galen. lib. 6 physiog. Arist. lib. de naturæ signis ad Polemon. Petr. Mozius lib. de multiplici temp. Conrad. VVipina* (qui omnia ferè ab Arist. & Galen. traddita in cõpẽdiũ redegit) *lib. de sign. c. 8. 9. & 10.* † Nã hęc scientia est naturalis, quia ex 4 effectu naturali potest argui à causa ei⁹, vt docet *Arist. lib. 2. physiogn.* † Vt 5 sic merito Pythagoras ex faciei inspectione discipulos admisisset, & reprobasset secundũ *Aul. Gell. lib. 1. noct. Atticar. c. 9.* & Socrates cõiectauit Platonẽ insignẽ virtute, & doctrina futurũ, vt traddit *Iul. Sirenus lib. 6. de Fato c. 39.* † Et comprobatur sacræ scripturæ 6 authoritate, D. Isai. c. 3. *Agnitio vultus eorũ respõdet eis*, hoc est, vultus exterior secreta cordis parte fecit, Prouer. c. 13. *Cor hominis immutat faciẽ illius.* † Vt sic 7 merito, & Prouer. c. 17. *In facie prudentis elucet sapientia oculi stultorũ in finibus terræ.* † Nã vt ait Eccles. iast. c. 19. *Ex vi- 8 su cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus, amictus corporis, & risus dẽtium, ac gressus hominis enũciant de illo.* † Vnde rectè argumẽtatur sapiẽs Pro- 9 uerb. c. 6. *homo apostata vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, & prauo corde machinatur,* quia animæ secũtur sua corpora Aristotel. d. lib. 2. de physiogn.

¶ Quare physiognomia naturalis 10 primo petitur, ex quadã cũ animãtib⁹ similitudine, nã cũ Deus naturæ gnar⁹ esset, qua cuiq; animali indoli dotas-

set, singulis etiã adidit instrumẽta, quæ huic indoli forent, quã aptissima. † Nã
11 ferocibus, vt leoni, apro, tauro, vngues, dẽtes, cornua. Timidis, aut fugacibus, vt lepori, ceruo, artus celeri fugæ necessarios. Fortibus araturis, vel onera baiulaturis: toros, gibbũ, dorsi, humerorũ q; robur, vt camelo, boui, equo, & reliquis veterinarijs. † Quare cõtẽdit *Arist. vbi sup. c. 6* quod crurib⁹ debiles sũt celeres cursu, quia tales cerui articulatis,
12 & neruosis; robustos, quia tales elephãtos. Dorso ingẽti, colloq; grosso, & carnosso, fortes, quia tales tauros. Facie cõtracta calidi, quia tales vulpes; torua, robusti, quia tales leones, ex quo in sacra pagina faciẽ virorũ robustorũ simile faciei leonis *Paralipo. 1. c. 12.* † Paruis
13 oculis inuidi cẽsẽtur, quia simiæ tales: magnis, stupidi vt boues, & asini. Pilosi circa ventrem, loquaces, quia tales aues; ad tibias luxurioss; quia tales hirci: parua frõte indeciplinabiles, quia tales sues: nimiũ plana, sagaces, quia tales canes.

14 ¶ Itẽ ex aliorũ hominũ similitudine, vt nimiũ fuscos, pertinaces, quia tales AEthiopas. Molli cute pauidi, ac leues, quia tales mulieres sunt. Oculi nõ nictẽtes, iracũdi, quia irati fixis oculis
15 intuẽtur, *Arist. vbi sup. c. 9.* † Molli carnes bonæ mẽtis sunt, & ingenij, secũdũ *Aristo. lib. 2. de anim.* nã robusti corpore mẽte cõiter sunt ineptissimi, vt idẽ docet *Arist. li. 1. Physicor.* Vnde illos natura esse dños, hos aũt seruos dixit *lib. de*
16 *Physio. c. 4.* † Nasu crassu à sũmovsq; ad extremũ, insensibiles sunt, vt sues: crassu ad extremũ tantũ, segnes, vt boues: accuto, irascibilis vt canes: rotũdo, & obtusso, magnanimi, vt leones. Quib⁹ aũt incuruus nasus à frõ te mox deducitur, inuerecũdi sunt, vt corui: si protrahitur à fronte, & medio intumet, & ad extremũ tẽdens, vnci speciẽ prebet magnanimũ significat, nã ad aquilã referri cõt ẽdit *Arist.* † Nasu obũco emu- 17
latores sũt vt Rhinocerontes: vnde nasus pro emulatione Mart. lib. 1. Epig. 4.

Et pueri nasum Rhinocerontis habent.

Et lib. 5. epigr. 20.

Ioã dudũ tacito rides Germanice, naso.

Et lib. 12. epigr. 90.

Tõgilianus habet nasũ, scio, nõ ego, sed iã
Nil præter nasum Tongilianus habet.

¶ Sũt pleraq; alij physiognomię natu- 18
ralis canones à luminari influẽtia peti ti, quorũ omnes nõ cẽsẽtur improbati, quia cœlũ in his inferiorib⁹ potesta tẽ habet permouendi corporis passiones, quib⁹ animus cõcitatur, nõ tñ astringitur, quia liberũ est hominis arbitriũ, vt probãt *Mart. del Rio lib. 4. Magic. c. 3. q. 4. Azor tom. 1. instit. moral tit. 9. c. 16. Leonard. lib. 2. de instit. c. 43. dub. 7. n. 45. Tho. Sanchez in sum. tom. 1. c. 38. n. 44.*
† Nã licet naturalia immutabilia sint. 19
§. *Sed naturalia Instit. de iure natural.* Sapiẽs animũ in potestate habet, legẽ sibi, quã vult dicit, & quã dixit seruat, vt ait cõciuis me⁹ *Seneca lib. 2. de benefic. c.* 18. † Vt sic, quæ ab hac arte petuntur 20
omnino infalibilia nõ credas, sed quatenus homo ducitur affectione corporali ad ea, quę cęli luminaria inclinãt, quæ solẽt animũ permouere, quia vt legitur Sapiẽt. c. 9. *Corpus, quod corrũpitur agrabat animũ, & terrena inhabitatio deprimit sensũ multa cogitantẽ.* † Et ita phy- 21
siognomiæ canones certiores sunt totius Astrologiæ iudiciariæ argumẽtis, quia nec supputatio, nec instrumẽtum fallit: cũ in vna quaq; sua prodeat natura instrumẽta, signi, & planetę suę correspõdentia, vt traddit *Petr. Mozius lib. de multipl tẽp. Cõrad. Vipin. de sign. c. 10.*
† Sed quia multi ea non sunt assecuti, 22
adeò somnijs suis hanc diuinam, & naturalem artem vitiarunt, vt eã odibilẽ reddidissent, quã ab infami titulo vindicare cupiẽs, naturalia solũ (quæ apud Catholicos, & melioris notę

authores

authores inueni) referre instituí, vt cętera, tanquam vana, & superstitiosa in suis authoribus igni mãdanda relicta dignoscantur.

22 ¶ Primo enim, quia *Saturnus* est terreus, frigidus, siccus, melancholicus, masculinus, diurnus, malebol⁹, & inimicus naturę humanę, qui eum habẽt in Oriente tempore cõceptionis, sunt terrei coloris, incessu graues, macilenti, curui, & habent paruos oculos, & barbam raram, cutem siccam, labia spissa, iũcta supercilia; qui cum ambulant declinant oculos, & faciem ad terram, & sunt profundi consilij, silentij, fortis imaginationis, & phãtasiæ, & habent tolleratiam laborum, animiq́; stabilitatẽ, & pertinatiã, & sunt dediti ad philosophiã naturalẽ, artes magicas, agriculturã, & populationẽ terra-
23 rũ. † Secũdo, quia *Iouis* est aereus, calidus, & humidus, sanguineus, masculinus, diurnus, venebol⁹, fortunæ, & naturæ humanæ amicus, qui eum habẽt in Oriente tempore cõceptiones sunt faciei mediocris coloris, & habẽt oculos magnos, claros, nares nõ æquales, & in aliquo dentium facit nigredinẽ, pupilã oculi latã, barbã crispam, & dẽsam, & quandoq́; facit hominẽ caluũ, pulchræ staturę corporis, nec multũ pingue: & sunt veneboli, affabiles, liberales, cultores veritatis, iustitiæ, honestatis, religionis, sapientiæ, & intelligẽ-
24 tiæ. † Tertio, quia *Mars*, est ignus, calidus, & siccus, colericus, masculinus, nocturnns, atq́; naturæ nostrę inimic⁹, qui sub eo generantur habent faciem rubicundã, & rotundam, capillos rufos, oculos croceos, vel ignitos, & acuti visus; & sunt iracundi, audaces, superbi, inuerecundi, maledici, irrisores, mendaces, effusores sanguinis, oppressores proximorum, dediti medicinæ, & ad omnem artificium igneum ad
25 percuciẽda, & domãda metalla. † Quarto, *Sol* medius Planetarum, quia est calidus, & siccus temperatè (quia calor eius est vitalis, nõ adurans sicut Mars) masculinus, diurnus, colericus, venebolus, amicus naturæ, qui sub eo procreãtur habent faciem splendidam, cũ colore inter croceum, & nigrũ, ideſt, fuscum, sed rubedine tectum, capillos fuscos, cũ aliquali rufedine, & aliquãdo facit hominem caluum, breuem, crispum rectum: & habent ingenij claritatem, liberalitatem, sublimitatem, prudentiam, animi magnitudinem, appetitũ honoris, & imperij. † Quin- 26
to *Venus*, quia orbẽ suum sub sole habet, & est parum frigida, & magis humida, fœmenina, nocturna, parum distans à cõplexionẽ Iouis, qui sub ea nascuntur, siue procreantur habent faciem pulchram, rotũdam, oculis magnis, & nigris, capillis planis, & multis, barba dẽsa, cũ decẽti statura corporis: & sequuntur lætitiã, gaudiũ, suauitatẽ, amicitiam, appetitũ ciui, & potus, ac venereorũ actuum. † Sexto *Mer-* 27
curius, quia est siccus tẽperat⁹ vari⁹ secũdũ naturã stellarũ, cui adiungitur, masculinus, diurnus, venebol⁹ sua natura, qui sub eo procreãtur habent faciem mediocris coloris inter aluũ, & nigrũ, frontem eleuatam, faciem longam, & nasum prolixũ, lõgos digitos, rarã barbam, pulchros oculos, sed mobiles, & claros; & sunt ingenij subtiles, animi inconstãtes, atq́; inquieti, nã secũdũ varias cõmixtiones aliorũ Planetarũ varias facit animorũ qualitates, nũc bonas, & liberales, nunc malas, & miseras. † Septimo *Luna*, quia aqueaest, 28
phlegmatica, frigida, & humida, fœminea, benigna, & nocturna, qui sub ea procreantur habent faciem rotundam, pulchram, fœmineam, aluam, sed iunctis supercilijs, & oculis nõ penitus nigris, & causat signum in facie, & facit hominem venebolum, & humilem;

nalem; sed ex commixtione eius cum
alijs Planetis varias aliquando habet
significationes: nam cum Venere sig-
nificat liberalitatem, suauitatem, læti-
tiam, honestatem, deuotionem: cum
Marte, susurrationem, celeritatem, de-
tractionem: cum Saturno odium, tris-
titiam, inuidiam, auaritiam.

29 ¶ Ex quibus artem physiognomiæ
physicam adaptans *Petr. Ciruelo Doro-
censis Theologus, & omnigena eruditione
clarus lib. 3. Astrologiæ iudiciar. cap. 10.*
scriptum reliquit. Caput magnũ (sinõ
ex superfluitate materię) bonitatẽ phã-
tasiæ, aliorumq; interiorum sensuum
fortitudinem ostendit, & hominẽ pru-
dẽtem, ac sapientem, propter sufficiẽ-
tem magnitudinem cellularum cere-
bri; contra tamen paruum caput deno-
tat hominem leuem, fatuum, impru-
dẽtem, ac de talibus dicit Aristoteles,
quod ipsi paruũ dormiũt, somn⁹ enim
30 breuis inquietũ, ac mobilẽ animũ os-
tẽdit. † Capilli grossi, & colore obscu-
ri magnã virtutem cerebri, & fortitu-
dinẽ phantasiæ, complexionẽq; melã-
cholicã, excõmixtione Saturni, & Mer
curi demonstrant: si tamẽ sunt grossi,
& clari maximẽ rubei, colligantiam
Martis, & Mercuri habẽt, ideò robur
animi bellicosi, & iracũdi ex cõplexio-
ne colerica significant: si vero tenues,
& nigri, atq; plani, flegmaticã comple-
xionem ex constellatione Veneris, &
Lunæ ostendunt: si ergo fuerint crispi
siccã cõplexionẽ, & coleram, tempe-
ratã habent ex Mercurio à Ioue fortu-
31 nato. † Facies hominis oblonga inge-
nium subtile, cum astutia tamẽ, & do-
lo, atq; inuerecundiam significat, quia
sæpius procedit ex constellatione Ca-
pricorni, in quo duæ infortunię exal-
tantur: nonunquam vero procedit ex
Virgine, & tunc indiscretionem osten-
dit, & animi vacuitatem. Facies tamẽ
rotunda heuetudinem, & simplicitatẽ
habet maximè ex Tauro, vel Cancro
procedens: si tamẽ ex Ariete, aut ex Li-
bra, malitiã rusticitate admixtã: me-
diocris vero faciei prolongatio, &
pulchritudo bonitatem animi ostẽdit, 32
cũ ingenio, & liberalitate. † Nã radica-
lis figura faciei formatur à signo Oriẽ-
te natiuitatis, sed variatur ex formis
signi, in quo est Luna, quod idem fuit
oriens conceptionis, & signi domini
totius figuræ; præter signa pulchritu-
dinis, & deformitatis, & cutis totius
cõlor, quæ solum variantur ex Plane-
tis, quæ sunt in oriente per præsentiã,
vel aspectum; habita ratione parentũ,
quia causa particularis in pluribus ma-
gis assimilatur sibi effectum, quã vni-
uersalis, vt docet *Aristot. lib. 1. Polyticor.*
† Supercilia si grossa fuerint, & iũcta, 33
ac in nasum descendentia Saturninũ
hominem, ac melancholicum, tristẽ,
imaginatiuum protẽdunt; si autẽ quã-
vis nigra, & iuncta subtiliora fuerint
Veneris, aut Lunæ flegmaticam com-
plexionẽ indicant: si vero rubra, quæ
rarissimè iuncta sunt, colericã demõs-
trant naturam, subtilitatem ingenij, &
iracundiam: si autem eadem subtilia,
& rara articularis figuræ versus fron-
tem fuerint eleuata, arrogantiam, su-
perbiam cũ mẽtis eleuationẽ. † Ocu- 34
lorum magnitudo Venerea est maxi-
mé, cum nigredine: sed cũ nimia cla-
ritate, & lata pupilla ad Iouem perti-
net: oculi mediocres cum decenti co-
lore à Luminarijs fiunt; parui, & nigri
Saturnini sunt: sed parui, & rubei, atq;
ardẽtes ad Martem referuntur; oculi
cõcaui, & profundi aliorum maximè,
vident, & bonitatem ingenij ad lite-
ras aptissimam, cum rectitudine phã-
tasię significant ex Mercurio: eminen-
tes vero debiliter vident, & animi sim-
plicitatem ostendunt: Punctura quæ-
dam in oculis caliditatem, astutiam,
& dolũ habent, maximè si rubeæ fue-

rint,

rint, quia proueniunt, ex Mercurio à Marte infortunato: oculi glauci, & quasi virides admodum, atque densæ, fraudem, inuerecundiam, deceptionẽ significant, ex Mercurio infortunato.

35 † Nasus rectus, & longus bonum, & liberalem animum cũ aliquali prudentia, & ingenio: si longus, & curuus sit, ingenium cum astutia: at contra nasus breuis, & simius, indiscretionẽ, & fallatiam ostendit: si autẽ duæ nares sint inæquales, quia Iouis naturæ, venebo-

36 lentię indicium. † Labia spissa, & apertura oris magna, imprudentẽ, & ineptum hominem reddunt, nescienterq; loquentem: sed contraria subtilitas labiorum, ingeniosum: quia signum est Mercurij in natiuitate: itẽ magna oris apertura gulam, & vorãcitatem denotat, & è contra oris paruus hiatus mo-

37 destiã, & sobrietatẽ facit. † Vox grauis, & sonora viris prudẽs, ingeniosus ex ea ostẽditur: accuta, exilisq; puerilem, ac efœminatum animũ indicat: obscura, & rauca, coleram, aut melãcholiã: rigida, & grossa, iracundiam, & crudelitatem, &

38 modestiã. † Barba densa, & copiosa in loco debito sita (nisi eius color extraneus) bonã complexionẽ ex natura Iouis, aut Veneris declarat: eius vero raritas, & ramala situatio, signũ est cõplexionis siccæ, ac nuturæ Saturninæ, vel Mercurij infortunati: Rufa barba Martis naturam colericam satis

39 demonstrat. † Manus longa, & benè proportionata, quæ suo corpore correspondeat, bonitatẽ ingenij ostendit: si longa extra debitam proportionem animum liberalẽ, & audacẽ denotat: si nimis breuis, miserum, astutum, pusilanimũ: si subtilis, & gracilis, loquacem, & boracem: benè articulatam,

40 fortitudinem. † Digiti subtiles, & male ad inuicẽ cohęrentes adeò, quod aer trãspareat notabiliter inter eos, significat subtilitatem ingenij; & curialitatẽ, cũ loquacitate: sed cõtra digiti grossi, & nimium adhęrentes inter quos aer vix trãspareat heuetẽ animũ, simul & auarum, cũ inuidentia ostendit. Digiti autem extẽsi, & recti, bonã cõplexionẽ denotant; & subtilitatẽ ingenij: curui tamen, & intra versus palmam, auarũ, & cautum hominem faciunt: reflexi autẽ ad dorsum manus, simplicitatem animi, & parum ingeniũ portẽdũt. † Pedes vltra proportionẽ mẽ- 41
brorũ, magni corporis fortitudinem ostendunt, sed simplicitatem animi, & naturalem seruitutẽ: contra pedes parui, & subtiles, ingeniosi sunt, & viuacẽ animum significant, cum debilitate viriũ corporis, ideò sunt à natura Domini, vt tradit *Aristot. lib. de Repub.*

† Vngues plani, magni, & speculares, atque subrubentes, subtilesque, optimã 42
cõplexionẽ, ingeniũ bonum, & liberalem animum demonstrant, nam referuntur ad equos, dicũtur *vngues equini*, solidi tamẽ, & curui, quãvis sint speculares, nec multum rubei, melancholicã cõplexionẽ tẽperatã, & ingeniũ docile significant, nã referũtur ad mulos, ideò dicũtur *Vngues mulares*. Parui nec tersi, miseriam animi ostendũt, & maximé, si eius color terreus sit propter malã complexionem, nã referũtur ad asinos, ideó dicũtur *vngues asinini*, vnde palidi vngues, & nigri, vel asperi, malitiã non modicã cõplexionis habent. † Qui manibus, aut pedibus cõ- 43
tinuê collidendo ludit, & sonat, ae terit, inquietus est animi, instar eius, qui mobiles habet oculos: similiter monoculus, mãcus, claud°, gybus, & lumine læsus á natura, suã secũ ferunt malitiam, ideò cauẽdum est ab omni homine à natura signato, nã vt ait Martial. lib. 12. epigr. 54.

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læsus,
Rem magnã præstas, Zoile, si bonus es.

44 ¶ Vnde merito in iure noſtro quando plures de crimine ſunt ſuſpecti primum quæſtioni ſubijci debet illi, qui facie deformior eſt, quoniam cẽſetur animo quoque prauior, vt docet *Bald. in l. 2. num. 5. C. quorum. appellat. non reſcipiãt. & in l. nõ ignorat n. 12. C. qui accuſare non poſſ. Hipol. Marſil. in l. 1. n. 4. D. de quæſtionib. Carer. in pract. tract. 12. tit. de inditijs, n. 29. latè Menoch. de præſũpt. lib. 1. q. 89. ex. n. 130.* † Vt ſic merito dæmoni tribuatur, quia peſsimo, nõ quod deformitas præ ſe ferat, quia ſpiritus eſt, ſed quia à Deo deuiauit, quare appellatus eſt Sathana, quod Hebræis diuertere ſignificat, vt traddit *Oleaſter. ad Geneſ. 26.* Et ita deformis, iuxta illud Pſalm. 53. *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus.* † Nam pulchritudo bonæ mentis imago eſt, & figura probitatis, vt docet *D. Ambroſ. lib. 2. de virginib.* ex quo Deo tribuitur, quia bono, vt optimè notat *D. Ioan. Bapt. Villalp. genitricis meæ frater* (cuius eximia corporis pulchritudo eius animi ſanctitatis præbet ſpecimen) *tom. 2. p. 1. ad Ezechiel cap. 27. & in Apparat. lib. 3. de Vrbe, ac templ. cap. 4.* † Vt ſic merito apud AEthiopas, & Indos in mãdandis imperijs pulchritudinis maximè habere rationem commemorat *Ariſtot. de Repub. lib. 4. & 7.* nã ſolo naturæ inſtinctu apes formoſiores eligũt in imperio, *Seneca lib. 1. de Clement. c. 9. Plin. lib. 11. c. 16. cum alijs per Tiraq. de primog. cap. 3. Cauall. in Pract. q. 248.* † Quia ex pulchritudine corporis animi excellẽtia dignoſcitur, vt ex multis docet *Iacob Menoch. de arbitrar. caſ. 226. num. 5. Tiraq. in ll. connuial. l. 2. n. 36. nam vt ait Ouid. lib. 6. Faſtor.*

Par animo quoque formam ſuo reſpondet in illa,
Et genus, & facies; ingenitumque ſimul.

49 ¶ Vnde in pulchritudine ſponſi virtus eius, ac potentia denotatur. Pſalm. 44. *ſpecie tua, & pulchritudine tua intende, proſperè, procede, & regna,* &c. † Nã pulchrum à pollendo dicitur, quod optimũ, maximumque in ſuo genere, quia in ſuauitate oculis oſtenſa animũ ita ſibi deuincit, vt non minus ſeparari quæat, quam ſi à fortiſsimo milite detineretur, vt optimè notat conciuis, & præceptor meus *P. Mart. de Roa lib. 3. ſingular. c. 3. & 4.* † Vt ſic merito Hercules pulcher dictus ſit, quaſi fortis cũ minus Herculi deceat, quã pulchritudo; & Achiles pulcher, pro forte: & é contra *Plauto in Pyrgo* de muliere agẽs, *quid nã fortis?* ideſt, *pulchra?* † quia pulchritudo, & fortitudo ad ſe inuicẽ ponũtur, D. Iſai. c. 3. *Pulcherrimi viri gladio cadent, & fortes tui in prælio.* Vbi poſterior pars priorẽ interpretatur; Ezech. c. 32. *quo pulchrior eſt deſcende?* Hiſpane, *por quanto os teneys por mejor, mas fuerte, y poderoſo.* † Vnde in gemino partu ad ſucceſsionẽ Regni, vel maioratus, quãdo non coſtat quis prior natus ſit, pulchrior præfertur *Alciat. de præſumpt. c. 39. n. 4. Menoch. de arbitr. caſ. 363. num. 7.* † Quia vt potentior videtur prior matris vincula prærumpere, vt contingit in Iacob, & Eſau, vt hic, qui fortior erat prior exiret Geneſ. cap. 25. *qui primus egreſſus eſt, ruſus erat, & totus in morem pellis hirſutus.* † Nã ea de cauſa quando vir, & fœmina naſcuntur, prior præſumitur editus vir, quia fortior, vt tenet *Gloſſ. in l. idem erit. D. de ſtatu homin. l. ſi fuerit. §. fin. D. de rebus dub.* † Eſt enim pulchritudo à natura data, in ſignum bonitatis, & decòris, ac fortitudinis, vt ſic merito de ſuo AEnea Vergil. lib. 6. cecinerit.

Ipſe ante alios pulcherrimus omnes
Infert ſe ſocium AEneas, atque agmina iungit.

CAP.

CAP. X. de Diuinatione chiromãtica.

SVMMARIVM.

Chiromantia absolutè damnata, num 1.

Chiromantiæ quædam licita, n. 2.

Chiromantia diuiditur in physicam, & astrologicam, n. 3.

Chiromantia astrologica damnata, numero 4.

Chiromantiæ damnatæ elementa, qui docuerint, n. 5.

Petrus Ciruelo de chiromantia explicatus, n. 6.

Chiromantia astrologica sustinetur, dum causa physica petitur, n. 7.

Chiromantia astrologica quare prohibita, nu. 8.

Chiromantia, quæ causam naturalem non habet superstitiosa, n. 9.

Authoris institutum in chiromantiæ tractatione, n. 10.

Lineæ manus de quibus iudicium, quinquè sunt, n. 11.

Lineæ vitæ, seu cordis genitalis, & naturalis, quæ sint, n. 12.

Lineæ hepatis, & capitis, quæ dicantur, nu. 13.

Iudicium de his manus lineis inferendum, nu. 14.

Linea cordis benè profunda, & non intermissa, & benè colorata, quæ significet, n. 15.

Linea cordis angusta, continuè, & benè colorata, quæ importet, n. 16.

Linearum omnium generale iudicium, nu. 17.

Linea genitalis quibus prædicta, vt virtutem ad generationem indicet, n. 18.

Linea naturalis, quæ habere debeat, vt bonum ingenium ostendat, ac liberalem, n. 19.

Linea hepatis quibus qualitatibus prædicta, vt virtutem stomachi, audatiam, & lætitiam ostendat, n. 20.

Lineæ hepatis alia iudicia, n. 21.

Lineæ hepatis, quæ malam complexionem indicent, n. 22.

Linea capitis quib⁹ præfinita qualitatibus, vt bonitatem complexionis significet, n. 23.

Trianguli in medio palmæ siti qualitates, n. 24.

Angulus primus prope montem indicis, si acutus ingenium ostendit, n. 25.

Anguli primi obtusio, malæ complexionis signum, n. 26.

Anguli secundi qualitates, numero. 27. & 28.

Anguli tertij quædam specialia, num. 29.

Chiromantiæ de futuris iudicia temeraria, & prohibita, n. 30.

Gitanos, qui sint, & quam artem profiteãtur, n. 31.

Gitanos à Turcis in Christinæ religionis exploratores missi, n. 32.

Exod. cap. 13. quasi signum in manu, explicatus, n. 33.

Iob cap. 7. qui in manu signat, expositus, nu. 34.

CHIROMANtia licet absolutè dãnetur ab *Eymerico in director. Inquisit. p. 2. q. 43.* dũ ait, *qui ex manus delineamentis diuinant, & iudicant de effectibus naturalibus, & conditionibus hominis superstitiosi sunt*, quem sequitur *Franciscus Pegna in Scholis comm. 67.* † Distinguendum est tamen; nam & Petrus Ciruelo, quẽ citat, & alij docti viri, quædam chiromantiæ naturalia præscribunt, quæ licita asserit idẽ *Petr. Ciruelo lib. 3. astrologiæ iudic. cap. 10.* † Nã physiognomiæ pars est, ideò diuiditur, in physicã, & astrologicã; quarũ prima per lineas, &

partes manus ipsam corporis temperiem considerat, & ex ea probabiliter indagatur animę passiones, ideò eam licitam, & laudabilē docuerunt *Arist. lib. 1. histor. animal. c. 5. & 30. & in Problem. 34. sect. 10. Conrad. VVipina lib. de*
4 *sign. cap. 10. 11. & 12.* † Altera vero, quę dicitur Astrologica, palmam manus in certos colliculos, areolas, & lineas diuidit: areolis Planetas singulos, lineis astra quædam præficit: contendens astra, & Planetas ipsis areolis correspōdere, quæ ideò falsa, stollida, vana, scādolosa, damnata, & proscripta est, vt traddūt *Ioan. Salisberiens. lib. 2. Polycrat. cap. 27. & VVipina vbi sup. d. cap. 12.*
5 † Cuius quidem artis elemēta docuerūt *Bapt. Cocles* (qui plures chiromātiæ libros edidit) *Ioan. de Indagine, Ioan. Thaisnerus, Mich. Sabonarola, Petr. de Arca, Marull. Saya, Andr. Triscasius, Mich. Scotus, & alij ab Ecclesia proscripti, atque*
6 *damnati.* † Quorum errore etiam non fuit immunis *Petr. Ciruelo. d. cap. 10.* dū palmam manus in septem montes diuidit, quemlibet suo Planeta correspōdentem, nisi illa vellis distinctionis causa inducta, quia aliud de tanto viro
7 non est credendum. † Nam licet physiognomia astrologica sustineatur; causa petitur tunc à physico temperamēto, tunc ex syderum potestate, qua talibus signis præditis, talibus correspondeant naturis, eo quod sub tali Planeta, vel signo nascentes ex eius melancholica, phlegmatica, sāguinea, colerica, aut alia natura talibus in corporis membris proportionē sorciatur, quæ sunt qualitati illæ physicæ aptissimæ.
8 † Quod secus est in chiromātia Astrologica, quia in ea nulla est causa naturalis, nec physica, quæ ex cœli influentia possit comparari; quidquid eā defendere conetur *Ant. Viderius lib. 7. va-*
9 *riar. lect. cap. 9.* † Nā vel ad primam illam physicam est referendus, vel ad sanos ducēdus tutela propinquos, quia omnis chiromantia, qui causam naturalē nō habet superstitiosa sēper fuit iudicata, vt probat *Mart. del Rio libr. 4. Magicar. c. 3. q. 4. l. 2. tit. 23. p. 7. Ciruelo de superstit. p. 2. c. 4. Simancas de cathol. instit. tit. 21. n. 18. Alcozer in summ. cap. 14. fol. 46. Ludou. Lopez p. 1. instruct. c. 41. Tho. Sanchez in summ. tom. 1. lib. 2. cap. 38. n. 47.*

¶ Et quia huius chiromantiæ pars 10
pleriq́ue cum aliā confundunt, ita vt dū res se obtulit dicerni nequeat, quia omnes fere, qui de hac arte egerunt ab Ecclesia proscripti sunt, & detestati, vt in hoc cenoso vado præcios à vilibus separetur, vt in physiognomia fecim⁹ huius tantum artis, quæ permissa sunt referā, vt cætera tāquā illicita abhorreas, & quærere desinas. † Lineæ ma- 11
nus principaliores (de quibus iudiciū fit) quinque sunt; nam de alijs minus principales, quę in manu inueniuntur, quia accidentales sunt ad hoc iudiciū non sunt in consideratione, quia per accidens veniunt, & mutantur, atque vaciantur propter iuuētūtē, senectam, maciem, pinguedinem, vel propter diuersa opera, & exercitia, quæ manibus suis homines exercent, ideò de his nō agimus, quia vt ait Aristot. *de his, quæ fiunt per accidens nulla est scientia.*

¶ Et vt ad rem veniamus, prima 12
linea est, quæ montem pollicis circundat incipiens, quasi à monte indicis, & tendens versus iuncturam manus cū brachio, quę à chiromāticis *linea vitæ* dicitur, & à medicis *linea cordis.* Secunda vero linea pollicis, seu pinguedinis manus, & auricularis digiti loca diuidens, à monte auriculari digiti, versus montem indicis procedit, quæ *linea mensuralis* dicitur communiter, seu *genitalis.* Tertia à principio primæ descēdens per mediam palmam, vsq; ad pollicem manus peruenit, quæ cōmuniter *media naturalis*, siue *cerebri* dicitur.

13 citur. † Quarta linea ab hac tertia ad primã pollicis, & cum vtraq; earũ angulos faciens locũ medio palmę quædam triangulo incluſum reliquit, quæ *linea tabullaris* cõmuniter dicitur, quã medici *lineam hepatis*, vel *ſtomachi*, appellant. Quinta linea vix in omni manu clara videtur, quæ deſcendit à mõte indicis vſque ad menſalẽ, & ſæpius eidem copulatur, & dicitur *linea capitis*.

14 ¶ In iudicãdis autem his lineis attendenda eſt earum cuilibet ſubſtantia, colore, & continuatione, vna cum diſpoſitione membri ſibi adiecti, nam linea benè, & clarè deſcripta, vnacem colorem habens, non intermiſſa, nec groſſa, ideſt, puncturis infecta, ſignificat bonam complexionem, & virtutem ſui membri, vt traddũt *Ariſtot. &*
15 *VVipina vbi ſup.* † Vnde ſi linea cordis reperiatur ſatis longa, benè profunda, & non intermiſſa ab alijs lineis accidentalibus, & benè colorata, eſt ſignũ ſanitatis in corde, & magnæ virtutis eius, & multitudinis ſpirituum, & boni ſanguinis, &c. & ſimiliter ſignificat
16 audatiam, liberalem ingenium ad omne opus. † Si fuerit anguſta, nihilominus continuè, & benè colorata, ſubtile ingenium, & bonum conſilium oſtendit: ſi tamen lata, & pallida, & benè continua ſignificat detrimentum virtutis in corde, & malam complexionem. Si groſſa, & profunda, & colore tincta, rude ingenium demonſtrat, ſi fuerit minus rubea, iracundũ facit ho-
17 minem: ſi liuida melancholicum. † Et eadem ratio eſt habenda in omnibus alijs lineis principalibus reſpectu ſuorum membrorum, quia benè formatę, continuæ, & coloratæ, bonam ſignificat virtutem membri, cui addicuntur, ſed contrario modo diſpoſitę debilitatem, aut malitiam complexionis oſtendunt, vt docet *Petr. Ciruela vbi ſupra. d. cap.* 10.

¶ Secunda linea, quæ dicitur genitalis, ſi fuerit longa, lata, profunda, & continua, oſtendit ſanitatem, & ſufficientem virtutem in membro illo: ſi autem contrarias diſpoſitiones habuerit, debilitatem, impotentiam, ac vitiũ oſtendit. † Tertia linea eaſdem ſimiles habens proprietates, ſignum eſt bonæ complexionis cerebri, & virtutis eius, ac per inde boni ingenij, prudentis, ac liberalis animi: nã ſi eſſet adeò breuis, quod non exiret cõcauum manus, debilitatem cerebri, defectum rationis, inuidentiam, auaritiam, & miſerum ingenium oſtẽdit. † Linea autẽ quarta, quæ eſt vaſis trianguli, quando eſt ſatis longa, & decenter lata, continua, mũda, & benè colorata, ſignificat bonitatem virtutis ſtomachi, & hepatis, inſuper audatiam, lætitiam, &c. † Si autem fuerit diſcõtinua, aut pallida, aut malè colorata, eſt ſignum ægritudinis prædicti membri, & debilis virtutis: ſi vero breuis, & malè apparens eſt ſignum flegmaticæ cõplexionis. † Si fuerint in ea punctura paruę duritiam vẽtris, & coſtarum dolorem oſtendit; ſi fuerit minus rubea, maximè verſus lineam cordis dolorem capitis procedente ex vitio ſtomachi, vel hepatis oſtentat: ſi autem dicta rubedo huius lineæ ſit in alio angulo eius cum tertia linea ſignũ eſt fœtidi oris, pectoris, & paſſionis ethicæ, maximè ſi manus hominis ſit calida, ſicca, & macillenta. † Quando autem hæc linea fuerit intercisſa multipliciter ab alijs paruis lineis indiciũ eſt malé complexionis, debilis digeſtionis, & infirmitatis flegmaticæ proueniens ex inordinatione caloris naturalis.

¶ Triãguli autem in medio palmæ deſcripti regula eſt naturalis, quod quã to maior fuerit, tãto meliorem animi qualitatem: & quanto minor, tanto

miſeriorem animum hominis oſtendit, vt traddit idem *Ciruelus. d. cap.* 10.

25 † Angulorũ vero eius ſuprænius propemontem indicis apparens, ſi fuerit accutus ingenij ſubtilitatem, bonam cordis, & cerebri virtutem, ac perinde laudabilem hominis conditionem, &

26 virtuoſam vitam demonſtrat. † Si fuerit obtuſus, vel imperfect⁹, adeò quod lineæ ad angulum non cõcurrant, malam complexionem, & indebitã animi inclinationem facit, ſi eſſet minus declinans ad concavum manus exiſtens ferè inter indicem, & medium digitos, miſerum, & auarum hominẽ

27 ſignificant. † Angulus ſecundus eiuſdẽ trianguli, & concurrentia linearum cordis, & hepatis cauſatus, & ad reſtrictam tendens, ſi fuerit rectus, aut benè formatus, & boni coloris ſignum eſt ſanitatis cordis, boni ſanguinis, ſpirituum, & virtutis fontis, omniſque bo-

28 næ inclinationis naturalis. † Si fuerit valdè accutus, animi anguſtiã, & miſeriã facit; ſi obtuſus, heuetudinẽ ingenij, & ruſticitatem, ac pigritiam: ſi autem ex illa parte lineę ad angulum non concurrant, inditium eſt inſtabili-

29 tatis, ac vanitatis animi. † Angulus tertius in medio palmæ exiſtens, quaſi eaſdẽ habet differentias, eaſdemq; ſignificationes cum præcedente: hoc addito, quod ſi nõ fuerit perfectus angulus, nec lineæ in eo benè concurrant naturalem infirmitatem ſtomachi, &

30 hepatis oſtendit. ¶ Quibus veræ, & catholicæ chiromantiæ canones abſoluuntur, nã alij, quæ de vitæ ſucceſsibus, tã anteactis, quam futuris conſcribitur, dignitatibus, fortunis, liberis, euẽtibus, caſibus, periculis, &c. vt omnino ſtolida, falſa, vana, ſcandaloſa, futilis, ſuperſtitioſa, diuinatoria, ac pacti ſuſpecta improbarunt, non ſolùm Theologi, ſed Iuriſperiti, & medici *D. Tho. 2. 2. q. 96. Nauarr. in Manual. cap. 11. n. 31. Did. Perez in l. 6. tit. 19. lib. 8. Ordinam. Fran. Valles de ſacra philoſop. cap. 32. Mart. del Rio lib. 4. Magic. cap. 3. q. 5.* † Quam hodie ſolẽt profiteri vxores ex illa colluuiæ perditorum hominum, quos Itali *Cingaros*, Latini *AEgyptiacos*, nos *Gitanos* appellamus, in quos multa collegit *Creſpet. lib. de odio Sathan. diſcur. 12.* † Qui cũ ſi nt à Turcis in Chriſtianę religionis exploratores ad Hiſpaniam miſsi, fingũt ſe ex iniuncta ſibi pœnitentia (rapinis, & impoſitionibus viuendo) per orbẽ peregrinari, vt traddit idem *Creſpet. d. diſcur. 12. Muſter. lib. 3. Coſmograph. Philipp. Camerarius horar. ſucceſsiuar. c. 17. Petr. Gregor. lib. 34. ſyntagm. cap. 16. n. fin.* † Nec iuuantur ex illo Exod. cap. 13. *Et erit quaſi ſignum in manu tua*, quia nõ de chiromantia, ſed de feſtiuitate Azimorum agit, cuius obſeruatio, vt Hebræis memorabile fuiſſet in ſignũ libertatis ab AEgypto facer hiſtoricus dixit futurã, *quaſi ſignum in manu*, ſumpta ab eis methaphora, qũ vt aliquid recordentur ſolent digito annulari filũ alligari, vel annulum indere. † Nec minus eis ſuffragatur illud Iob cap. 7. *qui in manu hominis ſignat, vt norint omnes opera ſua*, quia loquitur de potentia diuina, quæ his inferioribus prædicatur: manus enim pro potentia eſt, & magnitudine, *Exod. c. 14.* vel de libero arbitrio, quod in hominis manu, hoc eſt, in poteſtate poſitum eſt, Sapient. cap. 36. *in manibus abſcondit lucem*, & ita illud intelligunt *Franc. Suarez lib. 2. de relig. cap. 10. ad fin. Raph. de la Torre tom. 2. de vitijs opp. relig q. 95. art. 7. diſp. 3.*

31 32 33 34

CAP.

CAP. XI. de Magia diuinatrice absoluta, quæ ad Oraculum expectat:

SVMMARIVM.

Diuinatio regulariter in malam partem sumitur, n. 1.
Diuinatio diuiditur in Oraculum, & Maganiam, n. 2.
Oraculum diuinã prophetiam conatur immitare, n. 3.
Ex antris dæmõ responsa dare consueuit, n. 4.
Peña Clemesi Hispaniæ ob diuinationem imprætio habita, n. 5.
Ex statuis dæmõ, quo nam pacto loquatur, n. 6.
Vox idolorum, & statuarum, quæ nam sit, n. 7.
Diabolus quare vtatur voce stridula, subsibilante, & confusa, n. 8.
Diabolus quare vocem verã emittere nequit, n. 9.
Vox naturalis vnde petitur, n. 9.
Oracula Iouis Dedonæi, Apolonis, Hammonis, & aliorum, n. 10.
Caluaria, seu capita mortuorum Gentilium, in quibus dæmones locuti, n. 11.
Caput aereum Alberti Magni, qua arte loquutum, n. 12.
Caput Traiani Imp. D. Gregorio loquuntũ, n. 13.
Ex hominibus loquitur dæmon dupliciter, n. 14.
Diabolus in hominũ corporibus dilabitur, vt responsum daret, n. 15.
Energumeni vnde dicantur, n. 16.
Ventriloquos dictos, quod eis ex imo ventre vox prodeat, n. 17.
Pythones quare dicantur à dæmone possessi, n. 18.
Diuinorum causa adscribenda est dæmoni, n. 19.
Diabolus tam in possessis, quam obsessis linguam mobet, n. 20.
Diuini ignari sunt de his, quæ proferunt, n. 21.
Diuini dicuntur quasi Deo, seu potius dæmone pleni, n. 22.
Enthusiasmus, quis sit, n. 23.
Vates vnde dicti, n. 24.
Orpheus, Thyræsias, Sosipatra, & alij diuini, n. 25.
Pythia Delphis, & fœminæ dodones, num. 26.
Nicostrata, & Casanda pythonisæ, numer. 27.
Montani veteres, Colophonij, Triphoni, Soraclini, & Paredri, n. 28.
Oracula Mesalianorum, & Iuliani Apostatæ sectatorum, n. 29.
Anabaptistarum oracula, & Magdalenæ de la Cruz, n. 30.
Indorum diuinationes, n. 31.
Sibylarum prophetiæ, n. 32.
Sibylæ licet Gentiles donum tamen prophetiæ potuerunt obtinere, n. 33.
Sibylarum oracula non nisi ex Deo probantur, n. 34.
Arreptitij, quo pacto dignoscantur, n. 35.
Diabolus solet quos corripit varijs tormentis vexari, n. 36.
Diabolus terrorẽ incutiens sic se putat Deũ immitari, n. 37.
Diabolus diuinis suis ad imitationem prophetiæ facit varijs loqui linguis, nume. 38.
Diabolus diuinum spiritum conatur immitari, n. 39.
Lymphati vnde dicantur, n. 40.
Sibylæ Cumeæ oraculum cũ furore mixtũ, n. 41.
Fanatici, qui dicantur, n. 42.
Brisonius de Fanaticorum sententia reprehensus, n. 43.
Fanaticorum furorem causam physicã reddere conati, n. 44.
Laurentius Valla de diuinatione naturali reprehensus, n. 45.
Adalides, & Almocadenes, qui sint, num. 46.

Diuinus nullus natura nascitur, numero 47.

Ex humore melancholico valet quis varias linguas loqui, n. 48.

Phantasiæ vitio potest homo linguam fingere, sed non diuinare, n. 49.

Dij gentium dæmonia sunt, n. 50.

Diuini, neq; à natura, neq; ab arte fiũt, sed à dæmone, n. 51.

Oracula omnia aduenientè Christo Domino obmutescerunt, n. 52.

Authoris sententia de Oraculorum cessatione, n. 53.

Diuinorum responsa à dæmone loco Oraculorum emissa, n. 54.

Diuini sunt hæretici, Apostatæ, & pagano deteriores, n. 55.

Diuini licet Sacramenta expressè non renuntiauerint pro hæreticis habentur, n. 56.

Diuini, de expressa sunt dæmonis professione pro hæreticis reputãtur, etiamsi quærant à dæmone, quæ eius naturæ coherent, n. 57.

Hæretica sunt facta à diuinis licet non respectu operis, saltem respectu operantis, n. 58.

DIVINATIO absolutè in malã partem summitur, Numer. cap. 5. *Non est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel.* Ecclesiast. cap. 24. *diuinatio erroris, & auguria mendatia.* † Diuiditur in *Oraculũ*, & *Manganiam*, quæ *furorem*, & *artem*, appellat *D. Augustin. in cap. igitur. h. 26. q.* 3. † Oraculum enim ad id respexit, quo diabolus veram prophetiã conatus est immitari dando petẽtibus responsa, vel ex antris, vel ex statuis, vel ex hominib⁹. † Ex antris, multa extãt literarum monumenta, experientia comprobata eorum, qui non solùm responsa perceperunt, verum ipsi furore correpti alijs responsa darent, vt de illa, quæ Boetiæ fuit traditè ex *Pausania Leonicus in dialogo Trophon.* de antro Delphico, & alijs *Cicer. lib.* 1. *diuin.* † Præter illud, quod de antro Hispaniç dicto *Peña Clemsi*, vulgus iocatur, in eo dæmones responsa dare consueuisse; nam illud fuit olim S. Cebriani Ecclesiæ subterraneum in Salmanticensi vrbe, in quo *Clemens Potosi*, eius sacrista, posquam Magicę artis professores ab Hispania expellerentur, quod illic secreto doceret locum fabulæ dedit, *vt accepi à præceptore meo Gabriele Henriquez primariæ iuris ciuilis Salmanticens. Doctore, & nunc Regio Consiliario.* 4

¶ Ex statuis similiter loquitur Dæmon non propriè, nec naturaliter, sed vt in antris solet voce ementita, quia vt ait Regius Vates Psalm. 134. *Simulachra Gẽtium os habent, & non loquũtur, neque est spiritus in ore ipsorum.* † Quare producit sonum in aere humanæ vocis similem ad eũ fermé modũ quo quis tibia, vel fistula, alio vè instrumẽto sonum vocis humanæ exprimit, vel cauæ vales exceptam, ac repercusam vocem articulate admodum reciprocant, vt docet *Alph. Tostatus in Exod. c.* 7. *q.* 15. † Vnde fit, vt vtatur voce stridula, subsibilante, confusa, obscura, debili, pusilla, & quasi ex dolio, vel testa rimosa, vt ex sagarum confessionibus narrat *Nicol. Remig. lib.* 2. *Dæmonol. c.* 8. † Nam humanæ voces formantur ex pulmonis respiratione per retractationem aeris corporis viui, quo dæmon caret, quia creatura est spiritualis, vt probat *Nata lib.* 3. *de Deo.* Et ita in statis, per se voces formare, nequit vt docent *Inquisitores Germaniæ in Mall. p.* 2. *q.* 1. *c.* 10. † Ex quo genere fuerunt Oracula, & responsa Iouis Dodonæi, Apollinis, Hammonis, Delphici, Clarij, Delij, Sminthæi & alia innumera, de quibus plura *Cæl. Calcagn. lib. de Oracil.* 5 6 7 8 9

cul. Iul. Syren. lib. 6. de Fato, Petr. Leloyher
11 *lib. 4. ſpectror.* † Necnon caluaria, ſeu capita mortuorum Gentilium, in quibus dæmones ſæpius locuti ſunt, vt de illa Polycriti apud *Plethon lib. 1. Mirabil.* Gabini apud *Plinium ſenior. lib. 7. c.*
12 *5.* † Item, & cranium Magi apud *Fran. Picum lib. 7. Prænot. c. 10.* & Alb. Magni caput aereum ſecundum *D. Thom.* eius diſcipulus, *lib. 3. contra Gent. c. 104.*
13 † Præter illud caput Traiani Imp. D. Gregorij orationibus ab inferis liberatũ, quod de ſuo ſtatu, vita, moribꝰ viro Dei interroganti reſpondit, vt narrant *Ioan. Diacon. in vita Gregor. lib. 2. cap. 44. D. Thom. in Sentent. 4.*

14 ¶ Ex hominibus loquitur dæmon dupliciter, nam vel ſola vmbra, & fumo ſuæ nigredinis hominem obumbrat, & obtegit, illi ſuggerens quid vellit, vt contingit in Obſeſis ſecundum
15 *B. Ildegard. lib. ſuæ reuelat.* † Vel eorum corporibus dilabitur, in quibꝰ, vt olim in ſtatuis idolorum inhabitat, & ita illum Dominus iubet exire, quia intus erat *D. Matth. cap. 5.* & hij dicuntur poſſeſsi, vt docet *Sprenger. in Mall. p. 2. q. 1.*
16 *cap. 9.* † Nõ in ipſa anima, ſed applicatione tantum, & opræſione per energiam, vnde dicti *Energumeni.* Neque in corpus, vt informet, vel partes eius integret, ſed tantum, vt loco, vel inſtrumento organico vſurus, vt fuſè explicat *Epiſcopus Abulenſ. in Exod. d. cap. 7.*
17 *q. 16.* † Quibus quia ex imo ventre vox prodire videtur ſacra pagina *ventriloquos* appellat, *Acta Apoſt. cap. 16.* & Pythones *Deuter. cap. 18. Leuit. 20. D. Iſai. cap. 8.* à pythone, quem Apollo iaculis
18 confecit *cap. igitur. h. 26. q. 3.* † Siue á πανθανεσθαι, *panthaneſthai*, quod à ſciſcitãdo dictum docet *Cœl. Rodigin. lib. 8. antiq. lect. c. 10.* Vſurpantes nimirum *Pythonẽ* pro dæmone ex imo ventre, vel ex terrę profundo ſpecu aduenięte, & reſpondente D. Iſai. cap. 29. *& erit quaſi Pythonis de terra vox tua.* † Nam 19
tales effectus adſcribendi ſunt dæmoni adſiſtenti, vel obſiſtenti hominem, vt probant *Bapt. Codronch lib. 2. de morb. benefic. c. 8. & Fernelius lib. de abditis rer. cauſ. 1.* † Nam ſiue in ventre ſit, ſiue ex- 20
tra corpus obumbret, eius linguã mobet, vt non quod vellit homo, ſed dæmon voluerit loquatur, quippẽ diuinã prophetiam imittare prętendit, in qua Deus verba in ore prophetæ ponit, vel eiꝰ linguã, vt calamũ ſcribẽtis mouet, Pſalm. 44. *lingua mea calamus ſcribe velociter ſcribentis.* † Hac tamen differen- 21
tia, quod veri prophetę ea, quæ ab Spiritu ſancto cognouerũt, maxima cum certitudine, & veritate proferũt, *vt diximus cap. 1.* hij vero ita correpti omnino ignari, nec ſencientes quidem mira proferunt, & linguas quas nõ nouerũt loquũtur, quia animã illuſtrare nequit, *D. Thom. 2. 2. q. 172. art. 5. D. Chryſoſt. & Theophilat. in ep. 1. ad Corint. 12.* † Ex quo 22
nimirum dicuntur *Diuini*, quaſi Deo, ſeu potius dæmone pleni, vt traddit *D. Iſidor. lib. 8. Etymolog. cap. 9.* tranſumptiué *in cap. igitur. h. 26. q. 3.* † Et eorum 23
furor *Enthuſiaſmus* à voce Græca ἔνθεος *entheos*, numine afflatus, vel diuinus, vulgò *endioſado*, melius, *endemoniado*: vnde Ouid. lib. 3. art. poet.

Eſt Deus in nobis, ſunt, & commertia cœli
Sedibus Æthereis ſpiritus ille venit.

¶ Vnde & *Vates*, à vi mentis dici con- 24
tẽdit *D. Iſidor. lib. 7. Ethymol. cap fin.* quos falſos prophetas appellat *D. Matth. c. 7.* & *pſeudo Prophetas, cap. 24.* & malos prophetas *D. Paul. ad Tit. cap. 1.* † Tales 25
fuerunt Orpheus, Thyræſias, Soſipatra, Muſæus, Atticus, & ſimiles de quibus *Eunap. in vita Ædeſij, Lactant. lib. 4. Inſtit. c. 25. Ruffin. lib. 2. Eccleſiaſt. hiſt. cap. 4.* † Talis Pythia Delphis, vt trad- 26
dit *Cœl. Rodigin. lib. 13. antiq. lect. cap. 33.* tales fœminæ Dodonides, vt docet

Notal.

Natal. Comes lib. 6. Mythrolog. cap. 10. & puella pythonisa, de qua *Acta Apostol.*
27 *cap.* 16. † Talis Nicostrata mater Euãdri, quæ ex furore, vulgò dicebatur *Carmenta*, vt traddit *Plutarch. in Romul.* talis Cassandra filia Priami, vt narrat *Lycophon. in Cassand Verg. AEneid. 2.*

Sola mihi tales casus Cassandra canebat.

28 ¶ Tales Montani veteres, qui falsas reuelationes simularunt, vt traddit *Euseb. lib. 5. Ecclesiast. hist. cap.* 15. 16. 17. & 18. tales Colophonij, Trophonij, Soractini, & Paredri, de quibus *Pausan.*
29 *in Arch.* † Talia fuere Oracula, & prophetiæ, quibus illusi Messaliani gloriabantur apud *Theodoret. lib. 4. de hæretic. fab.* Tales similiter Iuliani Apostatæ, & sectatorum Marci Magi, vt narrat
30 *Irenæus lib. 1. c.* 8. & *cap.* 9. † Tales nostro sæculo Anabaptistarum, apud Cãpanos, & Magdalenæ de la Cruz, apud nostros Bęticos Cordubæ, vt traddit *Ribadeneyr. in vita B. Ignatij lib. 5. cap.*
31 10. † Tales diuinationes Indorum, qui sumpto *Cahobæ* semine externuntur, & mox cessante furore vaticinantur, de quibus *Petr. Chieza. p. 2. histor. Peruanæ*
32 *cap.* 27. † In quorum classe referre non dubito Sibyllas Manto, Daphnẽ filiã Tyresię, Xenocleã, Melessam, & Lãpusã, & aliàs huiusmodi, quibus meminit *Strabo lib.* 14. *Geograph.* Nõ tamẽ alias, quæ specialiter Sibyllæ sunt appellatæ.
33 † Nam licet Gentiles donũ tamẽ prophetiæ obtinere potuerunt, *vt diximus cap. 1. n. 40.* ex quo eorum scripta, vt diuina commendat *Lactantius lib. 1. cap. 6. & lib. 4. cap.* 15. eaque in Virginitatis meritis tribuit, *D. Hieron. contra Iouin.*
34 † Nã quæ de Christo nascituro, & redẽptionis mysterijs prædicarunt, non nisi diuino lumine assequi potuerũt, nam ea dæmoni omnino sunt incognita, vt illi, cui mysteria fidei, & futura cõtingentia sunt denegata, *D. August. lib. de natur. dæmon. cap. 5. 6. & 7.*

¶ Arreptitij huiusmodi, tã Obsessi, quam Possessi facile dignoscuntur, vel ex tumore corporis, oculorũ intuitu, faucis raucedine, sermone peregrino, insolito furore, vt docet *Bapt. Codronch. lib. 2. de morb. benefic. cap.* 8. † Nã
36 diabolus solet quos corripit variè vexare, vt illis, qui se terra elidebant, & spumantes voluptabãtur, *D. Marc. & Luc. vterque cap.* 9. & qui montes habitabãt, & lapidibus se cõcidebãt, *Marc. c.* 5. † Eosque variè terrere solet, quia
37 se putat sic Deum immitari, cuius præsentia, Exod. cap. 19. *Eratque mons terribilis*, & in aduentu eius Acta. cap. 2. *Et factus est repente de cœlo sonus tanquã aduenientis spiritus vehemẽtis.* † Ex quod
38 tanquam Dei simia diabolus, cum videat Zachariam diuina visione linguę vsum ademptum, *D. Luc. c.* 1. sic quos corripit linguæ vsum ademit, *D. Luc. c.* 11. & quia Apostoli varijs linguis loquebãtur *Acta Apost. cap. 2.* suos varia, & mira facit loqui *Acta Apost. cap.* 17. *Luc. c.* 4. † Nam in his diuinum spiritũ
39 conatur immitare, vel ex eo, quod ait Polychron. in Ezech. cap. 3. *quemadmodum diuini, & incantatores ad dementiam vsque procedunt dæmone illis stuporem ingerente, ita è contrario prophetis sensus afficitur dum anima spiritus efficatia collustratur.* † Quare sic affatos *Lymphatos*,
40 quasi *Nymphatos*, Græci vacant νυμφολήπτους, *Numpholeptas.* Vt visa Cerere *Ceriti*, viso quoque Fauno in meridie, *mente attoniti*, audito Pane territi, *panico pauore*, dicuntur vexari vario metu.
† Vt non malé de Phæbi Sacerdotisa,
41 siue Sibyla Cumea sic affatur Vergil. AEneid. lib. 6.

Ante fores subito, non vultus, non color vnus.
Non comptæ mansere comæ, sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tumẽt, maiorq; videri:

Nec

Nec mortale ſonans affata eſt numine quando
Iam propiore Dei.

42 ¶ Vnde eos *Fanaticos* appellat *Vlpian. I.C. in l. 1. D. de AEdilit. edicto*, non à fando tantum, vt voluit *Petr. Gregor. in Syntag. p. 3. lib. 34. cap. 3. n. 9.* ſed à fanis
43 dæmonũ, quibus verſabantur. † Quod quia minus intellexit *Barnab. Briſonius lib. 2. ſelectar. cap. 3.* Fanaticos Cybeles ſacerdotes appellat, cum de illis nõ eſſet dubitatio in morboſos non fuiſſe referendos, vt de his, de quibus apud I.C. quærebatur, am huiuſmodi furorem in ſeruis deberet emptori renunciari, eo quod non à rabie, ſed à numine duceretur, nam vtrumque à phantaſiæ vitio proueniunt, ideò adiungit Plaut. in captiu.

Aliſtophones, quod rabidus, & fanaticus ſit.

44 ¶ In quibus cauſam phyſicam reddẽdo pleriq; anxiè laborant peculiarẽ contendentes quandam loci illius é terra exalationem eſſe, quæ Fanaticos efficit, vt illi quos atra billis exagitat, *Leuin. Lemnius lib. 2. de occultis natur. cap.*
45 *2. Iul. Syren. lib. 9. de Fato.* † Quorum errore delapſus *Laurent. Valla lib. 1. hiſt.* in Hiſpania putat eſſe populos natura diuinos, qui regi Ferdinando plurimũ in expugnatione Granatenſi adiuuarunt, quos vocat *Adelitos*, & *Almoga-*
46 *nenos.* † In quo duplici errore dilabitur primò dum putat illos eſſe populos (quorum à nullo chirographico mẽtio fit) cum ſint militiæ officiales, licet eos corruptè appellet, nam exploratores dicuntur, *Adalides*: & qui pedeſtres milites ducunt *Almocadenes*, vt conſ-
47 tat ex. *l. 1. & l. 5. tit. 22. p. 2.* † Secundo errat dum hanc diuinandi artem, quaſi naturalem genti illi adſcribit, cũ nul-
48 lus natura naſcatur diuinus, vt docet *Cicer. lib. 1. Diuinat.* † Nã licet naturaliter ex humore melancholico humores atenuẽtur, vt homo valeat linguas loquere, quas non nouit, vt traddunt *Ariſtot. in probl. ſect. 30. & Auizena lib. 3. fen. 1. tract. 4. cap. 19.* † Nõ ſequitur ex 49
eo poſſe diuinare, quia ex phãteſiæ vitio poteſt homo linguã fingere, & ex forti imaginatione, quaſi propriã loqui, vt *Maniaci*, qui putant ſe mortui, & ideò nec volunt bibere, neque edere, quos à *Dijs Manibus* dictos putat *Gilb. Angl. lib. 2. de Mania.* † Et merito 50
quidem, quia Dij Gentium dæmonia ſunt, *Pſalm. 95. Apoſtol. Corinth. 1. cap. 10. D. Auguſt. lib. 8 ciuit. Dei. cap. 24. cap. qui ſine ſaluatore. h. 26. q. 2.* † Ex quibus ſatis 51
apparet hos, neque à natura, neque ab arte diuinos, ſeu mente attonitos niſi à dæmone, vt viſa vmbra Creuſæ AEneas apud Verg. AEneid. 2.

Obſtupui, ſteteruntq; comæ, & vox faucibus hæſit.

Vt & viſo Mercurio AEneid. 4.

At vero AEneas aſpectu obmutuit amens.

¶ Sed adueniente Chriſto Domino 52
noſtro, hæc omnia phanaticorum reſponſa, & Oraculorum ementita diuinitas ſiluerunt, vt traddunt *D. Athanaſ. de humanit. verb. in princip. & Euſeb. de præparat. Euangel.* Nam à die natiuitatis ſuæ omnia Oracula omuteſcerunt *Plin. lib. 30. cap. 1. Plutarch. lib. de tacente pytia Cicer. lib. 2. Diuinat.* † Ad quod 53
egò præter alios cõſidero illud Sapiẽt. cap. 18. *Cum medium ſilentiũ tenerent omnia.* Vt nõ ſolùm dictum ſit de medio noctis ſilẽtio, & pace vniuerſale, qua omnia in ſilentio detinebantur, ſed quod omnia Oracula ſilerent, etiam diuina, quia vt teſtatur Matth. cap. 11. *omnes prophetæ, & lex vſque ad Ioannem.*
† At tamen diabolus, quæ in illis prohi- 54
bitus fuit exercere reſpõſa, in his emittit (ex diuina Dei permiſsione) in ſuorũ peccatorũ pœna, vt viui etiam dæmonis furorem experiri incipiant, qui

ſe ei

Te ei ita dederunt, vt tanquam ex lapide empta mancipia mali domini cruciati, ex his ad æterna tormenta perueniant.

55 ¶ Et quia sunt de expressa dæmonis professione; sunt hæretici, sunt Apostatæ, sūt idolatræ, & pagano deteriores; quia dęmonē ipsum colūt, adorant, sacrificant, fidelitatis, & obediētiæ omagium præstant, quorum ideò crimen directo opponitur fidei, ex adiuncto, & concomitantia, vt traddit *conciuis meus Cardinalis D. Franc. Toledo in sum. lib. 4. c. 14.* † Vnde licet sacramenta expressè nō renūciauerint, neq; conculcauerint crucem, neque alia fecerint, quæ facere solent hęretici: eo ipso, quod dæmoni fœderati sunt pro hæreticis manifestis habentur, vt docet alter conciuis meus *Episcopus D. Iacob. Simanc. in Prax. cap. 11.* † Siue quęrant à dæmone, quæ naturæ eius sunt consentanea, vt præsentia, & præterita, siue quæ naturæ eiꝰ repugnant, vt sunt futura contingentia, &c. vt docet *Paul. Grilland. de sort. q. 10. ex n. 2.* † Nam eo ipso, quod fiunt ab illo, qui est de expręssa dæmonis professione hæretica omnino, & hęreticalia sunt, licet non respectu operis, saltem respectu operātis, vt docet *idem Grilland. d. q. 10. nu. 4. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 388. num. 4. Oldrald. conf. 210. Farinac. tom. 1. quæst. 20. num. 81.*

56

57

58

APPENDIX.

1 SIbyllas donū prophetiæ optinuisse diximus *num. 32.* quorum nomē Eolicū est á voce *Sios*, quæ significat *Deus*: & voce *Byli*, quod importat *Consilium*: quare apud Gētiles diaboli prophetices vidētur dicendum, quia Dij Gentium dæmonia sunt, *Psalm. 95. cum alijs super. num. 51.* † Quod licet de Mā-

2

to, Daphne, Cassandra, Xenoclea, Melissa, Lampusa, & alijs huiusmodi Gentilium Sibyllis dici possit, quas congessit *Strabo lib. 14. Geograph.* vt quę tot Idolorum cultum, sacrifitia, atq; hominum cędes suasserūt, vt videre est apud *Tit. Liuium totius antiquitatis Romanæ armarium, Plinium, Sigoniū, & Halicarnaseum.* † De alijs tamen, quæ specialiter Sibyllæ nomen sunt appellatæ, aliter dicēdum videtur, & maximè de Sibylla Erythrea, quæ est quinta in ordine ex illis decē, quas annumerat *Marc. Varro, secutus ab Eusebio, & Lactā-tio.* † Vtpoté, quæ tot de Christi aduētre, & redemptionis mysterijs carmina prædicauit, in quibus quia nullus falsorum Deorum cultus, sed detestatio, atque summa pietas continetur, inter illos, qui pertinet ad ciuitatem Dei, connumerare nō dubitat, *D. August. lib. 18. ciuit. Dei cap. 23.* † Cuius carmina maximā in veneratione habuerunt Gentiles, & custodibus cōstitutis, illa asseruabant in Captolio, *Valer. Max. lib. 1. c 1.* adeò vt pro eis legēdis Vergilius Mecęnatis familiaritate vterētur, ex eisque multa in sua opera cōcinauit, & maximé in Genethliaco carmine, quod Augusti filio adscripsit *Eccleg. 4.* † Non Polioni, aut alteriꝰ filio, vt in vulgatis typis inscribitur, nam Vergilius maiestate accusaretur, si viuente Augusto, alio quam eius filio seculorum instaurationem profiteretur; nam licet Augustus ex Liuia masculā prolem nō susciperet, conceptam abortauit, vt narrat *Sueton. in eius vita.* † Quod iusto Dei iuditio adscribendum est, nam tanta erat Vergili authoritas, & Sibyllini carminis malè intellecti maiestas, vt si puer natꝰ esset pro Deo colleretur: cuius Oraculum non Erythreæ modo Sibyllæ fuit, sed Erophilis, seu Cumeæ, Vergil. d. eccl og. 4.

3

4

5

6

7

Vltima

Vltima Cumei venit iam carminis ætas.

8 ¶ Neq; obstat Gentilem fuisse, vt quę ad Traiani Superbi tempora vixit, cui libros suæ prophetiæ vendit magno prætio, & commendatione, quapropter maxima cura in Capitolio asseruabantur, *Tit. Liuius lib. 1. decad. 5. Plin. lib. 13. cap. 13. Aul. Gell. lib. 1. cap. 9. Valer. lib. 1. cap. 1.* nam multa de Christi aduentu Gētilibus fuerunt reuelata, vt docet 9 *D. Thom. 2. 2. q. 2. art. 7.* † Quinimo secūdum alios non Gentilis modo, sed ex fidelibus fuit, quia dicunt fuisse ex nuribus Noe, quę ingressę sunt in arca, ad quod credendum plurimum ipsius met Sibyllę carmē conducit dū de se fatetur

O gaudia magna,
Quod sortita fui postquam discrimina mortis
Effugi, iactata meo cum coniuge multum.

10 ¶ Ex quibus colligitur plurimū vixisse, cū carmina sua Greçcè sint cōscripta, quod fieri nō potuit nisi post confusionē lapsi ex turre Babelis, cui diluviū præcesit annos D. XXV. nā ante id tēpus vnus erat omniū labium, & idio-
11 ma scilicet Hebręū *Genes. c. 11.* † Neq; dicēdū est fuisse Hebręę scripta, & trāslata in Greçcū, nā in alia lingua, quā in Greça adaptari nō potest valor literarū, quibus nomē IESVS cōparauit ex ratione Greçcarū literarū ad significā-
12 da nomina per numeros. † Aliarū autē oracula de Christi aduētu, & redemptionis mysterijs vulgata, anceps sum, an post euentum fuerint conficta, an illa ex Prophetarum lectione didicissent, & nō propria reuelatione, cū Gētiles multa ex prophetarū voluminibus in suos vsus commutassent, Machab. 1. cap. 3. *Expanderunt libros legis de quibus scrutabantur Gentes similitudinem simulachrorum suorum.*

CAP. XII. de Oraculis terra effossis.

SVMMARIVM.

Antiquitati maxima reuerentia, num. 1.

Prophetia vbi est affirmat veritatem Oraculi, n. 2.

Diabolus diuinitate cupidus per sæpè emētitur Oracula, n. 3.

Oraculum sepulchri Anthenoris, n. 4.

Oraculum sepulchri Dedali, quod expoliauit Darius, n. 5.

Oraculum sepulchri Platonis, n. 6.

Oraculum antri Toletani ante Hispaniam cladem, n. 7.

Deus propter summam benignitatem suam reuelat pleraſque Regni mutationes, per causas naturales, n. 8.

Regni mutationes per Angelos bonos, quādoq; reuelantur, n. 9.

Angeli tutelares Regnorum, & Principatum, n. 10.

Sathana pleriſque adest inter Angelos bonos, n. 11.

Diabolus ab Angelis bonis (Deo permittēte) de futuris illuminatur, n. 12.

Diabolus ex prophetarum lectione multa futura cognoscit, n. 13.

Diabolus, quādoque vera dicit in suis Oraculis, n. 14.

Diabolus mysteria aliqua nostræ fidei, quare cognoscat, n. 15.

Diabolus veritatem prædicat, n. 16.

Oracula terra effossa in turre Turpiana, & in sacro Illipulitano monte impugnata, n. 17.

Pergamenum turris Turpianæ continet prophetiam S. Ioannis Euangelistæ ex Hebræo, & Græco interpretata, n. 18.

Pergameni huiusmodi idioma satis recentior post Gotthorum, & Vandalorum oppræſsiones, n. 19.

Romani, quo tempore Hispaniam dominarunt, & vnde dictum Romance, n. 20.

Hebræi in septuaginta annis amisserunt

linguam Hebræam,& didicerunt Syriacam Arameam,n.21.

Hiſpaniæ, quo tempore idioma noſtrum inductum,n.22.

D.Cecilius, vt prophetiæ dono præditum, ſic & linguarum,n.23.

Liber plumbeus, qui adhuc non legitur in aliud tempus reſeruatus,n.24.

Linguis nouis loqui ſignum prophetiæ,n.25.

Lingua futura loqui domum Spiritus ſancti,n.26.

Garanad,quid ſignificet,n.27.

Epiſcopus Garnatenſis, quare ſe appellat D.Cecilius,n.28.

Libri plumbei effoſſi in monte Illipulitano laudati,n.29.

Arabicè quare ſcripti ſint libri plumbei effoſſi in monte Sancto,n.30.

VNT multa terræ effoſſa varijs caracterib⁹ inſignita Oracula, qua multi credunt, nulla alia de cauſa, quam vetuſtate ſint corroſa, quia maxima eſt antiquitatis reuerẽtia. *l.2.§.quæſitum.C.de vetere iure enucl. cum alijs per Aymon Crauet. de antiquit. temp.p* 1. † Idque maximé, ſi aliqua in eis de futuris contingentibus prophetia videtur reuelatâ, nam cũ id ſolius Dei ſit, oracula pro certa,& indubitata venerantur,D.Iſai.c.44. *Annunciatè nobis,quæ vẽtura ſunt,& ſciem⁹,quia Dij ſtis vos.* † Sed cũ id diabolus ementire conetur,non ſunt omnia,quę terra effoſſa ſunt Oracula omnino amplectẽda, ſed examinanda: quia diabolus per ſæpè diuinitatis cupidus illa emittit,ſiue quod ſic putat Deũ immitari, ſiue quod vult in eorũ interpretatione, aut expectatione homines torquere: ſiue deludere, vt à cœleſtibus curis ad inania,& futilia ſeducat,vt traddit *D.Auguſt.in.qq....* † Sic conſtat multa Oracula de futuris à diabolo conficta, & ſepulchris Gẽtiliũ effoſſa, vt Paduæ in ſepulcharo Anthenoris,quod in monaſterio S. Franciſci repertũ eſt tempore Alberti Scaligeri, enſis cernebatur inſcripta,quod dũ terrã dominarẽtur illã, quibus prima nominis litera fuiſſe, A. magnã cladẽ paſſuros,quod experientia poſtea cõprobauit in Athila Hunno, Aguilulpho Gottho, Acciolino tyranno,& aſſerto Alberto Scaligero, vt narrat *Bern.Scardon.in hiſtor.Patauin* † In ſepulchro Dedali, quod expoliauit Darius, vitrea arca fuit olei plena, quo corpus tangebatur, ſed paululum olei in arca deficiens erat in marmore inſcriptũ, *quiſquis me videat, curet, quod deſuit olei adimplere, aliàs ſciat ſe malè habiturum*; quo viſo Darius iuuet arcam oleo refici, ſed eo magis dilabebatur, quo ſtupefactus triſtis ſepulchrũ clauſit, & ſtatim ſecuta eſt ſui exercit⁹ cladis, & ipſius miſera mõrs à proprio filio illata, vt narrat *Ælianus libr.13.de varia hiſtor.Herodot.lib.2.* † Et in Thracia in ſepulchro antiquiſsimo (quod nõnulli volũt fuiſſe Platonis) lamina reperta eſt, quæ tẽpus, quo reperiretur indicauit,& hæc Græcè in ea erãt ſcripta,quæ Latiné ſonãt, *Chriſtus naſciturus eſt ex Virgine, & in eo credo: tẽpore Conſtãtini, & Irenæ Principũ ò Sol iterũ me videbis*, vt meminit *Paulus Diacon. lib.23. Fulgoſ.lib.1.c.6.* † Et (ſi hiſtoriæ Auentarique fides eſt,quã fuit interpretatus Michael de Luna) ante miſerã Hiſpaniæ cladem Toleti in antro reperta eſt tabulla eius miſerãdi ſtragis prænuntia,nã id ex diligẽtia cõiuratorũ, ſocordia, & incuria cauẽdi, ac pellẽdi hoſtẽ à dæmone potuit cognoſci, *vt dicem⁹ infra hoc lib.1.c.fin.n.22.* † De⁹ enim propter ſuã benignitatẽ ſũmã reuelat plerũq; futuras regni mutationes, vel ſignis, vel prodigijs, vel alijs modis, pro vt ſapiẽtię ſuæ in cõpræhẽſibili viſum fuerit

fuerit, vt tradunt *Marta de iurisd. p. 1. cap. 6. n. 21. Maroto de iure quæsito lib. 3. c.*
9 *49. ex. n. 37.* † Aliquãdo etiam per Angelos, non solùm custodes, sed etiã tutelares, & defensores Principatuum, atque Regnorum, quorum præsidio prædicta regna conseruantur, ac proteguntur; nam cuique genti proprium esse Angelum tutelarem, traddit *D. Clem. lib. 2. Recognit. Dionys. lib. de Eccle-*
10 *siast. Hierarch. cap. 9.* † Et probatur ex Daniele cap. 10. *Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti, & vno diebus,* & paulò post, *apparuit Princeps Græcorum veniens,* & cap. 12. *consurget Michael Princeps magnus, qui stat pro filijs po-*
11 *puli tui.* † Et cum negari non possit plerumque inter Angelos bonos adesse Sathana, vel ex eo, quod legitur Iob cap. 1. *cum venissent filij Dei, vt assisterent coram Domino, affuit inter eos Sa-*
12 *thana.* † Similiter quando Deus permittit ab Angelis bonis diabolus illuminari, de huiusmodi futuris cereior redditur, vt docet *D. August. lib. de natura dæmon cap. 6. & in Genes. ad liter. c.*
13 17. † Necnõ ex prophetijs per diuinos prophetas euangelizatis, quæ vt minus cognita pro sua vẽditat, aut ex rerũ experiẽtia, qua quotidie magis prouehitur, atq; addiscit secũdũ *Glos. in c. pudor, v. fallere 32. q. 2. Petr. Lombard. in*
14 *Sent. 2. dist. 7.* † Et ita apparet in suis Oraculis de futuris aliquotiens vera dixisse, nã si semper mentiretur, neutiquam tot homines secum in perditionem adduceret, neque eius respõsa venerarentur, nam vt ait Cicero lib. 1. diuinat. *Si Oraculum Delphis aliquã verã non dixisset, neutiquam in tanto prætio fo-*
15 *ret.* † Et non solùm futura, sed mysteria nostræ fidei ex hac de causa diabolus perpendit, quia sic constat in Christo Domino diuinitatem cognouisse, & suis manifestasse *D.* Marc. cap. 1. *Et erat in Synagoga eorum homo in spiritu immundo, & exclamauit dicens. Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio, qui sis sanctus Dei.* † Et Pytho- 16
nissa apud Macedones de Paulo, & Sila prædicauit verã esse eorum doctrinã, vt testatur D. Lucas Acta Apost. cap. 16. *Hæc subsequuta Paulum, & nos clamauit, dicens: Isti homines serui Dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis.*

¶ In qua classe nõnulli referre co- 17
nantur prophetias, tam pergameni in Turpiana turre reperti, quàm librorũ plumbeorum in cauernis sacri Illipulitani montis effosorum, negantes eos ex D. Iacobo, aut Cecilio, vel Thesiphone, vel alio ex suis discipulis scriptos, nec dum translatos, quia pergameni idioma satis recentior est eorũ memoria, & librorum seriem Mahumetanos esse affirmare impiè conatur persuadere *Maroto de iure quæsito. d. lib. 3. cap.* 49. † Quorum neutrum, nec 18
credent pueri, qui nondum ære labantur, nam in dicto pergameno contenta prophetia est S. Ioannis Euangelistæ ex Græco, & Hebræo interpretata per S. Cecilium primum Episcopum Garnatensem, & ipsius Chyrographo subscripta, in cuius fidem asseruationis, & comprobationis miraculum, & ipsius prophetię veritas, literarum, & pergameni vetustas liquido asseuerãt, vt constat ex iudiciario processu super eorum calificatione facto per illustrissimum D. Petrum de Castro Quiñones virum religionis, sanctitatis, ac literarum omnium gloria vnum nostro quo clarissimum, tum Archiepiscopum Granatẽn. nunc Hispalẽn. benemeritum Pręsulem, vna cum Episcopis Guadixense, & Galipolense, & Abbate de Alcala, ac alijs doctis, & peritissimis viris *corã Doctore Hieronymũ de Mõtoya, & Licẽciatũ Michaele de Maru Notarios anno Dñi M.DC.* † Nam 19

licet nonnulli (& ij quidem ex doctis) prædicti pergameni idioma posteriorib⁹ sæculis post Gotthorũ, & Vandalorum opressiones, dicant confictũ: veritas arguit, illo sæculo viguisse, quo à Romanis subacti Latinam linguam exprimere conantes Hispani, hoc, illo vé idiomate loquebamur, ex Latino, & Hispano cõflato, vnde dictum
20 *Romance* † Nam à tempore, quo primę cohortes Romanæ in Hispaniam sunt ingressę, vsque ad Natiuitatem Domini nostri Iesu Christi secũdum aliquos ttecentos, plus minus vé annos, vel vt alij volunt ann. XXVI tãtum percurrerũt, vt ex Dione Cassio, Strabone, & alijs traddit eruditissimus amicus noster, *D. Bernard. Aldrete lib. 1. del origen de la lẽg. Españ. cap. 2. & lib. 2. de las antig.*
21 *de Españ. cap....* † Ex quo vsque ad aduentum, D. Iacobi in Hispaniam quadraginta plus minus vé annis sunt trãsacti, quo tempore Hispani ex propria lingua, & Latina hanc inducere potuerunt, quemadmodum Hebræi in septuaginta annos, quo apud Babylonicos in captiuitate sunt cõmorati Hebræam linguam amisserunt, & Babylonicam non assecuti, induxerunt sibi Chaldæim, siue Syriacam, vt affirmat *D. Hieron. in prologo Galeato*, quo fit vt tẽpore Esdræ sub Zorobabele legem Domini (quæ Hebraicé erat scripta)
22 non intelligerent *Esdr. 2. cap. 8.* † Ita Hispani Romanorum dominatione in alijs septuaginta annos ex propria, & Latina lingua hanc tertiã inducere potuerunt, quę postea varijs vicissitudinibus iactata Gotthorũ, Vãdalorum, Arabum, & aliorum idiomatibus, vel ad illam deflecta, vel in aliam inflecti facile potuisset, sed quæ nã determinatè fuisset palam profiteor ignorare, quia illius temporis Hispanæ idiomatis nullum aliũ fidelior testimonium, quàm hoc pergamenum habemus:

† Nisi vellis D. Cecilium, vtpotè prophetiæ domo præditum, sic & linguarum, illoq; spiritu vidisse futuræ ciuitatis augmentum, & Ecclesiæ suæ dignitatem, cui se Episcopum dixit, hoc autem loquutum tempori acommodato sermone, quo prophetia esset reuelanda, illudq; pro signo suæ veritãtis dedisse iuxta illud Apostoli Corint. 1. cap. 14. *linguæ in signum sunt.* † Quem- 24
admodum dici potest de prophetia libri plumbei, cuius idioma, & litera, hucusq; à nullo sunt cognitæ, nec cognoscentur vsque ad destinatum tempus, vt affirmat alter liber plumbeus, qui vna cum eo repertus est in cabernis prædicti sacri Illipulitani montis, vt testatur eleganter assertus, *D. Bernard. Aldrete. d. lib. 2. de las antig. de Españ. cap. 19.* † Nã quemadmodum Apos- 25
toli ad Euangeli veritatem stabiliendam linguis loquebantur nouis, sic D. Cecilius ad propheriæ comprobationem nouam linguam loquitur, nam vt prophetia, sic gratia linguarum donum Spiritus sancti est, secundũ Apost. Corinth. 1. cap. 12. *alij genera linguarum*, &c. quæ minor est, quã prophetia. d. Corint. 1. cap. 14. *volo autem vos loqui linguis, magis autem prophetare, nam maior est, qui prophetat*, &c. † Nã etsi Apos- 26
toli linguis loquebantur nouis, & eæ, quæ suo tempore vigebant, non negatur ideò loqui posse illis, quæ postea futuræ essẽt, nã vt ait Apost. d. Corint. 1. c. 14 *qui enim loquitur lingua, nõ hominibus loquitur, sed Deo*, qui tã præterita, quã futura præsẽtia habet, Apostol. ad Roman. cap. 14. *vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt.* † Neque obstat 27
D. Cecilium frustra se appellari Episcopum Granatensem, cum illo sæculo ciuitas Granata non fuisset, neque eius Episcopo patus: nam cum D. Iacobus vna cũ suis discipulis in Hispaniam venisset, missus à Beatissima

Deige-

Deigenitrice Maria ad sepeliendum trans Bosphorum in Hispaniam prædictum librum, qui adhuc nõ legitur, in locũ vbi mortuum resurgeret, & id fieret in hoc Illipulitano sacro monte, prope antrum, Arabicé dictũ *Garanad*, quod postea Illipula depopulata nouæ huic fundationi propè Daurum nomen dedit, vt traddit prædictus *D. Bernar. Alderete. d. lib. 2. cap. 24.* † Quod
28 postea D. Cecilius vna cum socijs, & discipulis, alijsque fidelibus nouiter ad fidem Christi conuersis habitans, cum eis præficeretur, qui prædicto antro conuenerant, dicto *Garanad*, merito Garanatæ nomine vsus est, cui se Episcopum dixit, vel quia Episcopus creatus fuit à D. Petro, quo tempore in Hispaniam mitteretur, vel quia Episcopi appellabantur, qui aliquo cętui Christianorum præerant presbyteri Acta Apost. cap. 20. *Spiritus sanctus possuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.*

29 ¶ De libris autem plumbeis prædictis, qui vna cum Sanctorum Martyrum reliquijs in cabernis præfati mõtis Illipulitani effossi sunt, nihil habeo dicere, quod non sanctum, pium, ac summa veneratione dignum non sit, quippè materiæ, & literarum tot sęculis ad seruata diuinitas, à recentioribꝰ Arabis confixi, neque tot de mysterijs nostræ fidei Oraculis non nisi diuino numini potuerũt innotescere, *vt patet ex dicto iudiciario processu, quem originalem de mandato prædicti Domini Archie-*
30 *piscopi vidi.* † Neque obstat prædictos libros esse Arabicè conscriptos, vt de eorum fide dubitetur, quia D. Cecilius, & D. Thesiphon earum authores, quorum alter dicebatur ante conuersionem Abdenatar, natione Arabes fuerunt, ideò materna lingua hoc thesaurum incomprehensibilem nobis relinquerunt, in quo plura de Trinitatis, & verbi incarnati mysterijs, de beatitudine, & diuina visione, & alijs huiusmodi (quę Mahumetanæ sectę, & erroribus nõ quadrant) cõtinentur, vt multoties prędictus sanctissimus Prę-sul pro Christi fide cathaphractꝰ athleta contra laruas, & nugones huiusmodi in arenã descendens verbo, & scripto satisfaciens, calida, quàm merentur perfundit.

CAP. XIII. de arte Cabalistica.

SVMMARIVM.

Cabala significat recipere, acceptare, n. 1.

Cabalæ artis origo secundum Hebræos, nu. 2.

Cabala complectitur vniuersam phylosophiam, n. 3.

Cabala non addiscitur more aliarum scientiarum, n. 4.

Hebræa lingua prima omnium fuit, nume. 5.

Adam simul cum nominibus vires, & officia dedisse, n. 6.

Phylacteria Iudæorum, reprobantur, nume. 7.

Cabalistica ars, vt vana, falsa, & scandalosa damnata, n. 8.

Inanimata ex lingua Hebræa nominata permoueri, n. 9.

Hebræa lingua post captiuitatem amissa, n. 10.

Esdras nouas literas Hebræis adinuenit, n. 11.

Moyses, & Aaron virtute Dei operati, nõ arte Cabala, n. 12.

Iosuæ, Samuel, Elias, Eliszi, Danielis miracula ex virtute diuina, n. 13.

Nomina nulla sunt, quæ per se valeant operare, n. 14.

Voces exorcismorum, & sacramentorum non comprehenduntur arte Cabala, nu. 15.

Nomina esse radios quosdam earum rerum, quas imittantur, n.16.
Platonicorum error damnatus, n.17.
Nomina quantumvis speciosissima nullam habent virtutem operandi, numero 18.
Nomina, nec naturaliter, nec supernaturaliter vim sortiuntur, n.19.
Nomina in vna lingua producere effectus, quos nequit in alia, n.20.
Vocibus nulla res physica potest imprimi, n. 21.
Ars Cabalistica est diaboli commentum, n. 22.
Nomina scripta, quid mortua, & omnibus energiæ expertes sunt, n.23.
Verba ore prolata vim habent aerem feriẽdi, n.24.
Nomina, nec sunt substantiæ incorporeæ, nec accidentia, n.25.
Nomina multa sunt nil significantia, num. 26.
Nomina Magorum non sunt superstitionis vacua, n.27.
Nomina multa Magorum dæmonũ sunt, nu. 28.
Psalm.146. de nominis virtute explicatus, nu.29.
D. Luc.c.10. nomina scripta in cœlis, quid sit, n.30. & 31.
Ars Cabalistica nititur scripturis barbaris, ac peregrinis, n.32.
Climaterici anni, quare lætales, numero 33.
Critici dies ex qua causa pendeant, numer. 34.
Paris, & imparis numeri ratio in partu detestata, n.35.
Homo toto anno, & incerto tempore nascitur, n.36.
Harmonia omnia contineri quomodo intelligatur, nu.37.
Platonicorum sententia de harmonia cœli refutata, n.38.
Musica Orphei feras, & saxa capi, numero 39.
Musica homines, & bruta capiuntur, non saxa, n.40.
Lapides varios ab stellarum radijs moueri, n.41.
Lapides solum anima vegetatiua sunt præditi, n.42.
Lapidum quædam natura intrinseca, num. 43.

CABALA dicitur ex voce Hebręa לקח *accepit*, quia recipere, seu acceptare significat, eo quod non scripto, sed quasi per manus hominum deriuatam Hebræi tradiderunt iuxta illud, Psalm. 77 *& patres nostri narrauerunt nobis*, superstitionibus, & mendatijs eam complentes. † Dicunt enim fuisse traditã Moysi in monte Syna, qua contẽdunt ipsum in Aegypto, & deserto plura perpetrasse, necnõ Iosue, Elias, Elisæus, Isaias, Daniel, & Samuel tot, tantaque fecerunt miracula, per nomina scilicet Hebræa valde significantia, qua si quis bené nosset, & ad vsum acõmodare sciret, omnia ad libitum posse perficere serio affirmãt, vt habetur in libro pestilẽtis doctrina Artabel אר בע חא ל *in sept.* 2. † Ex quo Cabala complectitur vniuersam philosophiam, diuinam, & humanam, necnon naturalem, omniumque rerum doctrinam mysticé, & symbolicè continet, quam ideo defendere curauit *Ioan. Picus Mirandulan. lib.1. contra Astrolog. & in conclus. Romæ propositis concl. 5. ex qua impugnatus se excusauit in Apolog.* † Cui satis irridet Petr Ciruelo Dorocens. vir sanè omniũ literarum cognitione conspicuus in Apolog. Astrologię Christ. nã vt ait Bened. Perera lib. 1. aduers. fallac. art. *licet hæc ars tãtã sapiẽtiã profiteatur, nõ eã more*

1 2 3 4

more aliarum disciplinarum rationibus, & argumẽtis, disputationibusque tractat, sed numeris, figuris, ac symbolis, ita vt in ea singulæ literæ, figuræ, nomina, elementa, apices, lineæ, puncta, accẽtus, ac spiritus profundissimam quandam, & abditissimam ingentium rerum significatricem doctrinam habent.

5 ¶ Dicunt præterea ad hanc artem plus prodesse linguam Hebræam, quã aliam quia fuit omnium prima, qua Adam, & filij eius fuerunt locuti, *D. August. lib. 16. ciuit. Dei, c. 11. & lib. 18. c.* 39. nam vt ait D. Hieron. in Sophon. cap. 3. *linguam Hebraicã omnium linguarum* 6 *esse matricem.* † Quare testatur nomina rebus per Adamũ in ipsam linguam imposita fuisset secundum suas vniuscuiusq; rei vires, atque naturas *Genes. cap.* 2. nam simul cum nominibus vires, & officia quædam distribuit, vt nominata obedirent, vt trad- 7 dit *Ciruel. vbi sup.* † Cuiusmodi phylacteria Iudæorum, quæ nominibus, & characteribus complectebãtur ad omne bonũ, etiam sanitatem restituendã, de quibus fit mentio in *cap. non oportet h. 26. q. 5. cap si quis ariolos. d. 26. q. 7.* Marbodæus lib. de gemmis.

Esse phylacterium fixus prohibetur in auro
Contra nocturnos fortis tutela timores.

8 ¶ Sed hæc fere omnia cum tot, ac tãtis scateant vanitatibus, & superstitionibus, necnon mendatijs: hanc artem tanquam stolidam, falsam, vanã, scandalosam, superstitiosam, ac pactis suspectam in probant *D. Tho. 2. 2. q. 96. Perera. & del Rio vbi sup. Ciruel. in d. Apolog. & tract. de superstit. p. 3. Suar. de Relig. lib. 2. de Couar. lib. 2. de falsa proph. cap.* 18. qua mera delirantium in somnia dixit *VValdens. in opere sacrament.*

9 † Nam incredibile est Solem, Lunã, & cætera astra, elementa, item & stirpes cum ratione carere, diuinam illã vim, quæ latet in vocibus Hebraicis sentire, eaq; sic affici, & permoueri, vt homini pro eius arbitrio pareãt? † Sed sto nũc, nouerint illam vim, vel 9 omnes res naturales, vel certe animãtes, aut homines, quamvis totã suam substantiam nomina significantia audiant, non permouẽtur. † Quod si vim 10 tantum tribuis vocibus, & characteribus Hebraicæ linguæ, quod omniũ sit vetustissima, certe constat alios esse characteres Hebræos, qui nunc extant, quam qui olim fuerunt ante captiuitatem Babylonicam, quod Beatus Hierony. in prologo Galeato affirmat, *Certum est, Esdram post captam Hierosolymã, & restaurationem templi sub Zorobabele, alias literas reperisse, quibus nunc vtimur, cum ad illud vsque tempus ijdem Samaritanorũ, & Hebræorum characteres fuissent.* † Nam vt ait Cardinal. Bellarmin. in 11 lib. 2 de verbo Dei cap. 15. tom. 1. *Nam, & temporibus Esdræ desijt in populo Dei lingua Hebraica esse vulgaris. Si quidem in illis septuaginta annis, quibus Hebræi fuerunt inter Chaldæos in Babylone obliti sunt linguam propriam, & Chaldæicam didicerunt, & de inceps Chaldaica, seu Syriaca fuit illis materna, quo circa lib. 2. Esdræ cap. 8. habemus, quod cum legeretur liber legis domini vniuerso populo Nehemias, & Esdras, & Leuitæ interpretabantur, quia alio quim nihil populus intelligebat.* † Nec 12 verum est in lingua Hebręa reperiri voces, quæ omnium rerum naturas exprimant, quod nequeunt in alia: nec Moyses, & Aaron per illa sunt operati, sed per mirabile gratiam Dei, *Exod. cap.....* † Nec Iosuę retinuit cur- 13 sum solis per hæc verba, sed voluntate diuina obediente Domino vóci hominis *Iosuæ cap.* 10. Narrantur etiam in scriptura Samuelis, Eliæ, Esaiæ, Danielis, & aliorum sanctorũ miracula, nec tamen vsquam de istis Cabalisticis mysterijs mentio fit.

14 ¶ Quare dicendū est, nulla esse nomina, siue mente concepta, siue voce prolata, quæ naturaliter, & per se hanc potestatem habeant, vt docent *D. Tho. d. 2. 2. q. 96. art. 2. & contra Gent. lib. 4. c. 104. & cap. 105. Leonard. Vayrus lib. 2. de Fascin. cap. 11.* Et si quam habent eā ex pacto accipiunt, vt de his phylacterijs Iudæorum habetur *in cap. nec mirum. h.* 15 *26. q. 5.* † Non loquor de exorcismis, & alijs sacris rebus, nā qui sacramenta instituit Christ⁹ vim eis largiri dignatus est; sacramentalibus vero, quæ ab Apostolica traditione recipimus, eriā moralis vis à Deo tribuitur, quia Apostoli Christi ministri, & dispensatores ministeriorum sunt; *D. Paul. Co-*
16 *rinth. 1. c. 4. Trident. sess. 2. can. 13.* † Loquor tantum de Cabalisticis vocibus, nam licet dicant nomina esse radios quosdam earū rerum, quas significant, ex diuina eorum impositione, Psalm. *146. omnibus ijs nomina voca*, & eis quasi vitā latere D. Luc. cap. 10. *Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis.*
17 † Non sunt ferendi, quia alio se miscēt errori Platonicorum damnato, nō solùm à Theologis *D. Thom. 2. 2. q. 96. art. 2. & lib. 4. contra Gent. cap. 104. & 105. Petr. Ciruel. de superstit. p. 3.* sed etiam à Medicis *Hippocrates lib. de sacro morb. Galen. lib. 6. & 10. simplic. Codronch. lib. 2. de morbis benefic. cap. 5.* atque philosophis *Theophrast. lib. 9. histor. plantar. Plutarch. in vita Pericli, Vayrus lib. 2. de Fas-*
18 *cin. cap. 11.* † Quia nomina quantumvis specioſissima, vt Raphaelis Gabrielis, Salomonis, Machabęorum, & similium vllam habent virtutem operandi, neq; naturalem, neque artificialem, neque supernaturalem, vt tradūt *Scaliger. lib. 16. de subtilit. cap. 349. Langius epist. 33. Valles de sacra philosoph. c. 3.*
19 † De vi naturali nemo vnquā, vel suspicatus fuit; supernaturalis si foret, id gratiæ, vel miraculi foret, quod dici nequit, quia Deus nil tale promisit, neque Ecclesiæ suæ reuelauit, non solū quo ad modū gratiæ, vel miraculi, sed eriā quo ad modū prodigiosum, quod natura non excedit, sed ratione modi, vt multæ mirificæ operationes factæ per bonos, & malos Angelos motu locali, vel subita naturali agentiū applicatione, quia horum nulla potestas in his reperitur, vt docet *Hieron. in vita S. Hilarion.*

¶ Neque obstat nomina in vna lin- 02
gua producere effectus, quos nequeit in alia translata, vt fuit error *Originis lib. 1. & lib. 5. contra Cels.* quia sinceræ philosophiæ repugnat principijs, vt nō minus, quod de Oratorum periodis ad Magica ista deliramenta, traddit *Petr. Gregor. lib. 19. Syntagm. cap. 8.* † Nec 21
rei sanctæ significatio, nec linguæ dignitas, nec hominis probitas instituentis vllam qualitatem physicam possunt vocabulis imprimere, vt nugatur *Laurent. Annanias lib. 3. de natura dæmon.* fol. 99. † Vt sic totum hoc commen- 22
tum à diabolo agnoscas, vt sanctissimis, quibusque rebus facilius, & libentius mixtas suos faciat abuti, vt definit *Parisiensis facultas Theolog. art. 9. & 10. de Mag.* † Quia nomina illa, si scripta 23
sunt, quid mortum, & omnibus energię expers, quæ si quam vim habēt ab atramenti, vel carthulæ, cui inscripta sunt temperamento, vt illa accipiant oportet, & perinde sua propria vi non operantur. † Ore vero prolata verba 24
vim tantum habent contactu aerem feriendi, vt animalium reliquorū, quę innanorum soni: sed sonus non magis tactum valet immutare, quam color auditum, vel dulcedo visum, quia non sunt istorum obiecta, quare verba, siue scripta, siue prolata nihil ad horum posunt adferre, *vt dicemus infra lib. 2. c. 22. ex nu. 16.* † Nam nomina, nec sunt 25
substantiæ incorporeæ, aut spiritua-

les,

les, nec sunt accidentia inhærentia subiecto, quare vitã, nequid simile possunt habere; adueniunt quoque seu inducentur rebus, quas significant, atq; denominant, extrinsecè plane, quare neque emanãtes à rebus radij sunt dicendi. † Multa quoque sunt nomina 26
nil significantia, multa quid aliud à rei significantia, quim & ipsa illa, quæ naturam rei significant (qualia putantur, quę creaturis Adamus imposuit) hæc nulla potuerunt à naturis rerum influxum recipere, quia res corporeæ naturaliter efficire non possunt in id quod corporis expers est, vt sunt nomina.
27 † Quinimo illa, quæ ad hoc Magi huiusmodi vtuntur non sunt omnia superstitionis vacua, vt in Concilio Romano, quod fuit congregatum sub Zacharia Pontifice ad damnandos errores Alberti, & Clementis hæreticorum lecta vna oratione, in qua continebantur, hæc nomina *supplico vos Angelos Vriel, Raguel, Tubuel, Michael, Adimis, Tubuas, Sabaoth, Simiel*, &c. omnia damnata fuere (præter illud Michaelis) tanquam Magica, & erroris, & superstitionis plena, vt habetur apud *Surium tom. 3. mense Iun.* † Quia vera sunt 28
dęmonum nomina, licet illud *Vriel*, reperiatur *Esdr. 4. cap. 4.* quia talis liber ab Ecclesia receptus nõ est, sed vt apocriphus inseritur Bibliæ *Trident. sess. 4.* ideò nihil inflingit, nam & ibi reperies nomen *Ieremiel*, quod nullius Angeli est, vt probat *Nicol. Serarius in Tob. cap. 12. quæst. 10.*

29 ¶ Neque obstat illud Regi Vatis, *Psalm. 146.* nam ibi Deum cunctarum rerum, singulorum etiam Angelorũ, & stellarum (de quibus agit) naturas nosse probat, & sic ea cum lubet proprijs nominibus, hoc est, conuenientibus earum naturæ vocare posse: sed ea nomina mortalibus incognita sunt,
30 nec Magis reuelata. † Nec minus illud *Luc. 10.* ad hanc magiã iubare potest, quia nil aliud est *nomina discipulorũ scripta esse in cœlo*, quam esse in amicorum Dei relata, album, quod aliud dicitur, *inscriptã libro vitæ*. † Quod siue acci- 31
pias secundum ęternam Dei prædestinationem, quæ mutari nequit, siue secundum præsentem iustitiã, quę mutationi obnoxia est, ad inditia nomina nihil conducunt, quibus Magi huiusmodi mirifica scire, & operare gloriãtur. † Quæ omnino prohibita sunt, 32
quia vt plurimum nituntur scripturis barbaris, & peregrinis, superstitionib⁹, & incantationibus plena, multisque ex Mahumetanorũ, & Arabũ delirijs, vt de quodam Romano Ramirez Toleti incinerato an. 1600. narrat *Mart. del Rio lib. 2. Magicar. q. 24.*

¶ Neque pro numeris obstat, quod 33
ipsi extra numerum psaltantes ex Platonicorum delirijs contendunt: & vt ab Arithmeticis exordiar, dicunt *annum Climatericum* homini esse lætalẽ ex septenario numero; quod falsum est, quia id non procedit ex numerorum potestate, sed ab humorum, & cõplexionis, quæ in homine sunt ratione, & periodo quadã naturali, eo quod Deus vitæ terminum cõstituisset, *Genes. cap. 6.* † Neque obstat *dies criticos*, ex nu- 34
merorum computo morbi esse coniectabiles, quia causa non à numeris petenda est, sed ex ipsa hominis in corpore tum sęuiẽtis potestate: nam quidam adeò celeres, & acres sunt, vt vno quoque die subiectum inuadant: alij secũdo die sunt qui tertio, & qui quarto, vnde febrium differentia, quorum accessionum dies medicis coniecturã præbent, quid sperãdum sit de ęgri valetudine, vt passim docet *Hippocrat. & Cels. lib. 4. cap. 4.* † Neque ex numero- 35
rum parium, & imparium ratione homo vitalis nascitur in septimo, & nono mense, & non in sexto, & octa-

no, vt *Pythagoras docuit*, quia non ex numerorum virtute, sed ex seminis cõcoctione fit, vt docent *Ludouic. Mercado lib. 4. de affectionib. mulier. cap. 1. & Peramato lib. de hominis procreat. cap. 8. Fed. Bonauent. tract. de octimestri part. lib. 2. ex cap. 7. & lib. 7. ex num. 27.* nam vt ait Arist. libr. 4. de animal. ortu cap. 6. *cùm corpus ad nutriendum non sufficit partum emittit.* † Vnde fit, vt homo nascatur in sexto mense. *l. in testato. D. de suis, & legit. hæred.* in octauo *Auic. lib. 9. naturæ animal.* in decimo *auth. de restituta, & ea quæ parit. §. fin. collat. 4.* nã vt ait Plin. *lib. 7.* histor. animal. cap. 5. *homo toto anno, & incerto gignitur spatio, alius septimo mense, alius octauo, alius nono vsque ad inditia decimi, & vndecimi.*

36

37 ¶ De musicis numeris aducũt illud aphorismum Platonicorum *Harmonia omnia contineri*: quia Deus omnia in pondere, & mensura constituit, vt traddit *Mizald. lib. de harmon. cœl.* vnde Machrob. *Musica capi omne quod viuit.*

38 † Hoc totum nititur duobus falsis hypothesibus, scilicet esse quandam cõmunem mundi animam harmonijs numeris cõpositam, res singulas permadentem, quæ musico concentu delectatur: item cœlum, & sydera esse animata rationis compote, vt quæ ira cõcitetur, & voluptate sonora demulceatur, quæ iã pridem ab Ecclesia fuere damnata in Cõcilio Cõstantinopol. & alijs synodis, vt traddit *Espencæus li. de animat. cœli.*

39 † Ex quibus alia innumera nata sunt deliramẽta, quę de musica Orphei scripsere *Ouid. li. 7. Metamor. Seneca in Hercul. furen. Horat. od. 9. Vergil. lib. 4. Georgic. & lib. 6. Æneid. Manil. in syder.*

At lyra diducl⁹ per cœlum cornib⁹ inter
Sydera conspicitur, per quandam cœperat Orpheus.
Omne, quod attingerat cantu Manesque per ipsos
Fecit iterque domuit infernas carmine leges,
Hinc similis honos, similisque potentia causæ,
Tunc syluas, & saxa trahens, tunc sydera ducit,
Et rapit immensum mundi rebolubilis orbem.

¶ Quę enim auditu prædita sunt animalia musicis modulis capi posse haut dubito, vt homines, & bruta: non tamen inanimata, vt saxa, & syluas. Et ita non assentior, quod ab Arionis Delphine ad Megarenses, & Thebanos muros argumentantur *Plutarch. in Sympos. & Solin. cap. 7. Poli histor.* nam capi carmine fera potuit, saxa vero nõ potuere. † Neque obstat lapides varios ab stellarũ radijs moueri, vt *Selenites*, qui non solùm figura, & coloribus Lunam immitatur, sed etiam subsequitur: *Manes*, qui vim quoque motum alijs traddendi, & in alios transferendi accipit. *Pantaura*, qui cæteros lapides trahit. *Andradamas*, qui argentum, æs, & ferrum. † Quarum virtutibus, etsi præditas (eo quod sint anima sensitiua compotes) dixerunt *Philopon. lib. 1. de anim.* mentitur plané, quia solum anima vegetatiua præditæ sunt, vt traddit *Hippocrat. lib. de natura puer.* m

40

41

42

† Operantut tamen ex virtute quada... naturali intrinseca, & materiæ dispositione, quarum specificæ idoneæ sunt, ad summorum influxus recipiendos, vt docent.

43

CAP. XIIII. de arte Notoria.

SVMMARIVM.

ARs notoria sine vllo labore omnium scientiam profitetur, n.1.
Artis notoriæ ritus detestatus, n.2.
Ars notoria diaboli figmentum, n.3.
Ars notoria, vt vana, falsa, & scandolosa damnata, n.4.
Artis notoriæ effectus non est naturalis, n.5.
Artis notoriæ effectus non est miraculosus, num.6.
Salomon ex diuina voluntate scientiam adquisiuit, n.7.
Scientia artis notoriæ ad scientiam Salomonis referre damnatum n.8.
Miraculum petere non necessarium est tentare Deum, n.9.
Ceremonias, & ritus adhibere præter ab Ecclesia institutos, est ab Ecclesia dissentire, n.10.
Ceremoniæ, & ritus sunt signa diuini honoris, n.11.
Consilia diuina non sunt præscrutanda, nu. 12.
Notoriæ arti vacantes solet diabolus per aerem subleuare, & terra elidere, numero 13.
Notoriæ artis studiosi solent à mente deuiare, n.14.

1 ARS notoria est illa, quę sine vllo labore, lectione, auditione vè, sine præceptore, aut studio, diuinarū omnium, & humanarum rerum cognitione breuissimo temporis spatio pollicetur ad similitudinem scientiæ, quæ Salomoni vni nostris spatio data est *Reg. 3. cap. 3.* quē impudenter, & nefarie dicunt huius artis fuisse authorem, vt apparet, ex *lib. de illa edito, & à Pontifice Pio V. damnato.* † In hac enim discipulus primò 2
confessionē totius vitę maculas eluit, & per septem septimanas continuas quotidie septē Psalmos, & certas præces recitat, ieiunijs, & bonis operibus se exercet, quibus peractis aliæ præcū concipiendarum formulæ præscribūtur in septē primos noui luni dies recitandæ, ipso sole quotidie oriente, & postremo sibi diem eligit, in quo solus existit in templo, vel in agro, & flexis genibus, manusque ad cœlum sublatis terprimum versiculum hymni, *veni sanctæ spiritus* pronunciat, quod cum fecerit repentè non minus, quàm Salomoni, Apostoli, & prophetæ omni scientia impletum iri, vt narrat *Petr. Ciruelo in apologia Astrolog. iudi. & tract. de superstit. p. 3. cap. 1. Mart. del Rio lib. 2. Magicar. q. 24.* † Hoc totū diaboli fig- 3
mentum est diuini honoris cupidi, cui adorant, cui ieiunant, cui recitant, cui præces effundunt, & scientias procurātes stulti facti sunt, *capit. qui sine saluatores huius 26 q. 5.* nam his ritibus diabolus procurat diuinos vsurpare honores, *D. August. lib. 10. ciuit. Dei, cap. 9. & cap. 10.* † Et ideo hęc ars, vt vana, 4
stolida, falsa, atque scandalosa, ac pacti suspecta damnata fuit *Parisis an. 1320.* quam latè impugnarunt, *D. Thom. 2. 2. q. 96. art. 1. Alex. de Hales p. 2. quæst. de sortileg. Bapt. Segnius libr. de vero Astud. Christ. cap. 7. Ciruel. & Perera vbi supra Mart. del Rio lib. 1. cap. 4. q. 3. Suarez de Relig. lib. 2. cap. 15. ex n. 4.* † Nam effec- 5
tus, quod expectatur non est nuturalis actui proporcionatus, quia ingenia humana scientias non comprehendit repente, sed paulatim succesiu temporis, lectione, doctrina, & experientia, vt docet *Arist. lib. 4. physicor.* † Neque est 6
miraculosus, quia Deus nil tale promisit, nec Ecclesię suæ reuelauit; quare ex occulta, quapiam spiritualis creaturæ

turæ operatione: non Angelica, ab Angelis bonis, quia illi se adorari nollũt: ergo diabolica, quia diabolus his vanitatibus delectatur.

7 ¶. Neque obstat dicere Salomonẽ vnius noctis spatio sapientiam omnẽ acquisisse, *Reg. 3. cap. 3.* quia nullis ritibus, neque ceremonijs, neque vllis cõcipiendarum formulis scientiam cõparauit, sed tantum diuina voluntate, nec quando ille voluit, sed quando illa sua miseratione dignata fuit eum loquere, vt probat *D. Thom. 1. 2. quæst. 113. art. 3. Perera lib. 2. aduersus fallac. art. q.*

8 *10.* † Vnde blasphemare est hanc ad illam referre, aut artem ad illam cõparandam ementire, quia Deus arte non flectitur, neque stolidorum hominum votis acquiescit, vt ad eorum nutum accedat, qui dispersit superbos

9 mente cordis sui, *D. Luc. cap. 1.* † Quinimo petere à Deo, vt infundat scientiam, sicut Salomoni, aut alio electo viro, est petere, vt miraculum edat sine necessitate, quo est tentare Deum prohibitum, *Deut. cap. 6. D. Luc. & D.*

10 *Marc. vterque cap. 4.* † Adhibere orationes, ritus, ceremonias ad id ad, quod Ecclesia non instituit, est manifestè ab Ecclesia dissentire, & pacto se implicare, atque demoni adorationem submittere, vt probat *Suarez vbi sup. d. cap. 11.* † Nam ceremoniæ, & externi

11 ritus signa sunt adorationis, & diuini cultus, vt docet *D. August. lib. 10. ciuit. Dei. cap....* quibus se dæmon promisit concursurum, D. Thom. d. quæst. *96.* art. 1. *sunt signa pertinentia ad pactũ quædam significationum, cum dæmonibus placi-*

12 *ta, atque fœderata.* † Præterea ceremonijs promittit scientiam supernaturalem, quám Deus absque illis concessit, olim paucis, hodie ferè nullis, quia mysteria fidei, & salutis, fide nobis sũt credenda, nec scrutanda diuina consilia, nam vt legitur Prouer. cap. *25. sicut qui multũ comedit, non est ei bonum; sic, qui scrutator est maiestatis opprimetur à gloria.* † Et ita huic arti vacantes solent 13 dæmones ex permissione diuina in aerẽ subleuare per turbinẽ, & terra vndique raptatos seminuos relinquere, alios autem vtriusque vitæ iacturam subire cogit, vt traddit *Circul. d. capit. 11.* † Alios loco sapientiæ solet mente 14 priuare, atque attonitos reddere, vt docet *Lauater. lib. de spectris cap. 14.* quod non malé agnouerunt Reges nostri dicentes in l. 2. tit. 23. part. 7. *de manera, que algunos dellos mueren, o fincan locos, o desmemoriados.*

CAP. XV. de arte Paulina.

SVMMARIVM.

ARS Paulina in multis conuenit arti notoriæ, n. 1.

Angeli custodis, vel aliorum ministerio dicunt artem Paulinam comparari, num. 2.

Artis Paulinæ duæ species, n. 3.

Ars Paulina mera impostura est diaboli, vt hominem decipiat. n. 4.

Diabolus quandoq; se transfigurat in Angelum lucis, n. 5.

Ars Paulina de necessario tribuenda est diabolo, n. 6.

Dæmones possunt scientias, & artes docere, si Deus sinat, n. 7.

Dæmonis arte multi philosophi, & Poetæ effecti, n. 8.



AVLINA ars 1 (quam dicunt D. Paulo in extasi rapto tradditam) species quędam est artis notorię, nam in multis conuenit, in eo tamen differt, quod notoriam aiunt fieri per modũ subitę

subitę infusionis, quàm aliter vocant
2 *artem spirituũ.* † Quia dicunt ab spiritu probenire intus inspirante, vt quando cumque homo vellit omnium rerum scientiam accipere, illa faciat, quæ ipsi tradidere (&nos prætermittimus, quia te non Magum, sed Catholicum facere decreuimus) & tunc ministerio Angeli custodis, vel aliorum bonorum illa
3 imbuetur. † Cuius duas traddũt species, vnam *obscuram*, quæ fit per viam eleuationis, transit⁹, raptus, seu extasis. Alterã *clarã*, quàm dicunt fieri visibili Anglis forma corporea apparentis, &
4 coloquentis. † Sed hęc ars nihil aliud est, quàm mera γοητεια, *goetheia* mera incantatio, ac impostura diaboli, qui vt alijs in rebus in his etiam hominẽ deludit, vt probat *Bapt. Segnius lib. de*
5 *odio Sathan. cap. 8. & cap. 9.* † Nã hi Angeli nihil aliud sunt, quàm dæmones Paredri, hominum deceptionem, & interitum enixé procurantes, quia nõ est ei novum bonorum Angelorum formam assumere, quia vt ait D. Paul. Corinth. 1. cap. 11. *Et ipse Sathanas trãs-*
6 *figurat se in Angelum lucis* † Nam cum scientia ista similiter non acquiratur luce naturæ, nec diuina reuelatione, consequens est, vt eam discant à diabolo, qui illis ignaris, nec sentientibus quidem phãtasiam mouet; vt hoc vel illud dicant, vt docet *D. August. lib. 1. de natura dæmon.* † Siquidem dæmones
7 possunt artes, & scientias hominibus imbuere (si Deus sinat) per loquutionem nempè, & manifestationem sui conceptus: non solùm interna suggestione, sed apperendo in forma visibili, vt hominem loquatur, vt agnouit *D. Thom. 2. 2. q. 96. art. 1.* † Vt de varijs rusticis constat, qui subito arte dęmonis phylosophi, & poetæ prosiluerunt, vt
8 de illo, qui ex gleua exiliente Hetrucis Aruspiciniam docuit meminit *cap. nec mirũ. h. 26. q. 5.* ĉ alijs *Suidas*, et *Pausanias*, & *Eunapius*, & quib⁹ quasi irridens Persius ita canit Satyr. 1.

Nec in bicipiti somniauí Parnaso,
Vt sic poeta repente prodirem.

CAP. XVI. de Necromantia.

SVMMARIVM.

NEcromantia vnde dicatur, numero 1.

Necromantia mortuorum animas euocat, n. 2.

Platonis error de animarum diuinitate, nu. 3.

Homines ad mortem æc edentes diuinare, n. 4.

Animas futura cognoscere; ad quas euocãdas Grymoriæ ars instituta, n. 5.

Leges de casu dubio non de indubitato ferri debent, n. 6.

Animas nõ esse diuinæ essentiæ participes, n. 7.

Animæ non possunt apparere quando cũq; vellint, n. 8.

Animæ nudatæ semel corporis integumento, illud rursus pro libito induere non valent, n. 9.

Diabolus non potest animas, quo velit facere apparere, n. 10.

Grymoriæ ars, seu Necromantia omni iure improbata, n. 11.

Dæmon in assumptis corporibus mortuorũ animas ementitur, n. 12.

Samuelis apparitio Regi Sauli phantastica, n. 13.

Samuelis anima non magico carmine, sed iussu Dei apparuit, n. 14.

Animarum apparitiones ad absolutam Dei potestatem pertinent, n. 15.

Animarum apparitiones, quas dæmon inducit spectra sunt, & phantasma, num. 16.

Apparitiones animarum à dæmone factæ vnbrã, & phãtasmata appellãtur, n. 17.

Necro-

Necromantia secunda est idolatria, numer. 18.

Homines facilius credunt alijs hominibus, quam dæmoni, n. 19.

Necromantiæ causa, & origo, n. 30.

Manes mortuorum animæ sunt, quorum exitus incertus, n. 21.

Manes dæmones sunt, qui mortuorum animas ementiebantur, n. 22.

Grymoriæ artis varios ritus, n. 23.

Manibus sanguis offerebatur feruens, num. 24.

Necromantia carmine peracta, n. 25.

Necromantiæ artis duplex institutum, nu. 26.

Necromantiæ cadaber adhibeuatur, & spiritus cantibus cogebatur illum subire, n. 27.

Spiritus, qui in necromantia accisebatur diabolus fuit, n. 28.

διὰ μαντείας, quæ sit, n. 29.

Necromantia per sacrificium, n. 30.

νεκρομαντία cadauere adhibito perageba-tur, n. 31.

Herbas esse quibus mortui ad vitam reuocantur, error, n. 32.

De priuatione ad habitum nō est possibilis regressus, n. 33.

Incantatio primo vllulatu, & incondito ferarum sono, n. 34.

Carmine inuocabantur Orcus, Styx, Chaos, Meguera, &c. n. 35.

Lucanus de necromantia explicatus, num. 36.

Spiritus subeundi cadeuerem ritus, numer. 37.

Spiritus respōso dato veniam poscit reddendi, n. 38.

Necromantia periculi plena, n. 39.

Necromantici nōnunquam mente abalienā-tur, n. 40.

Necromantici malè pereunt, n. 41.

Exempla eorum, qui ob necromantiā malè perierunt, n. 42.

Alcimi sententia de necromantia, numer. 43.

Dæmonis conatus est fallere, n. 44.

Necromanticis pœna mortis naturalis est, n. 45.

Necromanticis mors æterna. n. 46.

Iure humano, quæ pœna sit necromanticis, n. 47.

Iure regio mortis pœna est in Necromanticos, n. 48.

NECROMANtia prima est, & præstātissima huius Magię diuinatricis pars, quæ ad Manganiam spectat, sic dicta ex Græcis νεκρὸς necros, quod mortuū significat, vel cadauer, & τῆς μαντείας, tes manteias, quod dicitur diuinatio, vt docet *D. Augusti. lib. 10. ciuit. Dei cap. 9. cap. nec mirum huius 26. q. 5.* † Cuius quidem institutū fuit per artem Grymoriæ mortuorū animas euocare, vt de occultis, vel futuris responsum redderent, vt docent *Petr. Leloyher lib. 4 spectror. cap. 4. Petr. Thyræus lib. 1, de apparit. spirit. Raph. de la Torre tom. 2. de vitijs opposit. relig. q. 95. art. 3. disp. 3.* † Quod habuit originem ex errore Platonis asserentis animas diuini numinis esse participes, & dum in hac vita viuunt corporis grauamine esse sopitas, vt futura agnoscere nequeant, in quo & alij nostri temporis sunt hæretici tuentes se illo, Sapient. cap. 9. *corpus, quod corrumpitur agrauat animam*, &c. † Ideò dicebant dum ad mortem accedebant (quia animæ expeditiores reddūctur) hominib⁹ cōtingere diuinare, *Cicro lib. 1. Diuinat.* quē affati hęretici defendere conātur alio scripturæ loco Iacob moribundi filios suos alloquentis, Genes. cap. 49. *Congregamini, vt annūcient, quæ ventura sunt vobis in nouissimis.* † Ita iam à corporis expeditæ grauamine, quasi diuinitate arrepta futura cognoscere, eaque re-

1

2

3

4

5

nun-

nunciare facile potuisse, si ad hanc vitam arte aliqua reuocarētur, ad quod Necromantiam, & Grymoriæ canones finxerunt authore diabolo, quibus se Manes ascire, hōc est, mortuorum animas crediderūt Horat. lib. 1. Saty. 8.

Manes alliciunt animas responsa daturas.

6 ¶ Quorū errores, quia iam diu Ecclesia impugnauit, neque erit nobis respō dere, quia non vulgaria, & quæ apud alios sunt agere decreui, sed quæ difficultate aliqua nostri seculi doctos quoq; remoratos, quasi in sirti impingit, quia leges de casu dubio, nō de in-
7 dubitato ferridebent..... † Animę enim non sunt ab æterno, neque diuinæ essentiæ participes, neque quidquā sciunt, quod in corpus nequant effundere, vt ab eo liberatæ valeant diuinare, vt docent ex Gentilibus *Aristot. lib. 3. de Anim. cap. 4. & in Problem. sect. 30. & in Methaphys. lib. 12. tex. 17.* & ex Catholicis *D. Thom. p. 1. q. 84. art. 3. Petr.*
8 *Thyræus lib. 1. de apparit. spirit.* † Neque in potestatæ est apparere quandoque vellit, quia nullum habent corpus, in quo apparcant, neque illud possunt cōparare, neque ex elementis, neque, aliunde, nā caret organis corporeis, quæ illi ad monendum corpus sunt necessarij, quando erat in corpus, vt docet
9 *Soto in Sent. 4. dist. 45. q. 1. art. 4.* † Neque nudatæ semel à corporis integumento illud pro libito rursus induere valet, quia vt ait Regius vates Psalm. 77. *homo spiritus est vadens, & non reddiens: puluis est, & postquam semel defloruit, dicitur suum locum amplius non recognoscere.*
10 † Neque diabolus eas potest exhibere, nam Beatorum animę in manu Dei sunt, ipsique soli obtemperant: damnatorum autem vt quæ pessimo carcere sunt man cipatæ (sine Dei licētia) nequit diabolus sinere egredi, *D. Thom. p. 1. q. 117. art. 4. Tertulian. lib. de anim. cap. fin.* † Vnde hanc artem, vt va- 11
nam, fallam, inanem, superstitiosam, mendatij, & periculi plenam omnia iura improbarunt, *Leuit. cap. 10. Deut. 18. Iudic. 12. Isai. 8. Iob 13. Reg. 1, cap. 19. Reg. 4. cap. 1. d cap. nec mirum. h. 26. q. 5. l. 2. tit. 23. part. 7.* † Nam omnes sunt dæ- 12
monum illusiones, qui in assumptis corporibus mortuorum animas emētitur, vt latè probabimus *lib. 2. de Magia operat. cap 25. de animar. appart.* nam vt in persona dęmonis quidā cecinerat.

Non vero quotiens animas Magus euocat Orco
Illarum assumpta mentimur imagine vultus,
Carminibus, folijs, auibus fumoque ligari
Dicimur: & circunductis in puluere signis,
Sed veluti plerisque alijs ita fallitur isto
Mens hominum.

¶ Neque obstat animam Samuelis 13
prophetæ ad Pythonissæ incantamēta Sauli apparuisse, *Reg. 1. c. 28.* Nā præter quam quod phantasticè fuisse repræsentatam affirmat *D. August. lib. 2. ad qq. Sympliciani respondens ad q. 3. & lib. 3. de octo Dulcici quæstionibus, q. 6.* † Non 14
magico carmine, sed iussu, ac imperio Dei contingit, vt Sauli curiositatem reprænderet, & finem suum annunciaret, vt docet *D. Thom. 2. 2. q. 178. art. 5. Petr. Leloyher lib. 4. spectror. c. 1. Perera aduersus fallac. art. lib. 1. cap. 11.* † Nam 15
animarum apparitiones ad absolutā Dei potestatem pertinent, vt probant *D. August. lib. de cura pro mort. cap. 10. & lib. 3. de Trinit. D. Thom. p. 1. q. 89. art. 8.* † Ea enim, quę nobis dęmones obtru- 16
dunt spectra sunt, & phantasmata *Tertulin. lib. de anim cap. penult. D. Thom. p. 1. q. 117. art. 4. Guilh. Parisiens. part. fin. de vniuers. cap. 24. Suarez in D. Thom. part. 3.*

part. 3. q. 53. Raph. de la Torre tom. 2. de vi-
17 *tijs oppos. relig. q. 95. art. 3. disp. 3.* † Qua ideò dæmonum phantasma appellat *Bart. Spina sacri Palatij magister tract. de strigib. cap. 13.* Vmbras *Plin. lib. 30. cap. 2.* vnde rectè Callimach.

Sunt aliqui Manes, lætum non omnia finit,
Luridaque euictos effugit vmbra rogo.

18 ¶ Nam vt ait Tertulian. lib. de Anim. cap. fin. *Necromantia secunda est idolatria, in qua se dæmones per in de mortuos fingũt, quemadmodum in illa Deos; itaque inuocãtur quidem defuncti, sed dæmones apparent sub eorum obtentu, & sub personis defunctorum delitescens aliquem se ex hominibus*
19 *affirmat.* † Nam sic dæmones facilius homini, quidquid vellint persuadent, nam homines animabus defunctorum, vel parentum, vel amicorum suorum, quos diligunt, & à quibus se diligi non dubitant, libentius, & promptius credunt, quam dæmoni, quem naturaliter abhorrẽt, vel ex illo Genes. 3. *inimicitias ponam inter te, & mulierem, semen tuum, & semini illius.*
20 † De inde ita persuadent hominibus infernum nõ esse carcerem perpetuũ, ex quo nõ liceat aliquando ęgredi, neque adeò graues, & perpetuas inferni pœnas, vt Christiana veritas fatetur, & animas post mortem habere corpora, & in quam vellint migrare, & alia fidei Catholicæ contraria: necnon quod ipse de illis potestatem habet, & arbitrium, & sic se esse similem altis-
21 tissimo, quod eius conatus. † Sic ergo non ipsum, sed animas voluit inuocare, nam *Manes*, qui in hac arte euocabãtur, mortuorum animæ erant, quarum exitus incertus fuit; nam si certus, & bonas arbitrarentur appellabãt *Lares*, si malas *Laruas*, seu *Lemures*, vt docet *D. August. lib. 9. ciuit. Dei. cap. 11.*
22 † Ipse tamen in earum inuocatione apparebat, ex quo Manes dæmones fuisse, qui mortuorum animas emencebantur dixerunt *D. August. vbi sup. D. Thom. p. 1. q. 117. art. 4. Alexand. ab Alexan. lib. 2. dier. Genial. c. 9. & lib. 4. cap. 19. & lib. 5. cap. 23. & lib. 6. cap. 21.*

¶ Ad quod quidem variæ fuerunt 23
ceremonię, & ritus, vt de amico suo Apione huic arti dedito memorat *Cic. in Tusculan. qq.* dum tamen corrigas illud *falso sanguine*, quod in vulgatis coduibus (ex huius artis ignorantia) legitur, reponendo *salso sanguine.* † Nã his Manibus sanguis offerebatur, 24
non falsus, sed verus, & feruens, quod sale spargebatur, vt mos fuit in alijs sacrificijs sale victimã condire, *Plin. lib. 31. c. 7.* quod ab Hebręis mutuasse videtur ex illo Leuit. cap. 2. *Quidquid obtuleris sale condies.* † Quod non minus 25
carmine peragebatur, vt de Orpheo huius artis peritissimo Euridicẽ vxorẽ ab inferis reuocante canit Vergilius AEnei. 6.

Si potuit Manes accersere coiungis Orpheus
Threicia fretus cythara, fidibusque canoris.

¶ Vnde huius artis institutum duplex 26
fuit, vnum per sacrificium, siue inuocationẽ solam, cuius meminit textus in c. illos 8. huius 26. q. 2. *quasi nullum esset sacrificium, & nullæ præces ad aliquem spiritum ob diuinationem dirigerentur.* † Alter fuit mortui alicuius cada- 27
uere adhibito, cuius exubias cantibus, & imprecationibus spiritus subire cogebatur, vt responsum daret iuxta illud D. Isai. cap. 8. *nunc requiret pro viuis à mortuis.* † Loquitur enim prophe- 28
ta secundum vulgarem sententiam, qua cogitabatur mortui spiritꝰ acciri, & respondere, vt eam magis detestetur, aliàs nõ hominis spititum, sed dęmonem esse, qui accisebatur, non solùm diuinis, sed prophanis Vatibus notum

tum fuit Tibul. lib. 1. Eleg. 2.

Iam ciet infernas magico stridore cateruas.

Iam iuuet sparsas lacte referre pedem.

29 ¶ Prima species vocabatur, σκιομαντεια *sciomanteia*, quã Canidia peregit apud *Horatium saty.* 8. Circes apud *Homer. in Odis.* Medea apud *Ouid. in Metamor.* Erichtus apud *Lucan. lib. 6. Farsal.* Orpheus
30 apud *Vergil. Aeneid. 6.* † Necnon Thyresias, quem in mnemore obscuro, dẽsitate arborum opaco, horrendo, tenebroso, & Hecati sacro, & spectris infesto hanc Magiã peregisse docet conciuis meus Seneca in Oedip.

Vates amictu corpus, & frontem quatit,
Lugubris imos palla perfundit pedes:
Squalore vultu mœstos ingreditur senex:
Mortifera canam, taxus astrinxie comam,
Nigro videntes vellere, atq; atræ boues
Retrahuntur, flamma prædatur dapes,
Viuumque trepidat igne ferale pecus.

31 ¶ Alter modus fuit Thesalicus adhibitis functiaribus ritibus, ossibus, fibrisque mortuorum, & alijs rebus plenẽ feralibus, & vocatur proprie νεκυομαντια, *neciomantia*, siue μεκρομαντια, *necromantia*, quam alter conciuis meus *Lucanus*, de Erichto excitate animam defuncti militis Romani sic aggreditur lib. 6. Falsal.

Pectora tunc primum feruenti sanguine supplet,
Vulneribus laxata nouis, taboque medullas
Abluit, & virus large Lunare ministrat:
Huc quidquid fœtu genuit natura sinistro
Miscetur: non spuma canum, quibus vmbra timori est,
Viscera non lyncis, nõ diræ nodus hyænæ
Defuit, & cerui pasti serpente medulla,
Non Arabum volucer serpens, innataque rubris.
Aequoribus custos prætiosæ vipera conchæ:
Aut viuentis adhuc Lybicæ membrana ceraste,
Aut cinis Eoa positi phœnicis in ara.
Quo postquam viles, & habentes nomina pestes,
Contullit, infando saturatas carmine frondes,
Et quibus os dirum nascentibus inspuit herbas
Addit, &c.

¶ Credebant enim veteres quasdam 32
esse herbas, quibus mortui ad vitam rebocarentur, vt docet *Empedocles apud Laertium, capite octauo*: quæmadmodum *Xantius* de herba *Belli* narrat, Tillonem, & Draconem vitę restitutos, quorum neutrum credo, nam minusquam quod de *Cinocephali* herba, quæ in Aegypro vocatur *Osyrites* memorat *Plin. lib.* 30. *cap.* 2. † Omnia enim sunt 33
commentitia, quia nulla naturæ arte suscitari possunt, quæ perierunt; aut de non esse adesse reduci; & ita mihi suspecta sunt. Similiter, quæ de pellicano proprio sanguine pullos mortuos viuificante, & leunculo defuncto voce, & spiritu parentis resuscitante; licet ea grauissimi authores prodierint: quia de priuatione ad habitum non est possibilis regressus, vt docet *Aristot. lib. 5. Physicorum. & lib. 2. de Generatione.*

¶ Sed post herbas sequebatur incan- 34
tatio, duplici videlicet modo: primo vllulatu, incondito ferarum sono, vt Canidia apud Horat. satyra 8.

Cum Sagana maiore vllulante.

¶ Deinde concepto, ac solemni car- 35
mine, quo inuocatur Orcus, Styx, Chaos, Megæra, Pluto, Eumenides, Elysis, Proserpina, Heccatis, Charon, Thesiphone, & iuuentur Cadmeæ gentis Manes liberẽ pati exire, cæteros

36 manere.† Vt de Erichto docet Lucan. vbi sup.

Tunc vox Læteos cunctis pollentior herbis
Ex cantare Deos, confundit murmura primum
Dissona, & humanæ multum discordia linguæ.
Latratus habet illa canum gemitusque luporum,
Quod trepidus bubo, quod strix nocturna quæruntur
Quod stridet, vllulantque feræ, quod sibilat anguis
Exprimit, ——— Mox cætera cætu.
Explicat Aemonio, penetrantque in Tartara linguæ.

37 Sed iam vmbra adens, si corpus subi re verebatur

Verberat immotum vtuo serpente cadaber,
Perque cauas terræ, quas egit carmine rimas
Manibus illatrat, regnique silentia rumpit, &c.

38 Et tandem responso dato Erichto veniam poscit redeundi.

Sic posquam fata peregit
Stat vultu mœstus tacito, mortemque poposcit
Carminibus magicis opus est, herbisque cadauer
Vt cadat, & nequeant animam sibi reddere fata.

39 ¶ Periculi plena res tunc ipsi Mago, quem diabolus interdum aufert, & vitæ spectuiq; subtrahit, vt docet *Franc. Picus lib. 4. Prænot. c. 9.* † Tunc ipsis, qui

40 curiosé consulunt, qui nonunquam mente abalienantur l. 2. tit. 23. par. 7. *De manera que algunos dellos mueren, o fican locos, o desmemoriados*, quos ideò Lymphatos, Ceritos, & Imaginosos

41 appellat. *Lauater. lib. de spectr.* † Et tandem malè pereunt, vt de Saule legitur *Reg. 1. cap. 28.* de Zoroastro Magiæ inuentore, *Plin. lib. 30. cap. 11. & lib. 11. cap. 42.* De Nũma Pompilio, *Plutarch. in Nũm.* de Tulo Hostillo, *Tit. Liuius lib. 1. ab vrbe Cond.* de Valeriano, *Niceph. lib. 10. cap. 29.* de Heliogabalo, *Xiphilin in eius vita.* † De Orpheo, Mopso, Amphiareo, plura, *Ouidius, Seneca, & Statius*, de Pithagora Samio *Laert. in eius vita*, de Rege quodam nostris temporibus, *Remigius lib. 2. dæmonol. cap. 3.* † Nam vt ait Alcim. lib. 2. carm. 15.

Cum tamen eductus inferni sedibus vmbras
Colloquium miscere putat, & nota referre:
Spiritus erroris, qui tunc vacatur in illis
Ne vero multis dicantur singula verbis
Præsenti illusus, damnabitur ille perẽni
Iudicio, quisquis vetitur cognoscere tentat.

Stultus enim, & ex celebratus est, qui 44 dæmonis responsa quærit, cum eius fit fallere connatus *D. Hieronym. in Isai. cap. 41. D. August. lib. 3. Ciuit. Dei, cap.... Franc. Picus lib. 4. prænot. cap. 9.* † Ideò 45 vtrique consultori, & consulenti pœna mortis naturalis iure diuino affingitur, Lenit. cap. 20 *Vir, siue mulier in quibus pythonicus siue diuinationis spiritus fuerit, morte moriatur, lapidibus obruant eos, sanguis eorum sit super eos.* Deuter. cap. 18. *Neque pythones consulat, aut diuinos.* † Et post hanc vitam quia menda- 46 cia sunt secuti ad æternã mortem sunt damnati, Apocalyps. cap. 21. *Veneficijs, & idolatris, & omnibus mendatijs pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est mors secunda.* † Iure hu- 47 mano deportationis in nobiles, mortis verò in viliores pœna statuitur *l. Prætor ait § aduersus C. de sepulchr. violat. l. qui sepulchrum, C. eod. tit.* † Posteriore 48 verò iure in vtriusque specici euocato rés á Cõstãtino lætale supplicium sancitur *in. l. multi, C. de malef. & mathem.* quibus respondent de iure Regio, *l. 3. tit. 23. p. 7. l. 5. tit. 3. lib. 8. Recopil.*

CAP.

CAP. XVII. de Ariolatione ex Idolorum aris.

SVMMARIVM.

Ariolatio omnem diuinationem complectitur, n. 1.

Arioli propiè dicti, qui circa aras Idoloum ob diuinationem versabantur, numero 2.

Arioli absque aspiratione, sunt scribendi, n. 3.

Ariolis primo interuenit idolatria, numer. 4.

Ariolis pœna mortis debet affingi, numer. 5.

Sacrificium exterius inuisibili sacrificij est signum, n. 6.

Angelus sacrificium sibi offerri vetuit Manue, n. 7.

Imago refert similitudinem eius, in cuius memoriam, & honorem fit, numero 8.

Imaginis adoratione cõfertur honos cui additur, n. 9.

L. nemo. C. de paganis, de ariolatione explita, n. 10.

Idolorũ simulachra iussit dominus destrui, lucos succindi, & aras comminui, num. 11.

Idolorum aras confrigere, quam meritoiũ, n. 12.

Reges Hebræi, qui Idoloer altaria delerum, n. 13.

Serpentem aereum Moysis, Ezechias confregiquia populus ei sacrificabat, num. 14.

Arioli tanquam veri Idolatræ debent occidi, n. 15.

Hebræi ob idolatriam vnadie triginta millia eorum perierunt, n. 16.

Ariolos ignito gladio compescendos, num. 17,

Ariolis, & Idolatris varia est iure præfinita pœna, remisiuè, n. 18.

ARIOLATIO licet omnẽ diuinationẽ aliquando cõplectatur, iuxta illud Daniel. c. 2. *præcepit Rex, vt conuocarentur Arioli, & Magi.* Leuit. c. 19. *Nõ declines ad Magos, neq; ab Ariolis aliquid scisciteris.* † Nũc tñ accipio Ariolos pro illos 2
tãtũ, qui circa aras Idolorũ diuinabãt, quorũ propriũ fuit mun⁹ D. Isidor. li. 8. ethymolog. c. 9. *Arioli dicũtur, qui circa Aras Idolorũ nefarias præces emittunt, & funesta sacrificia offerũt: ijsq; celebratibus dæmonis responsa accipiũt.* † Et ita *Arioli* 3
scribẽdi sũt, nõ *Harioli*, vt in vulgatis codicib⁹ legitur, quia ab *Ara* dicitur, nõ ab *hara*, cui⁹ alius sẽsus est, nã hara mãsionẽ, porcorũ significat, *Cic.* in Pison. *ex hara productenõ ex schola*, Ouid. Ep. 1

Tertius immundæ fidelis haræ.

Plaut. in Asinar.

At harus in hara, haut ædibus habitat. 4
† Quare in hãc diuinatione, quo ad primũ interuenit Idolatria grauior, quã Ismaelitarũ, quia illi aureũ vitulũ coluerunt, ji ipsũ dęmonẽ, cui sacrificia offerũt fędius, quã vlli olim pagani, *Grillãd. de sortileg. q. 3. Farinac. q. 20. ex n. 81. to. 1.* † Qui ideò sũt idolatræ, hæreti- 5
ci, apostatæ, & pagano deteriores: quia derelicto proprio creatore Deo, cui se in baptismo addixerãt ad dæmonẽ ei⁹ hostẽ cõfugiũt, quod leges ciuiles pœna mortis multarunt. *l. desertorem. §. is, qui ad hostes D. de re milit.* † Nã vt ait D. 6
Aug. li. 10. ciu. Dei cap.... *visibile sacrificiũ exterius, inuisibili sacrificij interioris est signum, quis enim sacrificare cẽsuit, nisi ille, quẽ vt Deũ sciuit, aut credidit, aut finxit.* † Ex quo Angelus Dñi, cũ Manue 7
vir ď stirpe Dam ob filij euãgelizatã dignitatẽ voluisset hędũ ď capris sacrificare ei in hũc modũ allo quitur, Iudic. c. 13. *Si me cogis nõ comedãpanes tuos: si autẽ vis holocaustum facere offert illud Dño.* † Vt 8

sic merito videas quanto minus offerenda sint dæmoni, aut idolo eius nomine, quia imago refert similitudinẽ eius, in cuius persona fit, vt docent *Athanas. lib. 4. contra Arrian. Brun. lib. de*
9 *imagin. b. cap. 20.* † Nam per adorationẽ imaginis conferri honorem, cui additur, nihil magis tritũ est, atq; vulgatũ *cap. perlatum de consecrat. dist. 3. Brun. vbi sup. cap. 19. Episcop. Simanc. de Cathol.*
10 *instit. tit. 33. ex n. 7.* † Quo fit, vt caueatur in l. nemo. C. de pagan. & sacrific. eor. *absit à seculo nostro infandis execrandisque simulachris honorem pristinũ reddi, redimiti sertis templorũ impios postes, profanos aris accendi ignes, adoleri in iisdem thura, victima cedi, pateris vina libari, & religionis loco existimari sacrilegium.*

11 ¶ Grauissimum enim est crimen, ideò Dominus iussit Idolorum simulachra destrui, & lucus in quibus collebãtur succindi, ne maneat memoria eorum, Exod. cap. 23. *Non adorabis Deos eorũ* (scilicet Amorrhęorum) *sed destrues eos, & confriges statuas eorũ.* & cap. 34. *& aras eorum destrue, & confrige sta-*
12 *tuas, & lucus succinde.* † Et in Deuter. c. 7. *Aras eorum subvertite, & confrigite statuas, lucosque succindite, & sculptilia cõburite,* & cap. 12. *subvertite omnia loca, in quibus coluerunt Gẽtes, quas possessuri estis. Deos suos super montes excelsos, & colles, & subter omnẽ lignum frondosum, dissipate aras eorum, & confrigite statuas, & lu-*
13 *cos igne cõburite, & idola cõminuite.* † Ex quo merito Dauid Philistæorũ idola iussit comburi *Paralip. 1. cap. 14.* & post Manasses, qui Magos, & Maleficos multiplicauit, *Reg. 4. cap. 21.* eius nepos Iosias eorum altaria deuelit, & eorũ sacerdotes combusit, Magosque exterminauit *Reg. 4. cap. 22. & 23. Paralipom. 2. cap. 35.* Ionathas Dagõ templũ
14 succendit *Machabæor. 1. cap. 10.* † Ezechias omnia idolorũ altaria dissipauit, & serpentem æneum, quem erexerat Moysis in deserto confregit, quia populus sacrificabat ei, & adolebat incẽsum, *Reg. 4. cap. 18. Paralip. 2. cap. 29. Simanc. vbi sup. n. 15. Paramo de origin. S. Inquisit. lib. 1. tit. 3. c. 3. n. 103.*

¶ Arioli autẽ tãquã veri Idolatræ 15
debent occidi Deuter. c. 18. *qui immolat Dijs occidetur,* nã vt legitur in Apoc. c. 21. *beneficijs, & idolatris, & omnibus mẽdacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est mors secunda.* † Quod Hebręi proprio damno (qui- 16
bus per Moysis tuba fuerat intimatũ) didicerũt, qui eo vna die trigintamilia eorum, qui vitulum coluerũt à Leuitis sunt interfecti, *Exod. cap. 32.* Datham, & Abirõ igne cõbusti, *Numer. c. 16.* Ex quo ignito gladio compescendos huiusmodi Ariolos, Pontifices, & Imperatores docuerunt, illi in *cap. de Apostat.* ij vero *in l. 1. & 3. C. eod. tit. l. nemo. C. de malefic. & math. l. nemo. C. de pag. & sacrifi. eor.* † Vt sic interim taceam, 17
quæ aduersus Ariolos, & Idolatras scripserũt, *Cyprian. Lactant, Cyrillus, & alij Patres super Corint. 8. Sapien. 13. Hierem. 20. Baruch. fin. Clemẽs lib. 5. Recognit. Cyprian. de Idolor. vanit. & lib. de exortat. ad martyr. Chrysost. lib. contra Gentil. Lactant. lib. 1. 2. & 3. diuin. Institut. Cyrillus cõtra Iuli. Iustin. mart. in Apolog. 2. pro Christ. & orat. parenet. ad Gent.*

CAP. XVIII. de Aruspicina.

SVMMARIVM.

Aruspices, qui sint, n. 1.
Aruspices ex fibris animalium futura coniectabant, n. 2.
Aruspices dicti ab obseruandis oris in sacrificio, n. 3.
Tages Hetruscis Aruspiciniã docuit, n. 4.
Aruspiciniæ libros Romani ex Hetrusca in propriam linguam commutarunt, n. 5.

Arus-

Aruſpiciniæ olim idolatria interueniebat, non tamen pactum, n. 6.

Σωματικην rimabatur ex victima adhuc viua, n. 7.

Ariolatio implicitam habet idolatriã, nu. 8.

Arioli conſentiunt malitiæ idolatrorum, n. 9.

Seneca de Ariolatione illuſtratus, n. 10.

ὑπατοσκοπιαι ſingula mactatæ hoſtiæ membra rimatur, n. 11.

Vita non eſt in iecore, ſed in corde, n. 12.

Iecur colendum dæmon ſuaſit, quia fomes libidinis, n. 13.

Ariolationis ritus circa corda, & iecora, n. 14.

Homines ſacrificare Idolis in vſu fuit, nu. 15.

Pueri ſacrificabantur apud Romanos, num. 16.

Tartarij pueros conſueuerunt ſacrificare, num. 17.

Chaldæi in honorem Moloch, & Belphegor filios ſacrificabant, n. 18.

Cecropides filios in ſuorum Idolorum cultũ ſacrificabant, n. 19.

σπυροσκοπιαι circa flammam hoſtiæ verſabatur, n. 20.

Ignis diuinationis, cuius ritus, n. 21.

Ignis luſtratio, quæ fuit, n. 22.

Luſtrationem ignis ob filiorum bonum omẽ, n. 23.

Pyræ tranſiectiones in honorem Beatorum ſunt reliquiæ veteris paganiſmi, nu. 24.

Pyrarum circũ iectiones, & tranſiectiones ad mali aberruncationem, n. 25.

καπνομαντειαι fumi obſeruatrix fuit, numer. 26.

Diuinatio ex fumo granorum papaueris, n. 27.

Fumus ſacrificiorum ob diuinationem obſeruatus, n. 28.

Fumus rogi obſeruatus ſimiliter, n. 29.

Daphnomãteia ex fumo lauri incenſi, n. 30.

Verbenas, & thura adolebantur ad hanc diuinationem, n. 31.

σποδομαντειαι ex cineribus ſacrificij comparata, n. 32.

Cineres aræ Alphei, & Daphnidis ad diuinationem, n. 33.

οινοπομαντειαι obſeruabat colorem vtriuſq; laticis in ſacrificio fuſi, numero. 35. & 36.

κριθομαντειαι ab edulis varijs deſſumpta, nu. 37

Molas, & libamenta ſacrificiorum obſeruata ad diuinationem, n. 38.

ARVSPICINIA licet cum Ariolatione ſæpius confundatur, differt tñ, quod à dæmone immediatê, qui illo intenderãt ſacrificio aſsitentes reſponſa accip iũt; hi vero ex mactatis animaliũ fibris cõiectabãt reſpõſa, vt colligitur ex *Cic. lib. 2. Diuinat.* † Vtriuſque mun⁹ circa idolorum ſacrificia experiebatur, illi reſponſa accipientes, ij coniectantes, circa aras idolorũ vterque verſatus, ex quo Aruſpicinia ſine aſpiratione debet proferri, ab aris idolorum, quibus intenti diuinationem parabant animalium viſcera introſpicientes, ex quo ait Vergil. AEneid. 10.

Cui pecudum fibræ, cœli, cui ſydera parent.

Nam licet D. Iſidorus Archiepiſcop⁹ Hiſpal. qui tot ſæculis omni gena eruditione corruſcat, Haruſpiciniam dici contendat ab obſeruãdas in ſacrificio horis, & per conſequens eſſe ſcribendã cum aſpiratione, tãto viro ſua authoritas ſit; niſi vellis à voce Oſca *Haruga*, quæ hoſtiam ſignificat, authore *Donato.* † Hanc artẽ à ruſtico quodã ex gleuis exiliẽte inuentam putat *Raban. lib. de Magor. præſtig.* ſed veritas arguit Tagem, quendam Aruſpiciniam Hetruſcis docuiſſe, abſque vlla ratione, neque veritate, vt tenet cõciuis me⁹ Luc.

Fibris sit nulla fides, sed conditor artis
Finxerit illa Tages.

5 ¶ Cuius artis elementa, vt Tages dictauit Hetrusci ad artē reduxerūt, eiusque libros Romani ex Hetrusca linguā in propriam mutuarunt, vt docet *D. Augustin. lib. 20. ciuit. Dei*, transumptiue
6 in *cap. nec mirum. h. 26. quæst. 5.* † Quam nunc pro tota ἱεροσκοπία, *hieroscopia*, veterum, siue disciplinam diuinandi in sacrificijs Gentilium solitam seruari vsurpo: in qua olim interueniebat sem per Idolatria, non tamen pactum explicitum, hodie fieri potest, vt neutrū intercedat.

7 ¶ Prima species huius diuinationis dicitur θυματικήν, *thumaticem*, quę rimabatur ex victima adhuc viua, dum producebatur, dum aram sistebat, dum attractabatur, dum vinum ei infundebatur, & ob id dicta *Victimaria*, cuius singula exemplis cōfirmat *Barnab. Brison. lib. 1. de formul. populi Roman.*
8 † Quę secum implicitam habet idolatriam: nam licet ipsi non sacrificent, consentiunt facientibus, quia hæc victima dæmoni, vt Deo offerebantur, ad imitationem *Holocausti*, in quo animalia vero Deo fuerunt sacrificata, *Exod. cap. 29. Leuit. cap. 6. & 9.* † Nam quemadmodum offerētes, Dæmonem propiciare conātur, ex talis victimæ oblatione, sic ex ea diuinantes credunt dæmonem propiciatum signa dare, ex
10 quibus optata coniectentur, ex sic cōsentiunt eorum malitiæ. † Ad quā quidem speciem spectat illud cōciuis mei Senecæ in Oedip.

Appellite aris candidum tergo bouem
Coruoq; nunquam colla deprensum iugo
Optima sāctas victima ante aras stetit.

11 ¶ Secūda dicitur *Extispicinia*, quæ motum, & singula mactatæ hostiæ mēbra rimatur, & iecur maximè, vnde Grecis dicta ἡπατοσκοπία, *hepatoscopia*, de qua in. l. nequis mortaliū. C. de paganis, & sacrific. eor. *Vt inspectione iecoris extorum, quę præsagio vanæ spem promissionis accipiat.* † Putabant enim in iecore esse vitam, quia sine iecore viuere non po- 12
test, quem ideo colebāt, vt dæmonem vitæ authorem significarent, cum vita non sit in iecore, sed in corde, vt docet *Aristot. lib. 3. de corde, & part. cap. 4. & 7.* † Sed hoc modo colendum esse iecur 13
calidus dæmō persuasit, quia agnouit, quod sit fomes inexplebilis, in quo cupiditates accenduntur, Claudian.

At si cuncta patens nil collatura Cupido
In iecur, & tractus imos compulsa recessit.

¶ Cuius ideo superstitionis satis irri- 14
des *Lucan. lib. de sacrific. & Arnob. lib. contra Gent.* Ritus tamen describit idē conciuis meus Seneca vbi sup.

Cor marcet ægrum penitus, ac mersum latet,
Libentq; venæ, magna pars fibris abest,
Et felle nigrido tabidum spumat iecur,

¶ Sacrificabantur ad hoc non solum bruta, sed & homines vt Heliogabalus 15
monstrum, nō homo vsus fuit, necnō Iulianus Apostotata, qui ad hoc grauidarum aluos execabat, vt narrat *Theodoret. lib. 3. c. 21. & 22.* † Cuius nefandi ritus apud varias nationes fuit cōmu- 16
nis, suo sęculo meminit Luben. Sar. 6.

Pectora pullorum rimatur, & exta catelli,
Interdum pueri.

¶ Et hęc fuit tertia Aruspicinię pars, 17
quę dicebatur, ἀνθροπομαντεια, *authropomanteia*, à qua nisi fallor Tartarij edocti pueros consueuerunt sacrificari, vt meminit *Cromer. libro. 8. histor. Polon.* quim & Lusitani veteres, vt author est *Strabo lib. 3.* † Necnon Chaldæi, qui 18
in honorem Beelphegor filios immolabant, Psalmo. 106. *Et immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonibus.* Et in honorem Molochi eosdem filios igne absumebant, *Reg. 4. cap. 20.*

† Item,

19 *Ezech. cap.* 20. † Item, & Cecropides, vt videre eſt apud Vergil. A Eneid. 6.

Cecropides iuſſi (miſerum) ſeptena quotannis
Corpora natorum.

20 ¶ Quarta ſpecies appellat πυροσκοπία, *pyroſcopia*, qua hoſtię in ignem proiectę flammæ modum cõſiderabat, vtrũ in vnum coiret pyramidẽ, quod proſperum: an vero diuideretur, quod aduerſum; quis ignis color, ſplendor, aſcenſus, ſtrepitus; Seneca in Oedip.

Non vna facies mobilis flamma fuit.

21 ¶ Dicebatur ignis diuinatio, quia circa ignem ſacrificij verſabatur an cito victimam compræhẽderet; quod proſperum: an cito extingueretur, quod infauſtum, Seneca vbi ſupra.

Quid flamma? Largæs iã ne comprehẽdit dapes?
Subito refulſit lumen, & ſubito occidit.

22 ¶ Quinta fuit *ignis luſtrationis*, quæ in filiorum conſecratione fiebat, ſiue expiatione, ad ſtabiliendam eorum fortunam, de qua agit ſacra Paremia *Reg. 4. cap.* 17. *Et conſecrauerunt filios ſuos, &*
23 *filias per ignem.* † Quæ fiebat ex tranſiectione per ignem, ex qua ſimiliter fœlices illi caſus prænunciabant: quam ſuperſtitionem damnatã inuenio Deut. cap. 18. *Nec inueniatur in te, qui luſtret filium ſuum, aut filiam ducens per ignem.*
24 † In quo peccant Germani in ſuccenſione pyrarum, quas piè in honorem D. Ioanni accendunt, dum ad crepitũ, fumũ, flammæ modũ, & ſimilia attendunt; nam ſunt reliquię veteris paganiſmi, vt cẽſet *Conrad. Vvipin. de diuinat.*
25 *c.* 2. † Necnõ qui pyras huiuſmodi definitis vicibus ſe circumire, & tranſilire debere putant in futuri mali aberruncationem, vt traddit *Glicas p.* 2. *Annal. fol.* 269. quod vt hodie, ita olim teſte Ouid. lib. 4. Faſtor.

Certe ego tranſilij poſitas ter in ordine flammas.

¶ Sexta ſpecies dicitur καπνομαντεία, 26
Capnomanteia, hoc eſt *fumi obſeruatrix*, & hæc duplex, vt traddit, *Cardan. lib. de vera ſapient.* † Nam vel granã ſeſſami, 27
vel papaueris nigri in ardentes prunas conijciebant, & inde ſurgentem fumũ notabant, qui ſi rectus tenderet, quaſi virga, proſperum ſibi profitebantur, iuxta illud Canticor. 3. *quaſi virga fumi.* † Vel ſine huiuſmodi granis, ſolum 28
ſacrificij fumum obſeruabant, quẽadmodum, & Iudæi ex victimarum ſacrificio fumum obſeruaſſe docent *Theophylact. in Oſeam cap.* 4. *Pictor. lib. de Magia cap.* 11. † Inter dum fumum rogi 29
captabãt, vt ã illo Polynicis, & Etheoclis narrat Ouid. in Ibin.

Et noua fraterno veniet concordia fumo,
Quam vetus accenſa ſeparat ira pyra. 30

¶ Interdum Lauri rami ad hoc comburebãtur, vt traddit *Rodigin. lib.* 5. *antiq. lect. capit.* 7. ſed id magis pertinet ad *Daphnomanteiam*, ad quam laurus ſulphure tinctus incendebatur, Ouid.

Incendens viuos crepitante ſulphure lauros.

Aliquãdo vitumine delinebãtur, Vergil. Ecclog. 8.

Et fragiles incende vitumine lauros.

¶ Aliquando etiam non laurus, ſed 31
verbenas, & thura ad hoc incendebant Verg. vbi prox.

Verbenaſque adole pingues, & maſcula thura,

Et ad id aris apponebantur, vt notat Statius.

Thurea nec ſupra volitante altaria fumo.

¶ Septima dicebatur σποδονομάντεία, 32
ſpodonomanteia, quæ ſumebatur ex cineribus ſacrificij, vt videtur factum in ara Apollonis, Iſmenij, & aliorum, de quibus *Valer. Maximo lib.* 1. *cap.* 6. ideò *Sophocles in Oedi. Tyr.* vocauit μαντεῖαν σποδοῦ, *manteiam ſpodon*, hoc eſt, *cinerem*

33 *diuinatorium.* † Quod tamen dicendũ in cinere Alphei, quem idcirco Mosc. vocauit κοριν ψεαν, *conin heram* docuit *Mart. del Rio in comment. ad Senecam*
34 *in Med. v. 81.* † De cinere Daphnidis meminit Vergil. d. Eccl. 8.

Fer cineres Amaryllidi foras riuoque fluenti
Transque caput iace.

35 ¶ Octaua est Οινομαντεια, *Oinomanteia*, quæ considerabat colorem vtriusque laticis in sacrificio fusi, quod Persis maximè in vsu, vnde vini diuinationem eis tribuit *Alexand. Neapolit.*
36 *lib. 5. cap. 13.* † Ad quod spectat illud Didonis apud Vergil. AEneid. 4.

Vidit turicremis cum dona imponeret aris
(Horrendum dictu) latices nigrescere sacros,
Fusaque in obscenum se vertere vina cruorem.

37 ¶ Nona species dicitur Κριτομαντεια, *critomanteia*, cuius species plures sunt partes, quæ ducuntur ab edulibus varijs, vt notant Tostat. & alij ad illud
38 Numer. cap. 11. *frangebat mola.* † Nam in sacrificijs obseruabant molas, & libamenta, & præcipuè triticum, hordeum, far, & ex eo tosto, frefoque factam farinam, & ex eo mox subsecutã victimæ consperfionem, vt notant *Theocrit. in Pharmaceut. Mart. del Rio ad illud Senec. in Oedip.*

Et sparge salsa colla taurorum mola.

CAP. XIX. de Pyromantia.

SVMMARIVM.

Pyromantia vnde dicta, n. 1.
Ignis spheram melioris noctæ authores negarunt, n. 2.
Pyromantiæ inuentor, n. 3.
Fulmina signa diuinæ iræ, n. 4.
Volsinum oppidũ fulmine concrematum, nu. 5.
Tullus Hostillius fulmine ictus perijt, nu. 6.
Borbonius, Mõcata, Dorbinius, & Aurautius fulmine perierunt, n. 7.
Anastasius Imp. fulmine ictus interijt, nu. 8.
Fulmina diuinæ iræ causam referre, numer. 9.
Signa cœlestia licita sunt obseruare, vt in melius vitam instituamus, n. 10.
Timor superstitionis causa fuit, n. 11.
Fulgura nocturna apud Gentiles infausta, n. 12.
Fulgura diurna, & læuo tendentia, fausti ominis, n. 13.
Fulgura sereno cœlo emissa conatus non irriti indicium, n. 14.
Fulgura, & tonitrua naturaliter fieri potest, vt sereno cœlo mittantur, n. 15.
Fulgura sereno cœlo in diuinæ iræ signum, quandoque emissa, n. 16.
Deus nollit consilia sua scrutari, numero 17.
Fulminibus persæpè Deus de peccatorum scelere vindictam sumit, n. 18.
Aaron filij ex violatione præcepti igne cõsumpti, n. 19.
Datham sectatores, & Sodomitæ igne de cœlo perierunt, n. 20.
Elias igne de cœlo seruos Oziæ regis combusit, n. 21.
Sancti viri, quandoque igne de cœlo perierunt, n. 22.
Iob igne de cœlo filios, & pecora amisit, n. 23.
Pyromantiæ incertitudo, n. 24.
Pyromantiã ex sacris literis Gẽtiles emẽtiti sunt, n. 25.
Ecclesiæ standum est vbi de sensu S. Scripturæ agitur, n. 26.
Ignes fatui, qui sint remissiuè, n. 27.
Fulmina alia vrunt, alia non vrunt, numer. 28.
Fulmen est ventus accensus, n. 29.

Ful-

Fulmen ab exalatione terrea comburit omne, in quo vadit, n. 30.

Fulmina ab exalatione terrea relinquere solent vbi cadunt lapides, & alia corpora solida, n. 31.

Fulmina ab exalatione aerea absque fumi vestigio corrumpunt corpora, n. 32.

Fulmina exalationis aereæ corpora rara, & peruia absque nocumento transeunt, densa disoluunt, n. 33.

Fulmen aurum in marsupio, & gladium in vagina disoluunt: marsupio, & vaginæ illæsis, n. 34.

Pyromantiæ variæ species, n. 35.



PYROMANTIA dicitur à voce Græca πυρ & *pyros*, quæ ignem significat, eo quod ignem captaretur, & illud maximè, quod de cœlo descendisse cognouerant, quale fulgura, fulmina, & similes ignes elementares, vt tradidit *Oroſc. de Couar. lib. 2. de falſa prophet. cap. 7.* † Elementares dico, eo quod ex regione aeris superiore in terram descendant: nam ignis spheram propriam nullam esse iam diu melioris notæ authores probarunt, *Hierony. Cardan. lib. 1 variet. rer. c. 2. cognatus meus D. Gasp. Cadillo Villalpãdo maioris Cõplut. Collega in comment ad Arist. de cælo, Frã. Valles de sacra philosoph. cap. 50.* Nam vt ait Auson. in Gryph.

Tres charites, tria fata, triplex vox, trina elementa.

¶ Cuius quidem artis authorem alij dicunt fuisse *Amphiareum*, alij *Argonautes*, alij *Begoes* nymphã, vt tradit *Serv. ad Æneid. 6.* & eius professionis artẽ cõposuit Thirrenos, vt scribit *Diodor. lib. 5. cap. 9.* apud Romanos vsa Tanaquilus testatur *Valer. Max. lib. 1. cap. 6.*

† Quæ sané fuit magno in prętio habita, quia fulmina iræ diuinæ signa esse agnouerunt, & ob id suis Augurijs maximè cõmendarunt, vt testatur *Clar. Syluius lib. 1. de legib.* quo spectat vetus illa l. XII Tab. FVLGVRA, ET OBSTITA PIANTO. † Nam sæpê in Dei iram emissa proprio malo didiscerũt; cum Volsinum Fulcorum oppidum oppulentissimum ob contemptã religionem totum fulmine crematum meminerit *Plin. lib. 2. cap. 52.* cuiusmodi plura *Euseb. lib. 5. histor. Eccles. ca. 5. Tertulian. in Apologet. cap. 5. Nicephor. lib. 16. c. 35.* † Tullus Hostillius Tertius Rom. Imp. eo quod se superstitionib⁹ dedisset fulmine ictus perijt, vt narrat *Zonar. tom. 2. D. August. lib. 3. ciuit. Dei c. 15.* † Borbonius, Moncata, Dorbinius, & Aurantius, qui tempore Clemen. VII. Pont. Max Romã depopularũt à fulmine icti perierunt, vt refert *Surius anno Dñi. 1527.* † Et Anastasius Imp. eo quod Euthychianæ hęresis fautor infęlix fulgure percussus miser interijt, vt refert *Zonaras tom. 3.* † In quibus, & in alijs multis similibus (quos passim inuenies, quia nostri instituti non est omnia prosequere, sed ab alijs prætermissa notare) inuenies fulmina diuinæ iræ causam referre, nam vt ait Statius lib. 7. Thebaid.

Infestumq; tonat pater, & mala fulgura mittit.

¶ Quare si pyromantia his tantum cancellis concluderetur, vt homines iram Dei metuentes ad meliorem vitam se conferrent proculdubio licita esset, quia licitum est huiusmodi signa obseruare, vt in melius vitam nostrã instituam⁹ *Medina lib. 2. de recta in Deũ fide cap. 2. Franc. Picus lib. 6. Prænot. cap. 6. Iul. Syren. lib. 9. de Fato cap. 19. & 20.* † Sed hunc timorem tot, ac tantis superstitionibus inuoluebant, vt non solùm vulgares, sed sapiẽtiorum animos alicerent, nam in Codice Theodosiano est. *l. 1. C. de pagan. & sacrif.* in hęc

verba, *si quid de palatio nostro, aut cæteris operibus publicis degustatum fulgure esse constiterit, retenta moris veteris obseruantia, quid portendat ab Arnspicibus requiratur.* † Quorũ obseruationes nil aliud, quam mera delirãtium in somnia cõtinebant: nam si nocturna erant fulgura, quia ex Ioue infernali putabãt (qui malus dicitur, hoc est, infœlix, ad distinctionẽ cœlestis, qui bonus) infausta erant, vt docet Stat. lib. 9. Thebaid.

Sic vbi nocturnum tonitru malus æthere frangit
Iupiter.

¶ Si diurna autem, & læua prosperũ auspicium, & conati non irriti indicium fuit, Vergil.

Vix ea fatus erat senior, subitoque fragore
Intonuit Læuum.

Et lib. 2. Æneid.

Intonuit Læuum, & cœlo lapsa per vmbras
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.

¶ Et eo potissimum si fiebant sereno cœlo, nam cum ad miraculosam Dei operationem tunc referãtur, pro diuino signo (etiam viri Dei) illa aliquando acceperunt, vt narrant *D. Anton. tit. 6. cap. 14. D. Gregor. lib. 3. Dialogo. cap. 15.*

† Etiamsi naturaliter fieri possit, vt fulgura, & tonitrua sereno cœlo mittantur secundũ conciuẽ meum *L. Annæũ Seneca lib. 1. natural. qq. cap. 1.* cui astipulatur eius patruus alter conciuis meus Lucan. in Farsal.

Emicuit cœlo tacitum sine nubibus vllis
Fulmen.

¶ Quæ ideò licet sancti viri ea pro signo diuinæ voluntatis acceperint, nobis autem, qui adeò incompertę sanctitatis nõ sumus, ea ad id obseruare sanũ non erit, ne pagano errori nos immiscentes, incerta quidem, atq; dubia insectemus, quia etiam fulgura sereno cœlo in signum mali euentus vidimus post Iuli Cæsaris obitum, Vergil.

Non alia cœlo cecidêrunt plura sereno
Fulgura, non diri toties arsere Cometæ.

¶ Cuius varietatis causam nullã aliã agnosco, quam sic Deum voluisse, vt homines ab hac diuinadi superstitione arcerẽtur, vt in adinuentionibus suis impingãt, cũ modo sic, modo illic cõtingisse agnoscant, quia Deus noluit consilia sua scrutari *Prouerb. cap. 25.*

† Vnde præter quam quod ad signa diuinę indignationis fulgura non sunt referenda, vt in melius vitam nostrã instituamus, ad quod Deus omnibus naturæ causis admonet, & maximẽ fulminibus, & ignibus de cœlo, quibus persæpè de peccatoribus vindictam solet assumere, vt in filios Israel *Nume. cap. 11.* † In filios Aaron ob violationem præcepti *Leuit. cap. 10.* cuiusmodi apud Lemouicinam vrbem ob Dominici diei violotionem plerosq; cœlesti igne consumptos scribit *Greg. Turonens. lib. 10. hist. Gallor. cap. 29.* † Et Moyses ex sectatoribus Datham vna die centum, & quinquaginta millia viros interfecit, *Numer. cap. 16.* & in nefanda Sodomæ, & Gomorrhæ scelera ignis de cœlo vindictam summit, ac pœnas repetit *Genes. c. 19.* † Et Elias seruos Oziæ regis combusit igne de cœlo petito *Reg. 4. c. 1.* & alibi passim, quia in re plana non est necesse plura congerere. † Sed ne homines ex eo sibi artẽ fabricarent video similiter sanctos viros igne de cœlo perijsse, vt Simeon Stylita sanctisimę vitæ viro, qui igne de cœlo fuit peremptus, vt scribit *Sophron. in prato spirituale.* † Et vt alios interim taceam Diuinus Iob, qui ad sanctitatis exercitium, & probationem diuina permisione igne de cœlo filios, & pecora amisit, *Iob. cap. 1.* neque enim frustra, nam igne purgari, & probari aurum solet, non absumi,

D. Petr.

D. Petr. canon. 1. capit. 1.

24 ¶ Ex quibus satis apparet, quam in certa sit pyromantia cum modo sic, modo illic Deus fulminib⁹, & ignibus de cœlo vtatur, & non solùm diuersis, sed contrarijs casibus pro vt sibi conuenire arbitratur, & ita improbata est *in cap. igitur, huius 26. q. 3. cap. nec mirum*

25 *d. 26. q. 5.* † Nam licet multi eam suadere conentur ex illo Psalm. 103. *qui tangit montes, & fumigant*, & Psalm. 143. *tange montes, & fumigabunt*, quibus astipulatur Vergil. Ecclog. 1.

De cœlo tactas memini prædicere quercus.

26 Intentionem suam minimè probant, nam licet Vergilius phrasem scripturę obseruet, nullatenus Regius Vates in illis ad hãc artem respexit, neque vllus sacer eius Interpres tale protulit, neq; Ecclesia recepit, cui standum est vbi de sensu sacræ scripturę quæritur, vt tradũt *Origen. in Matth. homil. 29. Iræn. lib. 3. aduersus hæres. cap. 40. & lib 4. cap.*

27 *43. & 45.* † Sacer enim Vates ad differentiam alterius ignis de cœlo, qui nõ vrit, quales ignis fatui, de quibus agendum est *lib. 2. de Magia operat. c. 12. ex n. 39.* vt eius vim proprius exprimeret, de qua agebat, fumigare dixit, non vt impij artem componant, sed vt ignem vrentem à Deo fieri agnoscant, vt dixerat d. Psalm. 103. *& ministros tuos ignem vrentem.*

28 ¶ Fulmina enim alia vrunt, alia nõ vrunt, quia à causa vrente nõ proficiscuntur, siue vt ait conciuis meus *L. Annæus Seneca lib. 2. natural. qq. cap. 40. Tria sunt fulminum genera, aliud terebrat, aliud*

29 *discutit, aliud vrit.* † Quare vt omittam, ea quæ non vrunt, quia huic nõ est locus: ex eis, quæ vrunt duæ sunt species, quia vt ait Aristot. in Meteor. libr. 2. summ. 3. cap. 4. *fulmẽ est ventus accensus.*

30 † Fulmẽ enim quãdo causatur ab exalatione terrea subcinerea cõburit omne id in quo vadit: sicut narrant Peripatetici, quod fulmẽ, quod cecidit super palatium remãsit locus casus eius, & per multum tempus ascendebat ex eo fumus, *vt narrat conciuis meus Auerroes in Aristotelis Meteor. lib. 2. summ. 3. cap. 4.* † Et quia proueniunt ab exala- 31
tione terrea, in locis vbi cadunt, solent reperiri lapides, & alia corpora metalli similia, vt idem meminit Auerroes ex relatione Auicenæ alteri conciuis vbi supra *Narrauit què Auicena, quod aduenit ex terreitricitate huius exalationes in terris Casam, & Turch inueniri in locis, in quibus cadunt ista fulmina corpora similia ferro, & æri, & quod ipse laborauit liquefacere illud, seu accendere, & non potuit. Et in Corduba cecidere lapidem magnũ in die sereno, quem ipse vidit, & habebat odorem sulphureum, & quasi naturam armoniaci.*

¶ Alia fulmina proueniunt ab exa- 32
latione aerea, quę absq; fumi vestigio corrumpunt corpora resistentia, & validiora, in qua vadunt, mollia autem nõ dissipant, de quo authorem habeo eũdem Senec. lib. 2. natural. qq. cap. 53. *fulmina non eodem modo naturam omnem vexant, valentiora, quia resistunt vehemẽtius dissipant, cedentia autem sine iniuria transeunt.* † Cuius rei rationem reddẽs 33
Titelman. in compend. philosoph. lib. 6. cap. 11. *corpora rara, & peruia, absque nocumento pertransiens, in interiora magis densa, magisque resistentia desæuit, ita intacta veste hominem cõsumit, illæsis vestibus.* † Sic ergo gladium in vagina, & 34
aurũ in marsupio dissoluit, vagina, & marsupio illęsis: & illęsa matre foetum enecat; vassem frangit vino illæso, & intacta carne ossa comminuit: & alia plura, quæ accurate cõgessit *Greg. Reisch in sua marg. philosoph. lib. 9. c. 20.*

¶ Fuit similiter alia pyromantiæ 34
species, quę ex sacrificijs flamma captabatur, rogi vel pyrę, vt dictum est,

super

ſuprà cap. 8. & ad hoc quandoque grana ſilami, vel papaueris in igne conijciebantur, indeque fumus exortus cõſiderabant.

CAP. XX. *de Aerimantia, Hydromantia, & Geomantia.*

SVMMARIVM.

Diuinatio omnis ex igne, aere, aqua, & terra comparatur, n. 1.
Authoris inſtitutum, circa hanc tractationem, num, 1. & 2.
Aerimantia per ſpectrorum apparitionem fiebat, n. 3.
Τερατοσκοπία quæſit, n. 4.
Hydromantia fiebat ex aquæ inſpectione, n. 5.
Hydromantiæ ſpecies, n. 6.
Stagna fontes, & paludes ob Hydromantiã ſacra, n. 7.
Ciſterna in templo Aphameno, & pallus in Apolonis Thyrxei oraculum, n. 8.
Germani recentes natos Rheno fluuio commendant ob Hydromantiam, n. 9.
Chaldæorum, & Perſarum mos in Hydromantia, n. 10.
Geneſ. cap. 44. *de Hydromantia, negatus, num.* 11.
Ioſeph Hydromantia deditum negatur, nu. 12.
Perſæ non eligebant in Regem, niſi quem Magiæ deditum cognouerant, n. 13.
Aquæ figuræ repræſentabantur in Hydromantia, nu. 14.
Hydromantia frequens in Africa, num. 15.
Geomantia ſtyli punctuatione in terra fiebat, n. 16.
Geomantiæ nulla ratio, nulla veri ſpecies ſubeſt, n. 17.
Diuinatio omnis infidelem cum dæmone amicitiam continet, n. 18.
Diuinationes ſuperſtitioſæ ſunt, n. 19.

QVIA vt Varro ait omnis diuinatiõ cõparatur ex igne, aere, aqua, aut terra: abſoluta ignis diuinatione, ad alias neceſſè eſt deſcẽdere; non vt eas adiſcas, ſed vt deteſteris, quia omnia, quæ in hac parte tradidimus ea mente à nobis ſunt delineata, vt agnoſcas, quibus fallatijs ad decipiẽdos homines dæmon vtatur, non tamẽ, vt eas imitteris, quia ad hoc aliorũ ſcholas debes intrare, nam vt ait Vergil. Eccleg. 2. 1

Inuenies alios ſi te faſtidit Alexis.

¶ Catholica quippè, vt hucuſque tradidimus ita erient à nobis vſque ad finem traddenda, ſalua ſemper in omnibus correctiones matris Eccleſiæ, & melio' ſentiẽtis iudicio, quib' parat' ſũ aſſentire, illi ſola authoritate, quia errare non poteſt, *Matth. cap.* 9. & 27. *Luc.* 22. *cap. hæc eſt fides* 24. *q.* 1. huic vero, dũ cauſam docuerit, quia *null' adictus iurare in verba magiſtri.* † Aeri mantia ex aere incantato per ſpectrorum apparitione m fiebat, vt docet *Pictorius in Epitom. de Mag. cap.* 10. quæ à dęmone cauſabantur: vel in elementari corpore apparendo, vel caſus futuros repręſentando, vt traddit *Pſellus lib. de dæmonib.* † Conſiderandum tamen eſt, quod ſi attẽdũtur tonitrua, vel fulgura pertinent ad Augurium, ſi cœli aſpectũ ad Aſtrologiam: ſi ad quædam aerorũ inſolita viſa ad Τερατοσκοπιαν *teratoſcopiam*, de qua *Ariſtophon. in nubib.* 2 3 4

¶ Hydromãtia captabatur ex aquę inſpectione, in qua dæmon futuros caſus, & euentus repræſẽtabat, vt colligitur ex tex in cap. nec mirum. h. 26. q. 5. *Eſt enim Hydromãtia in aquæ inſpectione vmbras dæmonum obſeruare.* † Et hęc fiebat, vel in aqua æſtiua cõiectis lapilis, & eorũ obſeruatis gyris, vel in vaſcu- 5 6

lo aquæ pleno, & annulo filo ſuſpenſo ex conſtitutis ad latera ictibus, vel in olei gutula aquæ infuſa à dæmone caſus, & cuenta repræſentabantur, vt docent *Mart. del Rio ad Senec. in Traged. Raph. de la Torre tom. 2. de vitijs oppoſit. relig. q. 95. art. 3. diſp. 3.* † Ad quod quidē apud veteres ſtagna, fontes, & palludes ſacræ fuere, vt traddunt *Macrob. lib. 5. Saturnal. cap. 19. D. Auguſt. lib. 8. ciuit. Dei cap. fin.* † Talis in AEgypto ciſterna in templo Aphàmeno fuit, de qua plura memorat *Zoximus in vita Aurelian.* necnon Iunonis palludem, & Apollinis Thyrxei oraculum authore *Pauſania in Arcad.* † Ad quam quidem ſuperſtitionem, refert del Rio conſuetudinem Germanorum, qua recens natos Rheno fluuio commendant, ea mente, vt ſi ſpurijs ſint abſoruendos: ſi legitimi, inoxios ſupernataturos, iuxta illud Claudian.

Et quos naſcentes explorat gurgite Rhenus.

¶ Aliquando autem ad hanc artem aqua in pelui, vel ſcypho infundebatur ibique aurum, gemmas, & res prętioſas infundebant certis caracteribus inſignitas, & ex profundo aquæ voces audiebant, frequens apud Chaldæos, & Perſas. † Et ita intelligitur *Geneſ. c. 44.* vbi ſerui Ioſeph eius fratres reprehendentes ſic dicunt, *ſcyniphus, quem furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit dominus meus, & in quo augurari ſolet.* † Ex quo Ioſephū huic arti deditum blaſphemat impius *Agrippa*, & eo maximè ſuadere conatur, quia ipſe met Ioſeph ſubdit. d. cap. 44. *an ignoratis, quod non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia?* † Sed Ioſephum Dei virum ea deditum nō credo, ſed ſimulare ſe ea arte furtum comperiſſe, vt fratres de illo conuincerēt, ſiue vt Regi adictus, eius artem ſe profitere oſtentauit, quia apud Perſas non eligebatur in Regem, niſi qui Magiæ eſſet deditus, vt narrat *Cicero lib. 1. diuinat.* † Et non ſolùm voces nudæ in aqua audiebant, ſed figuræ repræſentabantur, quę ad interrogata reſpondebant, *vt in. d. cap. nec mirum*, quod ſumptum eſt ex *D. Iſidor. lib. 8. Ethymol. c. 9.* † Quas quidem figuras impolutos pueros videre, & in Africa frequētem eſſe, tradit *Leon. in hiſt. Afric. lib. 3.* & quando in vaſe lato fiebat dicebatur *Gaſtromātia*, à voce γαστροσκοπιαν, quæ amphorā ſignificat.

¶ Geomantia olim in terra ſtylli punctuatione fiebat hodie in abaco, vel tabulla ſexdecim figurarū technica depungit, ſexdecim additis punctorū coordinibus, ſingulis ſignis reſpondentibus, quibus futura rimantur, vt docēt *Magus Oliuerius, & Gaſp. Peucerus in libris de ipſa editis.* † Qui etſi Lutheri ſint ſectatores poſt longam eius narrationem aperte fatentur totā illi diſquiſitioni nullam prorſus rationē, nullam veri ſpeciem ſubeſſe, de quo multa *Iul. Syren. lib. 9. de Fato cap. 38. Cōrad. VVipin. lib. de diuinat. cap. 5. Franc. Picus lib. 6. Prænot. cap. 3.* cuius extat illud.

Atque frequens bibulam mucro cū pungit arenam.

¶ Omnes ſanè artes fallatia, vanitate, ſuperſtione, ſcandalo, ac peccato mortali, & apoſtaſia cōtaminatæ, ſunt quātumvis, à pio viro exerceantur, quia omnis diuinatio infidelem cum dæmone amicitiam continet, *D. Auguſt. lib. 2. doct. Chriſt. cap. 22. D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 2.* † Et ita ſigillatim hęc omnes artes expreſſè prohibentur *in. d. cap. nec mirum. h. 26. q. 5.* nam omnes ſuperſtitioſæ ſecundum Mantuan. in Apolon.

Qui rimatur aquas, & qui conſiderat ignes,
Qui pluuias, ſpecula, & pelues, nitidaſque ſecures
Inſpicit, & temere deſcripta in pulueres ſigna.

CAP.

CAP. XXI. De *Augurio*, & *Auſpitio*.

SVMMARIVM.

Augurium, & auſpitium circa aues verſantur. num. 1.
Augurium fiebat ab his, qui erat de expreſſa eius profeſsione. num. 2.
Augurium dictum quaſi auium garria. num. 3.
Auſpitia dicuntur, quæ iterfacientes obſeruant. num. 4.
Auſpitia, quaſi auium inſpicia dicuntur. num. 5.
Augurum collegia ex Romulo. nu. 6.
Augura in prætio habita apud varias nationes. nu. 7.
Auguria pro calatis commitijs. num. 8.
Calatis commitijs teſtamenta. nu. 9.
Auſpitia data pro omnibus veteris Iuris Magiſtratibus eligendis. nu. 10.
Auſpitialis dies Kalendis dictus. nu. 11.
Kalendis ludos publicos, ſcœnas, ſalutationes, & bona verba. num. 12.
Kalendarum feſtiuitas ex Auſpitio celebris. num. 13.
Munerum profuſiones in Kalendis ex boni auſpitij cauſa. num. 14.
Aguinaldos *apud nos vnde originem habuerint. num. 15.*
Conuiuia ex intentione impendendæ charitatis laudata. num. 16.
Auſpitia debent abeſſe in Chriſtianis feſtiuitatibus. num. 17.
Augurum ſumma poteſtas. num. 18.
L. XII. Tab. de Augurij poteſtate. n. 19.
Aues cœlorum cauſas referre crediderunt Gentiles. nu. 20.
Aues non omnes in augurio fuerunt. n. 21.
Pica apud Græcos amantibus fauſta, columba Regibus. nu. 22.
Oſcines *quæ dicebantur aues. num. 23.*
Aues ad ſe inuicem confabulari. nu. 24.
Thyreſias, & Melampus gloriabantur ſe voces auium intelligere. num. 25.
Prępetes *aues quæ dicebantur. nu. 26.*
Aues volatu infauſta protendentes, canendo bonum augurium. nu, 27.
Bubo cantu infeſtus, volatu fauſtus. nu. 28.
Pullorum tripudium. nu. 29.
Auguria omnia redacta ad volatum. n. 30.
Augurij cauſa apud Romanos religioſiſſima. nu. 31.
Auium oſtenta quam varia. n. 32.
Oſtenta è cœli regione deſignata. nu. 33.
Oſtenta quæ appellabantur bruta. nu 34.
Auguria omnia vanitatis, & ineptia damnat Cicero. num. 35.
Iudæi de augurij vanitatis ſententia. nu. 36.
Hector Polidamantem de augurio reprehendit. num. 37.
Augurij nomen in malam partem ſumitur. num. 38.
Augurium ſemper prohibitum. nu. 39.
Geneſ. cap. 44. de augurio aductus, nu. 40.
Iacob quo ſenſu ſe augurari dixerit. nu. 41.
Noe ex corui mora, & columbæ redditu, diluuij ſtatum prædixit. num. 42.
Deus quandoque multa ex cauſis naturalibus oſtendit. num. 43. 44. & 45.
Signa diuina ſub peccati reatu debemus obſeruare. num. 46.
Signa diuina quæ varijs euentibus prænuntia fuerunt. num. 47.
Campana oppidi de Velilla, *ad quam diuinationis partem referatur. num. 48.*
Augurij damnatione non comprehenduntur ſigna diuina, neque naturalia. nu. 49.

AVGVRIVM, & Auſpicium vterq; circa aues verſabatur, eorum volatus, & garritus pręſcrutando, ex arte quadam, & ſuperſtitioſa obſeruatione, cuius ritꝰ, & formulas oſtendit *Barnab. Briſon. lib. 1. de formul. populi Rom.* † Augurium fiebat ab his, qui

qui erant de expreſſa eius profeſsione, quę ab Hetruſcis habuit originem, & apud Romanos in prætio habita, ad quod fuerunt collegia Augurium, de quibus plura *Plin. lib. 7. cap. 56. & lib. 8.*
3 *cap. 28.* † Vnde Auguria dixit *Varro*, quaſi *auium garria*, eo quod auium garritus, & volatus obſeruent: vel *auigeria*, quod *alles gerant*, vt teſtatur *D. Iſid. lib.*
4 *8. Ethymol. cap. 9.* † Auſpicia autem dicuntur, quæ iterfaciẽtes obſeruant volatus auium, & voces intendentes alia q́ue ſigna rerum, vel obſeruationes im prouiſas hominibus occurrẽtes ferũt, vt docet *D. Auguſt. lib. de natura dæmon.*
5 † Quare *Auſpitia*, quaſi *auium inſpitia*, dici contendit *D. Iſid. vbi ſup. tranſumptiue in cap. igitur h. 26. quæſt. 3.* quandoq́; pro fortuna, Vergil. Aeneid. 6.

En hui⁹, nate, auſpitijs illa inclyta Roma.

Quandoq́ue pro Imperio, & poteſtate Vergil. Aeneid. 4.

Paribuſq́; rogamus auſpitijs.

6 ¶ Auguria enim religioſiora fuere, quia & commendauit Romulus, qui collegio Augurum inſtituit, & ex ſingulis tribubus Augurem vnum elegi præcepit, vt ex Cicerone, & alijs narrat *Alexan. ab Alex. lib. 5. dier. Genial. cap. 19.*
7 † Vnde Auguria in prætio habita, non ſolum apud Phrygios, hoc eſt, Troianos, quos huius artis dicit authores *D. Iſid. d. cap. 9.* Et Chaldæos á quibus Græci edoctos illam Hetruſcis docuerunt: ſed etiam apud Romanos, quibus nihil in augurario agere licebat, *Cicero*
8 *lib. 1. diuinat.* † Hinc Auguria pro calatis comitijs, quę pro Collegio Pontificum habebantur, aut Regis ſacrorum, & Flamminum in augurandorũ cauſa, vt tradit *Aulo Gel lib. 15. noct. Atticar. cap. 26.*
9 † In quibus non leges modo, arrogationes, emancipationes, ſed etiam teſtamenta ſolemnni iuris fiebant, vt docet Iuſtinian. Imper. in principio Inſtit. de teſtam. ordin. *ſciendum eſt olim quidẽ duo genera teſtamentorũ in vſu fuiſſe, quorum altero in pace vtebantur, quod calatis comitijs appellabant.* † Simi- 10
liter, & Auſpitia data pro omnibus veteris Iuris Magiſtratibus eligendis, maiora pro maioribus ſecundum officij fuctionibus, vt docet idẽ *Aulo Gell. lib. 13. noct. Attic. cap 14.* † Quæ quia Ka- 11
lendis fiebãt, ille *dies Auſpitialis* dictus fuit: nõ quod Magiſtratus auſpitia ſũpſiſſent modo, ſed quod aliquid ex munere delibarent, & leues aliquas, & tranſlatitias cauſas, dicis cauſa propoſitas audirent: vt tradit *Sueton. in Neron.* † Hinc ludos publicos, ſcœnas, ſalutatio- 12
nes, & bona verba, Ouid. lib. 1. Faſtor.

Proſpera lux oritur, linguis animiſq́ue fabete.

Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.

† Hinc comeſationes, coreas, cantus, 13
pſaltationes, modultationes, & læta omnia, quaſi in principio anni boni fati augurio, vt tradit *D. Auguſt. epiſt. 64. ad Aurelian.* quæ quia ad nos peruenerunt prohibentur in *Concilio Antiſiodorenſi Can. 1. cap. ſi quis Kalendas, cap. non obſeruetis, cap. non oportet, h. 26. quæſt. 7.*
† Hinc munerum profuſsiones, eſcu- 14
lenta, & id genus plura, quæ adeò largæ fuerunt, vt lege Cintia de muneribus, moderarentur, quia Ptholomæo viginti talenta pro capita obtuliſſent. *Ioſeph. lib. 12. cap. 4.* † Ex quo apud nos 15
originem habuerunt, *ſtrenæ* Hiſpané *Aguinaldos*, quę ſimiliter ex hoc capite prohibentur *in dict. cap. non obſeruetis.* Ne populus Chriſtianus ſuperſtitioſo ritu implicaretur, vt notat conciuis, & præceptor meus *P. Mar. de Roa de die natal. cap. 5. & 6.* † Et eo ſenſu conuiuia 16
etiam ſunt damnata, & alia quæ auſpitij cauſa fuerunt, niſi fiant in honorem Chriſti, & vt magis charitati impendamus, nam vt ait D. Gregor lib. 2. epiſt. 37. *Conuiuia, quæ ex intentione im-* 17

pendendæ

pendendæ charitatis fiunt rectè vestra fra-
17 *ternitas cõmendauit.* † Dum tamen omnis absit superstitio, omnis paganæ religionis dogma, omnisque augurij, aut ominis obseruatio, quę in his adesse solet, Ouid. lib. 1. Fastor.

Tempora commissi nascentis rebus agendis,
Totus ab auspitio ne foret annus inerst.

¶ Vnde Augurũ summa potestas fuit,
18 non solum in Magistratibus eligendis, sed etiam in legibus condendis, & abrogandis, ita vt si Augur ex aliqua sibi visa superstitione pro lege, seu contra legem proferet sententiam, nulla alia expectata causa, lègem ferebant, vel abrogabat, & calata commitia dissolue bant, & omnia pro liuito moderabant, vt tradit *Clar. Siluius, lib. 1. de legib. cap.* 10. Nam eorum arbitrium super
19 omnes Potestates, & Sacerdotes fuit, ex l. XII. Tabul. quam refert *Cicero lib. 2. de legib.* in hunc modum, QVAECVNQVE AVGVR INIVSTA, NEFASTA, VITIOSA, DIRA, DEFIXERIT, IRRITA, INFECTAQVE SVMPTO. † Nam per
20 aues de voluntate Deorum certiorari arbitrabantur, quibus casus, & euentus hominibus enũciari crediderunt, Stat. lib. 3. Thebaid.

Iupiter omnipotens, nam te pernicibus alis
Adere consilium, volucresque implere futuri
Omniaque, & causas cœlo deferre latentes.

21 ¶ Sed aues nõ omnes in Augurio fuerunt, sed quibu sdam, vt docet Plin. *lib. 1. cap.* 13. neque omnibus deseruiebãt; nam Cygnus signa dabat nauigantibus, Vergil.

Cygnus in augurijs, nautis gratissimus ales,
Hanc optant semper, quia nunquam mergitur aquis.

Pica apud Græcos amantibus fau- 22
sta, vt testatur *Aristoph. in auibus*, apud Romanos columba solis Regibus auspicium dabat, quia nunquã sola volat, Vergil. Aeneid. 6.

Maternas agnouit ille aues.

¶ Ex his, & alijs quædam dicebantur 23
Oscines, quæ cantu, seu garritu putabantur prædicere, quia vt ait Varro lib. 5. de ling. Latin. *Oscines dicuntur, quod ore faciunt auspitium: ab ore, & cano.* quales coruus, turdus, cornix, Vergilius Eclog. 1.

Sæpe sinistra caua prædixit ab illice cornix.

¶ Nam putabant veteres ad se inuicẽ 24
aues confabulari, vt diximus *sup. cap. 2. ex num.* 18. ex quo nata fabula Alcoranis; quod Regina Sabbà ex auium vocibus habuisset notitiam Salomonis, vt tradit *Horos. de Conar. lib. 2. de falsa Proph. cap.* 21. † Ex quo similiter Thy- 25
resias, & Melampus gloriabãturse voces auium intelligere, quemadmodum apud Vergil. Aeneid. 3.

Qui Tripodas Clarij lauros, qui sidera sentis,
Et volucrum linguas, & præpetis omnia pennæ.

Nam vt ait Stat. lib. 3. Thebaid.

Tunc omnia in astris.
Consonat arcana volucris bona murmura lingua.

¶ Aliæ dicebantur *præpetes*, eo quod 26
volatu ad auguria deserbirent, nam vt ait Fest. *antiqui dicebant præpetere, pro ante ire*, quales erant aquila, bubo, turtures, vultures, vt idem tenet *Fest. in voce alites.* † Quarum differentia in eo fuit, 27
vt si illæ aues quæ velatu infaustũ protendebant, canerent: bonum erat augurium, nam vt ait Amnian. lib. 30. *omnes enim aues oscines malæ, præpetes bonæ sunt; vel è contra malæ præpetes, oscinæ bonæ.* † Vt bubo, qui cantu infestus fuit, 28
volatu, & situ faustus fuit arbitratus,

vt

vt narrat Seruius ad illud, Vergilij Aeneid.4.

Solaq; culminibus ferale carmine bubo
Sæpè quæri, & longus in frætum ducere voces.

29 ¶ Fuit ſimiliter alia augurij ſpecies ducta à paſtu, in qua pullus gallinaceus (ad hoc enutritus) é cauea educebatur, qui ſi auide cibum arripiebat, ita vt é roſtro grana exciderent bonũ eſſet auguriũ, ſin autem cõtra: aut nollet edere pro infauſto habebatur, vt tradunt *Feſt. Varr. & Cicer. vbi ſup. Arnob. lib. ad-*
30 *uerſus Gent. Valer. Max. lib.* 1. *c.* 4. † Sed omniũ auguria redacta fuerũt ad volatũ, & ad id Augur ex ſublimi loco illa obſeruabat, tã auide, & religioſé, vt ſi in ſumma illa quiete, quã totus populus in calatis commitijs tenebatur, vt narrat *Plutarch. in Numer.* ſi forté mq exaudiretur irrita omnia fuiſſe, tradit
31 *Plin. lib.* 8. *c.* 57. † Quod adeò apud populum Roman. crebuit, vt ex hac ſola tã leui auſpicij infauſta ſuperſtitione Fabius, ad Dictaturam accitus, nõ perueniret, & Cai. Flãminius ad Magiſtratũ equitũ vocatus, non pertingeret,
32 vt tradit *Valer. Max. d. lib.* 1. † Quarum quidẽ auiũ oſtẽta alia dicebãtur *oblatiua*, quæ nõ poſcebãtur, alia *imperatiua*, quæ vẽciẽt optata, & quęſita, vt docẽt *idem Feſt. in voce Puls, & Cic. lib.* 1. *diui-*
33 *nat.* † Ex his quædã è cœli regione deſinata captabantur, & dicebatur *oſtentum*, quædam ex tonitruis, & fulgetris hęc vocabantur *templũ*, vt docet *Varro*
34 *lib.* 6. *de ling. Latin.* † Quarũ alia *bruta*, quæ nulla ratione nitebantur, alia *fatidica*, & hęc rurſus, vel *peſtiſera*, vel *conſiliaria*, vel *auxiliaria*, & huiuſmodi nugaciſſima, vt tradũt Seneca in natural. qq. Plin. lib. 1. cap. 52. & lib. 28. c. 2. Seruiꝰ, & Acrõ ad illud, Verg. Aeneid. 12.

Accipio, agnoſcoq; diuos.

35 ¶ Quæ omnia vanitatis, & ineptię dãnauit, *Cic. lib.* 2. *diuinat.* lõge prudentior hac in re, quiã *Plato in Phædr. & Xenophon. in Cyripæd.* nã vt ait Deut. cap. 18 *Gẽtes iſtæ quarũ poſſidebitis terram augures, & diuinos audiũt, tu autẽ à Domino aliter inſtitutus es.* † Quo reſpexit Hecatæus Abderita, quæ hiſtoriã Iudæorũ ſcripſit, dũ iter tenderent ad mare rubrũ Augur ſtare iuſiſſet, quouſq; auis (quæ ſtabat) quo tẽderet, cognouiſſent, vt illic ſe conferrent: miles quidam ſilẽtio arcu tracto auẽ percuſsit, atq; interfecit, ex quo Augur, & alij exclamãtes. *Quis eſt*, inquit, *iſte furor, ò homines, quomodo enim auis iſta ſui fati inſcia de obitu potuit nos monere?* quod vt prudenter factũ, & ſcitę dictũ memorãt *Ioſeph. li.* 1. *cõtra Apion. Euſeb. li.* 9. *præparat. Euãg.* 36
c. 2. *Polidor. lib.* 3. *de prodig.* † Et Hector 37
ille fortiſsimus Polydamãtẽ augurẽ, quo Seruanij augurijs atrahere curaret, arguit apud Homer. Iliad. 12.

Tuis me cupis accedere vanis
Augurijs, quæ ſperno equidẽ, quia ſtulta videntur,
Seu dextræ expectentur aues Phaetontis ad ortum,
Siue ſiniſtra petant obitum limina ſolis,
Nil rationis habent, cum ſint ratione carentes.

Vnde Augurij nomẽ ſẽper in malam 38
partẽ accipitur. Num. c. 5. *Non eſt Auguriũ in Iacob, nec diuinatio in Iſrael.* Eccleſiaſt. c. 34. *Diuinatio erroris, & Auguria mẽdacij.* † Ideò ſemper prohibitũ, ac de- 39
teſtatũ *Leuit. c.* 18. *Deut.* 10. *Eccleſiaſt.* 34. *Hierem.* 27. *Iſai.* 2. *Reg.* 4. *c.* 17. *& cap.* 21. *c. illud, c. ſed & illud, h.* 26. *q.* 2. *cap ſi quis Epiſcopus, c. aliquanti, cap. ſi quis clericus, cap. Augurijs. d.* 29. *q.* 5. † Neque obſ- 40
tat in hac arte ſanctiſsimus patriarcha Ioſeph ſe peritum profiteri, Geneſ. cap. 44. *An ignoratis, quod non ſit ſimilis mei in Augurandi ſcientia.* † Quia vel ex populari ſententia loquitur, in qua pro Mago habebatur, vel vt 41
magis de furto fratres conuinceret,

qui ea arte cõperiſſe crederent, vel dũ in aula Principis familiaritate eiꝰ vteretur eã ſe voluit ſciẽtiã profiteri, quã ipſi tenebãtur, cũ Reges Perſię omnes
42 Magi eſſent, *Cicero lib. 1. Diuinat.*† Nec minus obſtat Noe per coruũ, & colũbã diuinaſſe, ex primo non ceſſaſſe diluuiũ, ex altera terrã apparuiſſe, Gene. c. 8. *At illa venit ad eum ad veſperam portans ramũ oliuæ virẽtibus folijs in ore ſuo: intellexitq; Noe, quod ceſſaſſent aquæ ſuper terrã.*† Nã multa Deus cauſis naturalibus ſolet oſtẽdere, quæ quia diuina
43 ſunt non debẽt ad hãc ſuperſtitionem referre; quemadmodũ in colũba, quæ ſuper Chriſtũ aſcendi in ſignũ aduẽtus Spiritus ſancti, *Matth. c. 3.* quã naturalẽ
44 fuiſſe docet *D. Tho. p. 3. q. 39. art. 7.*† De altera columba, quæ viſa eſt Angelico Doctori, ac veræ Theologiæ anteſignano D. Thoma Aquinati aloquenti; *Sur. tom. 2.* de coruo, qui Eliã pauit, *Reg.*
45 *3. c. 17.*† De alio coruo, qui D. Vicẽtio mortuo aſtitit, qui volucres, & alias feras volatu graui irruenter arcebat, *Metaphraſt. in eius vit.*

46 ¶ Quæ quidem Auguria (ſi ita dici valent) cũ ſint diuina ſigna, & à Deo tãquã ſuæ volũtatis nũtia hominibus miſſa, nõ ſolũ licita ſunt, ſed ea ſub peccati reatu debemꝰ obſeruare, vt tradit *Fran. Suarez de relig. lib. 2.* & huiuſmodi eſt ſignũ illud, quod Eleazar obſeruauit pro vxore ducẽda filio dñi ſui, *Geneſ. c. 24.*
47 † Necnon vacarũ mugitus in ſignũ ſupplicij Iſraelitarũ, *Reg. 1. cap. 6.* & manus Regi Balthaſari apparẽs, *Daniel. c. 5.* quia Dei charitas erga nos ita ſe oſtẽdit, vt nõ feriat, niſi prius admoneat, Pſ. 59. *dediſti metuẽtibus te ſignificationẽ, vt fugiãt à facie arcus.*
48 † Nec dſũt, qui ad hãc partẽ referre conẽtur cãpanã oppidi *de Velilla*, quæ antequã republica Chriſtiana aliquod dãnũ paciatur nullo pulſante edit ſonũ, vt narrat
49 *Leonar. Vayrus lib. 2. de Faſcin. c. 14.*† De quibus ſignis ſiue augurijs, vtpotè diuinis non loquor, cũ de augurij deteſtationẽ agimus, neq; de naturali auiũ præſentione, quia cum hęc pẽdãt à natura nulla artificij, neque vanitatis admixta ſuperſtitione, licita ſunt, vt alia naturalia, quemadmodum diximus *ſup. hoc lib. 1. cap. 2.*

CAP. XXII. de Sortilegio.

SVMMARIVM.

Sortilegium omnem diuinationem complectitur, n. 1.

Sortilegium ſummitur pro diuinatione, quæ ſorte celebratur, n. 2.

Sortilegium habuit originem ex Fortunæ veneratione, n. 3.

Sortes Phœbeiæ, Deliæ, Lyciæ, Anciates, & Delphicæ, n. 4.

Sors pro Fortuna, & pro Oraculo, n. 5.

Sortes, quare prohibitæ fidelibus, n. 6.

Sortes prohibentur omni iure, n. 7.

Omnis diuinatio vertitur in Dei iniuriam, num. 8.

Diuinatio omnis, etiã bono zelo interdicta, quia amicitia dæmonis prohibetur, n. 9.

Sortilegij euentus à Fortuna expectatꝰ cõtinet idolatriam, n. 10.

Sortilegij caſus ſi à Fato attenditur eſt hæreſis, n. 11.

Rota Fortunæ, quibus ſcateat ſuperſtitionibus, n. 12.

Rota Fortunæ damnata, n. 13.

Ars Planetaria Coroło Magno miſſa, n. 14.

Sortilegij effectus de neceſſario adſcribendus eſt dæmoni, n. 15.

Talorum, vel Teſſararum ſortes, n. 16.

Fabarũ ſortes in Hiſpania frequẽtes, n. 17.

Fabarum ſortes, vt hodie, ita olim, n. 18.

Sortes varijs ex cauſis in ſacris literis admiſſæ, n. 19.

Sortes, aut ſunt diuinatoriæ, aut diuiſoriæ, aut conſultoriæ, n. 20.

Conſultoriæ ſortes tot exigunt conditiones, vt rarus ſit earum vſus, n. 21.

Con-

Cõsultoriæ sortes euentum debẽt expectare à solo Deo,n.22.
Consultoriæ sortes à dæmone,astris,vel fortuna nequeunt expectari,n.23.
Consultoriæ sortes adhiberæ debẽt sine vlla superstitione,aut abusu,n.24.
Sortientes debent niti æquali iure,n.25.
Consultoriæ sortes non debent mitti, vt voluntas diuina dignoscatur,n.26.
Consultoriæ sortes mittuntur, quando nullũ aliud suppetit remedium,n.27.
Consultoribus sortibus debet præcedi diuina reuelatio,vt licitæ sint,n.28.
Consultoriæ sortes mittuntur precibus ad Deum fusis,n.29.
Apostoli sortes admisisse,quia ante acceptum Spiritus sanctus adhuc ceremoniali lege vtebantur,n.30.
Apostoli post acceptũ Spiritum sanctũ sortibus vsi non sunt,sed orationibus,n.31.
Sortes ex libro sacro summere est damnatũ, n.32.
Apostolorũ sortes, qua de causa prohibitæ, n.33.
στοιχειωμαντειαι, quæ nam sit,n.34.
Ludus pastorũ, qua de causa prohibitus,n.35.
D.Augustinus,& Christianiss.Reges Frãcorum de libris sacris nomina sumerũt, nu.36.
Sancti viri libros sacros nõ apperunt,vt diuinationem quærãt,sed vt aliquid fructus percipiant,n.37.
Ferdinandi Cortesi de sortiẽdo patrono narratio,n.38.
S.Trinitatis congregationis consuetudo de sorciendo patrono,n.39.
Diuisoriæ sortes ferè semper licitæ,n.40.
Diuisoriæ sortes in iure sæpè mittuntur, n. 41.
Iudicium sortis frequentissimum,n.42.
Iudiciũ sortis sequi debemus in omnib⁹ casib⁹,in quibus,de iure permissũ est,n.43.
Iudicium sortis admissum, quando vertitur dubitum in iure secus in facto,n.44.
Milites in bello capta sorte diuidere consueuerunt,n.45.
Sortes admissæ in electionibus sacris, & prophanis,n.46.
Cap. Ecclesia de sortileg. explicatus,num. 47.
Causa quando absq; sortibus nequit terminari, sortes admittuntur, etiam in rebus Ecclesiasticis,n.48.
Electionibus Ecclesiasticis sortes admissæ, n.49.
Sors Polytica,vnde nata est,n.50.
Athenienses in Areopago conieciis in vrnã sortibus Magistratus eligebãt, n.51.
Dignitates,& officia sorte diuisæ,n.52.
Proconsules, Quæstores, Prætores sibi sorciebantur,n.53.
Dij ipsi de imperio sorciebantur,n.54.
Coloniæ sorte diuisæ,n.55.
Regna,& imperia sorte diuisa,n.56.
Tẽpestatis tempore licitum est sortiri, quis è naui eiiciatur,n.57.
Mitelis sortiri, quis primus vrbem ingrediatur,n.58.
Sors controuersias diuidit,& interpotentes quoque diiudicat,n.59.
Lotheriæ contractus,Hispanè,de la Rifa, qua de causa permittatur,n.60.
Contractus forma potest inter partes conueniri,n.61.
Manimonia sorte celebrata,n.62.
Olympios vxorem sibi sorte designat, n.63.
Sotiri vxorem,pro id ẽ quod ducere,n.64.
Seneca de matrimonio sorciendo commendatus,n.65.

SORTILEGIVM licet omnẽ diuinationẽ cõplectatur, vt tradit *Plin.lib.* 8. *cap.* 4. *Paul. Grillan. de sortileg. q.* 1. *nu.* 3. *Petr. Gregor. in syntagm.p.*3.*lib.* 34.*c.*1.*n.* 11.† Nũc illud accipio pro diuinatione, quæ sorte tantum celebratur, delusorium sanè, & summe noxium, quia fit absq; dubio dæmonis ministerio,*cap. qui sine saluatore*

tore.h.26.q.2. D.Thom.2.2.q.95.art.3.

3 † Quod videtur habere originē apud Gentes ex veneratione Fortunę Deæ, in cuius templo loco Oraculi sortes mittebantur, vt in templo Prænestræ traddit *Cicer.lib.2.Diuinat.* ex quo dictę

4 *sortes Prænestinæ.* † Cuiusmodi fuerunt plura alia, vt Phœbeiæ, de quibus meminit *Seneca in Oedip.* Deliæ, Lycię, Anciates, ac Delphicæ, vt apud Horat. in Arte poet.

Et diuina futuri
Sortilegia non discrepuit sententia Delphis.

5 Vnde sors pro Fortuna in *auth. vt omnes obediant iudic.* §. *arripiant, collat.* 5. Itē, & pro Oraculo, vt traddit Valer. Max. lib. 1. *cuius rei explorandæ gratia legati apud Delphicum Oraculum missi retulerint Principi sortibus,* & pro necessitate fatali, Vergil. Æneid. 3.

Hic exitus illum sorte tullit.

6 Vnde licet sortib⁹ nihil insit mali prohibentur tamen fidelibus ne sub specie diuinationis idolatriæ cultū irrepat, *c. ij, qui c. sortes. d.26. q.2. Troil. Maluet,*

7 *tract de sortib. q.3.* † Ex quo omni iure prohibētur, *cap. sortilegi. d.26. q.1. cap. non exemplo, cap. illud, d.26. quæst.2. cap. si quis Episcopus, c. non licet, cap. non oportet, cap. aliquāti, cap sortes. d.26. q.5. cap fin. de sortileg. l. nullus. l. nemo. l. qui umq; C. de malefic. & math. l.1. tit.23. p.7. l.6. tit.3. lib.*

8 *8. Recopil.* † Neq; tollerari debent, quia omnis diuinatio infidelē cū dæmone amicitiā cōtinet, *D. August. lib.2. doctr. Christ. c.22.* & ita in Iniuriā Dei vertitur, *D. Thom.2.2.q.95. a.1 6. & 7. Petr.*

9 *Greg. in syntag. d. lib.34. cap.7. n.5.* † Ideò grauissimū est peccatū, etiam si bono zelo exerceantur, *cap.2. de sortileg.* quia nobis interdicta est omnis cū dæmone amicitia, Apostol. Corint. 1. cap. 10.

10 *nolo socios vos fieri dæmoniorum.* † Nam si effect⁹ à Fortuna Dea expectatur, manifestā continet idolatriam, vt traddit *Euseb. lib.9. præparat. Euang. c.2.* quia vt ait Iuuenal. Satyr. 10.

Te facimus Fortunam Deam cœloque locamus.

Si à Fato euentur expectat cōtinet manifestam hæresim, quia Fatū esse credit, quod tot sæculis Ecclesia impugnauit, quia nihil aliud est hæresis, quam aliter, quam Ecclesia tenet dissentire, 12
cap. hæc est fides 24.q.1. † Quemadmodū in rota Fortunæ inuenimus per quosdā circulos Planetis, Signis, & numeris distinctos, cū de alicuius fato quæritur superstitiose inuestigari, vt dum puer essem apud multos vidi, & maximé in vsu esse in Fez, narrat *Ioan. Leo in*
13 *hist. Afric. lib.3.* † Quæ expressé quidē damnatur *in cap. nō observetis. h.26.q.7.* sub illis verbis, *siue qui per quosdam numeros literarū, & lunæ, & per Pythagoricā necromantiam, ægrotātium vitam, vel mortē, vel prosperā, vel aduersā fortunā inquirunt.* † Cuiusmodi fuit *Ars Planetaria* laminis inscripta, & Carolo Magno missa obtinendæ omni cognitioni supernaturali, artium, & scientiarum, de qua *Mart. del Rio lib.2. Magicar. cap.*
2. † Nā cū sortes huiusmodi naturali- 15
ter nullā habere virtutē dignoscātur, neq; à Deo sint institutæ de necessario effectus adscribēdus est dæmoni, cui⁹ pacti sunt signa, ideò ea obseruare peccatū est mortale, contra religionem, vt docet *Suarez lib.2. de relig. capit.* 12.
† Siue per talos, vel tessaras tales sor- 16
tes experiantur, vt quæ ā fato suo quærebūda in suū caput recidere agnouit apud Alciat. embl. 129.

At cui iactato malè ceserat alea talo.

Siue etiā per fabas, vt olim infęlix illa 17
Beatriz, qua die à Ferdinando viro suo vna cū Cōmēdatarijs in adulterio deprehēsis fuit Cordubæ interfecta, fortunā consulens mali exitus fabæ nigrę signa dederunt, vt in eorum tragedia meminit *Lope de Vega Carpio.* † Nec so- 18
lum His-

lum Hiſpaniæ figmentum eſt, nã priori ſeculo apud Romanos in vſu video, vt conſtat ex Ouid.

Et nĩgras accepit ore fabas,
Aduerſuſq; iacet: ſed dum iacet hæc ego mitto,
His inquit redimo meq; meoſq; fabis.

19 ¶ Sed inuenio ſortes varijs de cauſis in ſacris litteris admiſſas, *Leuit. cap.* 16. *Nume.* 17. 26. & 33. *Ioſ.* 7. & 18. *Reg.* 1. c. 10. & 14. *Paralip.* 1. c. 25. *Eſdr.* 2. *cap.* 11. *Prouerb.* 16. & 18. *Exech.* c. 21. *Ion.* 1. *Act.* 20 *Apoſ.* 1. † Quare diſtinguendũ eſt inter ſortes diuinatorias, & conſultorias, & diuiſorias, nã primæ nullo modo ſunt licitæ, ſecundę vero poſſunt aliquando permitti, tertię vero ſemper permittũtur, vt probãt *Mart. del Rio li.* 4. *Magic.* 21 *c.* 4. *Tho. Sanch. in ſum. to.* 1. *li.* 2. *c.* 38. *ex nu.* 57. † Quare vt diuinatorias omiſſas faciã, quia ſẽper prohibitæ; ḋ Cõſultorijs ſciẽdum eſt tot exigere cõditiones, vt raro licitus ſit earũ vſus, vt multis relatis, tenet *Raph. de la Torre tom.* 2. *de vitijs oppoſ. relig. q.* 95. *art* 8 *diſp.* 2. & *q.* 97. 22 *art.* 1. † Primo enim attẽdi debet, quod euentus expectandus eſt nõ à fortuna, neq; à Fato, neq; ab aſtris, neq; à Dæmone, nẽq; ab alia cauſa naturali, ſed à ſolo Deo, iuxta illud Pſ. 30. *In manu tua ſortes meæ*: quia vt ait Sapiens Prouerb. c. 16. *Sortes mittuntur in ſinu, & à Domino tẽperantur.* † Nã ſi euentus expectatur à 23 dęmone, ſecũ habet ſuã improbationẽ: ſi ab aſtris mortale eſſet peccatum, ſi à fortuna, vel fato, idolatria, vt docent *Veracruz, & Toledo lib.* 2. *Phyſicor. ſpec.* 5. 24 † Secundo quod adhibeatur ſimplex ſors, ſine vlla ſuperſtitione, vel abuſu rerũ ſacrarũ, aut ſacræ ſcripturæ, vt docet *D. Aug. in c.* 3. *h.* 26. *q.* 3. Quarũ abuſus mortale eſt peccatũ, *Suarez de relig.* 25 *li.* 2. *c.* 19. † Tertio, quod illi, qui ſorciũtur æquali iure nitantur, aliás enim eſſet iniuſta ſortitio, & quidẽ grauior ſi ḋ bono publico ageretur, vt docet *Soto in.* 4. *diſt.* 37. † Quarto, quod nõ propter 26 ué, aut ſuperſtitioſé iactẽtur, vt voluntas diuina dignoſcatur, quia hoc illicitũ eſt, *D. Aug. li.* 1. *Doct. Chriſt. c.* 28. Sed iuſto pietatis zelo, vt lites ſubmoueãtur, Prouerb. c. 18. *Cõtradictiones comprimit ſors, & inter potẽtes quoq́ue diiudicat.* † Quinto, quod nullũ aliud ſuppetat re- 27 mediũ: quia tunc licitũ eſt Deũ conſulere, & ſignũ ab eo petere, vt fecerunt ſerui Abrahæ pro vxore ducenda filio dñi ſui, *Geneſ. c.* 24. ſecũdũ expoſitionẽ *D. Tho.* 2. 2. *q.* 95. *art.* 7. † Idq; maxime 28 ſi diuina pręcedat reuelatio, vt in furto Acham, *Ioſ. c.* 7. Et in ſcelere Ionathã, *Reg.* 1. *c.* 14. Et ḋ cauſa tẽpeſtatis *Ion. c.* 1. † Necnon pręcibus ad Deũ fuſis, vt A- 29 poſtoli in electione inter Matthiã, & Barnabã ſortes mittẽtes, Acta Ap. 1. *Et orantes dixerunt, tu Dñe, qui corda noſti omnium, oſtende quem elegeris.* † Ni vellis 30 Apoſtolos ſortes admiſiſſe, quia ante acceptũ Spiritũ ſanctũ adhuc ceremoniali lege vtebantur, quæ ſortes inter alia admiſit, vt tradit *Venerabilis Beda in illo actor.* 1. † Cũ poſt acceptũ Spiritũ 31 ſanctũ amplius ſortibus vſi nõ ſint, ſed orationibus, vt in electione Diaconorũ, & Presbyterorũ, *Acta Ap. c.* 6. & 14. Quia Deus nõ ſorciẽtibus, ſed orãtib⁹ cuncta promiſit *Matth. c.* 7. *Marc.* 11. *Ioan.* 14.

¶ Vnde ergo errare videtur, qui vt ta- 32 les Apoſtolorũ ſortes immittẽtur librũ ſacrũ aperiunt, vt ex primo occurrentibus ſortes accipiãt, vt in c. vnico, ibi; *Scripturarũ inſpectione, h.* 26. q. 1. c. hi qui. d. 26. q 2. *de paginis Euãgelicis ſortes legunt.* † Quas ideò, quia ſanctorũ, & 33 Apoſtolorũ ſortes nefario ſacrilegio vulgus appellat, ſub eo nomine nõ vno Concilio dãnantur, *d. c. vnico, c. non ſtatim, c. non exẽplo, h.* 26. *q.* 2. *c. aliquanti, cap. ſortes, c ſi quis. clericus d.* 26 *q.* 5. † Nam id 34 potius pertinet ad στοιχειωμαντειαν, *ſtoicheiomanteian*, quã ex verſus Homeri, Muſei,

Muſei, Virgilij, vel alterius, veteres habuerunt, vt tradunt *Plato in Critone, Cic. li. 1. diuinat. Valer. lib. 1. cap. 5.* Et Virgilij fit mẽtio apud *Eſparcian. in vita Adria.*
35 *& apud Lãprid. in vita Alexã. Seuer.* †Ex quibus natus eſt ludus, qui deſcribitur in δωδεκαέδρῳ *dodecaedro*, & vocatur *ludus paſtorũ* ad cognitionẽ matrimonij, furti, dignitatũ, liberorũ, &c. quẽ dũ puer eſſem ex religioſo quodã habuit: ſed à prudẽtiſſimo patre meo D. Michaele Hieronymo Torreblanca reprehẽſus, combuſi: de quo vide *Andr. Ceſalpin. li. de inueſtig. dæmon. c. 12.*

36 ¶ Neq; obicias, vel *D. Aug. li. 8. confeſſ. c. 13.* de libris ſacris nomina ſũmẽtẽ: vel Chriſtianiſſimos reges Frãcorũ de ſimili ſcripturarũ inſpectione ſolicitos, vt narrat *Gregor. Turonẽſ. li. 4. hiſt.*
37 *Francor. c. 16. & 20. & lib. 5. c. 14.* †Quia ſancti viri libros ſacros nõ aperiunt, vt diuinationẽ quærãt, ſed vt aliquid lectionis fructum percipiãt, vt qui libros pios pro ſua ſpirituali conſolatione ſolent legere, vt ex eis, quę ſe primo offerunt illo die meditanda, & collẽda ſũmant, vt vita, moribus, & ſanctitate, cõſpicua genitrix mea D. Anna de Villalpando ſe quotidie facere mihi ad-
38 monuit. †Vt de ſuæ Prouinciæ matronis teſtatur, *Cæſari. li. 8. Miracul. c. 56.* & de ſorciẽdo patrono Ferdinandũ Corteſiũ ijdẽ feciſſe narrat *Fran. Gomera li.*
39 *1. hiſt. Mexican. c. 21.* †Ad quod referre nõ dubito laudabilẽ cõſuetudinẽ, qua in ſanctiſſimæ Trinitatis nobiliũ congregatione ſingulis menſibus aliquem nobis ex Beatorũ cętu flexis genibus ſortimur, cui illo tempore plus cęteris honoris, & obſequij impẽdamus, nam vt ait Ouid. lib. 1. Metamorph.

Placuit cœleſte præcari
Numen, & auxiliũ per ſacras quærere
ſortes.

40 ¶ Diuiſoriæ ſortes ferè ſemper licitæ ſunt, nã terra Promiſſionis per ſortem fuit diuiſa, *Deut. c. 1. Acta Ap. 17.* & alibi, Pſalm. 77. *Et ſors diuiſit eis terram*, Paralip. 1. cap. 24. *Dauid ſortibus diuiſit vtramq;.* †Et in iure ſæpè ſortes mittũ- 41
tur, vt de iure dicẽdo. *l. ſed cũ ambo, D. de iudic.* de optione plurib⁹ relicta. *l. ſi duobus. C. cõmun. de legat.* de cautione ab hęredibus danda *l. ſi quæ ſunt, D. famil. herciſcund.* de finibus regundis, & cõmuni diuidundo, plura *Petr. Greg. in ſyntag. d. lib. 34. c. 5. ex nu. 1.* † Vnde iudiciũ ſortis 42
frequentiſſimũ in iure probant *Aſcon. Sigon. li. 2. de iudic. c. 12. Minſinger. li. 4. Ob ſeruat. ca. 37.* Et apud nos. l. 28 Taur. *En tal caſo echen ſuertes.* † Quorũ iudicium 43
ſequi debemus in his omnib⁹ caſibus, qui à iure ſunt expreſsi *DD. in. l. ſi duob⁹, C. cõmun. de leg. Bart. in. l. meminim⁹. C. quãdo, & quibus quar. li. 10. Peralta in. l. ſi quis ſeruũ. §. ſi inter duos, n. 12. D. deleg. 2. Azued. in. l. 12. tit. 4. li. 5. Recop. n. 3.* †Et quãdo vertitur dubiũ in iure, ſec⁹ in facto, 44
gl. in. l. 1. C. vti poſſidet. Iaſ. in d. l. ſi duobus, Imol. in. l. huiuſmodi. §. fi. D. de leg. 1. Anto. Gom. in d. l. 28. Taur. nu. 7. vbi dicit, quod ab hoc iudicio nõ appellatur, quia ſors, vel fortuna non habet in mundo ſuperiorẽ, *Marienç. in d. l. 12. gl. 5. n. 1.* †Ex quo 45
in bello capta militeſ ſorte diuidere cõ ſueuerunt priori ſeculo, & cruci aſtantes in Chriſti veſtimẽta miſſerũt ſortes *Matth. c. 24. Luc. c. 23.* Et apud Maronẽ belli milites AEneid. 6.

Clypeum, criſtaſq; rubentes
Excipiunt ſorte.

¶ Itẽ in electionibus non ſolũ prophanis, ſed etiã ſacris, & inter ſacros viros 46
ſortes admiſſas comperio, vt in electione Saulis, *Regum. 1. c. 10.* Sacerdotes *Paralipomenon. 1. cap. 24. 25. & 26.* Et in nouo teſtamẽnto. D. Luc. cap. 1. *Sorte exit vt incenſum poneret.* Acta Apoſtol. 1. *Cecidit ſors ſuper Matthiam.* † Ne- 47
que obſtat quod in electionibus Eccleſiaſticis ſortes non admittantur. *cap. Eccleſia de ſortileg.* quia in talib⁹ lectionibus

nibus neceſſaria eſt forma data in *cap. quia propter de elect.* ideo ſortes non admittuntur, quia ex illis requiſitis non ſunt, ſiue vt ait tex. in cap. vnico, de eo qui mittit. in poſſeſſ. lib. 6. *ne vitioſus pateat ingreſſus.* † Quare dum ceſſat præ-
48 dicta ratio, & cauſa talis eſt naturæ, quod abſque ſorte nequeat terminari, quia in iure dubitatur, nō negarem ſortes admitti debere, etiam in Eccleſiaſticis, gl. in cap. licet cauſam de probat. *Vbi nullus, vel vterque oſtendit titulum, & omnino ſunt æquales probationes: nec patet, quis ad iudicium prouocauerit ſorte dirimatur.* † Et ita in omni electione ſortes
49 eſſe admiſſas, vbi cauſa aliter terminari nequit tradunt *Suarez de Relig. lib. 2. cap. 12. nu. 9. Azor. tom. 1. inſtit. Moral. lib. 9. cap. 21. Thom. Sanchez in ſumm. tom. 1. lib. 2. cap. 38. ex nu. 58.*

50 ¶ Ex quibus nata eſt ſors polytica, quę reipublicæ dignitates, & officia inter ciues diſtribuit, vt docet *Martinus del Rio lib. 4 Magicar c. 4. q. 1.* inter æquales videlicet, vt ſit licita. *Suarez 12. Raph. de la Torre. tom. 2. q. 95. art. 8. diſput. 3.*
51 *Maiol. de admirā. nat. t. 2. colloq. 2.* † Quod ex Athenienſibus habuit originē, qui Magiſtratus in Areopago coniectis in vrnam varijs litteris nomina ſortiebantur, vt tradunt Demoſth. & Ariſtophones, & alij relati ab *Aſcon. Sigonio,*
52 *lib. 3. de Repub. Athenienſ.* † Ex quibus apud alias nationes officia, dignitates, & regna ſorte diuiſa, necnon, & Conſulatus. Titus Liuius lib. 7. *Cenſuit igitur ſenatus Conſules ſortiri Prouincias,* cui aſtipulatur, *auth. de conſulibus in princip. Dionyſ. Halicarnaſ. lib. 6. antiq. Val. Max.*
53 *lib. 3. cap. 7.* † Item Proconſules ſortiri. *l. emancipati D. de adoptio.* Atque Quæſtores, *l. 1. D. de quæſtor. Cic. pro Muren. & act. 3. in Verr.* necnon Prętores ſorte electi, vt traddit *Sueton. in Cæſar. cap. 18.*
54 *& in Auguſt. 3.* † Nā Dij ipſi de imperio ſortiebantur apud *Homer. Iliad. 15.* qui Iouē, Neptunum, & Plutonē patris regna ſorte diuidentes inducit, ex quo eius ſimia Vergilius Neptunū ſic ventis aloquentem adduxit AEneid. 1.

Non illi imperium pelagi, ſæuumque tridentem,
Sed mihi ſorte datum.

Hinc coloniæ ſorte diuiſæ, domos, & 55
alia *Alciat. lib. 5. Parerg. cap. 22.* nam vt ait Verg. AEneid. 5.

Interea AEneas vrbem deſignat aratro
Sortiturq; domos.

Hinc Regna, & Imperia ſorte diuiſa 56
traddit *Tiraq. de primogen. cap. . . .* officia, & labores belli, vt apud Grecos in obſidione Troiana, Verg. AEneid. 2.

Hinc delecta virum ſortiti corpora furtim.

Hinc tempore tempeſtatis licitum eſt 57
ſortiri, quis naui eijciatur, vt *Ion. 1.* & tēpore peſtis ſortiri, quem parochū in vrbe remaneat, vt docet *D. Auguſt. Epiſt. 180 ad Honor. & lib. 1. doct. Chriſt. cap 28.* † Item ſi dubitaretur inter mi- 58
lites, quis primus vrbem ingrediatur, vel inter religioſos, quis eſſet apud Indos iturus ad fidei propagationē, nā ſic legitur Apoſtolos diuiſiſſe inter ſe miſſiones per orbem, *D. Cyrill. lib. 5. in Iſai. c. 81. Tertulia. lib. 8. conſt. Clem. cap. 5.* † Sors enim controuerſias dirimit, & 59
interpotentes quoq; diiudicat, *Prouer. cap. 18.* & loco iudicialis ſententiæ accipitur, Vergil. AEneid. 6.

Ne vero hæc ſine ſorte datæ, ſine iudice ſedes.

Hinc in vſu contractus *Lotheriæ*, Hiſ- 60
panē, *de la Riſa*, in quo merces pluribus contrahentibus ſortitur cui obtingat, licitus ſané, & permiſſus, vt probat *Franc. Garſia de contractibus lib. 3. cap. 20.* Quidquid aliud videatur ſentire, *Cōrad. lib. 3. de contract. q. 71. concl. 2.* † Etiam in 61
foro cōſciētiæ, vt tenet *Molina de Iuſt. & Iur. p. 3. diſput. 509.* quia inter partes poteſt de cōtractus forma conuenire,

62 *l. neque emptio. D. de contrah. empt.* † Cũ in matrimonio (quatenus contracta) forte celebrata tradit *Tiraq. in l. 3. connubial.* & annuere videtur. *tex. in cap. non licet, huius 26. q. 5.* ibi, *vel coniugia*
63 *forcianda.* † Vnde Olympias apud *Plau. in Casin.* vxorem sibi forte designat, & *Tiberius* (authore Sueron. in eius vita) *quempiam quæstura mouit, quod vxorem pridie sortitione ductã, postridie repudiasset.*
64 † Ex quo natum videtur *sortiri vxorem*, pro *ducere*, vel matrimonio sibi collocare. *l. neque fœmina D. de Senatoribus. l Si rogatus. §. matrimonij. D. de manumiss. vindict. l. 2. C. quãdo, & quib. quam.*
65 *lib. 10.* † Quibus astipulatur conciuis meus Seneca in Octau. act. 2.

Sortita fratris more Iunonis toros

Necnon Propertius cuius locum non teneo, verba sunt.

Mequoque per talos venerem quærente secundos
Damnosi semper insiluere canes.

CAP. XXIII. De purgatione vulgari Monomachiæ, Crucis, Ignis, & Aquæ.

SVMMARIVM.

PVrgationes vulgares quodam sortilegij genus. n. 1.

Purgationes vulgares, appellantur plebeiæ inuentiones. n. 2.

Monomachia à mundi origine habet principium. n. 3.

Monomachia in pretio habita apud omnes nationes. n. 4.

Monomachia apud Palestinos, & Italos in vsu. n. 5.

Monomachia apud Longobardos vsitata. num. 6.

Monomachia apud Gallos, & Hispanos recepta. nu. 7.

Ritus Monomachiæ, siue duelli remissiue. num. 8.

Armorum genus apud omnes nationes non idem fuit. nu. 9.

Duelli vsus ad causas tantum criminales Carol. Magnus statuit. n. 10.

Duelli vsus nõ homicidij tantum causa, sed ob aliud quo grauius crimen. nu. 11.

Duelli vsus ad ciuiles causas extensus. num. 12.

Duelli vsus inter Principes pro Regno. num. 13.

Duelli vsus pro Principibus inter priuatos. num. 14.

Duelli vsus pro causu adulterij. num. 15.

Diuino iudicio sæpe contingit, vt quorum causa iusta erant in Monomachia succubuissent. nu. 16.

Monomachiæ, siue duelli purgatio iure sublata. num. 17.

Monomachiæ qua ratione sublata. nu. 18.

Monomachiæ vsus repugnat iure naturæ, & diuino. nu. 19.

Monomachiæ vsus repugnat iuri Canonico. num. 20.

Monomachiæ vsus repugnat Iuri Ciuili. num. 21.

Trident. Sess. 25. de Reforma. cap. 19. de Monomachia illustratus. nu. 22.

Purgationes vulgares ex crebra periuria sunt inductæ. nu. 23.

Purgatio per crucem quænam fuit. n. 24.

Crucis purgatio genus fuit sortilegij. n. 25.

Crux purgationis genus fuit armorum. num. 26.

Frisones crucis iudicium susceperunt. n. 27.

Cruce disceptare apud Gallos fuit crucis iudicio contendere. n. 27.

Crucis iudicium non est licitum, quia est Deum tentare. nu. 28.

Purgatio per ignem quænam sit. n. 29.

Purgationis per ignem non fuit præfunctus certus numerus. n. 30.

Richarda de adulterio insimulata ferro candenti crimen luit. n. 31.

Kuningunda candenti ferro pedibus nudis

se

se purgauit. num. 32.
Emna pedibus nudis super ignitos bomeres ad contestandam pudicitiam ambulauit. num. 33.
Pyram iugressi probandæ innocentiæ causa per quam multi. n. 34.
Purgatio per ignem fuit inducta ad imitationem fornacis Babilonis. nu. 35.
Purgatio per ignem iure sublata. nu. 36.
Miraculum petere non necessarium, tentare Deum est. nu. 37.
Purgatio per ignem improbata. n. 38.
Purgatio per aquã calidã, & frigidã. n. 39.
Aquæ purgationem Iudex nõ potest admittere. nu. 40.
Iudex vtẽs purgatione vulgari peccat mortaliter. nu. 41.
Aquæ purgatio fuit recepta legibus Longobardorum, Saxorum, Frisorum, & aliorum. n. 42.
Aqua non potu, sed manu iniectioni dabatur purganti. nu. 43.
Aquæ frigidæ purgationis, idem quod calidæ ritus. nu. 44.
Authoris sententia de purgatione aquæ frigidæ exemplo illustrata. nu. 45.
Aquæ frigidæ totus mergebatur quisquis erat purgandus. nu. 46.
Poculũ Zelotypiæ Moysis quare cessauit. n. 47
Poculo Zelotypiæ vtere grauissimum peccatum. nu. 48.
Numeror. cap. 5. de Poculo Zelotypio illustratus. num. 49.
Aqua coeuntibus dabatur ad animi motus sedandos. num. 50.
Martialis locus de aquæ potatione à nullo explicatus. nu. 51.
Aquæ symbolum luxuriæ. nu. 52.

1 PVRGATIONES vulgares quodam sortilegij genꝰ sunt ad quas homines descẽderunt, ex quadam vulgi vsurpatione, atq; obseruatione superstitiosa, dãnata, atq; prohibita, qua innocentes se ostendere conabẽtur, vt tradit *Turre cremat. in cap. consuluisti. de purgat. vulg.* † Quas ideo plenas inuentiones, peregrina iudicia, fabricationes inuidiæ, ac diaboli dolos appellabant Pontifices, *in cap. consuluisti, cap. Memna. cap. in libro namque. 2. q. 5 cap. sententiam sanguinis, ne Cleric. vel Monach.* † Quarum prima sit Monomachia, siue duelli diceptatio, quæ priori sęculo valde frequens fuit, quia sic homines veritatem suam cõperiri credebant, per victoriã Deum manifestantem; quæ á mundi exordio trahit originẽ, vel ex illo Genes. cap. 4. *Dixitque Caim ad Abel, egre diamur foras.* † In omnes nationes pariter obseruata, atque in prætio habita propter crebra periura, vt videre est in *l. antiquis, & in l. fin. tit. 4. lib. 2. ll. Longobard.* † Apud Palestinos in vsu constat, ex Goliath probocatione, quem Dauid supperauit, *Reg. 1. cap. 17.* apud Italos ex primæ Romanæ Monarchiæ condi toris Aeneæ inquam & Turni pugna, de qua *Vergil. Aeneid. 11.* † Post Barbarorum in Italiam irruptionem apud Longobardos satis vsus apparet ex *tit. qualiter se quisque defend. & in tit. de purgat. rei in ll. Longobard.* † Apud Gallos idem probat, *Guido Papa decis. 191. Ho. toman. lib. 3. obseruat. cap. 13.* Apud nos Hispanos ex Septimpartito iure in *tit. 3. 4. & 11. p. 7. & in Foro. ll. lib. 4.*

¶ Ritus duelli, seu Monomachia possunt collegi *ex Annalibus Baiorum, lib. 4. & histor Ticenensi Bernardi Sacci lib. 9.* † Armorum genus nõ idem apud omnes, nam Carolus Magnus voluit, vt fustibus diceptarent: postea arma regionis admitti placuit: ac tandem cõstitutum est, vt rei sit obtio, vt tradunt *Bapt. Susius, & Hieron. Vrreà lib de duell.* † Quo ad causas tantũ criminales Gallis duelli vsum Carolus Magnus statuit, *in l. mentio, tit. 54. legum Francorum.*

11 †Non homicidi tantum causa, vt voluit *Afflict. in Constit. Regn.* sed ob aliud quoduis graue crimen, vt Iuri communi fuerat statutum, *Alciat. & Horosc. in l. ex hoc iure, D. de Iust. & Iur. Bald. in cap. vnico. § si quis hominem de pace, Constan. Menchac. lib. 1. illust. qq. cap. 40.* † Postea ad ciuiles quoque causas extensum, vt apud eosdem met Gallos constat, *ex eorum. ll. tit. 4. lib. 5.* & apud Moscos, & Danos tradunt *Olaus lib. 1. cap. 20. & Saxo lib. 5.*

12

13 ¶ Inter Principes tantum pro Regno, vt inter Corbem, & Orsam Hispanos, tradit *Liuius lib. 38.* inter Petrum, & Henricum Reges, *Marian. lib. 5. Morales 9. hist. Hisp.* inter Emundum Anglum, & Canutum Danum Reges, *Polidor. lib. 7. histor. Anglo.* † Pro Principibus inter priuatos, vt Charellum, & accusatorem Reginæ Gondilbergæ, *Ricius lib. 3. histor. Neapol.* † Pueri quoque pro vxore Henrici III. contra Gigantem, *Paul. Dian. lib. 4. histor. Longobar. cap. 16.* Burchardi contra Conradum iactantem se cum Regis neptæ concubuisse, *Neucler. gener. 35.* † Sed quia sæpe contingit, multos quorum causa iusta erat (ex diuino iudicio) in Monomachia succubuisse, vt tradunt Innocentius III. Pontifex. *in cap. 2. de purg. vulg.* & Rotharius Rex *in l. 1. tit. de Monomach. in. ll. Longobard.* † Iure optimo sublata est hæc purgatio in *cap. consuluisti, cap. Memna. cap. in libro namque. 2. q. 5. cap. sententiam sanguinis, nec Clerici, vel Monach.* †Ne homines vana curiosi tate decepti consilia Dei audeãt prescrutare *Lancell. Cõrad. in tẽplo Iudic. lib. 1. cap. 1. §. 3. & tractat. de duell. in præfat.* † Nam repugnat primo iure naturę, vt docet *Susius. d. lib. de duelli iniust.* secundo iure diuino, quo prohibtũ est occidere. *Deuter. cap 22.* & Deum tentare, *Deuter. cap. 6. Matth. 4.* † Tertio Iure Canonico, *cap. cum alijs de purgat. vulgar. cap. 2. de Clericis pugnant. in duell. cap. 1. de Torneament. cap. Monomachia. 2. q. 4.*

14

15

16

17

18

19

20

† Quarto Iure Ciuili. *l. 1. C. de gladiatoribus. lib. 11.* & apud nos *l. fin. tit. 8. lib. 8. Recopil.* per quam correctæ sunt leges Fori, & Partitarum supra allegatæ. *Menchac. lib. qq. illust. cap. 12. & 49.* 21

† Quapropter non solum prohibetur, sed domini temporales, qui illud exerceret iudiciũ cõsenserint priuãtur iurisdictione, & dominio locorum, in quo permiserint: & patrini excommunicantur, ac bonorum suorum confiscatione perpetua infamia deuinciuntur: ac ipsi duello contendentes, vt homicidæ puniuntur; & si in ipso conflictu decesserint perpetuo carent Ecclesiastica sepoltura: & consilium prębentes, atque expectatores excommunicationis reatu tenentur, vt videre est in *Concilio Tridentino. Sess. 25. de Reformat. cap. 19.* 22

¶ Fuerunt præterea aliæ purgationes vulgares ad ignocentiam ostendendã, ad quas frequens vulgus deuenit propter crebra periura, & iurisiurandi contemptam religionem, se vt innocentes ostenderent, secundum *Nauar. in Manual. cap. 11. ex num. 39.* † Quarum alia fuit per Crucem, de qua mentio fit *in Constitut. Carol. Magni. lib. 3. fol. 62.* vbi inuenitur litigantes *Cruce*, aut *sectuo*, vel *fuste* diceptare. † Ex quo *Crucem* fuisse genus armorum quidam non apte voluerunt, quibus non assentior, sed crucem fuisse genus purgationis per sortes, quibus se ad crucem aliquam manus imponens, vel eam amplectens quis de crimine expurgabatur. † Vel genus armorum non ad diceptãdum, sed ad purgandum aductum, vt de Rege Alphonso de fratris sui nece in obsidione Zamorensi suspecto ad crucem, seu arcum ligneum, vulgo *valleston de palo*, se purgãti narrat *Marian. lib. 15.* † Crucis iudicium etiã Frisones 27

23

24

25

26

superfti-

superstitiosè exercebant, vt docet eorũ lex XIIII. Ritus Gallis cõmunis apud quos *discęptare cruce*, nihil aliud fuit,
28 quam *Crucis iudicio* stare. †Quod, quia Deum tentare est, non licèt eo vti, nisi habita prius Dei reuelatione, vt de S. Arnulpho ex Lotharingiæ Principe eremita, & Matensi Episcopo narrat *Fulgos. lib. 6. c. 9.*

29 ¶ Per ignem fuit præterea alia purgatio, hoc est, per rogum, per prunas, per ferrum incẽsum, vomeras, seu lateres, vel chirothecas ardentes, quibus innocẽtia probabatur, si illæsus quis abiret, sim, nocens haberetur, vt tradit *Turre-*
30 *cremat. in cap. Consuluisti. 2. q. 4.* † Huic iudicio non fuit certus vomerum numerus; vt nec formæ ferri certa species, vel pondus præfinitum: vt patet
31 ex *Maiolan. t. 2. coll. 3.* †Richarda Caroli III. Imperatoris vxor adulterio, insimulata ferro candenti manu apprehenso crimen diluit, vt narrat *Baior.*
32 *lib. 4. Annal.* †Kunigundem Henrici II. vxor candẽti ferro pedibus nudis calcato se expurgasse confirmat *Fulgos. lib.*
33 *8. Miraculor. cap. 1.* † Emnam quoque Angliæ reginam ad contestandam pudicitiam nudis pedibus super ignitos vomeres ambulasse, scribit *Polydor. lib.*
34 *8. hist. Angli.* †Qui pyram ingressi probandæ innocentiæ causa multos inuenio apud *Paul. AEmil. lib. 4. hist. Frãcor. Nicephor. lib. 15. cap. 23. Crantzius lib. 4. Dan. cap. 24. Sax. lib. 10. Cæsarius lib. 9. Miraculor. c. 16. & 17. Villegas in disput. hac de re edita post SS. Vitas.* † Res quidẽ
35 olim miraculi plena ad immitationẽ fornacis Babylonis inducta, in quo Sydrach, Misach, & Abdenago diuino iudicio illæsi seruati sunt, *Daniel. ca. 3.*
36 † Postea non iniuria, sed iure sublata, *cap. fin. de purgat. vulgar. cap. Cõsuluisti 2. q. 4. cap. Memna, cap. fin. d. 2. q. 5. cap. sententiam sanguinis nę cleric. vel Monach.*
37 †Nam miraculum petere non necessarium tentare Deum est, *cap. si nulla. 23. quæst. fin.* Peccatum repugnans fidei, & religioni, vt probat *D. Thom. 2. 2. q. 79.*
38 † Vnde merito hãc purgationem, siue vulgarem diuinationem, vt vanam, & superstitiosam improbarunt, *Abb. in cap. licet, ne clerici, vel monach. Ancharra. in d. cap. fin. 2. q. 5. Nauarr. in Manual. cap. 11. ex n. 39. Petr. Gregor. par. 3. syntag. lib. 38. num. 19. Nicol. Remig. lib. 3. Dæmonol. cap. 9. Damhauder. in Prax. criminal. cap. 43. Binsfeld. p. 2. confess. maleficar. q. 1.*

39 ¶ Per aquam calidam, vel frigidã fuit præterea alia purgatio, siue diuinatio ad innocentiam comperiendam quarum vterq; prohibentur, *in cap. Consuluisti, cap Memna, cap. in libro nãq;. 2. q. 5. cap. sententiam sanguinis, ne cleric. vel monach.* † Quam ideò iudex non valet ad-
40 mittere, & specialiter in hoc Magiæ crimine, vt tradunt *D. Thom. 2. 2. q. 95. artic. 8. Nauarr. in Manual. cap. 11. Petr. Gregor. in Syntag. lib. 48. c. 19. And. Gail. lib. 2. de pace public. cap. 7. nu. 24.* † Aliàs
41 peccauit mortaliter, quia cõtra legem facit, *D. Augus. lib. 2. contra Faust. D. Th. 1. 2. q. 71. art. 6.* Et in foro seculari grauiter est puniẽdus, vt qui à recepta sententia sine causa dicedit. *l. 1. D. de offic. quæstor. cap. 1. cap. ne iniuris, & vtrobiq; DD. de Constit. Zauall. in Pract. ad proem.*
42 † De calida aqua, seu feruente purgationem cõstat fuisse receptam legibus Longobardorum, *l. 1. tit. 10.* Saxorum, *l. 1. art. 39.* Frisiorum *tit. 3. & 14.* & aliorũ frequens in *cap. nobilis. 2. q. 4.*
43 †Hanc igitur non ore bibebant, sed manum in eam immittebant, vt narrant *Annales Baior. lib. 4.* Et exemplo Catholici Diaconi cum Arriano disputantis, cõfirmat *Gregor. Turonens. lib. 1. de gloria martyr. cap. 81.*
44 † De frigida eundẽ puto ritum seruatum, videlicet Deum, vt in feruenti innocentis manum seruasse innoxiam, ignis actione prohibita: sic in frigida nocentis manum aliquando

ambure-

45 amburebat contrarium aquæ actionẽ tribuens. † Ad quod ita putãdum medocet exemplum de Gandulphi vxore, quæ se adultera negans in fontem tepidum manum immittit, ad probãdam suam assertionem, cui hæc accidit secũdũ Surium 11. Maij *Ecce autem membris fere omnibus obrigescit, & in digitis, & brachio quo vsque aqua peruingit abstracta cute nuda caro cernitur.*

49 † Aliquando in aqua frigida quis totus mergebatur, vt docent *Abb. in cap. licet in fine clerici, vel monach. Afflict. in Const. Neapolit. lib. 2. tit.* 31. ad quod respexit Propert.

Ah nimium faciles, qui tristia carmina cædis
Fluminea posse tolli putatis aqua.

47 ¶ Neque obstat in lege diuina aquæ probationem esse admissam in poculo zelotypiæ, *Numer. cap.* 5. quia id vt ceremoniale veteris legis Euangelij promulgatione cessauit, vt notat doctiss. conciuis, & amicus noster *P. Thomas Sanchez in sum. tom.* 1. *lib* 2. *cap.* 34.

48 *num.* 2. † Id enim miraculo fiebat ceremonias legis veteris obseruãtibus, quod hodie petere peccatũ est grauissimũ, quia est Deum tẽtare, quod opponitur religioni, *D. Thom.* 2. 2. *q.* 97. *art.* 3. *latè Suarez de relig. tom.* 1. *lib.* 1. *c.*

49 2. *ex n.* 5. † Et dabatur aqua adulteris huiusmodi, vt in his, quæ peccarunt punirẽtur, vt colligitur. d. Num. cap. 5. *Et dauit aquas amarissimas potu mulieris, in quibus cũ execratione maledicta congesserat, quas cum biberet mulier vterus eius dirrũpebatur, & fœmora putrescebant.*

50 † Aqua enim cocuntibus dabatur ad animi motus sedandos, & lasciuię crimen prætexendum, vt notat *Iustus Lipsius lib.* 1. *Antiq. lect. capit.* 12. nam vt ait Ouid. lib. 3. Amor. Eleg. 6.

Ne vè suæ possent intactam scire ministræ,
Dedecus hoc sumpta dissimulauit aqua.

Et sic intelligitur locus difficilis à 15 nullo eius interprete hucvsque explicatus apud Martial. lib. 6. Epig. 69.

Non miror, quod potet aquam tua Bassa Catulle,
Sed miror, quod Bassi filia potet aquã.

† Nam aqua symbolum fuit luxuriæ, 52 ideò Babylõ mater fornicationis sedebat super aquas, *Apocalyps. cap.* 7. vnde apud Mart. lib. 14. Epig. 130.

Ingredicre viam cœlo licet vsque sereno.
At subitas nusquam scortea desit aquas.

CAP. XXIIII. de Manganiæ varijs speciebus.

SVMMARIVM.

MAnganiæ quid sit, *n.* 1. *L.* 1. *tit.* 23. *p.* 7. *l.* 6. *tit.* 3. *li.* 6. *Recop. de varijs Manganiæ speciebus explicatæ ex n.* 2.

Ex huius disputationis inscitia, quã plures errores, n. 3.

Sternutatio indicat in aduersum aliquid cui sternutat, n 4.

Ominis aberruncatio, n. 5.

Sortilegij varia genera, n. 6.

Hydromantia apud Persas in precio habita, n. 7.

Hydromantia Naclanabus vsus fuit, non tamen Ioseph, n. 8.

Chystallomanteia quibus rebus comparatur, n. 9.

Catopromanteia rerum quæsitarum figuras in speculis exhibet, n. 10.

Catopromanteia habuit originem à Pythagora, n. 11.

Diuinatio alia ex ense, gladio, aut ascia, n. 12.

Axiomanteia ex ascia comparabatur, nu. 13.

Imaginum fabricatio ob diuinationem, nu. 14.

Cepha-

Cephaloionomãteia ex aſini capite ſumpta, num.15.

Diuinatio ex virginis palma, vel impoluti pueri, n.16.

Onichomanteia, ex vnguibus oleo, & fuligine tinctis peracta, n.17.

Laurus vitumine, & oleo tingebatur ad diuinationem, n.18.

Diabolus ſub vanis rebus diuinitatem promittit, n.19.

Authoris inſtitutum in diuinationis tractatione, n.20.

Robdomanteia quibus ex rebus comparatur, n.21.

Palomanteia ex ſacris literis habere originem videtur, n.22.

Diaboli commenta ad aliquam veritatem referuntur, n.23.

Diuinatio duorum lignorũ æqualium apud Philippenſes, n.24.

Ezechiel. cap. 21. de diuinatione explicatus, n.25.

Oſeas cap.4. de diuinatione expoſitus, num. 26.

Diuinatio per Ieduin ex Hebræis vſurpata, n.27.

Ieduin animalis hiſtoria commentitia, num. 28.

Diuinatio per lancem, & licium, quo nã inducta, n.29.

Diuinatio per cribrum quo ritu peracta, n. 30.

Cleidomanteia quibus ex cauſis comparabatur, n.31.

Cratomanteia ad furta domeſtica comperinda, n.32.

Omphalomanteia per nodulos vmbilico, & ſecundis adhærentibus fiebat, n.33.

Omphalomãteiæ alia ſpecies ex membranula, qua infantis caput naſcentis inuoluitur, n.34.

Pardenomanteia ad exploraudam virginitatem inducta, n.35.

Pardenomãteia per funiculũ peracta, n.36.

Arithmanteia per valorẽ literarum futurum victorem conſiderat, n.37.

Apocalyp. cap.13. de arithmanteia relatus, num.38.

Onomanteia, qua de cauſa inducta, numero 39.

Anagrammatiſmos quædam ſpecialia, nu. 40.

Alectromanteia quibus rebus fiebat, num. 41.

Alectromanteia vſus fuit Valens Imp. nu. 42.

Author nullas diuinationes expertus diſputationem inſtituit, n.43.

Diuinationes varias ſpecies remiſſiuè, num. 44.

MANGANIAM 1 voco ipſam γοητειαν goetheiam, quam Iulianus audet appellare θεουργιαν theourgiã, rem peſsimã honeſtioris nominis pallio detegẽs, vt tradit *D. Auguſ. lib.10. ciuit. Dei cap.6. Petr. Leloyher lib.4. ſpectror. cap.5.* † Cuius varias ſpecies traddiderunt Regis noſtri in *l.1. tit.23. p.7. & in l.6. tit.3. lib.6. Recopil.* in his verbis; *Que catan agueros de aues, o de eſtornudos, o de palabras, que llaman prouerbios, o echan ſuertes, o catan en agua, o en criſtal, o en eſpejo, o en eſpada, o en otra coſa luziente, o fazen fechuras de metal, o de otra coſa qualquiera, o adeuinan en cabeça de ome muerto, o de beſtia, o en palma de niño, o de muger virgen.* † In quibus exponendis interpretes perinde ſe habent, tanquam ſi in lege non ſcribereˉtur, aut ad eos non pertineret expoſitio: quia non ſufficit iudicanti ſcire nomina tantum diuinationum prohibitarum, niſi ſciat qua de re prohibeãtur; aliàs enim naturales auiũ præſentiones damnauit pro augurio; vrbana verba, pro omina; contractus Lotherię pro ſortilegio, & ſic de reliquis, quia ſcire leges non eſt verba earum tenere, ſed vim, ac poteſtatem. *l. ſcire leges. D. de*

2

3

4 *D. de legib.* † Vnde ad explicationem deuenientes, vt Auguria omittamus, quia de illis latè egimus sup. cap. 22. *de augurio, & auspitio.* Alia diuinationis species, *o de estornudos*, captatur, vt Omẽ, de quo infra agendum est, nam sternutatio indicat in aduersũ aliquid cui sternutat, cap. illud h. 26. q. 2. *Reddire ad lectum, si quis dum se calceat sternutaberit, Propert. lib. 2. eleg. 3.*

Nunc tibi nascenti primus (mea vota) diebus
Aridus argutum sternuit omen amor.

3 † *De palabras que llaman prouerbios*, fuerunt enim apud veteres, quædam solemnia verba ad ominis aberrũcationem, de quibus hic Reges nostri egerunt, nam vt ait Ouid.

Prospera lux oritur linguis animisque fabete,
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.

6 † *Echan suertes*, ad quod præter ea quæ diximus *sup. cap. XXII. de sortileg.* sciẽdum est ad hoc varium fuisse tallorũ ludũ, seu thesararum ad futura, & occulta cognoscẽda' qui dicebatur ἀστραγαλισμὸς *astragalismos*, seu *talorum ludus*, quorũ alij ἄστραγαλοι dicebantur, alij κύβοι, de quibus *Simon. Maiol. de admir. natur. tom. 2. colloq. 2.*

7 ¶ *Catan en agua*, hoc est, Hydromantiã peragũt, de qua supra; vel λεκανομαντείαν *lecanomanteiam*, quæ apud Persas fuit in precio, ad quam impelui aqua plenum conijciunt precios os lapillos, auri, argentiq́ue laminas varijs caracteribus insignitas, & ex peluis fundo respõsum audiebant, vt tradunt *Psell. lib. de dæmonib. cap fin. & Nicetas lib. 2. Annal.*

8 † Qua arte verum Alexandri patrẽ AEgyptij regem Nactanabum Magiæ peritissimum coniectasse scribit *Glycas in Annal p. 2.* Non autẽ Ioseph, qui ad cõstringendos fratres scinyphum, ad hanc artem habuisse iactatur, *Genes. cap. 44.* vt notat *Maiol. vbi sup.*

† *En cristal*, quod pertinet ad κρυσταλλομαντείαν *Chrystalomanteiã*, quę ex chrystallis frustris annulo inclusis, comparatur, vel etiam nudis, & in cylindrũ, aut obolum conformatis, quibus etiã se finxit dæmon inhabitare. 9 10

† *En espejo*, quę vocatur κατοπτρομαντεία, *catoptromanteia*, nam rerum quęsitarum figuras in speculis polytis exhibet, vt docet *Pausan. in Achad.* qua vsum fuisse Iulianum Imperatorem, narrat *Spartian. in Iulian.* † Originem habuit à Pythagora, qui solitus fuit in speculo cõcauo inscribere literas humano sanguine temperatas, & speculum lunæ oppositũ diuinare, vt ex Suida, & alijs meminit *Cœl. Rodigin. lib. 9. cap. 23. Petr. Leloyher lib. 4. spectror.* † Item *en espada, o en otra cosa luziente*, qui ad similitudinem catopromãtiæ captabatur; in ense, aut gladio stricto varijs ritibus incãtato: Aut in ascia, vel secure gagatis lapide super imposito, quã igne amoto peruri negant, si res euentura est, vt narrat *Plin. lib. 36. cap. 19.* † Vel sola incantatione, quam in ascia, & secure peragebant ad alicuius rei perpetuationem, & ideo dicebant *Axiomantiam* ab ipsa *ascia*, ex quo puto Regium Vatem in euensionem Hierosolymitanã his instrumentis deiecturam fore euãgelizasse, vt eorum vanitatem argueret, Psalm. 73. *in securi, & ascia deiecerunt eam*, nam vt ait Mantuan. in Apol. 11 12 13

Qui pluuias, specula, & pelues, nitidasque secures
Inspicit, &c.

Facẽ fechuras de metal, o de otra cosa qualquiera, quod pertinet ad superstitionẽ illam imaginum fabricatorũ, de qua dixim⁹ *hoc li. 1. c. 7. ex n. 32.* quas in possessionem, præsidentium spiritum faciunt, de quibus Ioan. Salisberiens. lib. 1. de nugis curial. cap. 11. *Imaginarij sunt, qui imagines, quas faciunt, quasi in possessionem præsidentium spirituum mittunt, vt* 14

ab eis

15 *ab eis de rebus dubijs doceantur.* † Similiter *en cabeça de ome muerto, o de beſtia,* quę pertinet ad κεφαλοτονομαντεῖαν *Cephalotonomãteiam,* quæ ex hominis, vel capri, vel aſsini ſuper prunas aſſo cõparabatur, vt docet *D. Gregor. lib. 7. epiſt. 7. & lib. 3. dialogor. cap. 26.* ex quo apud AEgyptios aſsini caput pro Deo cultum putat, *Maiol. de admirand. nat. tom.*
16 *2. colloq. 3.* † Item *en palma de niño, o de muger virgen,* ad quam quidem diuinationem palmã manus impoluti pueri, vel fœminæ incorruptę oleo, vel fulligine illiniebant, & manum ſolem verſus ob verſo certum, quid ſubmurmurantes videbant, quę optabant, vt tradit *Pictorius lib. de Magia cap. 13.*
17 † Aliquando etiam non palmam manus, ſed vnguines oleo, & fulgine pertingebant, quæ ideó dicebatur ὀνυχομαντεῖα *onichomãtei-*, & oleo ſolo ſuper ſcuto infuſo figuræ à dæmone repræſentabantur, vt meminit *Suidas in*
18 *Ariſtoph. col. 767.* † Aliquãdo oleo, aut vitumine lauri ramus tingebatur, & incendebatur, Verg. Eccgl. 8.

Et fragiles incende vitumine lauros.

Quarum Oraculum non per figuras, ſed per crepitus fiebat, nam ſi magni, bonũ ſignum fuit: quo reſpexit Tibul.

Et laurus vbi ſigna dedit gaudete coloni.

Contrà tamen, ſi vrebatur ſine crepitu infœlix omen, Propert.

Et tacet extincto lauros aduſta foco.

19 ¶ Sed præter dictas diuinationes tot, ac tãtas dæmõ excogitauit ad fallẽdos homines ſuperſtitiones, vt omniũ eorũ ſunt appetitus, atque ingenia, futiles omnes, atque vaniſsimæ, vt qui priꝰ noſtris Parentibus ſub vnius arboris eſſu totius boni, & mali ſcientiam fuit policitus, Geneſ. cap. 3. *apperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij ſcientes bonũ,*
20 *& malum.* † Et licet in eis referendis, & improbandis incaſus labor futurus eſſet, non eſcuſor, nonnullas alias referre ad huius artis (quã intẽdo) diſuaſionem, vt earum perſpecta vanitate omnis populus Chriſtianus mecum diffiteatur: quarũ non omnes, ſed quas ad intelligentiam ſacræ ſcripturę, aut iuris enodationem ſunt neceſſariæ delineabo. † *Robdomanteia,* ſiue *Paloman-* 21
teia diuinatio fuit, quæ ex virga fiebat arboris fructiferi ex parte deſcortizata, & in ſurcos amputata, & poſtea notis quibuſdam inſcripta, quam Germanis tribuit, *Tacitus lib. de eorum morib.* † Quę 22
videtur habere originem ex virgis illis amygdalinis albis, & nigris, quas Iacob poſſuit in canalibus aquæ, vt in ipſo calore coitus oues eas concipientes parerent maculoſa, *Geneſ. cap. 30.* † Quia omnes ſuas artes dæmon inſti- 23
tuit ad aliquam veritatem referre, vt magis fidem arriperet: licet in illo Iacob non diuinationem, ſed merã naturæ operam agnoſcant, *Bened. Perera in Geneſ. d. cap. 30. Valles de ſacra philoſop. cap. 11. Mart. del Rio lib. 1. Magicar. cap. 3. q. 3.* † Alia huic ſimilis diuinatio 24
eſt, duorum lignorum æqualium certo præfinitio ritu, vt narrat *Mendoç. lib. 2. hiſtor. Chinenſ. cap. 4.* Eadem quoque apud Philippenſes refert *Ignat. in Itinerar. cap. 8.* † In ſacris literis inuenio 25
duas huc pertinẽtes diuinationes: prima ſagittarum, apud Ezech. cap. 21. *ſtetit enim Rex Babylonis in biuio in capite duarum viarum diuinationem quærens, commicens ſagittas: interrogauit idola, exta conſuluit: ad dexteram eius facta eſt diuinatio.* † Altera diuinatio eſt ligni, & 26
vaculi apud Oſeã cap. 4. *Populus meus de ligno interrogauit, & vaculus eius annũciauit ei,* quã apud AEthnicos in vſu, narrat *Herodot. lib. 4. Strabo 15. Cœl. Rodig. lib. 7. antiq. lect. cap. 29.* † Rabbini aliam 27
nobis diuinationem Iudæorum obtrudunt, nempé per *Ieduim*, animal quodam nomine ידעה *Iedua*, de quo

dicunt

dicunt fieri mentionē à Moyſe, *Exod.*
28 *cap.* 18. *& Leuit. cap.* 19. † Humana forma præditum, de quo multas fabulas fingunt, ac tandem, quod ex eius oſsibus ore certo ritu geſtis vaticinādi donum natos homines, vt narrat *Moſes Sanſon F. in præcept. negatiu.* 38.

29 ¶ Ad delicta, & furta maximè cōperienda fuit alia diuinatio recepta apud noſtros met Iuriſcōſultus, nēpè per lācē, & licium, quibus comperta furta tanquam manifeſta puniebātur, *ex l. XII. Tab.* quā refert *Aul. Gell. lib.* 11. *noſt. Aticar. cap.* 18. §. *furtorum Inſtit.*
30 *de obligat. quæ ex quaſi de luſt.* † Cuius ſimilis eſt alia diuinatio per cribrū forcipiti impoſitum, & funis alligatum, quod binis digitis comprehenditur, & eleuatur, dum ſuſpecta nomina recitātur, & in cui⁹ nominis prolatione cribrum treme bat is delinquens habebatur. *Theocrit. & Lucian. Horoſ. de Couar.*
31 *lib. 2. de falſa proph. cap.* 6. † Itē fuit alia diuinatio ad furta comperienda, quæ vocabatur κλειδομαντεία *cleidomanteia*, nā in ea clauus æreus cypreſino malo infingitur in circulo barbaris literis inſculpto, & neſcio quibus ad murmuratis verbis, cum Letania, & Pſalmis, formidabilem ad Deum orationem mittentes, quo peracto fur oculus amittebat, vt tradit *Mart. del Rio li.*
32 3. *Magicar. p. 2. q. 4. ſect.* 9. † Ad furta domeſtica fuit alia diuinatio appellata κρατομαντεία *cratomāteia*, in qua ſerui ad ſacerdotem ducebantur, qui cruſtam panis ſuſpectis prębebat, & cui adhęrebat gutturi, pro reo vtiq; habebatur, de qua idem *Mart. del Rio in comment. ad Senec. in Oedip.* quo reſpexit Mart. lib. 1. Epiſt. ad Fuſc.

Vt quæ ſacerdotis fugitiuus liua recuſo.

33 ¶ Ad obſtetrices aliæ pertinēt diuinationes prima dicitur ὀμφαλομαντεία *omphalomāteia*, qua per nodulos vmbilico, & ſecundis adhęrens conijciunt quotiens puerpera ſit poſt modum paritura; nam dicunt hāc arte agnouiſſe obſtretricem in natiuitate Eſau, quōd poſt eū naſcituras eſſet Iacob, & ob id alligauit eum filo coccineo, vt ab eo diſcerneretur, *Geneſ. cap.* . . . † Secun- 34
da ſūmitur eſt membranulla, qua infantis caput naſcentis eſt inuolutum, ex cuius colore rubicundo, vel libido fortunam infantis obſtretrices aniculæ ariolantur, de qua vanitate legēdus eſt, *Leuin. Lēn. li. 2. de occultis natur. c.* 8. † Tertia dicitur *Pardenomanteia*, quæ ad 35
explorādam virginitatē fiebat: & hęc dupliciter concipiebatur, vel tenuem Achatem redactum in pollinē in potu præbebāt, quam quę ſumpſerit, ni virgo ſit, ſtatim cogitur euomere, vt tradit *Guilh. Pariſienſ. p fin. de vniuerſ. c.* 32.
† Vel per funiculum collo circundatū, 36
quę res etiam hodie in vſu prauo, & videtur olim reſpexiſſe Catull. in nupt. Pelei, & Thedit.

Non illa nutrix, orienti luce reuiſcens
Heſterno poterit filo circundare collo.

¶ Apud Arithmeticos ſunt ſimiliter 37
aliæ diuinationes ex Pythagorea Schola: prima dicitur ἀριθμαντεία *arithmanteia*, quę per valorē literarum futurū victorē cōſiderat, cui⁹ nomē maiores numeros cōtinet, vt docet *Raymund. libr. de Antichriſt. capit.* 20. *cum ſeqq.*
† Quod Chaldæis maximè in vſu fuit, 38
qui literis pro numeris vtebantur: & ita intelligitur *Apocalyp. cap.* 13. vbi nomen Antichriſti per numerum 666. ſignificatur: non quod ad hanc Arithmeticam diuinationem Euangeliſta conducat, ſed vt numerorum inuolucris hanc prophetiam contexerit, vt notat *Ribera in Apocalyp. d. cap.* 13. † Se- 39
cunda dicitur ὀνομαντεία *onomanteia*, quę ſimiliter à Pythagoricis habuit originem, qui literarum elemētis certos, diuinoſque tribuebant numeros: numeris

meris vim præſagam futuri, occultiq; ad cœlorũ ſigna eam referamus, cuius deliria detexit *Simon Maiol. de admirand.*
40 *natur. d. colloq. 2.* † Itẽ, & ἀνακγραμματίσμους & *anagrammatiſmos*, quæ petitur ex nomine conſulentis per elemẽta nominis diuerſimode collocata, & quaſi per Anagrãmatiſmum fauſtũm quid, vel contrarium indicantia, vt *Saul Rex*, lux eras, *Dauid Rex*, Dei Dux eras, *Salomon Rex Indæ*, denoxa leuis amor, *Carolus Magnus*, cumulans agros, *Carolus Quintus*, qui clarus, notus, & *Otho Secundus*, tu decus honos, & alijs multis relatis á
41 *Sim. Maiol. dierũ canicularũ d. colloq. 2.* † Et Salmãticenſis Acadẽmiæ elogium pro Scholis maioribus FELIPE DE AVSTRIA, reſoluto in illud LA FE PIDE SER TVIA. Nec non illud, quod S. D. N. D. Clementi VIII. Pontifici Maximo auunculus meus, ſiue Genitricis meæ frater de nomine interroganti, reſpondit,
42 *Villalpando*, dicens *valida pando*. † Tertia appellatur ἀλεκτρομαντεία *alectromanteia*, qua Alphabetum æqualibus partibus diſtribuitur, & in eis ſingulis granum frumenti imponitur, & oſcẽ gallinaceus ad hoc enutritus introducitur, quigrana comedat, poſtea notantur literæ, quarum primum grana depaſcit, vt tradit *Couarruu. lib. 2. de falſa*
43 *prophet. cap. 11.* † Qua quidem arte vſus fuit Valens Imperator, qui de ſucceſſore quærens, eo quod grana notata fuiſſent θ. ε. ω. δ. hoc eſt TH. E. O. D. omnes Theodoros, Theodotos, Theodoſios, Theodulos occidi iuſſit, vt narrant *Zonaras tom. 3. in Valent. Amnian. lib. 26. hiſtor. Nicephor. lib. 11. cap. 45.*
44 † Sed ſi omnium delirantium artes, (licet hac breuitate) eſſem proſecuturus potius tempus deficeret; quia dæmon pro vnius cuiuſque ingenia varias diuinandi artis finxit, & eas quidem vaniſsimas, quæ vtinam, vt mihi, ſit alijs forent in expertæ: nam ſolum lectione aſsidua percepi, quid in hac re eſſem ad deteſtationem ttaditurus. † Vide ſi plura vellis præ- 45
ter *Vvipin. Salisberienſ. vbi ſupr. eundem Salisberienſ. libro ſecundo de nugis curial. cap. vigeſimo octauo. Iul. Syren. lib. 9. de fato, cap. decimo quinto, & decimo ſexto, Micheal. Medina libro ſecundo de rectà in Deum fide, Euſebium libro quarto de præparat. Euangel. Franciſcum Picum libro tertio prænot. Petrus Gregorius parte tertia ſintagmat. libro trigeſimo quarto, Couarruuias libro ſecundo de falſa prophetia, Martin. del Rio libro 4. Magicarum diſq. cap. ſecundo, Farinatium tomo primo par. 1. quæſtione vigeſima, Suarez libro ſecundo de Religion, Raphael. de la Torre tomo ſecundo de vitijs oppoſit. Religion. quæſtion. nonageſima quinta, articulo tertio, Simon. Maiolum de admiranda natura. colloquio ſecundo. Thomas Sanchez in ſumma, tomo primo libro ſecundo, cap. trigeſimo nono, & quadrageſimo.*

CAP. XXV. de obſeruatione Somniorum.

SVMMARIVM.

Somniorum non vnum eſt genus, numero 1.

Somniorum varia genera, num. 2.

Somniorum genera ad duo capita reducuntur, numero 3.

Somni definitio, nu. 4.

Somniorum cauſa ad diabolum relata, numero 5.

Somnia nulla dari à Deo negat Ariſtoteles, nu. 6.

Hippocrates de ſomno commendatus, numero 7.

Somnia tribus authoribus referuntur Deo, naturæ, & demoni, num. 8.

Naturalia somnia quibus ex causis proficiscuntur, nu. 9.
Somnia naturalia licitum est obseruare nu. 10.
Intrinseca causa somnij nascitur ab animæ passionibus, nu. 11.
Eccles. iast. cap. 5. de somnio naturali explicatus, nu. 12.
Somnia naturalia, non solum hominibus, sed brutis sunt communia, nu. 13.
Somnium quietis ad actionem vigilantis cõparatur, nu. 14.
Somni causa intrinseca corporalis, nu. 15.
Somnij ex causa intrinseca corporale exempla, nu. 16.
Ephialtes, seu incubus somnus vnde proueniat, nu. 17.
Somnij causa tam vehemens esse solet, vt re vera illi accidat, quod somniauit, num. 18.
Extrinseca causa somnij quando dormientis cogitatio ab agente extrinseco mouetur, nu. 19.
Somnus ex aere ambiente, aut influxo corporeum cœlestium, nu. 20.
Cœlum quomodo intelligatur in somnijs operare, nu. 21.
Futura ex somno ab influentijs cœlestibus causato non dignoscuntur, nu. 22.
Cœlum non est immediata causa somnij, nu. 23.
Somnia ex influentijs cœlestibus petita non debemus attendere, nu. 24.
Somnia diuina quandoque fiunt agitatis in corpore humoribus, nu. 25.
Somnia diuina immittuntur interdum per modum expressæ locutionis, nu. 26.
Somnia diuina alia immittuntur cum horrore, alia pacifica, nu. 27.
Somnia diuina per apprehensiones visionũ, nu. 28. & 29.
Somnia diuina per imagines visionis metaphoricas, nu. 30.
Somnijs diuinis aliquando Deus aloquitur, aliquando Angelus, nu. 31.
Somnia diuina non differunt á prophetia, nu. 32.
Somnia diuina inter dona Spiritus sancti annumerantur, nu. 33.
Futuros euentus in somnijs quandoque Deus significauit, nu. 34.
Scientias quoque in somnijs Deus contulit, nu. 35.
Somnijs præfata sunt diuina mysteria, num. 36.
Philosophiæ, & medicinæ arcana in somnijs reuelata, nu. 37.
Somnia diabolica quo nam modo á diabolo immissa, nu. 38.
Somnia diabolica annumerantur, nu. 39.
D. Isai. cap. 65. de Somnijs diabolicis explicatus, nu. 40.
D. Hiere. cap. 29. de Somnijs diabolicis expositus, nu. 41.
Satanas transfigurat se in Angelum lucis nu. 42.
Eccles. iast. c. 34. de vanitate somniorum illustratus, nu. 43.
Syrenus de somnij arte reprehensus, num. 44.
Somnia quando non constat, quod sint à Deo aut natura, de necessario debet causa dæmoni referri, nu. 45.
Somnia diabolica quam noxum sit obseruare, nu. 46.
Somnia diabolica quando pactum, & infidelitatem contineant, nu. 47.
Somnia diabolica ex pacto tacito damnata, nu. 48.
Diuina somnia sunt omnino obseruanda, nu. 49.
Deo loquenti fides est adhibenda, num. 50.
Signa diuini somnij, nu. 51.
Authoris Genitricis de somnijs diuinis sententia, nu. 52.
D. Ioel cap. 3. de Somnijs diuinis illustratus, nu. 53.
Intelligentia non datur aliquando cum somno, nu. 54.
Intelligentia non datur in ipsomet somnij calore, nu. 55.

1 NON Vnum est genus, neque vna somniorum ratio, quo circa nec par est omnium causam approbare, neque improbare; multa quidem somnia derident sacræ literæ, alia damnant, quædam verò commendãt, ac venerantur: sunt pleraque inania, nec pauca naturalia ex certis naturæ causis profecta; sunt & alia dæmonis caliditate, ac malitia mor
2 talibus iniecta. † Horum duos tantum priores modos agnouit, *Macrob. lib. 1. de somno Scipion*, quos ad quinque capita reuocauit, *Ioan. Salisberiens. lib. 2. cap. 17.* videlicet *Insomnium, spectrum, somnium, visum, & oraculum.* Quorum rationem complectens *Artemidorus, lib. 1. cap. 2.* sub *insomnio*, spectrum, sub *somnio* com-
3 prehendit oraculum. † Quod Homerus fabularum integumentis expræsit *Odyss. 7.* Fingens duas somniorum portas, vnam corneam, per quam emittuntur vera, altera eburnea, per quam eduntur falsa, quem Virgilius, eius simia imitatus, ita cecinit AEneid. 6.

Sunt geminæ somnij portæ, quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis dat exitus vmbris,
Altera candenti perfecta nitens elephanto:
Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia Manes.

4 Nam species primas *insomnium*, & *spectrum* ασημαντους *asemantous* sunt, nihilq; significant, vel præmonent. *Somnium* autem stricte sumptum, vt opponitur *Insomnio* definit Conrad. vbi sup. lib. de Insomn. & lib. de diuinat. cap. 14. *Motum, ac figmentum animæ, multi formæ futurorum malorum, vel bonorum significan-*
5 *tium.* † Vtriusque causam dæmonibus adscribit *Plato in Sympos.* quos bonos, & malos dixit *Porphyrius*, falsa malis, vera bonis adscribens. Quos appellat Apuleius *salutiferos*, & ante Platonem fuit Empedocles, & Pythagoræ sententia, quam iam diu impugnauit, *Diu. Augustin. lib. 18. Ciuitat. Dei, cap. 20. & 21.* † Sed nulla dari à 6
Deo hominibus somnia negat *Aristot. lib. de Diuination. ex Somnijs.* Quasi eius maiestatis indignum sit abire lectos dormientium, & concutere grauatos, quod & fuit Epicuri, quam satis improbant *Greg. Nisen. lib. de Opific. homin. cap. 33. Raphael de la Torre, tom. 2. de Vitijs oppos. relig. quæst. 96. artic. 5. disp. 4.* † Melius tamen *Hippocrates lib. de In-* 7
somn. ea diuidit in *naturalem, & diuinam*; rē acu tetigit si tertium membrum addidisset, nempe *dæmoniacam*, non prætermissum á *D. Gregor. lib. 8. Moral c. 13. & lib. 4. Dialogor. cap. 48.* † Qui rectissi- 8
me somnia tribus authoribus adscribit *Deo, naturæ, & dæmoni*, quam distinctionem sequuntur Medina lib. 2. Parenes. Christ. cap. 2. Turrecrem. in cap. non obseruetis, *huius 26. quæst. 7. Francisc. Valles. de sacra philosoph. cap. 32. Rapha. de la Torre, vbi sup. Suarez de Relig. lib. 2, cap. 13. ex nu. 6.*

¶ Naturalia somnia proficiscun- 9
tur, vel à causa intrinseca, vel extrinseca somniantis; vt docent *Aristotel. lib. de Anima, & lib. de Diuinat. per som. Hippocrat. lib. 6. Epidemiar. & lib. de Insomijs, Galen. lib. 1. de præsag. ex somn. & lib. 3. de Locis male affect. cap. 4. Argenterius de Somno, & vigilia lib. 2. Petr. Garsia ad Galenum de Locis male affect. disp. 3. cap. 2. 3. & 4.* † Quæ quidem somnia quatenus 10
naturalia sunt licitum est ea obseruare, vt tradunt *D. Thom. 2. 2. quæst. 95. artic. 6. Gregor. Nisen. dict. lib. de Opific. homin. cap. 13. Caietan. & aliorum, in dict. 2. 2. D. Antoni. Archiepis. Florent. part. 2. tit. 12. cap. 1.*

¶ Intrinseca causa somniorum 11
nascitur ab animæ passionibus, &

ideo dicitur *Animalis*, quia fit de rebus quibus cogitatio vigilantis defuit intensa, vt docet *Gregor. Nisen. dict. cap.* 13. *D. Gregor. dict. lib.* 8. *Moral. cap.* 13.
12 *Raph. de la Torre, d. art.* 6. *disp.* 1. † Cuiusmodi fuit somnium Annibalis AEmiliani á Cicerone, vel acurate cõfictum, vel disertissime narratum, nam vt ait Eccles. cap. 5. *Multa curá secuntur somnia.* Claudian.

Omnia quæ sensu voluuntur vota diurno,
13 *Tempore nocturno reddit amica quies.*

Idque non solum hominibus, sed, & brutis etiam animantibus, quia quo ad somnium attinet omibus communis causa est. *Arist. lib. de anim. cap.* 2. *& lib.* 4. *histor. animal. cap.* 10. *Petr. Garsia in disput. ad Galen. de locis affect. dict. disp.* 3. *cap.* 1. Vnde lepide piscator, apud Theocrit. *Omnis*, inquit, *canis panes somniat, &*
14 *ego pisces.* † Nam multocies somnia in quiete ad actiones vigilantis comparãtur, vt non male docent *Aristoteles, & Galenus in præcitatis locis.* Vnde recte in hunc modum eleganter Petronius Arbitrer.

Quidquid in luce fuit tenebris agit, oppida vello
Qui quatit, & flammis miserandas sæuit in vrbes,
Tela videt, versasque acies, & funera Regum:
Atque exudantes profuso sanguine campos,
Qui causas orare solet, legesque forumque,
Et pauido cernit inclusum corde tribunal,
Condit auarus opes, defossumque inuenit aurum,
Seruit amatori meretrix, dat adultera munus,
Et canis in somnis leporis vestigia latrat.

15 ¶ Alia causa *intrinseca* est, quando potissimum pendet á corpore, & ideo dicitur *corporalis*, quæ oritur á præsenti dispositione, ac temperamento corporis, dum crapula repletum, aut humore aliquo nimis prædominãte, vel alio vitio phantasia læditur, vt docẽt *Arist. Hippocrat. & Galen. vbi sup. D. Thom. dict. q.* 95. *D. Isidor. lib.* 3. *sentent. cap.* 6. *Sprenger. in Mall. p.* 1. *q.* 16. *Petr. Garsia, d. disput.* 3. *cap.* 4. † Nam qui sanguine abũdat somniat rosas puniceas, crocum, hortos, conuiuia, coreas, complexus, & læta omnia. Qui flegmam copiosiorem habent balnea, nauigationes, submersiones, onera grauia, tardam, ac impeditam á noxis fingam. Qui melãcolia vexantur fumos, caligines, tenebras, planctus, infortunia, & cuncta tristia. Qui colera dominantur cædes, rixas, incendia, assaltus, & omnia bellica, vt tradunt *Hippocrat* 6. *Epidem. p.* 8. *Maiol. de admirand. natur. tom.* 2. *colloq.* 4. † Quibus 17
tamẽ viscido humore affectę sunt partes cerebri posteriores se comprimi, & suffocari in somnijs videntur, quẽ morbum Græci εφιαλτεν, *ephialtem*, Latini *incubum*, Hispani *la pesadilla*, Galli *la coquemara* appellant, de quo plura *Galen. lib.* 6. *de præsag. ex somn.* † Quę causa quãdoque tam vehemens est, & accelerata, 18
vt quandoquis somniat aliquid sibi accidere, id re vera illi accidat; vt de illo, quẽ cum somniasset alterum crus sibi factum lapideum, mox ea corporis parte paralyticum extitisse, refert *Galen. lib.* 1. *epidem. com.* 3. *Maiol. vbi sup. d. colloq.* 4.

¶ Alia causa dicitur *extrinseca* quãdo dormientis cogitatio ab agente intrinseco mouetur, vt docet *Aristotel. vbi supr.* Non tamen, vt putat Porphyrius ex motionibus, quas animus ex alia vita, quando venit in corpus attulit: nam id á veritate, & fide alienum est, quia animus hominis corpore antiquior aliunde non aduenit,

aduenit, neque quando infunditur à Deo ſecum adfert aliquas ſpecies creatas, vt docet *D. Auguſt. lib. 8. Ciuit. Del.* 20 *cap. 21. & lib. 9.* † Sed per aerem ambiẽtem, aut per influxum corporum cæleſtium, nam cum phantaſia ſit corporea, & organis corporeis immerſa, poteſt in eam producere varias ſpecies imaginrias, & maximé quando ſenſus exteriores ligantur ſomno, vt eſt ſentẽ- 21 tia *Ariſt. & Galen. vbi ſup.* † Quod non eſt intelligendum, vt poſsit cælum directé, & per ſe influere in phantaſia varias imaginarias ſpecies, ſicut in materia corporali varias formas, quia impoſsibile eſt, vt in phantaſia virtute cæli imprimantur nouæ formæ, quando ſenſus exteriores illas nondum percepit, vt docet *D. Thom. p. 1. q. 111. artic. 3.* 22 † Et ita impoſsibile eſt, vt ex huiuſmodi ſomnio tãquã ex puro efectũ aliud efectũ futurũ cognoſcere, vel naturalẽ cũ certitudine, vel contingentem ad vtrũlibet, vel liberum vllo modo, vt ſentit 23 *Caiet. dict. 2. 2. q. 95. art. 6.* † Nam cælum non eſt immediata cauſa ſomnij, vnde non per ſe neceſsitat phantaſiã ad hãc, vel illam appræhenſionem, ſed ſolum medijs humoribus corporeis, & potentijs, & organis, quæ alterat, & mouet; vnde varia ſomnia oriuntur, non ex aſpectu cæli, ſed ex varietate materię, & 24 diſpoſitionis eius. † Ex quibus huiuſmodi ſomnia nõ deberi attendi, niſi vt melius vitam noſtrã inſtituamus docent *Medina lib. 2. Pareneſ. cap 2. Turrecrem. in cap. non obſeruetis h. 26. q. 7. Fran. Picus, lib. 6. Prænot. cap. 8. Suarez d. lib. 2. cap. 13. ex nu. 12.*

25 ¶ Quibus de naturalibus ſomnijs præmiſsis, quæ pendent ex naturalibus cauſis, debenitur ad alias ſomniorum ſpecies, quæ pendent à Deo, vel Angelis bonis, aut á dæmone concitando, quæ ſunt in corpore humores, ex quibus animæ paſsiones agitantur, & ſic ſomnia immittit, & in eis, quæ vult repræſentat etiam futura, quæ ex certis naturæ cauſis aliquando ſunt proventura, vel quæ ipſemet poſtea facturus eſt. † Sõnia à Deo immittũtur 26 interdum per modum expreſſæ locutionis, per conceptus aliquarum vocum, quæ ita formantur in phantaſia dormientis, ac ſi ea per auditum corporis audiret, nam vt ait Dominus Numer. cap. 12. *Si quis fuerit inter vos Propheta in viſione apparebo ei, aut per ſomnium loquar ad eum.* † Et hæc quãdoque 27 aduenium cum aliqua animi commotione, & horrore, Iob cap. 4. *In horrore viſionis nocturnæ*, & cap. 7. *Terrebis me per ſomnia*, alia pacificé, vt *Geneſ. cap. 28.* alia cũ hortatione, vt *Machab. 2. cap. 11.*

¶ Aliquando etiam immittuntur 28 ſignificantia per appræhenſiones viſionum, quæ ſunt veluti imagines rerum quarundam ſignificandarum, vt quando in ſomnijs vidit Iacob aſcendentes mares ſuper oues fœminas, varios, & maſculoſos, & diuerſorum colorum, in ſignum, quod pacturum erat cum Labaam ſocero, *Geneſ. cap. 31.* † Simile 29 D. Pauli ſomnium de Macedone deprecantem illud, vt in Macedoniam peteret, *Actor. Apoſt. cap. 16.* & Theodoſij quando præuidit coronam Imperij ſibi imponi à Meletio Anthiochiæ Epiſcopo, vt narrat *Theodoretus lib. 5. hiſtor. cap. 6. & 7.* † Aliquando 30 etiam oſtenduntur imagines, quæ tantum metaphoricé ſignificant, vt de ſomnijs Ioſeph manipulorum, Solis, & Lunæ, & Stellarum, *Geneſ. cap. 37.* de ſomno pincernæ, & magiſtri piſtorum Pharaonis, *Geneſ. cap. 40.* & ipſius Pharaonis ſomnus de ſeptem bobus, & ſemptem ſpicis, *Geneſ. cap. 41.* & de ſtatua Nabucodonoſoris, *Daniel. c. 2.* & de arbore magna, *Daniel c. 4.* & de quatuor vẽtis, & veſtijs quatuor, *Danie. c. 7.*

31 ¶ Quando enim fiunt per loquutionem aliquando ipsemet Deus aloqui videtur, vt Abimalech, *Genes. cap.* 20. Abrahamo, *Genes. cap.* 28. Iacobo, *Genes.* 46. Salomoni, *Reg.* 3. *cap.* 3. Interdū etiam aloquitur Angelus bonus, vt Iosepho diuinæ Mariæ Sponso, *Matt. c.* 1. 32 & tribus Magis, *Matth. cap.* 2. † Quæ quidem somnia nihil diferunt á prophetia, nisi quod hæc in somnijs illa autem vigilantibus tribuatur, & ita prophetia Ezechielis, & Zachariæ appellatur visio, *vterque cap* 1. & Danielis, & Ioseph somnium, *Genes. cap.* 28. & *Daniel cap.* 4. Cum idem fuisset omnium institutum, Numer. dict. cap. 13. Ioel c. 2. *Senes vestri somnia somuiabũt, &* 33 *iuuenes vestri visiones videbunt.* † Vnde inter alia Spiritus sancti dona annumerantur somnia, apud *eundem Ioel*, *dict. cap.* 2. nam vt ait D. Iob. cap. 33. *Quando homines dormiunt in lecto tunc aperuit aures virorum, & erudiens eos instituit disci-* 34 *plinam.* † Ita in somnijs præsignificauit aliquando Deus, & prædocuit futuros rerum humanarũ euentus, vt Abrahæ, *Genes. cap.* 15. Pharaonis, *Genes. cap.* 41. Nabuchodonosoris, *Daniel cap.* 2. & 4. 35 † Scientias similiter in somnijs á Deo datæ sunt, vt Adamo humani generis protoplasto, Genes. cap. 2. *immisit soporem*, & Regi Salomoni, Reg. 3. cap. 3. *Igitur euigilauit Salomon, & intellexit quod* 36 *esset somnium.* † Interdum etiam in somno præfatá sunt diuina mysteria, cuiusmodi fuit somnium Iacob de illa mistica scala, *Genes. cap.* 28. & Danielis de 37 Regno Christi, *Daniel cap.* 7. † Similiter arcana philosophiæ, & medicinæ illustria in somnis sunt reuelata, vt Alexãdro Magno herbam ad sagittam venenatam expellendam in somnis demõstratam fuisse narrat, *Trog. Pomp.* Galeno ægrotante venam, ex qua sanguis erat mittenda, vt *Menopolit. decad.* 1. *c.* 8. *q.* 3. Eulogio difficili loci explicationem, Diui Augustin. lib. de Cura pro mort. cap. 11.

¶ Somnia diabolica sunt illa, quæ 38 ad horum immitationem diabolus immittit, vel concitando corporis humores, vel applicando phantasiæ rerum figuras per motum localem, ex quibus fiat representatio tam propria, quam symbolica, vt docet, *D. Tho. p.* 1. *q.* 111. *art.* 3. *D. Augustin. lib.* 12. *Genes. ad liter. c.* 13. & 14. † Qualia fuere somnia *Ana-* 39 *baptistica*, & fuere olim *Enthusiasmarum*, & admiranda quædam Gentilium, vt AEdesij apud *Eunapium in eius vita*, Ptholomei apud *Tacit. lib.* 4. *Annal.* Nestori apud *Zozimum Annal.* 4. Odati, & Zariadri apud *Athenæũ lib.* 13. *Dyproscor. cap.* 13. & aliorum apud *Valer. Max. lib.* 1. *cap.* 7. † Ad quod quidē fue- 40 runt Lectisternia Gentilium in fano *AEsculapi, Serapidis, Pasiphaes, Padalyris*, & similium, in quibus dæmones dormientibus responsa dare consueuerunt, vt Regi Latino apud *Virgil. AEneid.* 7. & alijs, innumeris, quibus respexit D. Isai. cap. 65. *Qui immolat in hortis, & sacrificat super lateres, qui habitant in sepulchris, & delubris Idolorum dormiũt.* Eo scilicet vt notat ibi D. Hieron. *vt dæmonis responsa accipiant.* † De 41 quibus quidem somnijs intelligitur illud D. Hierem. cap. 29. *Non attendatis ad somnia vestra, quæ vos somniatis*, & illud Numer. cap. 22. & Leuitic. c. 19. *Neq; observabitis somnia*, Deuter. 18. *Nec obseruent somnia*, & illud Ecclesiast. cap. 1. *Vbi multa sunt somnia plurimæ sunt vanitates.*, quæ omnia de his diabolicis intelliguntur, vt docet *Tertulian. lib. de Anim. cap.* 46. † Et quia diffi- 42 cile est horum discrimen constituere, quia sæpius Sathanas transfigurat se in Angelum lucis. *Apostol. Corinthio.* 2. *cap.* 11. Non debemus somnia vlla obseruare nisi præcedente diuina reuelatione. Eccleſiastic. cap. 14.

Nisi

Nisi ab altissimo missa fuerit visitatio,
43 *ne des in somnijs cor tuum.* † Nam vt ait Ecclesiast. d. cap. 34. *Multos errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in eis*; Quemadmodum de Cyro Persarum Rege narrat. *Ant. Sabelicus, lib. 6. ab orbe condit. AEnead. 2.* de Xerxe. *Herodot. lib. 7.* de Onomarcho. *Diodor. Sicul. lib. 16.* de Antigono, & Pompeio. *Plutarch. in Demetr.*

44 ¶ Vnde superstitiosum censendum est consilium *Syreni lib. de Insomnijs*, suadentis, quisq; sibi suis ex somnijs, cum eorum, quæ postea expertus est artem debere componi, quam inutilem, & vanam esse iam pridem sapiens docuerat Ecclesiast. cap. 34. *Quasi qui apprehendit vmbram, & prosequitur vanitatem, sic qui attendit ad visa mendacia.*

45 † Nam quoties non cõstat, quod somnia sint á Deo, neq; á natura, de necessario debet causa ad dæmonem referri, & ita vt aliæ diuinationes prohibita est huiusmodi obseruatio, *cap. Episcopi, 26. q. 5. D. August. lib. 8. Ciuit. Dei, cap. 16.*

46 † Et continent peccatum manifestum infidelitatis, quando præcedit expressum pactum dęmonis, qui per somnia respondere promisit, vel etiam si postquam quis somnia vidit, & non intellexit recurrit ad dęmonem pro ejus interprætatione, sicut fecit Nabuchodonosor. *Danie. cap. 2. & 4.* † Aut si peculiaribus ceremonijs, vel ante somnium, vel in modo ipso dormiendi, vt sibi per somnia reuelentur occulta, quod expectat ad Gentilitios mores, ideo pactum, & infidelitatem continet. *Cæl. Rodigin. lib. 27. antiq. lect. c. 14.* † Idem denique vitium est si pactum tacitum intercedat, vt quando quis nihil de Deo cogitans, nec rationem habens ad credendum esse à Deo illis fidem adhibet, nam cum talia signa non sint naturalia, sed ad placitum instituentis, cuius, dæmon prænoscitur, sequitur, qui ea credit, vel dæmonem habere magistrum, & illi fidem adhibere, vt docet *Suarez dict. lib. 2. cap. 13. nu. 20.*

¶ Diuina autem somnia, non solum 49
debemus obseruare, sed eis fidem adhibere sub peccati reatu. *D. Thom. d. q. 95. art. 6. D. August. lib. 12. ad Genes. Lactant. lib. de opific. Dei, cap. 18. Gregor. Nisen. lib. de opific. homin. c. 33. Guilland. de Sortileg. q. 11. ex n. 31.* † Et ratio est, quia Deo lo- 50
quẽti fides est adhibenda etiã si in hoc, vel in illo modo loquatur, d. Num. 13. *Aut per somnium loquar ad eum*, & ita talis credulitas non minus necessaria est quam fides, quando Deum constat locutũ. *Vt tradit Suarez vbi prox.* † Quod 51
dignoscitur ex signis traditis á Theologis in præfatis sacræ Scripturæ locis præsertim. *Gerson tract. de probat. Spirit. Pereira lib. 1. in Daniel. Mart. del Rio lib. 4. Magicar. cap. 3. q. 6.* Quas viri Dei satis percognitas habent, nam vt ait D. Gregor. lib. 4. Dialogor. cap. 48. *Sancti viri inter illusiones, & reuelationes ipsas visionum voces, & imagines quodam intimo sapore discernunt, vt sciant, quid à bono Spiritu percipiant, & quid ab illusione patiantur.* † Quod inter alia memoriæ digna, quæ 52
à genitrice mea D. Anna de Villalpando adhuc viuens accepi, illud est, quod in his somnijs diuinis (quasi naturę nostrę amicissimis) animus nõ turbatur, & semper aliquid suauitatis percipitur, cum interna quadam alacritate, adque vtilitate nostra, vel communi, vel priuata, cum aliqua munitione, vel cohortatione ad bonum, & mali tædio, quæ laté prosequuntur. *Cardinal. Turrecremat. in defens. S. Brigid. in præfat. Gerson in compẽd. reuelat. c. 2.* † Nam dum som- 53
nia quieta sunt, sine horrore, & ad bonum consulunt, pacem, vel pietatem suadent, vel nos meliores reddunt satis Deum indicant authorem D. Iacob, cap. 3. *Quæ autem de sursum est sapientia*

primũ quidẽ pudica est; deinde pacifica, modesta, suadibilis, boni cõsulens, plena misericordia, & fructibus bonis. † Etiamsi cum
54 somnio non detur intelligentia, quia regulariter solet Prophetis reseruari, vt de statua, quam in somnijs vidit Nabuchodonosor, cuius interpretatio Danieli reuelatur. Daniel cap. 2. *Est Deus in cælis reuelans mysteria, quæ indicabit tibi.* Et in somno Pharaonis, cuius interpretatio reuelata fuit Iosepho, *Genesis cap.* 41. Nam vt ait D. Paulus Corinth. 1. cap. 2. *Quæ Dei sunt nemo nouit, nisi Spi*
55 *ritus Dei.* † In quo notandum est etiam quando datur interpretatio cum ipso somno, non in ipsiusmet somni calore discerni, vtrum sint á Deo, quia reuelationis iudicium in vigilia perpendendũ est, iusta illud Iacobis, Genesis c. 28. *Verè Deus est in loco isto, & ego nesciebam,* & D. Petri in actis Apost. cap. 12. *Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum suum.*

CAP. XXVI. de Ominis vana, & inepta curiositate.

SVMMARIVM.

OMen captatur ex vocibus fortuito, & præter intentionem prolatis. nu. 1.

Omini plurimum tribuerunt Romani, Græci, AEgyptij, & Syri. nu. 2.

Arfil, quod puellæ Hispanæ captant in nocte S. Ioannis. nu. 3.

Omen ex primis vocibus, vt augurium sumebatur. nu. 4.

Omen ex nominis significatione. nu. 5.

Nomina non casu, sed significanter ponebantur. nu. 6.

Genes. c. 27. Reg. 2. cap. 15. & 18. de omine explicati. nu. 7.

Nominibus aliquam diuinitatem inesse veteres sunt arbitrati, nu. 8.

Verbis scriptis, & foro suspensis captabatur omen. nu. 9.

Bona verba dicere in vsu ad ominis aberrũcationem. nu. 10.

Omen ex factis subito enatis, & alijs huiusmodi. nu. 11.

Omen ex brutis sumptum, nu. 12.

Omen ex inanimantibus quandoq; captatum. nu. 13.

Ominis causa incerta. nu. 14.

Ominis inanissimæ obseruationes. n. 15.

Ominosa sunt, si salinum euersum, si vinũ effusum, &c. nu. 16.

Ominosum, si membrum aliquod salierit, nu. 17.

Salisatores qui sunt, nu. 18.

Salisatores á cilis oculorum. nu. 19.

Auris sonitus ex alterius recordatione. nu. 20.

Sternutatio ominosa fuit, nu. 21.

Sternutanti bona verba dicere quare in vsu. nu. 22.

Sternutatio matutina prorsus infausta, meridiana firmissimi auspitij. n. 23.

Pedis offensio, non minus ominosa fuit. nu. 24.

Pedis offensionis exempla. nu. 25.

Ominis præscrutatione diabolus anxios vellit homines. nu. 26.

Reddire ad domum si procedens offenderit, ominosum. nu. 27.

Omina varia ab Ecclesia damnata. n. 28.

Caietanus de ominis obseruatione reprehensus. nu. 29.

Omina vanissima sunt, & inepta. n. 30.

Omina non licet attendere, nisi diuina præcedente reuelatione. nu. 31.

Ominis obseruatio apud Principes in precio, nu. 32.

D. Marcus omina præscrutasse negatur. nu 33.

D. Marcus nõ ex calceo rupto, sed ex Spiritu sancto iter suum expeditum agnouit. nu. 34.

Calceum soluere signum pactionis apud Hæbreos. nu. 35.

Manus prensationis pactionis genus apud Romanos, nu. 36.

Genes.

Genes. cap. 24. de ominis obseruatione illustratus. nu. 37.

Eleazarus seruus Abrahæ omina diuina præscrutatus. nu. 38.

Gedeon pro militibus eligendis, omen diuinum obseruatus. n. 39.

Saul ominis diuini signa quærens pro scelere Ionathas. n. 40.

Ionathas cum armigero conditionem ponens omina non est præscrutatus. n. 41.

Ionathas signum à Deo, & non ab ominosa obseruatione fuit expectatus. n. 42.

Philistei quod signum expectarunt pro arca Domini. nu. 43.

Sacerdotes Philistinorum peccarunt in ominis obseruatione. n. 44.

Iudith c. 8. de ominis obseruatione aductus. nu. 45.

Iudith non est omen præscutata. nu. 46.

Iob cap. 1. de ominis obseruatione negatus. nu. 47.

Benedicere pro maledicere in sacris literis. n. 48.

Iob ominis obseruationem detestatus est. nu. 49.

Hebræi ex Gentilium commertio multa in suos vsus commutarunt. nu. 50.

Antiphrasis merum Grãmaticorum figmentum. nu. 51.

Nomina simulacra sunt earum rerum quas immitantur. nu. 52.

Iob verba Euphomismi causa interpretata. nu. 53.

Euphomismus in sacris literis passim. numer. 54. & 55.

Soror pro concubina n. 56.

Benedicere pro vale dicere. n. 57.

1 OMEN Est illud quod Hispané dicimus *Afil*, & est Augurij species, sed eo dignius, quod illud ex brutis, hoc est homine, & eius operatione regulariter sumitur, & præsertim ex vocibus fortuito, & præter intentionem prolatis, vt docet *Cicer. lib. 1. Diuinat.* † Omini plurimum olim Romani tribuerunt teste. *Valer. Max. lib. 1. c. 5.* Græci, & AEgyptij, vt tradunt *Pausan. in Arcad. & Theophr. in Caracter*: necnõ, & Syrij, vt legitur Reg. 3. cap. 20. *Et viri pro omine acceperunt*, licet eius nominis mentionem in sacris literis fieri negauerit. *D. August. lib. 1. Retract.* † Quod quidẽ summebatur ex vocibus, & rebus fortuito, & præter intentionem enatis ad futuros casus, & euentus prædiuinandos non secus, ac nostri sæculi puelæ, quæ in nocte sancti Ioannis, vel S. Pauli ad fenestras spectantes primas prætereuntium voces captantur, vt cui nubant coniectentur, vt tradit *Horos. Coua. lib. 2. de falsa prophe. c. 14.* † Nam omina, vt Auguria, ex primis actis summebãrur, Ouid. lib. 1. Fast.

Omina principijs inquiunt inesse solẽt.
Ad primam vocem timidas aduertimus aures.

Et primam visam consulit Augur auẽ.

2

3

4

Aliquando etiam à nominis significatione, vt de Cn. Pompeio Magn. scribit Valer. Maxim. vbi sup. *Gubernatorẽ interrogauit, quod ei nomen esset, qui respõdit* κὰκ κακβαζιλεα *vocari, quæ vox spem eius quantulumcumq; restabat cõminuit.* † Quia nomina multoties non casu, sed significanter ponebantur, vt constat ex illo Abigail ad Dauidem de marito Nabal Carmelo nomine Reg. 2. cap. 15. *Iuxta nomen suum stultus est.* † Et Esau de fratre Iacob. Genes. cap. 27. *Iustè vocatum est nomen eius Iacob, supplantauit me in altera vice.* Et Dauid de Achimaa. Reg. 2. cap. 18. *Vir bonus est, & bonum portat nomen.* † Ex quo Gentiles, qui sæpius sacram Scripturã sunt contemplati, hanc superstitionem fuerunt ementiti credẽtes nominibus aliquid diuinitatis inesse. *Cicer. lib. 1. diuinat.* vel nomina propter omina imposita. Ouid.

5

6

7

8

Nominibus semper omen adesse solet.

9 ¶ Et non solũ in verbis, sed in scripturis subito apertis, vel foro suspensis fuit etiam huiusmodi superstitio: & ita lapidẽ Diogenes cum inuenisset scriptum super domum cuiusdam improbi. *Insignis victoria Herculis hic habitat: nil mali ingrediatur.* Quomodo ingredietur (inquit) Dominus ediũ? vt narrant. *Theodoret. lib. 6. de Dei prouident. Simanc.*
10 *de Cathol. instit. tit. 63. num. 26.* † Namq; bonaverba dicere semper in vsu fuit ad ominis aberruncationem. Ouid. lib. 1. Fastor.

Prospera lux oritur linguis animisq; fabete,
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.

11 Quandoque etiam *Omen*, circa facta subito enata versatur, vt á ciuo primũ arrepto. *AElian. lib. 2. de Vari. histor.* á gleua oblata. *Plutarch. in qq. Græcis,* á maculis vngium. *Cardan. lib. 8. Variet. cap. 43.* á barba nata mulieri. *Her dot. lib. 8. Pedasens.* vel immaturis annis viro.
12 *Dubrau. lib. 39.* † Ex brutis quandoque, & id varié: nam apuum examen Bruto infaustum. *Plutarch. in Brut.* Druso vero faustum omen. *Plin. lib. 11. cap. 17.* Muscæ dapibus insidẽtes Traiani mortem. *Cuspian. in Traian.* Formicæ Midæ diuitias. *Cic. lib. 3. naturæ Deor.* Cimoni
13 mortem. *Plutarch. in Cimon.* † Ex in animantibus similiter omen captatur, vt scopæ in palatio florentes vilium exaltationem. *Cardan. lib. 5. Variet.* Arbores sponte renascentes, meliora omnia. *Plin. lib. 16. cap. 32.* frumenta in arboribus nata, magnam victoriam. *Plin. lib. 18. cap. 18.* Laurus nascẽs fœlicitatem. *Idem Plin. lib. 15. cap. fin.* Exicans mor-
14 tem. *Sueton. in Neron* † Quorum causa petebatur ex euentibus, ideo vt varia, variũ omen fuit, *Petr. Blesens. epist. 56. Ioann. Salisberiens. lib 1. de Nugis curial, cap. fin. Nausea lib. 2. Mirabil.* sed in certa, nam vt ait Claudian.

Si buxos in flare vellem ferale gemiscũt,
Tympana si quatiam plãctum mihi tympana reddunt,
Ah vereor, nequid portendant omina veri.

¶ Quibus adiunguntur millia inanissimarum obseruationum; vt siquis domo egressus monachũ viderit, ominatus est; si virgo occurrerit, sterilis dies: si meretrix, dextera, & plena: vt narrat. *D. Chrysostom. homil. 21. ad popul. Antioch.* † Si salinum euersum, si vinum effusum, si canis vllulauit, si coruus tecto insidens crocitauerit, & alia huiusmodi ominosa apud *Sprenger. in Mall. p. 2. q. 2. cap. 7.* † Si membrum aliquod salierit, *vt in cap. illud. h. 26. q. 2.* ex quo *Salitores*, siue *Salisatores*, huiusmodi omnos appellat, *text. in cap. igitur ad fi. h. 26. q. 3.* † Qui cum membrorum quodcumque parte salierint aliquid sibi ex inde prosperum, seu triste significari prædicunt, vt tradit *D. Isidor. lib. 8. Ethimol. cap. 9.* † Sine á cilijs oculorum, vt docet *Cæl. Rodigin. lib. 7. antiq. lect. c. 29.* nam vt ait Plaut. in Pseud. *Nisi quia futurum est, ita supercilium salit.* † Quemadmodum auris sonitus ex alterius recordationis putant euenire, vt de Lesuia narrat Catull.

Sonitus suopte Tintinant aures.

Nam aures consecrabantur memoriæ. Virg. Ecclog. 1.

Cinthius aurem vellit, & admonuit.

¶ Sternutatio similiter ominosa fuit, quia indicat in aduersum aliquid, qui sternutat, vt tradit *Herodotus, lib. 6. & Plutarch. in Themistocl.* Vnde illud *redire ad lectum siquis dum se calceat sternutauerit*, quod habetur in *cap. illud h. 26. q. 2.* † Ideo sternutante aliquo, astãtes ei bona verba dicere semper consueuerunt, vt si quid portenderentur mali, id fausta præcatione aberruncarent, vt docet *Apuleius in Asin. lib. 2. Plin. lib. 28. cap. 2.* † Matutina sternutatio prorsus infausta: meridiana firmissimi auspicij, &

conatus

conatus non irriti inditium fuit, *Arist. in Problem. cap. 11. sect. 3.* & ita intelligitur Catull. Epig. 36.

Dextra sternuit approbatione.

Et illud Propert. lib. 2. eleg. 3.

Nunc tibi nascenti primis (mea vota) diebus,
Aridus argutum sternuit omen amor.

24 ¶ Pedis offensio non minus ominosa fuit postquam Romani viderunt infortunia, quæ acciderunt Tyberio Gracho, & filio Cressi, quorum alter in die qua occisus est domo eggrediēs grauissime pedem offendit: alter ad bellum cum Parthis ineundem, quod infaustos exitus habuit, pedem offendens ruit, vt de vtroque traddunt *Plutarch. in Grach. & in Cress. Val. Max. lib. 1. c. 4.*

25 † Quod extitit in causa, vt de successu belli anxia Laodomia scriberet ad Paridem apud Ouid. in Herois.

Cum foribus velles ad Troiam exire paternis,
Pes tuus offenso limine signa dedit:
Vt vidi, ingemui: tacitoq; pectore dixi,
Signa reuersuri sint precor ista viri.

26 Quæ si aliquando verā fuerunt non propterea sunt admittenda, cum possit dæmon belli euentus, & inopinatam mortem, vel ex potentia cōiuratorum, aut imperitia cabendi illa allucinare, atque his signis ostendere, vt fiduciam in ipsum homo profiteatur, aut quia fortuito contingunt non sunt attendēda, vt docent *Azor to. 1. Instit. Moral. lib. 9. cap. 22. q. fin. Thom. Sanchez in summ. to. 1.*

27 *lib. 2. cap 38. exnum. 38.* † Vnde superstitiosum est illud, *Reddire ad domū si procedens offenderit*, vt habetur, *in dict. cap. illud h. 26. q. 2.* Quia ex Ethnico illo prouenit errore, & ominosa superstitione deducto. *Tibul.* lib. 1. eleg. 3.

O quoties ingressus iter mihi tristia dixi.
Offensum in portæ signa dedisse pedē,

28 ¶ Abruptio corrigiæ, calceus ruptus, vestis si á foricibus roditur, & alia huiusmodi, quæ ominosa censentur, non minus superstitiosa sunt, quæ late improbauit Ecclesiæ lumen, pariterq; columen, *D. August dict. lib. 2. transumptiuè, in d. c. illud h. 26. q. 2.* † Et licet defen- 29
dere conetur, *Caietan. in summ. v. superstitio*, dum ait in hæc verba: *Potest homo absque omni præsagio cabere prudenter ab imminentibus malis dubitando ne præsens occursus, signum sit futuri mali.* † Vanissi- 30
ma sunt, inepta, & illicita, vt ex multis docent *Iul. Syren. lib. 9. de Fato, cap. 22. Medina lib. 2. de Recta in Deum fid. cap. 2. Conrad. Vvipin. lib. 1. Diuinat. cap. 14. Francisc. Picus lib. 6. Prænot. cap. 5. Bened. Perera in Genes. cap. 24. disp. 6.* † Quia si- 31
ne diuina præcedente reuelatione nulla omina licet attendere, vt de somnijs dictum est, ne portam pandamus ad ominosam istam superstitionē, quam non solum Catholici, sed & Ethnici illicitam iudicarunt, Cic. lib. 1. Diuinat. *Hoc si suscipimus, & pedis offensio nobis, & obruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt obseruanda.* † Quasi eis ore pleno irri- 32
deat, cum non solum apud plebeios, verum etiam apud Principes in pretio fuisset, Virgil. Æneid. lib. 7.

Hinc sceptra accipere, & primos attollere faces
Regibus omen erat.

¶ Neque obstat, quod D. Marcus 33
Alexandriam petens cum nauē eggrederetur, calceum rupit, ex quo euangelizauit iter suum fuisse expeditum, vt narrat *Petr. Blesens. epist. 56.* † Quia mi- 34
nime Euangelista ad hāc superstitiosam curiositatem attēdit, cum & si calceus nunquam ruptus fuisset, fuit tamen expeditionem itineris per Spiritum sanctum Dominus reuelarat, vt agnouit, *idem Blesens. vbi prox.* † Non minus quā 35
sanctus Booz, ex quo natus est Christus Dominus, quia fuit attauus Dauid in pacto propinqui Ruth calceum soluit, quia signum fœderis Ruth cap. 4. *Dixit*

ergo

go propinquo suo Booz tolle calceamentum
36 tuum, quod statim soluit de pede suo. † Sunt enim multi ritus ad pacta in eunda secundum varios nationum mores, quæ tantum sunt signa fœderis, non superstitionis, vt apud Hebræos hæc calcei solutionis, apud Romanos prænsationis manus, vt notat *Pierius in Hierogli. lib.* 35. quod etiam apud Hebræos probat Ezech. cap. 17. *Et ecce dedit manum suam*, apud Sidones, vt Dido, apud Virg. Æneid. 4.

Nec te noster amor, nec te data dextera quõdã.

37 ¶ Neque minus obstat, quod Eleazarus seruus Abrahæ pro vxore ducenda filio domini sui omen illud præscruta sset, Genes. cap. 24. *Puella cui ego dixero, inclina hydriam tuam, & illa responderit bibe, quim, & camelis tuis dabo potũ: ipsa est quam præparasti seruo tuo Isaac: & per hoc intelligam, quod feceris misericordiam cum Domino meo.* † Nam satis probabile est signum illud ab hac arte non expectasse, sed à Domino Deo, apud quem nulla est vanitas, neque ea protulit ab hac superstitione, sed ab Spiritu sancto edoctus, vt agnouisset signo aliquo quam Dominus in vxorem Domini sui elexisset, *D. Tho. 2. 2. q. 95. art. 7.*
39 † Neque etiam ad hanc superstitiosam curiositatem attendit diuinus Gedeon Dux Hebræorum pro viris idoneis ad prælium contra Madianitas eligendis, Iudic, cap. 7. *Qui lingua lambuerint aquas sicut solent canes lambere, separauis eos seorsum; qui autem curuatis genibus biberunt, in*
40 *altera parte erunt.* † Neque Saul ad hanc ominis obseruationem attendit pro scelere comperiendo Ionathas, Reg. 1. cap. 14. *Si in me aut in filio meo est iniquitas hæc da ostensionem.* Nam vterque signum à Domino sunt expectati, vt notant *Suarez de Relig. lib. 2. cap. 10. Raph. de la Torre, to. 2. de vitijs oppos. Relig.*
41 *q. 95. art. 7. disp. 3.* † Neq; ipse Ionathas ad stationem Philistinorum pergens cum armigero conditionem ponens, ad hanc superstitionẽ respexit, Reg. 1. dict. cap. 14. *Si dixerint ascendite, ascendamus: quia tradidit illos Dominus in manibus nostris.* † Nam cum Ionathas, neque 42
á Prophetis tunc, neque nunc à Patribus reprehendatur, credendum est signum illud non expectasse ab ominosa superstitione, sed á Domino Deo, quod non est improbabile, vel ex eis, quæ sequuntur. *Non est Deo difficile saluare, vel in multis, vel in paucis.* † Neque 43
obstat Sacerdotes, & diuinis Philistinorum dedisse signum pro arca Domini, in quo à nullo Propheta sunt reprehensi, Reg. 1. cap. 6. *Si per viam finiũ suorum contra Bethsanes ascẽderint, ipse fecit nobis hoc malum grande; sint autem minime sciemus, quia nequaquam.* † Nã cum 44
verum Deum non agnouissent potuerunt absque superstitione signum ab alio expectare, vt notat *Abulens. dict. Reg. 6. q. 18.* Quinimo nil vetat quim dicas Sacerdotes illos peccasse, & secutos suam augurandi consuetudinem, vt tradit *Francisc. Suarez, dict. lib. 2. cap. 11.*

¶ Neque obstat illud sanctæ viduæ Iudith cum ad castra Holofernis 45
progrederetur suos dixisse, Iudicth, c. 8. *Vos autem nolo, vt scrutemini actũ meum,* quasi interrogatio aliquid ominis habuisset, vt delirat *Cornel. Agrippa.* † Quia 46
hoc est mentem eius sinistre interpretari, quæ id vetuit, ne quis allocutionibus, & salutationibus eius vel iter moraretur, vt & Dominus discipulis admonuit apud D. Luc. cap. 10. *Neminem per viã salutaberitis*, & Elisæus Sunanimiti, Reg. 4. cap. 4. *Si occurrerit tibi homo non salutes eum.* † Nec minus diui- 47
nus Iob ad hãc ominosam obseruationem conducit dum pro filijs orans bona verba pro impijs factis emittere placuerit, Iob cap. 1. *Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus*

suis.

48 *suis.*† Nã licet *benedicere* pro *maledicere*, vsurpauerit, vt docte animaduertit omnigena eruditione clarus amicus meus *P. Ioan. de Pineda in Iob. dict. cap. 1. vers. 6.* 49 *num. 25. & vers. 12. num. 7.* † Id non intelligo ex ominosa ista superstitione dictum, neque diuinum Patriarcham ad eam respexisse, vtpote sibi detestatam, vt apparet apud eumd. *Iob cap. 14.* 50 *& cap. 21.* † Nam licet Hebræi ex Gentilium cõmertio, & maxime AEgyptiorum, cum quibus quadraginta annos versati sunt multa in suos vsus cõmutassent, vt docent *D. Augustin. lib. 2. Doctr. Christ. cap. 18. D. Hieron. ad Pauli Galat. 3. D. Ambros. lib. 4. de Fid.* illa quæ ad superstitionem conducerant omnino repudiarunt, quia agnouerant ex Psalm. 30. *Odisse Dominum obseruãtes vanitates superuacuæ.* 51 † Neque ex antiphrasi id dictum puto, vt delirat Lyra, quia id merum Grammaticorum figmentum est, vt late probant *August. Dattus lib. de Antiphras. & in Græcis præceptor meus Franc. Sanc. Brocens. lib. 2. Paradox.* 52 † Nam cũ nomina simulachra sint illius rei, quam immittãtur, vt docet *Plato in Chratil.* Absurdum est, ea per contrarios sensus vsurpare; quia vnico nomini vnica tantum est significatio, vt pulchre animaduertit *Aul. Gel. lib. 11. noct. Attic. cap. 12.* 53 † Quare dicendum est diuinum Iob nõ ex ominosa superstitione, neq; ex antiphrasis figmẽto *benedicere* posuisse pro *maledicere*, sed Euphomismi causa, quo in pia facta piis nominibus recensentur, vt benignius percipiantur, ne religiosas aures offendant; vt docet idem amicus noster *P. Ioann. de Pineda, vbi sup. vers. 12. num. 2.* 54 †. Quod in sacris literis passim reperitur, dum idolatria appellatur ludus, Genes. cap. 21. *Cum vidisset Sarra filium Agar ludentem cum Isaac*, Exod. cap. 32. *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexit ludere.* 55 † Vxores appellantur sorores, Canticor. cap. 5. *Soror mea sponsa*, & Canticor. cap. 8. *Soror nostra parua est, & vbera non habet*, secundum expositionẽ *Hieron. Prado apud auunculum meum sibe genitricis meæ fratrem in regio codice*, ad *Ezech. cap. 16.* Paralip. 1. cap. 2. *Et septimus Dauid, quorum sorores fuerunt Saruia, & Abigail*, quæ inter Dauidis vxores connumerantur *Reg. 1. cap. 25.* † Et ita 56 intelligendus est, text. in l. cum quis C. de Episcopis, & Cleric. *consortio sororiæ*, quia in profanis literis sororem appellantur cõcubinæ. Mart. lib. 10. epig. 65.

Desine me appellare fratrem,
Ne te Carmenion vocem sororem.

Et lib. 12. epigr. 20.

Quare non habet, Fabule, quæris
Vxorem Themison habet sororem.

Nisi vellis *benedicere*, pro *vale dicere*, dic- 57 tum á Patriarcha, vt notat doctiss. conciuis, & præceptor meus *P. Mart. de Roa lib. 1 singular. cap. 9.* iuxta illud Reg. 2. cap. 14. *Cadens Ioab super faciem suam adorauit, & benedixit Regi*, hoc est, *besole las manos, y despidiose del.* † Nã hæc phra- 58 sis valdé frequens est in sacris literis, in hoc sensu, vt apud eundem Iob, dict. cap. 1. *Nisi in facie benedicat tibi*, & cap. 2. *Benedic Deo, & morere*, Reg. 3. c. 21. *Benedixit Naboth Deum, & Regem.*

CAP. XXVII. de Vana dierum obseruatione.

SVMMARIVM.

VAna obseruatio quæsit. nu. 1.
D. Thomas Aquinatis laudatus nu. 2.
Dæmonis conatus in vanis obseruationibus. nu. 3.
Vanæ obseruationes odiosæ apud Deum. nu. 4.
Vana obseruatio habet pactum implicitum. nu. 5.
Dici, aut horæ præfinitio ad vanã obseruationem pertinet, nu. 6.

Fausta,

Fausta, & infausta tempore ad vanam obseruationem pertinent. nu.7.
Herbas colligentes infesto S. Ioannis sunt ominosi.nu.8.
Causa naturalis, aut diuina vbi non est, erit superstitiosa.nu.9.
Naturalis causa se non extendit vltra naturales effectus,nu.10.
Diuina causa non censetur, quæ ab Ecclesia non est recepta.nu.11.
Dies festi in honorem Dei, vel sanctorum sunt liciti.nu.12.
Festi diei cultus non pertinet ad vanam obseruationem.nu.13.
Diei obseruatio ad effectum futurum vana est.nu.14.
Kalendarum obseruatio, & cultus ad vanitatem pertinet.nu.15.
Kalendarum festiuitas quando ad idolatriã expectet, nu.16.
Conuiuia amicitiæ conseruandæ causa laudantur.nu.17.
Conuiuia in honorẽ Dei sunt meritoria.nu.18.
Velas, & nouenas sunt permissæ.n.19.
Comessationes in Ecclesia detestatæ.n.20.
Dies obseruare quam superstitiosum. n.21.
Dies omnes æqualis bonitatis sunt.n.22.
Martis diem ad matrimonia improbare superstitiosum.n.23.
D. Philippus II. matrimonium die Martis contraxit.n.24.
D. Gundisaluus Fernandez de Cordoua religione commendatus.n.25.
Ominosa pro fausta interpretata.n.26.
Dies omnes apud varias nationes fuerunt ominosi.n.27.
Dierum obseruatio ab AEgyptijs emanauit.nu.28.
Dies atri quales sunt.n.29.
Dias aziagos, *vnde dicti.n.30.*
Dies cretionum qui fuerit.n.31.
Fasti, & nefasti dies vnde dicti,n.32.
Dies critici obseruati à chyrurgis, & medicis.n.33.
Dierum criticorum vana obseruatio.nu.34.
Astrorum vis naturalem cursum non impedit.nu.35.
Dies critici ex qua causa pendeant.nu.36.
Dies critici detestati à medicis.n.37.& 38.

VANA Obseruatio censetur quotiẽs attenditur aliquid ad cognoscendum, vel operãdũ ad quod minime expectat, vt docet totius Theologiæ, atque bonarum literarũ parens verè Angelicus, & ipse Angelus nouitestamenti, cuius approbatione scripta diuino ore laudantur Ecclesiæ veneratione suscipiuntur, fidelium susceptа venerantur, *D. Thom. Aquinat.2.2.q.96.* † Cuius effectus, quia non est naturalis, neque miraculosus á Deo, quia nil de illo tale promisit, nec Ecclesiæ suæ reuelauit, consequens est, vt expectetur à diabolo, qui his vanis, & inanis rebus oblectatur, *c.illud huius 26.q.2. Azorto.1.instit.Moral.lib.9.c.26.* † Vt sic homines à Deo ad creaturas abertat, & à celestibus curis ad cœnosa, terrenaque seducat, vel saltem á seriis, & grauibus, ad ludrica, & nugatorea, vt docet, *D. August. lib.83.qq.c.79.* † Vnde Regius vates Psal.30. *Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius, & nõ respexit in vanitates, & insanias falsas*, quia vt ait pauló post *Odijt Dominus obseruantes vanitates supervacuæ.* † In quo, quia homines hodie magis dilabuntur propterea, quod putãt licita, quia nullo pacto videant niti, ignari quod in vanis obseruationibus persæpe lateat, imo ipsa obseruatio pactum est, qua promisit dæmon aditurum, *cap. non licet.h.26. quæst.5.*

¶ Ad hoc genus pertinent omnes orationes, & deuotiones, quæ certis diebus præfinitis iuuentur fieri, aut in tali hora dici, licet in alijs videantur piæ, & sanctæ, vt tradit *Ciruelo de superstitione, part.3.* † Item, & qui certis diebus, siue mensibus,

mensibus, siue annis nollunt, aut volunt aliquid incohari, eo, quod secundum vanam hominum opinionem fausta, aut infausta existiment tempora, vt tradit *D. Augusti. in Enchirid. c. 79.*

8 † Item qui colligunt herbas in festo S. Ioannis credentes eo die habere virtutem efficatiorem, vel addunt circunstantias inutiles, aut orationes otiosas, quæ aliquando incantationes esse solent, cap. non liceat h. 26. q. 5. *Neque in collectionibus herbarum, quæ medicinales sunt, aliquas obseruationes, vel incantatio-*
9 *nes liceat attendere.* † Nam cum ad hoc causa naturalis non subeat, nec diuina, de necessario vana, & superstitiosa est censenda, *Petr. Gregor. in Syntag. lib. 34. cap. 14. Francisc. Suarez de Relig. lib. 2. cap. 2. Raph. de la Torre to. 2. de vitijs opos.*
10 *relig. q. 96. art. 3. disp. 3.* † Quia naturalis se non extendit vltra naturales effectus; vt apud agricolas in plantatione, & inseritione arborum, apud fabros in incisione lignorum, apud pastores incõtusione vellerum, & in prægnatione ouiũ, eo quod ex cœli influentia, Lunæ conformatione: & terræ dispositione meliores in vno, quam in alio euentus experiantur, vt tradit *Petr. Ciruel. Doroc. lib. 4. de Astrolog. Christ. cap. 1. & 3.*

11 † Diuina autem non est, quæ ab Ecclesia non est recepta: quæ recipitur, veneratur, vt in diebus festi, quibus in honorẽ Dei, à seruilibus curis vacamus, siue die Dominico, qui loco Sabathi, succedit, quo requieuit Dominus ab omni opere, quod patrauerat, *Genes. cap. 2.* siue alio de præcepto Ecclesiæ, *D. Thom. 2. 2.*
12 *q. 122. art. 4.* † Siue quo alio, quem in honorem Dei, vel sanctorum, non solum Ecclesia, verum Episcopus præcepit obseruari, cap. conquæstus de ferijs, *cæteris(que) solemnitatibus, quas singuli Episcopi in suis diocœsis duxerint solemniter ve-*
13 *nerandas.* † Nam in horum obseruatione nulla interuenit vanitas, nec superstitio: imo maximus Dei cultus, ac eximia veneratio, quibus Deo non odiosi, sed amabiles reddimur, ideo obseruanda esse, ex multis probat *Franc. Suarez de Relig. lib. 2. cap. 1. 2. 3. & 4. cum seqq.*

14 † Reliqua autẽ dierum obseruatio quæ vana est, vt ex vno die cæteros anni prouentus cõiectare, quemadmodũ ex die Conuersionis S. Pauli, festiuitatis S. Vincentij, Vrbani, & similium, quibus superstitiosi homines anni casus diuinantur apud *Burchar. vbi sup.* ex quo superstitiosos fecerunt versos.

Clara dies Pauli bona tempora denotat anni.

¶ Item vanitatis obseruatores sunt, 15 qui Kalendas Ianuarij, quasi in principio anni boni fati augurio obseruant, aut festiuo ritu colunt, vt prosperum sibi quidquam profiteantur, quia vana censetur obseruatio mixta diuinationis, ac periculo, vt in *Concilio Toletan. 4. Can. 10. & in cap. non obseruetis, d. 26. q. 7.*

16 † Si tamen prædictum diem ritu paganorum colunt in honorem Iani, vel Strenæ deæ epulis vacant, aut Strenas mittunt, vel accipiunt, mera est idolatria, vt docet *Burchard. in pœnitent. lib. 19. cap. de arte Mag. vers. obseruasti Kalendas.*

17 † Secus tamen si animi tantum causa, vel amicitiæ conseruandæ pro consuetudine Christianorum conuiuentur, nullum esset peccatum, vt docet Diu. Gregor. lib. 2. epist. 37. *Conuiuia, quæ ex intentione impendẽdæ charitatis fiunt rectè vestra fraternitas commendauit.* † Quinimo si in honorem Dei fierent, & non habentibus subeniatur, mererentur coram Deo, Esdr. 2. cap. 4. *Ite comedite, & bibite mulsum, & mittite partes his, qui non*
18 *præparauerunt sibi, quia sanctus dies Domini est.* † Idem puto dicendum de vigi- 19 lijs, quæ in honorem Sanctorum fiunt, vulgo *Velas*, & nouendiarijs deuotionibus, Hispané *Nouenas*, dum tamen ab Ecclesia earum epulæ arceantur, vt

decisum

deciſum eſt in *Concilio Leodicenſi, Can.* 28. *& Trid. Seſs.* 25. Nam vt ait Apoſtol. Corinth. 1. cap. 9. *Nunc quid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? vt Eccleſiam Dei contemnitis.* † Niſi id ex nimia fiat deuotione, vel ſimplicitate, vt ſentire videtur, Paulin. in natali S. Fœlic. IX.

Ignoſcendum tamen puto talia paruis.
Gaudia, qua ducunt epulis, qua mentibus erit
Irrepſit rudibus, nec tantæ conſcia culpæ
Simplicitas pietate caret, male credula ſanctos
Perfuſis halante mero gaudere ſepulchris.

¶ Dies enim obſeruare vanæ ſuperſtitionis dogma eſt, plena vanitatis, ac periculi, Chriſtiano cuique ſemper abhorrenda, vt docet D. Paulus ad Galat. cap. 4. *Dies obſeruatis, & tempora, & menſes, & annos timeo vos, ne fruſtra laborauerim in vobis.* † Nam licet dies ex Solis paralelo, & Lunæ mutatione, quo ad res naturales diuerſificentur, quo ad externam autem policiam, vel humanam guuernationem attendendi non ſunt, quia omnes dies æquali bonitate Deus creauit, quo ad has actiones, & ita aliud tenentes ſuperſtitione implicantur, vt docent, *Gl. & PP. in dict. Galat.* 4. *Ciruel. de Superſtit. p.* 3. *cap.* 6. *Alcozer in Sum. cap.* 14. *Thom. Sanchez lib.* 2. *cap.* 40. *ex nu.* 1.

† Et ita ſuperſtitioſi ſunt, qui in die Martis Deo belli conſecrato matrimonia negant cõtrahẽda ne lites, & bella, & diſſenſiones ſuboriantur, damnati in cap. qui æſtimaret h. 26. q. 7. *Qui certis diebus, ſiue menſibus, ſiue annis nolunt, aut volunt aliquid incohare, eo quod ſecundum varias doctrinas Gẽtium fauſta, aut infauſta exiſtiment tempora.* † Et ita vt hanc ſuperſtitionem á fidelium animos aberrũcaret Rex noſter D. Philippus II. qui iamdiu ad cœla euolauit, matrimonium die Martis contraxit. Et Lucullus in Armenia contra Tigranes cum bellũ eſſet ſuſcepturus admonitus, quod ille dies inter nefaſtos connumeraretur; reſpondit ſe ideo extrenue pugnaturum, vt illum diem ab impia acceptione redimeret, vt narrat *Plutarch. in Apoteg.* † Et conciuis meus religione, nobilitate, atque animi virtute clarus, cuius merita, & extrenua facta magni ducis, magnis ex cauſi nomen dederũt, Auguſta diademate dignus D. Gũdiſaluus Ferdinandez de Cordoua cum milites aliquibus diebus pugnam capeſcere contradicerẽt, eorum animos, excitauit dicens, Age, quia non nobis, ſed aduerſarijs nefaſtus eſt dies, vt narrat *Paul. I bius in eius vita.* † Nã hic ſtrenus Dux omni ſæculo commendandus innil aliud ſinceræ fidei, & religionis cultu magis coruſcat, quam in huius vanitatis deteſtationem; & ita cum puluerem tormentarium ignis invaderet, milites in malum omen accipientes confortauit dicens, ſtote animo, quia hæc ſunt luminaria ſequentis victoriæ, vt ex Iobio narrat *Couarrub. lib.* 2. *de falſa prophe. cap.* 24.

¶ Apud Rabinos varij fuerunt dies ominoſi, ſcilicet dies Lunæ aliquorum menſium, & ex his alter erat, quia crediderunt in eo natum fuiſſe *Cain*, apud Athenienſes nefaſtus fuit dies Martis, apud Medos dies Mercurij, apud Phrygios dies Iouis, apud Troianos dies Veneris, apud Perſas Saturni, ita vt ſi omnium nationum dies computantur, quos pro ominoſos habuerunt, omnes omnino anni dies obſceni, & ominoſi fuiſſent, vt tradit *Alex. ab Alex lib.* 4. *Dier. Genial. cap.* 20. † Quorum omniſi deliria, ac vanæ ſuperſtitionis ineptias ab Aegyptijs ſunt atæ, qui totius diuinationis fuerunt authores, vt habetur *in cap. ſed & illud h.* 26. *q.* 2. † Apud quos fuerunt aliqui *dies atri*, rebus agendis

agendis infeſti, Græce dicti ἀποφράδας á veteribus deluxa voce, vt docet *Cœl. Rodigin. lib. 7. antiquit. lect. cap. 9.* † Quos ideo appellamus Hiſpané, *dias aziagos*, quaſi AEgyptiacos, quorum fuit mentio, *in d. cap non obſeruetis, capit. quis æſtimaret huius 26. quæſt. 7.* licet eius nominis deribationem dicat ſe neſcire, *Raphael de la Torre, vbi ſupr. d. diſputatio 2.* † Ex quo apud noſtros met Iuris Conſultos, *Dies cretionum* emanarunt, quibus hæreditas adiri non poterat, vt tradit *Petrus Gregor. vbi ſupr. d. capit. 34. numer. 14.* Quos vt mere ſuperſtit ioſos improbat Imperator, *in l. cretionum dies, C. de iure deliberand.* † Ad quos quidem reſpexerunt veteres illi *Faſti, & Nefaſti dies* in iure noſtro paſsim, vt notat *Alciatus:* FASTI, quibus Prætori iuriſdicendi poteſtas fuit, NEFASTI, quibus ſolemnia illa verba *do, dico, abdico*, intercludebantur, Ouid. lib. 6. Faſtor.

Ille nefaſtus erit per quem tria verba ſilentur
Faſtus erit per quem lege licebit agi.

¶ In quorum claſſe referendi ſunt Chyrurgi, qui vt ſanguinem minuant, ſiue vt curcubitulis corpus euacuent *Dies Indicos* ſolent attendere, quos *Criticos* appellarunt ex medicis. † In quibus Lunę imaginarios angulos, & aſpectus, & conformationes fingentes de morbis iudicant, quo pacto ſit medendum, & quæ cuique eueniat ægritudo, quæ vt mera delirantium inſomnia refellit *Conradus Vvipin. lib. 3. de ſuperſtit. cap. 8. & 9.* † Nam aſtrorum tanta vis non eſt, vt naturalem curſum impediat, vel materiæ in diſpoſitionem adaptent, vt cenſent *Galen. lib. 2. de dieb. critic. & conciuis meus Auizena libro 4. Fen. 2. tract. 2. cap. 1.* † Quare Dies iſti *Critici* magis pendent ex materiæ diſpoſitione, concoctione, & ſtati morbi temporibus, & ſymptomatibus, quam ex ſyderum influentia, vt paſsim docet *Hippocrat. & Celſ. lib. 4. cap. 4.* † Et ita merito eos contempſit *Galenus lib. 12. Therapeutic.* & multis eorum patefactis erroribus impugnauit *Ioan. Langius medicus eximius epiſtol. 35.* & nullo ex his citato *Mart. del Rio omnium literarum gloria conſpicuus, lib. 1. Magicarum. cap. 3. quæſt. 1.* † Et qui iunior iſta defenderat *Marſil. Ficinus libro de vita cœlitus comparand.* Poſtea palinodiam decantauit, & in noſtram ſententiam profeſſus eſt *lib. 12. epiſt. ad Polician.*

CAP. XXVIII. de ſimulata religione, ſiue de ſuperſtitione.

SVMMARIVM.

SVperſtitio nil aliud eſt quam inanis, ac ſuperfluus timor, numero 1.
Superſtitio vnde dicatur, nu. 2. & 3.
Superſtitionis duplex profeſsio, nu. 4.
Superſtitio cõmittitur in cultum veri Dei, num. 5.
Superſtitionem in vera religione non committi, nu. 6.
Peccatum per exceſſum in vera Religione committitur, nu. 7.
Miſſæ cum tot numero candelarum, aut alio præfinitu ritu ab Eccleſia non recepto improbantur, nu. 8.
Miſſæ vulgò de la luz, ſunt ſuperſtitioſæ, numero 9.
Diabolus ſanctiſsimis quibus abutitur, numero 10.
Miſſæ S. Amatoris damnantur, nu. 11.
Miſſæ vulgò treintanario reuelado, & *Miſſæ* del Conde *prohibentur, numero 12.*
Miſſæ de la Emperatriz, & *Miſſæ* del anima ſola *deteſtantur, nu. 13.*
Miſſæ, quæ promittunt euentum ſunt damnatæ,

natæ, numero 14.
Clerici celebrantes Missas huiusmodi peccãt mortaliter etiã si bono zelo faciãt, n. 15.
Clerici huiusmodi tacitè consentiunt in pacto, nu. 16.
Oblationem facientes ex bonis eleemosynæ impetrantis, superstitiosi sunt, nu. 17.
Reliquias sanctorum, vel Euangelia gestantes adiunctis vanis circunstãtijs superstitiosi, nu. 18.
Orationes in quibus aliquid continetur otiosum, vel extraneum superstitiosæ sunt, nu. 19.
Orationes policentes euenta damnantur, nu. 20.
Rebus sacris vana admiscentes detestantur, nu. 21.
Superstitionis vacua multa ex paganis, numero 22.
Partis affectæ imagines Deo suspendere non est superstitiosum, nu 23.
Anathematis suspensionis in cultum veri Dei caret superstitione, nu. 24.
Anathema dicitur a suspendère, vel dicare, nu. 25.
L. Annæus Seneca de ritu stipitis condendi laudatus, nu. 26.
Tabullæ pictæ in honorẽ Dei appensæ, nu. 27.
Inscriptio adebatur picturis casum enarrãs, nu. 28.
Cereos, & hominum simulachra Dijs consecrata, nu. 29.
Oscilla, quæ sint, & qua materia comparata, nu. 30.
Dicationis armorũ extra superstitionẽ. n. 31.
Herculis sagittæ in ara apperisæ, nu. 32.
Herodes spolia barbarorum sacrario affigit, nu. 33.
Vlysses in Hispania spolia belli Mineruæ cõsecrauit, nu. 34.
Manumissi chatenas, & compedes Laribus, & Saturno affigisse, nu. 35.
Captiui compedes suspendere, & milites arma in vsu, nu. 36.
Vestem voti causa Deo suspendere mos fuit, nu. 37.
Vestium, & comarum suspensionis, num. 38.
Coma in honorem Dei suspensa, nu. 39.

SVPERSTITIO nihil aliud est, quam inanis, ac superfluus timor, vt docet *D. Thom. 2. 2. quæst. 93.* seu importuna, ac inepta religio, vt voluit *Aul. Gel. lib. 10. noct. Atticar.* † Ducta voce á verbo *supersto*, nam vt ait D. Isidor. lib. 8. Ethimolog. cap. 3. *Superstitiosi dicuntur à senibus, qui multis annis superstites per ætatem delirant.* † Siue vt ait Cicer. lib. 2. naturæ Deor. *Qui totos dies immolabant, vt eorum liberi superstites essent superstitiosi sunt vocati* † Et horum duplex professio, aut in cultũ falsi Dei, hoc est dæmonis, iuxta illud D. Paul in act. Apost. c. 7. *Viri Atheniẽses per omnia quasi superstitiosos vos esse video.* † Aut in cultũ veri Dei, vt siquis hodie vitulũ Deo sacrificaret, vel Sabbatha coleret, aut filios circũcideret, quæ lege Moysi Deo vero statuebantur absq;, dubio essent superstitiosi: vt docet *D. Ambros. in Psal. 118.* † Nã etsi Lactantius Ciceronẽ reprehẽdat, eo quod putauerit superstitionẽ in vera Religionẽ cõmitti dicens in cultũ veri Dei non posse esse excessum, *lib. 4. instit. cap. 28.* † Respuendus est, quia peccatum per excessum in vera Religione committitur, vt ex multis probat *doctiss. Francis. Suarez de relig. lib. 2. cap. 1. & 2.*

¶ Ex quo capite primo damnantur, qui Missas faciunt celebrari cũ tot numero candelarum, aut alio præfinito ritu ab Ecclesia tamen non recepto, vt patet ex sacro Conci. Trident. Sess. 22. in decreto de obseruand. & vitand. in Missæ celebrat. *Quarundam Missarum, & candelarum certum numerum, qui magis à superstitioso cultu, quam à vera religione inuentus est, omnino ab Eccl sia Episcopi remoueant.* † Idem dicendum si tot

1 2 3 4 5 6 7 8 9

conti-

continuis diebus, & non interpolatis, aut tali hora ſcilicet oriente Sole, *como en las Miſſas de la luz*, aut tot orationibus etiam receptis, ſed præter Eccleſiæ vſum admiſsis, & numero præfinito, aut quid ſimile, nam vt ait Dominus, Deuter. cap. 12. *Quod præcipio tibi, hoc tantum facito neque addas, quidquam, nec minuas.* † Nam licet ſanctæ, & piæ videantur, non propterea licita debent cenſeri, quia diabolus ſanctiſsimis, quibuſque rebus abutitur, vt grauius homines ſeducat, ſiue vt ait D. Thom. part. 2. quæſt. 1. artic. 4. *Vt ſic non ſolum per apoſtaſiam à fide, verum etiam perfidia ſacrilegij vitium incurrant, atque ipſe creator amplius offendatur, & vt maiori opportunitate plures ruere faciat, cum ſacris rebus videant huiuſmodi pacta commendari.*

11 ¶ Vnde damnantur, primo Miſſæ, quæ ſub nomine S. Amatoris habentur, & ſimiles in quibus numerus Miſſarum, & præcum præfinitur, nulla Eccleſiaſtica ſanctione inducto, vt probãt *S. Vincentius Ferrer homil. 2. Dominic. 4. in Aduent. Petr. Ciruelo Dorocenſ. tract. de ſuperſt. part. 3. cap. 11. Mart. del Rio lib. 3. Magicar. diſquiſit. part. 2. quæſt. 4. ſect. 7. Raphael de la Torre tomo 2. de vitijs oppoſ. religion. quæſt. 95. & nouiſsime conciuis meus Thomas Sanchez in ſumm. tomo 1.*

12 *lib. 2. cap. 40. numero.* † Item, & Miſſæ, quas appellant, *del treyntanario reuelado*, & alio nomine *Miſſas del Conde* damnatæ ſunt, vt ſuperſtitioſæ per *S. Vincentium*, & *Ciruelum*, *vbi ſupr. Caietan. 2. 2. quæſt. 96. art. 4. Thomas Sanchez dict. num. 41. ad fin. D. Marti de Aiala in Concilio Prouincial. Valent. anno. 1566.*

13 *Seſs. 3. cap. 6.* † Similiter, & Miſſæ, quæ dicuntur *de la Emperatriz*, *de la anima ſola*, & aliæ in quibus varia euenta policentur, & cognitionem futurorum, & horæ mortis renunciationem, quia cum hæc nullomodo miraculo tribuantur, quia nil Deus tale promiſsit, nec cauſa naturalis, nec artificialis ſubeſt: de neceſſario pacto cũ dæmone eſt tribuendum, vt docent *Caieta. in ſumm. v. incantatio Valent. in Diu. Thom. 2. 2. quæſt. 12. diſputat. 6. Victoria in relect. de Magia. nu. 16.*

¶ Quare hæc omnes Miſſæ, & ſimiles, quæ ex ſimulata religione prouenerunt, ex earum numero, aut orationibus ſpem, & fiduciam profitentes animas ab inferis liberaturas, aut obtenta conſecuturum, vel futura, aut remota cogniturum; tanquam ſuperſtitioſæ improbantur varijs Concilijs, Sanctorum doctrinijs, & doctiſsimorum teſtimonijs, *Sanct. Vincentius, Delrius, Thomas Sanchez, Ciruelus, & alij* 14 *vbi ſupr. D. Chriſtophor. de Rojas Epiſcopus Obetenſ. in ſua ſynod. ann. 1553. lib. 3. titul. de celebrat. Miſſ. conſtitut. 9. Epiſcopus D. Didac. Ramirez in ſynodo Conchenſ. ann. 1531. titul. de offic. diuin. Epiſcopus D. Didac. de Alaba in ſua ſynod. ann. 1549. titul. 2. cap. 14. & in Concilio Prouinciali Valent. dict. cap. 6. Alcozer in ſumm. cap. 14. Suarez de religio. lib. 2.* † Et ita Cle- 15 rici tales Miſſas celebrantes peccant mortaliter, quia cooperantur eorum malitiæ, etiam ſi bono zelo, & in ſimplicitate cordis faciant, vt per *Doctores in cap. 2. de ſortileg. cap. ſi quis Epiſcopus 26. quæſt. 5.* † Quia eo ipſo, quod fa- 16 ciunt, quod á talibus ſupertitioſis ſunt inſtituta fieri, tacité conſentiunt pacto, ſaltem inito cum primo facti authore, qui in vanis huiuſmodi circunſtantijs decreuit fiduciam eolocandam, *ſecundum D. Auguſtinum ſuper Geneſ. 2. ad liter. D. Thom. 2. 2. quæſt. 95. artic. 5. & ibi Caietan. artic. 2. Victoria in relect. de Mag. quæſt. 6. nu. 28. Suarez lib. 2. de relig. cap. 9. ex nu. 13.*

¶ Secundo damnantur, qui faciunt 17 oblationem ex bonis eleemoſyna impetratis, credentes maioris efficatiæ

ad effectum consequendum: & qui metiuntur cingulũ ægrotantis ad cognoscendum à quo sancto sanitas sit petenda, vt docet *Burchard. in Pœnitent. lib. 19. capitul. de arte Magic.* † Aut qui gestant reliquias sanctorum, vel Euangelium sancti Ioannis, aut aliquis versus Psalmorum, non ex deuotione tantum, sed adiunctis vanis circunstantijs, vt docent *Diuus Thom. 2. 2. quæstion. 95. arti. 4.* Nauarr. *in Manual. cap. 11. numer. 35.* † Vel orationes in quibus aliquid continetur otiosum, vel extraneum, vel nomen incognitum etiam Dei, vel alicuius Angeli, vt traddunt *Marti. de Ales tractat. 10. de superstitio. Turrecremat. in capit. non observetis huius 26. quæst. 7.* † Vel etiam cogniti, sed ad id ad quod adhibetur nullam habere efficatiam dignoscatur, vel si eo poli· ceatur, non pati aquam, ignes, carceres, vel manus iustitiæ, quia omnia ista superstitiosa sunt, vt docent *Petrus Ciruelo, dict. cap. vndecimo, Raphael de la Torre de vitijs opposit. religio. tomo secundo, quæstione nonagesima quinta, disputatione 3.* † Aut rebus sacris vana quæq; admiscent, vt qui ante febris accessionem manus lauant, & interea certum ex Psalmis versum submurmurant, vel laborantis manu prænensa dicunt, *Æque facilis tibi hæc febris fiat*, &c. vel quid simile apud *Burchardum, vbi supr.*

¶ Neque ad hanc superstitionem refero consuetudinem eorum, qui vt ab aliquo euasere periculum mortis, vel valetudinis aduersæ, vel naufragij, vel quid glorioſum in bello patrantur, tabellas rerum gestarum seriem continentes, aut earum loco vestes, quibus ægrotanti fuerant induti, arma, quibus vel ab hostibus se occisum iri credebant, vel quibus ipsi hostes deuincerant, catenas, & compedes quibus detenti captiui, affectæ partis imagines, cesariemque ex voto ad templorum parietes apenpdere in vsu est. † Nam licet ex vano, & superstitioso Deorum cultu originem habere videatur, nihilominus in sacris literis eius vsum approbatum comperio in honorem veri Dei, vt Arioli consuluerunt Philisteis, Regum 1. capit. 6. *Facietisque similitudines anorum vestrorum, & similitudines murium, qui moliti sunt terram, & dabitis Deo Israel gloriam.* † Quem quidem morem respexisse videtur sancta illa Iudith in Holophernis victoriam Iudith cap. final. *Et conopæum, quod ipsa substulerat de cubili Holophernis obtulit in anathema obliuionis.* † Nam anathema fuit, quod Deo dicabatur, consecrabatur, vel suspendebatur in facti alicuius memoriam, ab ἀναθεινα, quod suspendere, vel dicare significat, vt tradunt *Nauarro in Extrauagant. de dat. & promiss. numero 10. Suarez tomo 5. de censur. disputat. 8. sectio. 2. numer. 4.* † Quo Deos propiciari Gentiles crediderunt, licet conciuis meus Apostolica familiaritate conspicuus L. Annæus Seneca, quem sanctum appellat *Diuus Hieron. libro de viris illustris*, non anathema, sed pia voluntate Deum deuinci conclamat, epistola. 16. *Nec auro, argentoque suspenso, nec in thesauris stipe infusa, sed pia, & recta voluntate.* † De tabulis in alicuius eueuti memoriam, Tibulus lib. 1. eleg. 3.

Nunc Dea, nunc succurre mihi, nam posse mederi.
Picta docent templis multa tabella tuis,

† Adebatur picturis inscriptio casum referens carmine, Propert. libro secundo.

Pro quibus obtatis sacro me carmine damno
Scribam ego: per magnum est salua puella Iouem.

Vel so-

Vel soluta oratione titulum, Ouid. Amor. 2. eleg. 13.

Adijciam titulum, seruata Naso Corinna.

29 Cereos, & hominum simulachra Dijs, sed præcipue Saturno, apud antiquos author est Machrobius lib. 1. Saturnal. cap. 11. *Cœpisse Saturno Cereos potius accendere, & in sacellum Ditis aræ Saturni coherens Oscilla quædam pro suis capitibus*
30 *oferre.* † Quæ non Cereæ vt hodie, sed lanceæ, vel stipeæ fuerunt, vel ex argilla, vt notant *Festus*, & Varro, ille *lib.* 14. hic vero 6. *de ling. lati.* quæ cuspidi, vel in altum defingebant, Virgil. Georg. 2.

Oscilla exalta suspendunt mollia pinu.

31 ¶ Dicationis armorum sacra facit mentionem Paremia Machabæor. 1. cap. 6. *Vellamina aurea, loricæ, & scuta, quæ reliquit Alexander Philippi Rex Ma-*
32 *cedo.* † De Hercule sagittas ad Apollinis, & ferramenta quibus equus Troianus compactus fuerat, ad Mineruæ in Metapontinos collocasse scribit
33 *Iustin. lib.* 20. † De Herode Rege spolia barbarorum ad sacrarij orbem affigisse, traddit *Ioseph. lib.* 15. *antiq. cap.* 15. de alijs plura vterque *Plinius* alter, *lib.* 15. *natur. histor. cap.* 30. alter vero in
34 *Panegyrad. Theodos.* † De nostra Hispania *Strabo. lib.* 3. Is monumenta quædam de Vllysis errore in Minetuæ templo esse commemorat, parmas suspensas, pallustria, rostraque naualia, quà dere diuinus Poeta.

Aere cauo clypeum magni gestamen Abantis
Postibus aduersis figo, & rem carmine signo.
Æneas hæc de Danais victoribus arma.

35 Manumissos cathenas, & compedes Laribus dicasse scribit *Horat. Satyr.* 1. & 5. Saturno autem Martial lib. 3. epig. 29.

Has cum gemina compede dedicat cathenas.
Saturne tibi, Zoilus priores.

Ex quo captiui diuina mercede redempti, qui ex paganorum seruitute ad hanc auram euolarunt, templis solent cathenas, & compedes quibus reuincti fuerant suspendere. Item, & milites arma quibus hostes profligarunt, vt Laodomia ad Protesilaum, apud Ouid. in Herois epist. 13. 36

Dij precor à nobis omen amouete sinistrum,
Et sua det reduci vir meus arma Ioui

Vestem voti causa adyitandum immi- 37
nens aliquod periculum Deis dicari solitam testis est Silius.

Fœmineus matres graditur chorus ordine longo,
Iunoni pallam, conceptaque vota dicabant.

Vestium etiam, & comarum Deo di- 38
catarum mentionem facit Statius lib. 12. Thebaid.

Mœstarumque super libamina serta comarum,
Pendent, & vestes mutata sorte relictæ.

Decoma tantum idem Statius in plan- 39
ctu Lycurgi de morte Archemidori filij, lib. 6. Thebed.

Iupiter hanc crimen voti reus ante dicaram,

Et Amphiareus Diti patri sacrificans eundem Stat. lib. 3. Syluar.

Accipe commissum capiti decus.

CAP. XXIX. *de signis quibus diuinatio à prophetia dignoscatur.*

SVMMARIVM.

Diuinatio est falsa prophetia, nu. 1.
Spiritus probandus an sit à Deo, nu. 2.

Probationis spiritus difficultas, nu.3.
Falsi prophetæ qui dicantur, nu.4.
Falsi prophetæ non solum ignaros, sed prudentes quoque fallunt, nu.5.
D. Ignatij de Loiola laudes, num.6.
Magdalena de la Cruz sanctitatis prætextu multos fefellit, nu.6.
Monialis Lusitana quibus fallatijs vtebatur, nu.7.
Ioanna la pucella apud Gallos famosa saga, nu.8.
Signa falsæ prophetiæ, nu.9.
Humilitatem præ se ferūt prophetæ ex Deo, nu.10.
Falsa prophetia sub prætextu sanctitatis, numero 11.
Arrogantia, & propria præsumptio nō coheret veræ prophetiæ, nu.12.
Falsi prophetæ qui Christi nomine multos decœperunt, nu.13.
Simon Magus Dei nomine veneratus, numero 14.
Magi, qui se Deos, & prophetas appellarunt, nu.15.
Prophetia, quæ proprium commodum potius quam aliorum respicit vtilitatem non est à Deo, nu.16.
Prophetia ex proprio commodo vertitur in diuinationem, nu.17.
Propheta Balaam ex prophetia pecuniā accipiebat, nu.18.
Apostoli Simoni Mago offerenti pecunias pro prophetia compescuntur, nu.19.
Prophetia ad hoc, vt ex Deo sit debet esse conformis vniuersis scripturis, nu.20.
D. Paulus Euangelicam veritatem ex scriptura comprobauit, nu.21.
Prophetiæ velamini diabolus satagit fidei fundamenta prævertere, nu.22.
Montanus Mahomath, Lutherus, & alij falsi prophetæ, nu.23.
Angelus prædicens contra sacram Scripturam non est credendus, nu.24.
Miracula nō sunt signa veræ prophetæi, sed fides, nu.25.
Falsus propheta miracula facit, nu.26.
Apolonius Thyanæus miracula edit, & quæ videbantur Christi maiora, n.27.
Falsus propheta etiam in nomine Dei miracula facit, nu.28.
Propheta verus non est, qui passim, & vbiq; respondit, nu.29.
Falsus Propheta est, qui omni tempore, & loco respondet, nu.30.
Falsus propheta est, qui vno tempore magis, quam alio spiritum patitur, nu.31.
Prophetia, quia ex Deo est, non vbique, & pro libitu habetur, nu.32.
Iahazieli Spiritus Domini descendit coram Iosaphat, nu.33.
Manus Domini non est abbreuianda, nu.34.
Prophetia de rebus futilibus, & inanibus diabolo est referenda, nu.35.
Prophetia quæ euentui non respondet non censetur à Deo, nu.36.
Prophetia comminationis certa est secundum præsentem iustitiam, nu.37.
Prophetia Natham non fuit ex Deo, sed ex mente sua, nu.38.
Prophetia dicta nescienter dæmoni est referenda, nu.39.
Prophetia ex Deo maxima cum certitudine infunditur, nu.40.
Prophetia sine intelligentia manca censetur, nu.41.
Prophetia magis consistit in intelligentia quam in visione, nu.42.
Prophetia sine intelligentia datur illis etiam qui non sunt propheta. nu.43.

DIVINATIO quia falsa prophetia est nōnulla sunt traddenda, quibus dignoscatur, nam Sathana transfigurat se in Angelum lucis, vt docet *Apostol. Corinth. 2. cap. 11.* Et ipsiusmet Christi formā assummit, vt narrāt *Paladius in hist. SS. PP. & Sulpic. Seuer. in vita S. Martin.* † Vnde merito admonet Dñus, apud Marc. cap. 13. *Videte ne quis vos seducat, &* D. Ioan.

Ioan.epist.4. *Nolite credere omni spiritu,* & Canonicar. 1. cap. 3. *Probate spiritus*
3 *an sit à Deo.* † Sed si eo quod dixit probate spiritus, dixisset quomodo esset probandus, subsisterem, nam quæ apud alios recte dicta sum non inculco, sed inexplorata, aut minus dicta, siue intellectu difficilia, qualia ista, quæ Herculeis humeris dixit formidanda, *D. Chrysostom. ad Pauli Corinth. 1. hom. 29. & in*
4 *Matt. c. 24.* † Sunt enim falsi prophetæ, qui veritatem supplantare conantur, vel ex eo quod ait Dominus in Euangelio, Matth. cap. 7. *Attendite à falsis prophetis*, cuiusmodi multi annumerantur,
5 ex prophetis Baal, *Reg. 3. cap. 18.* † Et alij innumeri sunt, qui non solum ignaros, sed & prudentes, quosque viros solent decipere, vt docent, *D. Augustin. lib. de diuinat. dæmon. Lactãt. lib. 2. diuinar. instit. cap. 17. D. Chrysost. & Theophilat. in Euangel. D. Ioann. ille homil. 18. hic vero, cap. 1.*
6 † Quæ causa fuit vt tempore, quo diuinus Patriarcha ille, tot virorum literis, virtute, & religione coruscantium, pater, atque pastor vigilans D. Ignatius de Loiola illustrissimæ Religionis societatis Iesu fundator inter viuos degeret, Cordubæ in artissimo Religionis cœnobio diabolus sanctitatis specie suscitauit Magdalenã de la Cruz, quæ per triginta annos non solum cõciues meos (quorum omnes cauti, & perspicaces sunt) verum ipsosmet Principes in spectationem detinuit, quo ipsa tanti sceleris tedio adducta, crimen Inquisitoribus confessa salubrem pœnitentiam obtinuit, vt narrat conciuis meus *Episcopus D. Iacob. Simanc. de Cath. instit. tit. 21. nu. 24. & Petr. Ribade-*
7 *neira in vita B. Ignatij lib. 5. c. 10.* † Et eodem tempore, quod fuit circa annos Domini M. D. XLVI. in antiquissima literis, & armis potente Lusitania altera fœmina non minori sanctitatis, & religione vellamine á demone delusa, tot fictis miraculis, & reuelationibus se cõmendabit, vt ab omnibus pro sancta haberetur, adeó vt illius Ecclesiæ Prælatum etiam in errorem induxerit, vt illam pro altera D. Chatarina Senensi, (quia plagas finxerat) veneraret, vt meminit *Horos. Couarr. lib. 1. de falsa prophetia, cap. 24.* † Et non multo antea in 8
nobilissima Frãcia altera fœmina fuit nomine *Ioanna*, dicta *la pucella*, quæ in suæ fictæ reuelationis testimoniam mappam laceratam in omnium oculos reddintegrauit, vt narrat *Ioan. Niderius in Formicar. lib. 5. cap. 8.* quæ & alia huiusmodi non sunt dæmoni impossibilia, vt Deo dãte dicemus sequenti *lib. 2. de Magia operatric.*

¶ Primum, enim ad discernendã diuinationem á prophetia multa sunt cõsideranda circa vita, mores, & exercitia 9
prophetę; an sit elati animi, ambitionis, aut proprij cõmodi, vel existimationis aliquid præse ferat, quia hæc non sunt á Deo, vt probant *Cardinal. Turrecrem. in defens. S. Brigid. in prefat. Ioa. Gerson. tract. de probat. spirit. c. 2. Ribadenei. de tribulat. c. fi.* † Nam à Deo illuminatus ex diui- 10
no cõsortio humilitatem, modestiam, & propriam despectionem semper prę-
se fert, D. Ioan. cap. *Discite à me, quia mitis sum.* Cõtra autem diabolus arrogantiam, superbiam, & huiusmodi alia contra charitatem suadet, sine qua nulla est prophetia, D. Paul. Corint. 1. c. 13. *Etiam si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, si charitatem non habuero, nihil sum.* † Et ita quantumvis sancti ap- 11
parẽãt, dum aliqua ex parte aliquid huiusmodi cernatur fugiẽdi sunt tãquam diaboli sectatores, quia vt ait Dominus per D. Matth. c. 7. *Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouiũ, & intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces.*

¶ Secũdo, quãdo prophetia aliquid ar- 12
rogantiæ præse fert, qua quis se Dei prophetа appellat, aut Deus, aut Christus

falsus propheta est, & ideo non est credendus, vt docet Dñus per Matth. cap. 24. *Si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut ille nolite credere.* † Sic enim multos decœpit Eum del Estella, qui apud Gallos se Christum finxit, vt scribit *Guil. Neubrigens. lib. 1. c. 19.* & apud Hispanos alius Christi nomine, *Sulpic. Seuerus in vita S. Martin.* † De Simone Mago notissima res est Romæ tẽpore D. Petri Principis Apostolorum plures decœpisse Dei nomine, quo se Deũ apud illos fuit ementitus, vt narrat *Euseb. lib. 2. histor. Ecclesiast. Tertulia. in Apologet.* † De Theuda falso propheta, hac ambitione elato narrat *Ioseph. lib. 20. antiq. cap. 2.* de Natham Iudæo. *Idem Ioseph. lib. 7. de bello Iudaic. cap. fi.* de falso Moyse in Creta, *Sozomen. lib. 7. cap. 38.* de alio falso Moyse tempore Iustini, *Nicephor. lib. 17. cap. 6.*

¶ Tertio si prophetia magis propriũ commodum, quam aliorum vtilitatem respicit, non dicitur à Deo infusa, nam vt ait Doctor Gentium D. Paul. Corinth. 1. cap. 14. *Qui prophetat hominibus loquitur ad ædificationem.* † Nam de malis prophetis dictum est prophetiã vertisse in diuinationem, quia suam vtilitatem, & commodum respexerũt, & pro ea pecunias acceperunt, vt docet *D. Hieron. super Micheam, transumptiue in cap. nunquam, 1. q. 1.* † Quia de cõsulentibus falsum prophetam Balaam legitur Numer. cap. 22. *Perrexeruntque seniores Moab, & maiores natu Madiam, habentes diuinationis precium in manibus.* † Et ita Apostoli Simoni Mago offerenti pecunias pro diuina Dei inspiratione, responderunt in Actis Apostol. cap. 8. *Pecunia tua tecum sit in perditionẽ, quoniam cogitasti donum Dei pecunia possideri.*

¶ Quarto, quod prophetia sit conformis vniuersis scripturis veteris, & noui Testamenti, Sanctorum omnium doctrinis, ac fidei conformis, quia vt ait D. Ioann. Canonic. 2. cap. 3. *Omnis spiritus, qui soluit Iesum à Deo non est.* † Et ita in Thessalonica D. Paulus ad probandã Catholicam (quam profitemur) veritatem ex sacris Scripturis illud ostendit Acta Apost. cap. 17. *Et per Sabbatha tria diserebat eis de Scripturis adapperiens, & insinuans, quod Christum oportuit pati.* † Nam ex diuinatione anxie diabolus satagit fidei fundamenta prævertere, & ita errores suos persæpe prætextu prophetiæ diuulgauit, vt docet *D. August. lib. de hæresib. cap. 16.* † Vt de Montano scribit *Apolinar. Hierosolym.* de Mahomath, *Illescas in Pontific.* de Luthero, & Serueto, *Plateol. de hæretic. li. 10.* de Monetario, *Lindan. dialog. 1.* de Philomena, *D. Augustin. lib. contra Academ.* † Et ita licet Angelus prædicat aliquid, quod etiam in minimis contradicat Euangelio, aut sacris Scripturis; non Angelum, sed Sathanam iudicabo, nam vt ait Apostol. ad Galat. cap. 1. *Si Angelus euangelizat vobis, præterquam, quod euangelizauimus vobis, anathema sit.*

¶ Quinto, dicernitur verus à falso propheta ex ratione fidei: nam licet miracula faciat, & secreta reuelet, aut futura, aut alia, quæ Deo sunt reseruata, non propterea verus propheta cẽsendus est, teste Apost. ad Roman. c. 12. *Habentes donationem secundum gratiam, quæ data est nobis, siue prophetiam secundũ rationem fidei.* † Nam hæc omnia etiam falsus propheta præstare solet, de quibus sic testatur Dius Matth. cap. 24. *surgent pseudo Christi, & pseudo prophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia: & ita vt in errorem inducant (si fieri potest) etiam electi.* † Quemadmodum de Apolonio Thyanæo legitur tot, ac tantis prodigijs doctriuã suam confirmasse, mortuos resurrexisse, & alia huiusmodi, quæ vera miracula videbãtur, & Christi maiora, vt tradit *D. Augustin. epist. s.*

& in

& in Apolog. Philostrat. in vita Apoloñ.

28 † Et alij huiusmodi, qui propterea non sunt á Deo, etiam si in eius nomine fecerint D. Marth. cap. 7. *Domine, Domine, non ne in nomine tuo prophetabimus, & in nomine tuo dæmonia eijcimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tum confitebor illis, quia non noui vos.*

29 ¶ Sexto, falsus propheta censendus est, si de omnibus quibus interrogatur respondit, & vbique vellit, quasi proprium sibi munus exercens, nam vt ait D. Petr. Canonic. 2. cap. 1. *Non enim voluntate humana alata est prophetia, sed Spi-*
30 *ritu sancto inspirante.* † Aut si pro omni tempore, & omni loco respondit, quia satis signum euidens est illum fuisse authorem qui Saulem in medio domus
31 vexabat, *Reg. 1. cap. 18.* † Aut si in vno tempore magis, quam alio suas visiones, siue reuelationes paciantur, quia id fieri solet ex humore melancholico, quo Augustus Cæsar in vere magis, quam alio tẽpore portentosa videbat,
32 vt narrat *Sueton. in eius vita.* † Quia prophetia cum à voluntate diuina pendeat eam non vbiq;, neq; palam solet Deus conferre, Deuter. cap. 13. *Siquis fuerit inter vos propheta in visione apparebo ei, aut*
33 *per somnium loquar ad eum.* † Neque obstat super Iahazielem Spiritum Domini descendisse coram Iosaphat, & omnibus qui cum eo erant in templo, Paralip. 2. cap. 20. *Super quem factus est Spi-*
34 *ritus Domini in medio turbæ.* † Quia prẽterquam quod non in domo, sed in tẽplo fuit, manus Domini nõ est abbreuianda, vt quibus velit, & quando vellit hoc donum largiatur, D. Paul. Corinth. 1. cap. 12. *Alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio Spiritum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum*, &c.

35 ¶ Septimo, si prophetia sit de vanis rebus, & futilibus, aut non necessarijs á diabolo habet originem, qui vanijs, & futilibus delectatur, non autem à Deo, quia vt ipsemet testatur per D. Isai. cap. 48. *Ego sum Dominus docens te vtilia.*
† Aut si falsa sint, & non euenerint, 36
quia tum etiam non est à Deo prophetia, Deuteronom. cap. 18. *Quod in nomine Domini Propheta prædixerit, & non euenerit, hoc Dominus non est loquutus.* † Nam licet veri Prophetæ prædicant aliquando, quę non contingunt, 37
vt in prophetia *Ionas cap. 1.* non propterea sententiam muto, quia Prophetia fuit comminationis, & ideo certa secũdum præsentem iustitiam, sed quia homines desierunt peccare, desit Dominus punitionem, nam vt ait in cap. nouerit de pœnit. dist. 1. *Nouerit enim Deus mutare sententiam, si tu noueris emandare delictum.* † Neque obstat prophetiam 38
Natám non fuisse comminationis, & tamen non fuisse certam, vt legitur, *Reg. 2. cap. 7.* quia illa non fuit à Deo, sed ex mente sua, ideo correptus fuit, vt docet *D. Hieron. super Ezechiel. ho. 1.*

¶ Octauo, quãdo nescienter loquũtut, dæmoni est reuelatio referẽda, quia 39
cum non possit ad animæ interiora penetrare loquitur in corpus tantum, & sic interrogati nesciunt rationem reddere, *vt diximus sup. cap. 11. de diuinatione absoluta.* † Secus in prophetia diui- 40
na, quia cum Deus sit qui loquitur, qui ad animæ interiota penetrat, *Apostol. Corinth. 1. cap. 14.* Prophetas suos solet de fide, ac veritate certiores reddere Daniel. cap. 10. *Reuelatum est Danieli verbũ verũ intellexitq; sermonem.* † Nam 41
licet redẽptionis mysterium ab exordio mundi sit annuntiatum, & sub lege scripta multi fuerint Prophetæ, qui eũ non intellexerint, vt docet *D. Augustin. lib. 7. Ciuitat. Dei cap. 32.* Non propterea desierunt esse Prophetę, quamvis mancos prophetas eos appellet *Franciscus Picus lib. 2. de Prænot. cap. 2.* † Quia pro- 42
phetia magis consistit in intelligentia,

quam in visione, Daniel. dict. cap. 10. *Intelligentia opus est in visione*, nam vt ait Amos cap. 3. *Non faciet Dominus Verbum nisi reuelauerit secretum suum ad seruos*
43 *suos prophetas.* Nam visiones sine intelligentia plerique dantur illis, qui non sunt prophetæ; intelligẽtia autem prophetis, vt manus illius, quam vidit Balthasar, cuius visionis intelligentiã explicauit, *Daniel. cap.* 5. & Ioseph visiones vacarum Pharaonis, *Genes. cap.* 41.

CAP. XXX. de huius artis fallatia, atq; de ijs, quæ dæmon valet reuelare.

SVMMARIVM.

Curiositas reprehenditur, nu. 1.

Diuinatio reprobatur non solum ob curiositatem, sed ob damnum, nu. 2.

Diuinis pœna mortis affingitur, nu. 3.

Diuinationis totius auctor diabolus est, numero 4.

Diabolus hostis mendacissimus, nu. 5.

Diabolus quam plures fefellit, nu. 6.

Diuinationis signa irrita, & stulta sunt, numero 7.

Sapientia huius sæculi stultitia est apud Deum, nu. 8.

Diuinatio tam in secunda, quam prima lege Moysis prohibita, nu. 9.

Sapere plus quam oportet, sapere prohibetur, num. 10.

Leges Partitarum, quæ diuinationẽ permittunt sunt correctæ, nu. 11.

Futurorum scientia nulla est, nu. 12.

Futurorum scientia soli Deo reseruata, numero 13.

Diabolus cognoscere nequit euentus liberos, nu. 14.

Supernaturalia mysteria dæmon cognoscere, non valet, nu, 15.

Futura, quæ pendent ex arbitrij libertate diabolus non cognoscit. nu. 16.

Angelus non cognoscit futura, nu. 17.

Dæmonum prædictiones de futuris falsæ experiuntur, nu. 18.

Diabolus angelico ingenij pollet accumine, nu. 19.

Diabolus diuturna experientia non modica sibi comparauit, nu. 20.

Futura qua arte diabolus prædicat, nu. 21.

Diabolus ex præsentibus coniectutatur futura, nu. 22.

Diabolus sapiẽtia, & rerum experientia lõge alijs hominibus antecellit, nu. 23.

Diabolus substantia est spiritualis plena intelligentiæ, & sapientiæ, nu. 24.

Exech. cap. 28. *de sapientia diaboli illustratus, nu.* 25.

Diabolus certo nouit, quæ ex causis naturalibus dependent, quæ ab alijs naturalibus nequeunt impediri, nu. 26.

Diabolus certo nõ nouit, quæ pendẽt ex causis naturalibus, quæ ab alijs impediri possunt, nu. 27.

Futurorum duplex cognitio, nu. 28.

Diabolus in futuris vtitur subdolis, & equiuocis verbis, nu. 29.

Oracula diaboli varia equiuocis verbis prolata, nu. 30.

Diabolus cognoscit præsentia, & præteritã, nu. 31.

Diabolus instanti potest multa ex longissimis partibus renunciare, nu. 32.

Apolonius dum Ephesi esset exclamauit, vt præsens expectaculo Romæ interfici Domicianum, nu. 33.

Exempla varia remissiue de remotorũ cognitione ex pacto, nu. 34.

Cogitationes diabolus diuinare nequit, numero 35.

Cogitationes soli Deo reseruantur, numero 36.

Cogitationes diabolus cognoscit, quæ signis exterioribus indicantur, nu. 37.

Cogitationes diabolus non assequitur supernaturaliter, nu. 38.

Cogitationes qua arte diabolus diuinare valleat, nu. 39.

1 CVRIOSITAS sciendi non necessaria, non modo iubat, sed valde noxia est, Prouerbior. cap. 25. *Sicut qui multum comedit, non est ei bonum, sic qui scrutator est*
2 *maiestatis opprimetur à gloria.* † Sic ergo omnis diuinatio recte prohibetur, D. Hierem. cap. 27. *Nolite audire prophetas vestros, & diuinos:* non solum ex curiositate, sed est damno, Leuit. cap. 19. *Non declines ad Magos, nec ab Ariolis aliquid*
3 *sciscitemini, ne polluamini per eos.* † Ex quo eis pœna mortis affingitur, Leuit. cap. 20. *Vir, siue mulier in quibus Pythonicus, aut diuinationis spiritus fuerit, morte moriatur, lapidibus obruant eos, sanguis eorum sit super eos.* † Nam totius diuinationis author diabolus est, qui principio mundi statim in idolatriam feré totum genus humanum pellexit, vt tradunt *D. August. lib. 2. doctr. Christ. cap. 22. D. Thom. 2. 2. quæst. 95. artic. 2.*
5 † Nam cum illa non acquiratur lucè naturæ, nec diuina reuelatione, consequens est, vt eam discant à diabolo humani generis hoste mendacissimo, D. Ioan. cap. 8. *Ille homicida erat ab initio, & in virtute non stetit: cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est.*
6 † Sic constat fefellisse Cressum, & Pyrrhum authore *D. Hieron. in Isai. cap. 41.* Mamphredum teste, *Francisc. Pico lib. 4. Prænot. cap. 9.* Indos plures, apud *Osorium lib. 2. histor. Lusitan. cap. 15.* Ferrantem, & alios, quos refert *Mart. del Rio lib. 4.*
7 *Magicar. cap. 3.* † Vt sic homines in his, quæ peccarunt puniantur, & in errore suo obcecentur, D. Isai. cap. 44. *Ego sum Dominus irrita faciens signa diuinorum, & Ariolos in furorem vertens, conuertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens.* † Sapientia enim huius sæculi stultitia est apud Deum, *D. Paul. Corinthior. 1. cap. 3.* nam vt ait Ecclesiast. cap. 19. *Melior est homo, qui minuitur sapientia, & deficiens sensu in timore; quam qui abundat sensu, & transgreditur legem excelsi.* † Et ita merito in secunda lege 9
Moysi admonemur, Deuteron. cap. 18. *Non inueniatur in te, qui Ariolos sciscitetur, nec qui Pythones consulat, nec diuinos,* & Paulo post *Gentes istæ, quarum possidebitis terram, augures, & diuinos audiunt, tu à Domino Deo tuo aliter institutus est.* † Non enim debemus scire plusquam 10
quod oportet sapere, vt ait *Apostolus,* sed sapere ad sobrietatem, Eccle siast. cap. 3. *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus,* quippe vt ait Alcim. lib. 2. Carm. 15.

Damnabitur ille perenni
Iudicio, quisquis vetitum cognoscere tentat.

Neque obstat iure Regio diuinationes 11
permitti, & à pœna iniuriarum excusari licet in diuinando falsum contra allquè dixerint diuini *l. 7. ti. 9. p. 7.* quia nõ solum prædicta lex, sed aliæ etiam leges, quæ de diuinis agunt in dicto Septimpartito iure *tit. 23. dict. part. 7.* correctæ sunt meliore iure per *l. 5. 6. & 7. tit. 3. de los hereges, y adiuinos, lib. 8. Recopi.* † Nam futurorum scientia nulla 12
est, vel ipso teste, *Arist. lib. 2. Periarmen.* Quia quemadmodum se habet res ad esse, ita se habet ad cognitionem: futura autem non dũ existunt; ergo à nullo
cognosci possunt, nisi à Deo, de quo scriptum est per Apostol. ad Roman. cap. 4. *Vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt.* † Nam vt ipsemet testatur per 13
Isai. cap. 46. *Ego Deus, &c. nec similis mei annuncians ab exordio nouissimum, & ab initio, quæ nec dum facta sunt,* quibus concordat ipsemet *Isai. cap. 41. & cap. 44. Daniel. cap. 2. D. Paul. Corinth. 1. cap. 14.*
† Quare dæmon cognoscere nequit 14
euentus liberos, siue exemptos à causa-

litate

litate rerum temporalium, aut futuros non neceſſarios, ſed contingentes, vt docent *D. Auguſt. lib. 3. de Trinit. & lib. de natura dæmon, D. Thom. 2. 2. quæſt. 95. art. 6. & 7. Caſtro lib. 1. de iuſta hæreticor. punit. cap. 14. Suarez de Relig. lib. 2. cap. 8. Paul. Grilland. de ſortileg. quæſt. 10. num. 2. & quæſt. 11. ex num. 1. Farinac. tom. 1. quæſt. 20. ex num. 79.* † Non ſolum ſupernaturalia myſteria, vt ſunt myſteria fidei, gubernationes, & mutationes regnorum, de quibus Acta Apoſtol. cap. 1. *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſſuit in ſua poteſtate.* † Sed etiam, quæ pẽdent ex arbitrij humani libertate, vt quid cras facturus ſim, vel cogitaturus; D. Iſai. cap. 44. *Annuntiate nobis, quæ ventura ſunt, & ſciemus, quia Dij eſtis vos.* † Quia omnia illa, & ſimilia omnino ſunt incognita, non ſolum dæmoni, ſed alio quovis Angelo, etiam in gratia exiſtente, D. Matth. ca. 24. *De die illa nemo ſcit, neque Angeli in cœlo, ſed ſolus Pater.* † Quare merito, D. Chryſoſt. in Ioan. homil. 18. *Hoc vel maximè Dei opus eſt, quod neque dæmones immutari poſſunt, quamvis maiorem in modum adnitentur, in miraculis enim ſæpe ſub veritatis vmbra decipi poſſumus: prædictio futurorum immortalis Dei dumtaxat opus eſt. Quod ſi quando dæmones aliquid prædixerint, ſtultum, & incautum vulgum decœperunt: eorum namq; vaticinia paſſim falſa deprædẽderunt.*

¶ Quæ quia certo non nouit, ea probabiliter tantum; & coniecturam faciens conatur indicare, longe perſpicatior, quam omnes homines, quia Angelico ingenij pollet acumine, vt in *cap. nec mirum huius 26. quæſt. 5.* † Et diuturna obſeruatione experientiam, non modicam ſibi comparauit: nouitque rerum omnium naturalium facultates, & hominum inclinationes mediante appetitu ſenſitiuo, vt docent *D. Auguſtin. lib. de natura dæmon: cap. 5. & cap. 6. Suarez vbi ſup. dict. cap. 8. Damaſce. lib. 2. de fide.* † Quare ſæpe contingit, vt ad amuſim prædicat, quod Deus hunc, vel illum populum ſit puniturus: quod talis exercitus gladio, fame, aut peſte affligetur: & quod talis á tali ſit occidendus, & alia huiuſmodi. † Item, quod Princeps de ſolio ſit exturbandus, vel aliqua opreſione afflictur⁹, vel ſtrage periturus; nam id ex diligentia cõiuratorum, ſocordia, & incuria cabẽdi, vel peſſendi hoſtis poteſt colligi, vt oſtendiſſe docet *Baſilatius apud Nicet. lib. 3. Chronic. Petr. Gregor. in ſyntag. p. 3. lib. 34. cap. 7.* † Nam cum hæc ab alijs hominibus coniecturaté cognoſci valeant, multo melius á dæmone, quia ſapientia, & rerum experientia longe alijs hominibus antecellit, vt tradunt *D. Auguſt. lib. 10. Ciuitat. Dei relatus, in dict. cap. nec mirum, D. Thom. q. 16. de dæmon. art. 5.* † Quia ſubſtantia eſt ſpiritualis plena intelligentiæ, & ſapientiæ, *D. Thom. dict. q. 16. art. 6. Dioniſ. lib. de diuin. nomin. c. 4.* Nã vt ait Ezec. c. 28. *Tu ſignaculum ſimilitudinis altiſſimi plenus ſapientia, & perfectus decore in delitijs Paradyſij Dei fuiſti.* † Nam licet propheta de Rege Tyri loquatur, figuraté de Sathana intelligitur ſecundum *D. Hieron.* vel ex eis, quæ poſtea ſequuntur. *Tu Cherub extentus, & protegens poſſui te in monte ſancto Dei: in medio lapidum ignitorum, ambulaſti perfectus in vijs tuis á die conditionis tuæ, donec inuenta eſt iniquitas in te, peccaſti, & eieci te de mõte Dei, & perdidi te.*

¶ In alijs autem, quæ ex cauſis neceſſarijs dependent, quæ ab alijs naturalibus nequeunt impediri, vt Solis eclypſes, aſtrorum coniunctiones, & ſimilia, non tantum coniectatione, ſed certo dæmon prædicere poteſt, vt rerum naturalium peritiſſimus, vt tradunt *Grilland. de Sortileg. q. 6. ex nu. 3. Medina lib. 2. de recta in Deum fide, cap. 1. Petr. Binsfeldus in rub. C. de malefic. & mathem. notab.*

10. *Franc. Pegna in director. Inquis. p. 2. cō-*
27 *ment. 67.* † Nam de illis, quæ ab alijs cau
sis impediri possunt, vt imbres, pluuias,
nimbros, tempestatesque sonantes, non
certo, sed cōiectatione prædicit, præter
illa, quæ nouit (se permittente Deo)
postea facturum, vt eleganter docent
D. August. lib. 8. Ciuit. Dei c. 23. Eugubin.
lib. 3. de peremni philosophi. c. 14. cum seqq.
28 † Futurorum enim duplex est cognitio:
vna quantum est in se ipsius, & natura
sui, quæ soli Deo reseruatur: alia in suis
causis, vel secundum potentiam cau-
sarum, quæ dicitur cognitio coniectu-
ralis, & demonstratiua, quæ dæmoni
non denegatur, vt docet *D. Tho. d. q. 16.*
29 *de dæmon. art. 7.* † Sed ne apud cultores
suos pondus authoritatis amittat, in ijs
etiam quæ Deo reseruantur, impié, &
impudenter se inserit, sed æquiuocis,
& subdolis verbis vtitur: vt interpreti-
bus suis signorumq; suorum coniecta-
toribus culpa tribuatur, quando decepti
fuerent, vel mentiti, vt tradit *D. August.*
lib. de diuinat. dæmon. cap. 6. relatus in cap.
sciendum h. 26. q. 3. Grillan. de sortileg. q. 6.
30 *n. 7.* † De quibus varia suppeditant exē-
pla *Cic. lib. de Diuinat. Eusebius lib. 4. præ-*
parat. Euang. cap. 1. & lib. 5. cap. 6. & lib. 6.
cap. 10. Grilland. de sortileg. d. q. 6. nu. 7. vt
in quacumq; parte se res vertat demē-
datio non possit accusari, vt illud.

Aio te Æacidā Romanos vincere posse.

31 ¶ De præsentibus, aut præteritis res
obscura non est posse dæmonem, quæ-
cumque actu exteriori prodita sunt re-
uelare: vel quæ aliena relatione acce-
pit, vel ipso coram gesta sunt, vt secre-
ta furta, res perditas, thesaura olim ef-
fossa, metalla subterranea, & alia hu-
iusmodi, quæ hominum cognitionem
fugiunt, quia dæmonibus nota sunt, vt
docet *D. August. de diuinat. dæmon. cap. 3.*
32 *4. 5. & 6. cap. nec mirum h. 26. q. 3.* † Etiam
si in longinquis ac remotis terræ par-
tibus agantur: nam cum non solum
cursus quorumlibet hominum, vel fe-
rarum: verum etiam volatus auium in-
cōparabiliter vincat, potest multa, tam
instanti cognoscere, ac renunciare, vt
ab ignaris putentur multo antea præ-
dicta. *d. cap. sciendum h. 26. q. 3.* quia vt ait
Tertulian. in Apologet. cap. 22. *Dæmo-*
nes momento sunt vbiq;. † Et ita Apolo- 33
nius dum Ephesi esset (ex dęmonis sug-
gestione) exclamauit, vt præsens expe-
ctaculo Romæ interfici Domicianū, vt
narrat *Philostrat. in vita Apolon.* † Aliud 34
exemplū de quodā Iuuene refert *Aul.*
Gel. lib. 15. noct. Attic. cap. 18. aliud de
Chariberto, *Arnob. lib. 3. Annal. cap. 22.*
Aliud sui temporis *Grilland. de sortileg.*
q. 6. n. 7. plura alia nostri æui, *Nic. Remig.*
li. 3. dæmonol. c. 14. Medi. Binsfeld. vbi sup.

¶ Excipiuntur tamen cogitationes 35
in animo manentes, nam licet præsen-
tes sint dæmonis non subiacent arbi-
trio, vt docent *D. Hieron. in Matth. cap. 9.*
& D. Ambro. in Luc. c. 5. † Nam soli Deo 36
reseruantur, qui scrutat renes, & corda,
Sapien. c. 1. *Quoniam renum illius testis est*
Deus, & cordis illius scrutator est verus.
Cui astipulātur *D. Hiere. c. 17. Reg. 3. c. 8.*
Paral. 2. c. 6. D. Matt. c. 16. D. Luc. c. 6. Acta
Apos. c. 1. † Quare illa à dęmone sciri nō 37
possunt, nisi exterioribus signis prodita
sint, quibus illi ignotescant, vt docent
D. August. lib. de natura dæmon. cap. 5. D.
Tho. 2. 2. q. 95. c. sciēdum h. 26. q. 3. † Signis 38
dico exterioribus, quæ ab alijs puris
creaturis agnosci possunt; quia supera-
turaliter illa assequi (vt voluit Agrip-
pa) hęreticū est dicere, vt docēt *Theologi*
Sent. 2. dist. 5. D. Aug. lib. de natur. dæmo. &
lib. 2. Retract. c. 30. c. quodam loco h. 26. q. 3. 39
† Quāquā haut negē posse diabolū phā
tasmatibus immissis hominū mentes,
ita turbare, vt nil aliud cogitari quæat,
quam quod ab eo suggestū est, vt sic co-
gitationes diuinare videatur, vt docent
D. Aug. & Angelicus Thom. vbi sup. Raph.
de la Torre d. q. 95. art. 7. disp. 1. & 2.

EPITO-

EPITOMES DELICTORVM IN QVIBVS APERTA, vel occulta inuocatio dæmonis interuenit,

LIBER II.

IN MAGIAM OPERATRICEM ad Gratiani Decretum Cauſ. XXVI.

D. D. PHILIPPI III. HISPANIARVM REGIS Catholici iuſſu ſcriptus, ac totius Senatus Regij approbatione, ad petitionem D. Fiſcalis vulgatus.

CAP. I. de Magia diuina, & naturali.

SVMMARIVM.

Virtutes vocabulorũ neceſſariæ ad omne ſtudium, numero 1.
Ethymologia eſt vera nominis definitio, n. 2.
Incorporea non niſi ex efficiente, & fine dari poſſunt, nu. 3.
Magiæ nomen quid ſignificet, nu. 4.
Magia conſummata philoſophia fuit, nu. 5.
Magia cum cæteris ſcientijs Adamo elargita, num. 6.
Magiæ diffinitio ex Pſelo, nu. 7.
Magia ex occultis naturæ, nu. 8.
Echenis piſciculus nauigio adhærens eum ſiſtere cogit, nu. 9.
Torpedo piſcis, quam admirabilis natura, nu. 10. & 11.
Magnes ferro attracto alium attrahendi cõmunicat poteſtatem, nu. 12.
Magnes vis cœleſtis, & cum Aquilone ſympathia, nu. 13.
Petra flammam emittit in Nimphæo, numero 14.
Flammam è petra exiliens oleo infuſo, n. 15.
Calcis miranda quædam, nu. 16.
Asbeſto lapis, qui ſemel accenſus nunquam abſummitur, nu. 17.
Fons alter in Chio hebetem reddit ingenium, alter acuit, nu. 18.
Fons alter in Bœetia obliuionem, alter memoriam generat, nu. 18.
Fõs in Cyzico venereos comprimit, ſtimulos & apud Gelonium excitat, nu. 19.
Fontium alia miranda, nu. 20.
Sabina herba caulibus fructicoſa, iumentis venenum, hominibus antidotum, numero 21.
Napellum hominibus venenum, paſſeribus ſaluber-

Salubberrima, numero 22.
Ladislaus Neapolitanorũ Rex neapello occisus, nu. 23.
Panis accipitrem necat, quo homo alitur, numero 24.
Rosarum olore scarabeus moritur, quo homo delectbatur, nu. 24.
Sardonia herba vescentibus neruos contrahit, nu. 25.
Tarantulæ venenum ad numerum psaltitare cogit, nu. 26.
Fraxinus arbor serpentibus inimica, numero 27.
Arbusculæ in Indico mare vitri modo fragiles, in ignem, vt ferrum in ardescebãt, nu. 28.
Ligna, quæ igne non consumuntur, & quæ aqua non putrescunt, nu. 29.
Ligna putrida nocte lucent, nu. 30.
Pennæ auium, quæ nocte lucent, nu. 31.
Noctilucæ, siue cincindelæ quare nocte luceant, nu. 32.
Indicum animalculum, toto corpore lucet, numero 33.
Vapores varijs formis conformati, numero 34.
Vapores equitum forma, & apud syrtim maiorem, nu. 35.
Insulæ natitantes in mare, nu. 36.
Arbores eximo mare asurgere in altum, nu. 37.
Ignes inextinguibiles, nu. 38.
Lucerna, quæ in sepulchro Tuliæ multis annis ardens apparuit, nu. 39.
Arbor insulæ Ombrio ante ortum solis à stipite tum à ramis aquam emittit, numero 40.
Palleæ frigore suo niues conseruant, & calore fructus maturant, nu. 41.
Agrigentinum sal liquatur igne, aqua vero induratur, nu. 42.
Dictami herbæ alia peculiaria, nu. 43.
Herbarum alia miranda, nu. 44.
Fel piscis calyonimi cæcitatem expellit, numero 45.
Virgarum aspectus facit, vt oues concipiant maculosa, nu. 46.
Aquæ potus facit nigros generare agnos, numero 47.
Bætis fluuius ouium bellera olim deaurabat, nu. 48.
Aurea bellera in Bæti non poeticum modo, sed verum fuit, nu. 49.
Arietes Bætis Talento distractos, nu. 50.
Rubricatis pellibus ad opertorium tabernaculi Hebræi vsi sunt, nu. 51.
Ouium color aureus quodammodo purpuram imitabat, nu. 52.
Magiæ qui fuerint peritissimi, nu. 53.
Salomon magia peritissimus, nu. 54.
Salomoni, quæ falso tribuantur, nu. 55.
Salomon incantationes non scripsit, numero 56.

OPERAtricis Magiæ tractationẽ suscipiẽsà nominis significationẽ est exordiendum, nam qui virtutes vocabulorum ignorant facile παραλογισμὸν τὸ, id est, decipiuntur, vt dicit *Aristotel. lib. 1. Elenchor.* † Quinimo, & Ethymologia, & vera diffinitio est secundum *Platonem in Cratil.* quam Aristoteles, *orationem explicãs nominis significationem* præscribit. † Quæ á rei physica ex operatione intellectus concepta nõ distinguitur, nam res quæ incorporeæ sunt, non nisi ex efficiente, & fine dari possunt, vt docet præceptor meus *Brocens. lib. 1. dialecticor.* † Magiæ enim nomen Persicum est, apud quos *Magos* significant eos, quos apud Græcos *Philosophos*, apud Latinos *Sapientes*, apud Gallos, *Druydas*, apud AEgyptios *Prophetas*, apud Caballistas *Sacerdotes*, apud Ayssrios *Chaldeos*, apud Indos *Gymnoso-*

Gymnosophistas, vt tradit *Bapt. Porta, lib.* 5 *1. de Magia naturali cap. 1.* † Nam Magia principio cõsummata philosophia fuit circa diuina, & humana potissimum cognitio de Deo, & immortalitate animi, *Plato Alcibiad. 1. D. Chrys. to. 2. in* 6 *Matth. 2. ho. 2.* † Quæ cũ cæteris scientijs Adamo elargita est, á quo posteritas edocta per manus, & orbẽ eam propagauit, vt apparet ex magia Zoroastri, quæ nũc excusa est, vt tradit *Perer. lib. 1.* 7 *de Mag. c. 2.* † Hanc definiunt Proculos, & Psellus ille li de Mag. hic vero de dæmon. *Exactior quædã arcanorũ rerũ cognitio, qua cælorũ, ac syderũ cursu, & influxu, et sympathijs, atq; antipathijs rerũ singulariũ obseruatis suo tẽpore, loco, ac modo, res rebus applicãtur, & mirifica quædã perficiuntur.*

8 ¶ Multa enim sunt naturæ miracula incõpertæ adhuc rationis (& vt Plini verbis vtar) in naturę maiestate penitus abdita, vt si quis hominum eis occultè vtatur, Magus vulgó diceretur, aut diuinus, vt tradit *Victoria in relect. de Magia.*

9 † Vulgaris narratio est de *Echenis* piscículo, vulgò *Remora*, experiẽtia cõprobata, quod si nauigio adhæret, licet ingẽti cursu, ac incitatissimo feratur, cũ sistere, ac effrenare cogere *Arist. li. 2. c. 14. Plin. lib. 9. c. 29. AElian. lib. 1. c. 27.* nam vt ait conciuis meus Lucan.

Pupim detinens Euro tendẽtes rudẽtes
In medijs Echenis aquis.

10 Arist. lib. 9. c. 37. *Torpedo piscis, quã appetit, efficit ea ipsa, quã in suo corpore continet facultatẽ torpendi, atq; ita retardata animã-*
11 *tia præstupore capit, ijsq; vescitur.* † Addit Alber. Magnº li. 8. tract. 3. c. 1. & lib. 24. *Experimẽto, se dedicisse sũmo digito tãgẽti cuipiã brachio toto per semestri immobili laborasse, eadẽq; vim stupefaciẽdi inesse halitui, & aure ipsius torpedinis, nã & hastæ*
12 *contactu idẽ accidit.* † Magnes lapis cuius virtus tã mira est, vt de illa sola librum integrũ scripserit, *Ioa. Bapt. Porta*, non solũ ferrũ ad se trahit, sed ferro attracto alio ferro trahendi virtutẽ largitur, vt scribit *D. Aug. lib. 21. Ciuit. Dei, c. 4.* † Cuius vis, quia cœlestis est per eius influxũ cõmunicata, vt ait *D. Tho. quodlibet.* 13 *12. art. 15.* adeo Aquilonem (cũ quo habet sympathiam) insequitur, vt si acus aciẽ in Austrum vertas, protinus illa in Aquilonẽ inuertit, vt docet *Arist. lib. de lapidib.* † In Nymphæo exit de petra flã-14 ma, quæ pluuijs incẽditur, vt narrat *Plinius lib. 2. c. 107.* & ne putes fabulosum vide in sacris literis ignẽ de petra exiliẽtẽ, *Iudic. c. 6.* quod naturale putat *Valles lib. 2. de sacra philosoph.* † Et de eadẽ pe-15 tra, Arist. lib. 1. de admirand. c. 34. *In locis montanis Apolloniatidis iuxta Aritaniã (is Nymphæi locº est) petrã quandã esse aiũt ex qua ignis emanans nõ cernitur, ad cum in illa oleũ effunditur è cõtinuo flãma insurgit.* † Et in calce nõ minus mirãdũ est, quod 16 igne alba fiat, cõtra eiº naturã, qui ligna amicissima nigerrima redit: itẽ, & asseruare ignẽ, quę aqua incẽditur, oleo tñ extinguitur, actione contraria, cuius ideo miratur *D. Aug. lib. 21. Ciuit. c. 4.* † Et est 17 præterea lapis nomine Asbesto, qui semel accensus nunquã absumitur, teste *eod. Aug. d. li. 12. c. 6.* ex quo in sepulchris Gentiliũ lucernas per multum tempus duraturus scribit *Solin. c. 21.*

¶ In Insula Chio præterea duo fontes 18 sũt, quorũ altero qui biberit hebetis fit ingenio, altero subtiliores sensus adipiscũtur, vt tradit *Pli. li. 31. c. 2.* & in Bœtia duo alij sunt fõtes, quorũ alter obliuionẽ inducit, alter vero illustrat memoriã, vt narrat *Plin. d. c. 2. D. Isidor. lib. 13. c. 13.* † In Cyzico fons est, cuius aquam 19 potãti venereos stimulos extingit, vt author est *Plin. d. c. 2.* & apud Geloniũ stagnũ alij duo fons emanant, quorũ alter, quæ sũpserit mulier ex sterile fœcunda fit: altero si fœcunda hauserit, vertitur in sterilẽ, *D. Isidor. d. c. 13. Solin. c. 10. Seneca lib. 3. c. 25.* † Fons Gelopis Thraciæ 20 potantibus mortifera est, *Arist. lib. de admirãd. c. 216.* fons Potinę in vrbe Thebis bibẽtibus efferare cogit, & in rabiẽ

inflãmat, *AElian. lib.15.c.25.* Lyncestis in agro Caleno inebriat, vt vinum, *Plin. lib.2.c.103. Senec. Natural.qq. lib.3.c.20.*

Lyncestius amnis,
Quẽquicũq; parũ moderato gutture traxit,
Haut aliter titubat, quam si mera vina bibisset.

21 ¶ Plin. lib.16.c.20. & li.24.c.11. *Herba dicta sabina, alijs Rododaphnes sẽpiterna fronderoſæ ſimilitudine, caulibus fruticoſa, iumẽtis, capriſq;, & ouibus venenũ eſt: eadẽ*
22 *homini contra ſerpentũ venena remedio.* † E cõtra vero Napellũ herba homini præſentaneũ venenũ eſt, paſſeribus vero, ac turdis ſaluberrima eſca, vt narrat *Dioſcorid. lib.4. Albert. Mag. lib.25.c.2.* † Prop
23 terea Ladislaus Neapolitanorum Rex per inſidias phyſici cuiuſdã, cuius filiã ille ſtruparat, hoc Neapello cũ ipſa mu liere necatus eſt, vt tradit *Collenut. in cõ-*
24 *pẽd. li.5.* † Accipitrẽ panis necat, quo homo aliter *D. Aug. lib.2. de morib. Manicheor. c.8.* Roſarũ odore ſcarabæ moritur, quo homo delectatur, *Ariſt. de admirand. audit. c.140. Clem. lib.2. Pedagog.*
25 *c.8.* † Similia de Sardonia narrat naturaliũ præſtãtiſſimus Solin. c.9. *Sardonia herba ſi edulio fuerit, veſcentibus neruos cõtrahit, rictu ora diducit, vt qui mortẽ oppe-*
26 *tunt ridentiũ facie intereant.* † De veneno Tarantulæ ſeu phalangi Calabri veriſimũ eſt, quod ab eo morſi nõ aliud vitę, & remedij præſidiũ eſſe, quam ſi certo muſicæ ſono pſaltitare, & ad numerum cõpellantur donec cõcidant fatigati, vt narrat *Alex. ab Alex. lib.2. dierũ Genial.*
27 † Fraxinus arbor adeó ſerpẽtibus inimica eſt, vt ſi frõde eius in gyro claudatur ignis, & ſerpẽs inducatur: potius in ignẽ quã, vt fraxinũ fugiet, innarrat *Plin. li.16.c.13. Vincent. hiſt. nat. lib.20.c.14.*

28 ¶ Alexãdri milites in Indico mare arbuſculas reperere colore bubuli cornu ramoſas, & cacuminib⁹ rubẽtes, quę cũ tractarẽtur, vitri modo fragiles erãt, in igne autẽ, vt ferrũ in ardeſcebãt, vbi forẽt reſtinctæ, primo colori redebãtur, *Plin. lib.13.c.25.* † Sũt pleraq; alia ligna, 29 quæ igne non conſũmũtur, vt tradit *D. Hieron. ſup. Leuit. c.27.* & alia quæ aqua nõ putreſcunt, ita vt ſi ex eis naues fiãt, & mergantur poſt ducentos annos manere incorruptas, *Plin. lib.16.c.41.*

¶ Ligna putrida nocte lucẽt, vt tradit 30 *Olaus lib.2.c.14.* & expertus ſum cũ ad Matritẽſem Curiã anno elapſo pergerẽ in hoſpicio, quod dicitur *del Alcalde*, per noctans vna cum illuſtr. Comiti de la Puebla, animi cauſa extra hoſpiciũ prophecti longe vidimus lucẽ ingentẽ ad quã peruẽti, erat querci trũcus putrid⁹, qui reliquis in hoſpicio aſtãtibus in admirationem rapuit. † Solin. c.21. *In ſaltu* 31 *Hirciniæ aues gignũtur, quarũ pẽnæ per obſcurum emicant, & interlucent quãvis denſa nox obtegat.* Cui ſtipulãtur, *Plin. lib.10.c.47. D. Iſidor. lib.12.c.7. Albert. Mag. li.23. animal. lit.L.* † Nocticulæ ſiue cincinde- 32 lę vermi genus nocturnis tẽporibus lucẽ emittũt, quia cũ ſãguine careãt adeó igneę partes circa digeſtionẽ cõcurrũt, & ibi lucẽt, vt alter ab altero diſcernatur, *Greg. Reiſ in ſua marga. phyloſop. li.10. tract.2.c.10.* † Animalculũ Indicũ, ḋ ge- 33 nere cicindelarũ, ſed maius, inſtar ſcarabæi, quod & ſi toto corpore luceat, oculis tamen maximè, qui pro corpuſculi modo ingẽtes tantũ fundit luces, vt ad eam legere, & ſcribere ſoleant, quem vocant *Cocuiium*, & micat luce quaternarũ ſtellarum, cuius ſi quis pinguedine manus, & faciẽ iniungat, ardens, & formidabiles ſpectrũ apparet, vt refert *Pet. Chiezap.2. hiſtor. Peru cap.30.* † Item va- 34 pores varijs formis conformati, quales illi, quos Syla vidit hircorum ſimilitudine capitibus apud Epheũ concurrere de quibus *Plutarch. in Syll.* † Et ſimilia, 35 quæ in equorum, & equitum forma apparuerunt *Machab.2. cap.3. & 5.* & alia, quæ apud Syrtim majorem ex eadem cauſa contingere ſcribit *Diodor. Sicul. lib.3. Biblioth.* & plura alia præter iſta *Raph. de la Torre, tom.2. de vitijs oppoſ. re-*

lig.

lig. q. 95. & in prælud. disp. 3. 4. 5. 6. & 7.

36 ¶ Sunt pleraque aliæ naturæ miracula, quæ si idiotis referantur (qui nihil credunt, nisi quod vident) omnino fidē perdunt. Insulæ natitantes in mare, vt in Italia, & aliui celebrant veteres scriptores *Arist. lib. de admirand. audit. Seneca lib. 3. natural. qq. Plin. senior lib. 2. natural. hist. c. 95. & iunior lib. 8. epist. 10.*

37 † Arboresque inmensas ex imo mare assurgere in altum multaque proceritate propagari, atque perpetuo seruare folia narrat *Plin. lib. 13. cap. 25.* quod & testantur, qui nouum orbem perlustrarunt *Petr. Martyr. in summ. & Ouetens. in*

38 *histor. Ind. lib. 2. cap. 5.* † Ignes in extinguibiles veluti lucerna illa, quæ in sepulchro Pallantis ad caput ardebat vltra annos M. DC. quæ nec liquore, nec aere extingui poterat, vt narrant *Vincent. li. 25. c. 34. Metropo. li. 4. c. 15. Naucle.*

39 *li. 2. decad. 2.* † De alia lucerna, quæ in sepulchro Tuliæ maioris menoriæ ardēs apparuit narrat *Viues ad August. lib. 21. Ciuit. Dei cap. 6.* & de alijs *Maiol. dierum canicul. cap. 22.*

40 ¶ Quis enim, vel literis dumtaxat tinctus philosophicis nescit multas esse virtutes rerum naturaliū, occultas mirabilium rerum effectrices, quas siquis bene nosset, & ad vsum acommodare sciret, haut dubié mira posset efficere.

40 † In Insula *Ombrio*, quā nostri dicūt *del hierro*, proxima Canariæ arbor est, quæ quotidie ante ortū solis tū à stipitis tū à ramis aquam tantam emittit, quæ in colis, & iumentis sufficit, quia nūquam ibi pluit, nec vllus aquarum puteus, nec fluuius, nec lacus est, vt narrant *Petr.*

41 *Martyr, & Ouatens. lib. 2. hist. c. 9.* † Et vt externa prætermittam (ne minus doctis incredulus sim) notissima res est de palleis frigore suo niues conseruantibus, & calore fructus maturantibus, vi contraria *D. Isidor. lib. 17. c. 3.* Nā hæc, & si vulgaria maxime laudatur *D. August. lib. 21. Ciuit. Dei, c. 4. 5. & 6.* † De 42 Agrigētino sale, qui liquatur igne, aqua vero induratur *Plin. lib. 31. c. 7. Solin. c. 10. D. Isidor. lib. 14. c. 6. & lib. 16. c. 2.* † De 43 dictamo herba, qua ceruus sagittas expellit, *Valer. Max. lib. 1. c. 8.* de Chelidonia, qua hirundo cæcos osculat pullos *Plin. lib. 7. c. 27.* † De alijs plura *Arist. d.* 44 *lib. de admirand. audit. Albert. Mag. lib. 2. mineral. tract. 2. c. 1. 11. & 17. Francastor. lib. de sympath. Marsil. Ficinus li. 4. Theolog. Platon. Bapt. Porta lib. de Mag. natural. Iul. Siren. lib. 9. de Fato c. 6. Ioā. Lāgius epist. 33.*

† De farina qua Eliseus herbarū anari- 45 tudinem submouit *Reg. 4. c. 4.* De felle piscis, qua Tobias paternam cęcitatem discutit *Tob. c. 7.* Calonymi videlicet, quem ad id naturaliter aptum cōmemorant. *Gale. lib. 10. simplic. Valles de sacra philosoph. c. 42.* † De virgis amygdali- 46 nis in canalibus aquæ positis, in quarū aspectu oues concipientes pariebāt maculosa, *Genes. c. 30.* quod naturaliter factum contendunt *Tostat. & Perera in Genes. d. c. 30. Valles vbi sup. c. 11.* † Nam & 47 sola aquæ virtute id naturaliter fieri potest, Arist. lib. 3. histor. animal. c. 12. *Sunt aquæ multis in locis, quas cum oues biberint, moxq; inierint, nigros generant agnos,* & in alijs deaurātur Ouid. lib. 15. metamor.

Electro similes faciunt auroque capillos.

Vt sic interint taceam, quæ de Salmaci- 48 dis vnda, de fluuio Scamandro, Xāto, Epiri fonte, celebrant veteres scriptores, in quibus non immoror, an vera sint, sed quod fieri posset, nam patriæ meæ fluuius Bætis hac virtute á multis commendatur, Mart. lib. 12. epig. 100.

Bætis oliuifera crinem reddimitte coronā
Aurea, qui nitidis vellera tingis aquis.

Quod nō poeticum modo putes, nam 49 vt ait D. Ambros. lib. 1. Hexamer. c. 11.

Aurum enim vellus aqua nutrit, & immemorati spenimen metalli gignunt litora,

quod ex auri abūdantia factum putat, idem Mart. lib. 9. epig. 62.

Vellera natiuo pallent vbi flaua metallo.

50 Quæ adeó in pretio fuerunt, vt ſinguli eius arietes Talẽto diſtractos memorat *Strabo*, quod ſexaginta minas appendit, ſingulæ vero centum dragmas, quæ faciunt libram Romanam, & dragmas quatuor, teſte *Budeo lib. de aſſe. Couarruu.*

51 *lib. de collat. numiſ. c. 4. nu. 5.* † Et quia ad opertorium Tabernaculi eos Hebræi habera non potuerãt rubricatis pelibus vtebantur, Exod. c. 36. *Fecit, & opertorium Tabernaculi de pelibus arietum rubricatis.*

52 † Nam rubeus ille color noſtrorum arietum quodammodo purpuram immitabat, vt docet idem Mart. lib. 14. epigram. 133. de lacerna Bæticæ.

Non eſt lana mihi mendax, nec mutor aeno,
Sic placeãt Tyriæ me mea tinxit ouis.

Nam in purpura roſeus color ineſt, Catull.

Tinta tegit roſeo cõchylis purpura ſucco.

Qui eſt auri color, Vergil. de ortu ſol.

Aurea fulgebat roſeis aurora capillis.

53 ¶ Huius quidẽ artis peritiſsimi fuerunt Moyſes, Labaã, Iacob, Daniel, Tobias, & alij quorum laus eſt in ſacris literis, necnõ, & Reges, qui venerunt ad Chriſtum adorandum, D. Matth. c. 2.

54 *Ecce Magi ab Oriente venerunt.* † Item, & Salomon, vt colligitur ex illo Reg. 3. c. 4. *Et diſputauit Salomon de lignis à cedro, quæ eſt in Lybano, vſque ad hyſopum, quæ egreditur à pariete, & diſeruit de iumentis, & volatilibus, & reptilibus, & piſcibus.*

55 † Vbi nota cum *D. Hiero.* non fieri mẽtionem de exorciſmis, & incantationibus, vt ea quæ de huius vanitatibus, & ſuperſtitionibus Salomoni tribuuntur falſa omnino, & commentitia credas: *vt in libro de morborum curat. & lib. Almutem*, quod inſcribitur *Clauicula Salomonis*, & alij huiuſmodi, quos ei adcribit *Ioſeph. lib. 8. antiq. Iudaic.*

56 † Nam licet Salomon eximia illa eruditione tria millia librorum de Parabolis compoſuiſſet, & quinque millia librorũ de Cãticis, prẽter alios in numeros de natura rerum, quorum omnia combuſta fuere à Nabiozzardan Caldeo: nihil de incantationibus ſcripſiſſe omnes aſſentiuntur Patres, vt docet *Sixt. Senenſ. & Biblioth. SS. lib. 2. in Salomon.* † Niſi in illud referatur tempus, quo ſe idolatriæ, & omni ſuperſtitioni immerſerat, vt apparet ex *Reg. 3. c. 11.* vt pluribus adductis contendit *Bapt. Segnius lib. de vero ſtud. Chriſt. c. 7.* 57

CAP. II. de Magia artificioſa.

SVMMARIVM.

ARtificioſa magia diuiditur in Mathematicam, & præſtigiatoriam, n. 1.
Artificioſa Mathematica, quæ ſit, nu. 2.
Horologia ex Magia artificioſa inuenta, n. 3.
Horologium in annulo D. Carolo. V. Imper. oblatum, nu. 4.
Horologium memoria dignum in Prangenſe Vngariæ, nu. 5.
Clepſydra D. Carolo V. dono data, nu. 6.
Clepſydra apud veteres Romanos, nu. 7.
Clepſydræ mira narratio, nu. 8.
Auiculæ aureæ cantilantes, & ſerpentes ex metallo ſibilantes, nu. 9.
Aues, & ſerpentes ex metallo quo pacto volent, & ſibilentur, nu. 10.
Aues ex metallo cantitare in arbore viſſæ, nu. 11.
Cantitare aues aureæ poſſunt ex internis organis, nu. 12.
Aer per tenues rimas ſubens fragitur, & ſibilos redit, nu. 13.
Aeris ſibila cantus immittantur, nu. 14.
Alberti Magni ſtatua loquens, qua arte cõfecta, nu. 15.
Simulachrũ aereum cubitalem ſuper mẽſam cytharam pulſans, nu. 16.
Archimedis ſpeculum, quo in Syracuſana obſidione naues combuſit, nu. 17.
Specula vſtoria à Proculo facta, nu. 18.
Amulius machinis quibuſdã tonitrua toni-

truis

trais, & fulgura fulguribꝰ referebat, n. 19
Bombardarum vsus vnde emanauit, nu. 20.
Bombardarum vsus à quo inuentus, & quo tempore reperiretur, nu. 21.
Mulieres, quæ ad ingredientis passos per funiculos pauimento extensos insurgebant, nu. 22.
Statua aerea, quæ inexpectatem sagittas iaculabatur, nu. 23.
Aquila aurea volens per aerem oblata Carolo V. Imp. nu. 24.
Trirremis argentea, quam remiges eiusdem materiæ impellebant, & sistebant, n. 25.
Ducis de Lerma hortus commendatur, n. 26.
Horta varia Hispaniæ memoratu digna, numero 27.
Scurialis S. Laurētij templum laudatū, n. 28.
Salomonis templum illustratum, nu. 29.
Templum S. Laurentij collatum Salomonis, nu. 30.
Scripturæ vsus inter artificia collocatur, nu. 31.
Scripturæ inuentor quis nam fuerit, nu. 32.
Impressoria ars commendatur, nu. 33.
Impressoriæ artis inuentor, nu. 34.
Impressoria ars defenditur, nu. 35.

1 NATVRALIS artificiosam genuit Magiā, quia naturā ars immittatur, vt docet *Fab. lib. 3. Instit.* & hęc duplex Mathematica videlicet, & Præstigiatoria, de
2 qua dicēdum est *in cap. sequenti.* † Mathematica est, quę Geometricis, Arithmeticis, & alijs Mathematicis principijs nititur, vt sphera illa Archimedis vitrea, quæ omnes cœlestium orbiū conuersiones suis motibus clarissimè representabat, vt narrat *Cic. lib. 1. Tuscul. qq. & li. 2. de natur. Deor.* de qua Claudia.

Iurapoli, Regnumque Deorum
Ecce Syracusis transtulit arte senex:
Percurrit propriū mētibus signifer annū,
Et simulata nouo Cynthia mense reddit.

† Quemadmodū nostro sæculo hac arte ad inuenta sunt horologia, quæ non solū horæ obeliscо notentur, verū etiā aeris sonitu horarū numerus audiatur, ex libramētis videlicet, ac rotis nō eodē modo tātū, sed cōtrario currentibus peritissimé cōposita, vt tradit *Polid. Vergil. lib. 2. c. 5.* † Augere etiam miracula artificiū ingenia, vt cū tot sint rotæ currentes, & recurrentes cōpertus sit artifex, qui & campanulā, & indicē, cæteraq; libramēta omnia in Caroli V. Imp. annulo digiti colocarit, & cū his diebus D. Hiero. Zapata amicū nostrū summ ingenij virū adirē, præfatū horologiū, quod ei ad cōcordandū aduxerūt, ostēdit, & rota maior lāticulæ minimæ amplior nō erat. † Et quōd omniū vires superare videtur, quod in Pręngense Vngariæ habetur horologiū in turri Prætoriana, quod totius anni reuolutionē continet, cū recto cursū, & Lunę numeroque certo mensium, atque dierū, & assignatione Kalendarij, seu festarū integri anni: habens item ortū, meridiāque altitudinē Solis, & Lunæ solstitia æquationes, quātitates dierū, ac noctiū, incēsiones, oppositiones, & quadras Lunæ, cum cœlesti cursu cōgruentes, iuxta non solū motum naturalem, sed violentum quoque similiter ortū, & Occasum XII. signorum Zodiaci, vt refert *Grego. Bruin. in Præga.* † Aliud horologiū
6 seu insignem clepsydrā olim D. Carolo V. Imp. dono missam ab Aarō Persarū Rege anno Dom. 807. narrat Naucler. gener. 28. *Inter quæ horologiū ex auri chalco arte mirifice compositum, in quo duodecim horarum cursus ad clepsydrā vertebantur, cum totidem aeris pilulis, quæ ad cōplectionē horarū accedebant, & casu suo subiectū sibi cymbalū tintinare faciebāt, additis eiusdem numeri equitibus, qui per duodecim fenestras completis horis exibāt.* † Et
7 Clepsydræ non quidē res noua, nam in vsu fuit apud veteres Romanos, quę gu

tilis aquæ horam oſtenderũt cũ é vaſe leniter decideret, vt Alexandriæ Creſipus inuenit authore *Cicer. lib. 2. naturæ Deor.* Cui ſucceſsit, quod nunc ex minutis arenis habemus, authore *Polid. lib.* 8 *2. c. 5.* † Acceſsit, & aliud quod non digerit horas, ſed ad quã horã vellis tinnat, atq; motu ſuo aſperrexit dormiẽtes, in quo adeó ingeniũ potuit, vt ictu mallei é ſilice ignẽ excutiat, vt ſpõgia, ſeu ſca ibi appoſita ſponte aduratur, & lignus proximus accẽdatur, vt lumen explendeſcat, abſq; humano opere, vt narrat *Simon. Maiol. dierum canicul. c. 23. tom. 1.*

9 ¶ Ad quam quidẽ Magiæ partem pertinent Leonis Imperatoris auiculæ aureæ cantillantes, & Architæ colũbæ ligneæ volantes, de quibus *Aul. Gel. lib. 10. noct. Attic. c. 12.* atq; ſerpentes ex metallo ſibillãtes, quas Bœtius á primé cõflauit, & αυτοματα *automata* Dedali, de quibus *Ariſt. lib. 1. animal. & lib. 1. Polyt.*
10 † Nã ita libramentis ſuſpenſum fuerat ſimulachrũ, & aura ſpiritus incluſa, atque occulta concitũ, vt & cantillare, & volitare facile potuiſſet, vt tradit *Phaborinus, apud Aul. Gel. d. lib. 10. noct. Attic. c. 12. Caſsiodor. li. 1. Varior. epiſt. penult. Po-*
11 *lician. in Panepiſt.* † De cantu enim auiũ ex artificio Luitprãd. lib. 6. c. 2. *Erat illa ornata ſumptuoſiſsimè, ibi aerea in aurata arbor ante ipſius Imperatoris ſoliũ aſſurgebat, expãſis magnum in modum ramis æreis, atq; inauratis, in his frequentiſsime variarũ ſpecierum aues arte cõfictæ, quarum ſingulæ ſpeciei proprias voces, cãtuſq; emittebãt, in-*
12 *credibili arte.* † Quod ex internis organis cõparari poteſt, nam vt ait Epiſcopus Maiol. d. to. 1. dierũ canicul. c. 23. fol. 1066. *Vidimus nos Romæ organa, quæ tubas, tympana, hominũque choros referrẽt, adeo, vt quiſq; pueriles, fœmineas ſimileſque*
13 *voces ſimul ſe audire non dubitaret.* † Nam aer per tenues rimulas ſubẽs frãgitur, & ſibilos redit vocis humanæ, & cantillenæ auium ſimiles Clemens Alex. lib. 6. ſtrom. *In Britãniæ ſyluis cũ moueantur folia per repentinum, & denſum ſpiritus impetum edit ſonum, auium cantui perſimilem.*
† Cuius rei rationẽ reddẽs Senec. lib. 2. 14
natural qq. c. 28. *Vẽtus enim lenis,* inquit, *qui irruit in ſyluis, permeat varias arbores repercuſuſque varijs modis frãgitur ramis, folijs, atque alijs eiuſmodi oõſiſtentibus, cum igitur erumpat, velut à ciſſuris, & foraminibus lenem illum ſonitum ſybillo edit tantui per ſimilem.* † Qua arte intelligo 15
Albertũ Magnum ſtatuã hominis cõſtruxiſſe, quæ voces emittebat humanis verbis ſimiles, quam D. Tho. Aquinatis eius diſcipulus ſtudioſe ab Alberto miſſus perterrefactus cõfregit, nã aliud de tanto viro credi nequit, nec D. Thomæ factum ſuadet, nãm rebus diuinis magis, quam naturalibus deditus, dũ puer eſſet factum illud ſtupuit, vt ipſe narrat *lib. 3. contra Gent. c. 104.* † Quòd artificio 16
plané fieri poteſt ex libramẽtis quibuſdam rotis, atque alijs machinis intro latentibus, quemadmodum in aula Regis noſtri vidi æreum ſimulacrhũ cubitalem, ea arte á Ioanelo confectum, vt ſuper mẽſa cytharam pulſeret, pſaleret, & ſuſurraret, qualiter, qui ad numeros tonum applicat.

¶ Archimedis in obſidione Syracuſana machinis naues hoſtiles attrahebat, & in altum deductas demittebat, vt impetu in aquas relapſæ mergerentur, itidẽq; abſque materiali igneo, naues adurebat per ſpeculũ verſus ſolem ſuſpenſum, in quo radios excipiebat, aereque ob denſitatem, & leuitatẽ ſpeculi ex ijs radijs incenſo effecit, vt ingẽs flamma recta in naues illata omnes eas concremaret: vt meminit *Zonaras to. 2. in obſidion. Syracuſ.* † Proculus ſimiliter 18
ex aere ſpecula victoria fabricabit, eaq; de muro é regione hoſtiliũ nauium ſuſpendit, in qua cum ſolares radij impegiſſent ignem inde fulminis inſtar

erum-

erumpentem classiarios, ipsasque naues hostium combusisse, narrat *Idem Zonaras tom. 3. in Anastasio. Dicor.* † Amulius 19 machinis quibusdã tonitrua, tonitruis, & fulgura fulguribus referebat, ac fulmina arte iaculabat initio conditæ Romæ, vnde se pro Deo venditasse scribit *Idem Zonar. to. 2. in princip.* † Vnde 20 nonnulli putant bombardarum vsum emanasse, scilicet ab his fulguribus, & tonitruis arte confectis, quarum originem ad Othonis IIII. tẽpora refert 21 *Nauclerus anno Dom.* 1212. † Licet Polydor. Vergil. lib. 2. cap. 11. ad anno 1330. referat á Germano quodam inuenta, sed fieri potuit, vt ipse imperfectiorem formã redigeret; nam multo antea legitur Christophorum Danorum Regem bombardæ ictu periisse anno 1280. vt 22 refert *Krantius lib. 8. Vandal cap. 23.* † Vt sic interim taceam simulachra illa, quæ Don Hieronymus de Aianza in hac Matritensi Curia confecit, quæ ad ingredientis passos per funiculos pauimento extensos insurgebant, & Aquilã ligneam, quam ex Cœnobio Domnæ Mariæ de Aragon in omnium ora versus Regis palatium per aerem misit.

23 ¶ Ad quam quidem Magiæ partem pertinet globus ille artificiosus, siue aerea statua sic confecta, vt ex occulto loco funiculo, qui intensus fuerat remisso, sagittas in spectantem iacularetur, quo pacto Kennethum Scotorum Regem à Fenestella interemptum, *Maio-* 24 *ris Boethi Scotiæ protestantur annales.* † Et Architæ, & Boetij similis auorum nostrorum sæculo oblata D. Carolo V. Aquila aurea volans per aerem: & Parisis trirremis argentea, quam remiges eiusdem materiæ, & impellebant, & sistebant, cuius similis alia D. Philippo III. Regi nostro, ex ligno confecta Vallesoleti oblata est, quam nunc vidi in armario Regio in hac Matritensi Cu- 25 ria. † Qualia fuerunt etiam Hydraulia veterum, & hodie in hortis Estensibus Tiburi admiranda, de quibus Claudia-

I. tonat erranti digito, pedibusque trabeli,
Vnde laborantes in carmina concitus vndas.

¶ In qua classe referenda sunt innu- 26 mera alia arte confecta, quæ in hac Matritensi Curia in hortis Regijs cernuntur, & in illo maximè, quæ nuper Excellentissimus Dux de Lerma Regia Maiestate coruscans ad pratum Sancti Hieronymi extruxit, quod non solum peregrinos allicit oculos, verum etiam assuetos. † Sunt alia Hispaniæ de qui- 27 bus Laurent. Valla lib. 3. *Proxime Valentiam Hispaniæ horti sunt, non tantum citris consiti, sed etiam citris parietibus viuente materia concluſi, vt dubites horti, ne sint, an ædes.* † Sed inter omnia alia quæ arte 28 humana memorari possunt, tam multas sunt in Regio S. Laurẽtij Mausoleo, quod ad Scurialis oppidum Hispanus noster Salomon D. Philippus II. Religione sane, & pietate primus industria, & arte auunculi mei D. Ioannis Baptistæ Villalpando, tum eius seruitio dediti, postea sanctissimæ Religionis Societatis Iesu alũni magnis sumptibus extruxit, quæ potius silentio duxi prætermittenda, quam rudi calamo pernarrãda; magna enim silentio venerãda sunt, vt tradit *Pausan. in Eleacor.* 1. † Sed om- 29 nium admirabilior, vtpote qui Deum habuit artificem, *Paralip. 1. c. 28. & 29.* Salomonis templum fuit de cuius fabrica, artificio, magnitudine, ac diuitiarum potentia ex iussu præfati domini nostri Regis D. Philippi II. eleganter scripsit prædictus auunculus meus, siue Genitricis meæ frater in commentarijs super Propheram Ezechielem vulgó *Codex Regium* nuncupatis, quos tribus Tomis diuisit, ac Regijs sumptibus Romæ nobilissimis typis, ac æreis laminis euulgauit anno salutis M. DC. III.

ætatis suæ LII. postquam in opere cõficiendo, consumpsit annos XXXVI.

30 † Et quia præfatum S. Laurentij Scurialis Templum si fortunãrum copia. quæ Salomoni affluit Regi nostro supeditaret; non dubito quin Salomoni non solum compararetur, verum etiã superaret: cum in ijs, quæ facta sunt cœtera mundi miracula vincerit, lõge melius, quam de Domiciani amphiteatro cecinit Hispanus noster Martia. epig. 1.

Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

31 ¶ Sunt plæraque alia innumera arte hominis confecta, quarum omnia si recensere vellem opus immensum effi cerem, inter quæ non minimã partem obtinet scriptura, non caracteres modo, sed ipsa scripturæ series, qua animi conceptus exprimuntur, absententia redduntur præsentia; & longo præterita sæculo ex scriptura facile innotescũt, cui admiratur *D. Hieronym. ad Marcel.* dum ait, *scriptorum libri ingeniorum effigies, & vera, & æternæ monumenta sunt.*

32 † De inuentore autem constat, Mercurium scribendi artem inuenisse, vt narrat *Euseb lib. 1. præparat. Euang. c. 6. & 7.* á quo Ægyptij edocti, inter quos versatus Moyses scribendi vsum Hebræis adinuenit, vt narrat *Polidor. Vergil. lib. 2. de inuentor. rer. cap. 7.* deinde ab Hebreis Phœnices, quorũ author Cadmus fuit, didicerunt: nam Cadmũ vetustiorem Moyse tradit *Euseb. d. lib. 2. cap. 2.* & sic Moysem vetustissimum omnium fuisse scriptorem dixit *Iustin. Mart. in Apolog. 2. contra Gent.* † Et scripturæ succedit impressoria ars, cuius beneficio omnes scientiæ facile innotescunt, ac paruo ære emuntur, quæ apud veteres magno precio comparabantur, nã vno die ab vno homine (etiam literarum in perito) tot paginæ cuduntur, quanta alter toto anno peritissimus noctu,

34 diuque scribere nequiret. † De cuius origine sic scribit Polidor. Vergil. lib. 2. de inuent. rer. cap. 7. *Ioãnes Vthembergus natione Theutonicus, equestri vir dignitate primus omnium in oppido Germaniæ quam Maguntiam vocant, hanc imprimendarum artem excogitauit; decimo sexto deinde anno, qui fuit salutis humanæ 1458. quidam nomine Coradus homo itidem Germanus, Romam primo in Italiam attulit; quam deinde Nicolaus Ienson Gallicus primus mirum in modum illustrauit.* † Et licet eorum ingenium plerique detestentur, eo quod in tanta librorum copia hõmines desidiosi facti sunt, non propterea ars debet vituperari: nã vt ait Bergomas.

O fælix nostris memoranda impressio sæclis,
Inuentore nitet vtraque lingua tuo.
Desierat quasi, totum quod fundis in orbem,
Nunc paruo doctus quilibet esse potest.

CAP. III. de Magia præstigiatoria.

SVMMARIVM.

Præstigiatoria Magia, ludrica, & deceptatoria est, nu. 1.
Præstigiatoriæ Magiæ exempla, nu. 2.
Præstigiatoria Magia fit per meram impostoram, nu. 3.
Magia præstigiatoria, vsi sunt Sacerdotes Belli, nu. 4.
Magiæ præstigiatoria quæ pertineãt, nu. 5.
Specula ex Magia præstigiatoriæ confecta, nu. 6.
Magiæ præstigiatoriæ, quæ detestantur, n. 7.

PRAESTIGIA- 1
toria autem Magia, ludrica, & deceptatoria est, quia eius effectus nõ sunt tales quaaliter videntur, vt quę á gyrtis, circulatoribus, & funambulis viden-

videntur patrata ex agilitate pedum, vel manum, cuiusmodi multas, aut apud *Luidrand. lib. 6. c. 4. Sur. to. 2. Maiol to. 1. dierum canicular. colloq. 4.* † Necnon per animalia bruta longo vsu edocta, vt quæ ex capra vidi (dum puer esset) à nebulone quodam in patria mea Cor duben. publice in theatro patrata, & quæ de asino, & camello, narrat *Ioann. Leo lib. 8. & 9. histor. Afric.* † Interdum per meram impostu̇ram, vt Sacerdotes Serapidis in Alexandriæ templo, qui per abditos meatus, & cuniculos Idolorum vocem ementire assueuerunt, vt scripserunt *Nicephor. lib. 12. cap. 26. Petr. Gregor. p. 3. syntagm. lib. 14. cap. 8.* † Quorum similes fuerunt Sacerdotis Belli, qui à dracone ciuos deboratos fingebant cum ipsi eos denocte subducerẽt, ingrediẽtes per occultas latebras, quorum Daniel conuincit, ac eorum impostu̇ram detegit, *Daniel. cap. 14.* † Vel quando ex abditis naturæ alia res, quã res est ostẽditur, vt ignis in cyatho maluatici ad carbones bullientis tactu accensæ candelæ succensus astantes sub forma tam liuida representantur, vt Acherontis spiritus in humana specie videatur inuadere, vt narrat *Sylvest. lib. de strigim. cap. 8. punct. 1.* † Cuius similia sunt specula illa, quæ ex aduerso asini capite appenso, ipsum te habere representet, vt apud *Baptist. Porta de Magia natural. lib. 4. cap. 10. 11. & 12. Hiero. Cardan. lib. de variet. rer. Guil. Parisiens. part. fin. de vniuers.* † Et similium plura, quæ apud nimium confidentes Principes nouitij circulatores obtrudũt, quęsi naturæ vires, aut artificijs solertia excedere videntur, vt pacto dæmoniaco fœdata detestanda, & punienda sunt, *Crespet. lib. de odio Sathan. discurs. 12. Mart. del Rio lib. 1. Magicar. cap. 4. & lib. 6. Anacephaleosi monit. 5. Raph. de la Torre to. 2. de vitijs oppos. relig. q. 95. in præamb. disp. 5.*

CAP. IIII. *de Chrysopœia, seu arte conficiendi aurum.*

SVMMARIVM.

Chrysopœia vnde dicatur, & à quo inuenta, nu. 1.

Alchimiæ institutum ad meras nugas pertinere, nu. 2.

Aurum verum ex alchimiæ arte factum probatur ex Chimicis, & Iurisperitis, nu. 3.

Theologi probant aurum ex artis alchimiæ fieri, nu. 4.

Philosophi docent ex alchimia aurum factum, nu. 5.

Alchimiæ arte aurum factum probatur ratione, nu. 6.

Metalla ex quibus principijs coalescant, numero 7.

Quibus ex causis generatur ferrum, æs, stagnum, argentum, & aurum, nu. 8.

Aurum natura semper conatur producere, nu. 9.

Chimici ex metallis vitia summouẽt, vt medici ex corporibus, nu. 10.

Cayri ex ouis non aliter, quam matris fotu ad ignem pullos eliciunt, nu. 11.

Arnaldus Villanouanus, & alij aurum produxerunt, nu. 12.

Alchimistarum artem esse veram probatur, nu. 13.

Alchimiæ ars quare damnata cum sit naturalis, nu. 14.

Dæmonis potestati est ex quouis metallo aurum producere, nu. 15.

Diabolus ditare homines non curat, sed decipere, nu. 16.

Alchimiæ ars improbatur experientia, numero 17.

Alchimiæ ars reipublicæ damnosa, nu. 18.

Alchimiæ ars, vt vanitatis sectatrix improbatur, nu. 19.

Aurum ex alchimia factum non potest vendi pro vero, neq; ad commertia vti n. 20.

CHRYSOPAEia ars est conficiendi aurum, quã Arabes dicunt *Alchimiam*, á voce Græca *Χημεια Chemeia*, vel AEgyptiaca *Chamia*, á Chadmo Noe filio, à quo AEgyptus vocatur Cam, *Psal.* 78. & *Psalm.* 105. huius artis inuentore, vt tradit *Plutarch. in comment. Isidis, & Osyr.* † Cuius quia institutum est, ex quouis metallo aurũ producere: ad meras nugas, & præstigias, meroſq; iactatorum bombos pertinere arbitrantur, ex medicis conciuis meus *Auerrois lib. 1. de generat.* ex Theologis *Tostat. in Exod. c. 7.* † Contra tamen aurum verum hac arte factum docent, non solum chimici, *And. Liuanius li. 1. Syntax. Licin. lib. 1. Chemicor. c. 13.* Sed ex nostris *Bald. & Plat. in l. 1. C. de Argentar. lib. 10. Abb. in cap. ex tuarum de sortileg. Guid. Papa decis. 388. Hippolit. sing. 71. Oldradd. cons. 74.* † Et ex Theologis *D. Thom. 2. 2. q. 77. art. 2. Pereira lib. 1. Mag. cap. 12. Raph. de la Torre to. 2. de vitijs oppositi. relig. q. 96. art. 2. disput. 9. Mart. del Rio lib. 1. Magicar. cap. 5. sect. 1. 2. & 3.* † Probant similiter philosophi *Cardan. lib. 1. de subtilit. & lib. de metall. Cœl. Rodig. lib. 11. antiq. lect. cap. 13.* nam vt alter de suo lapide philosophico gloriatur.

Ipsius, vt tenui proiecta parte per vndas
AEquoris argentum, si viuum tum foret æquor
Omne, vel immensum mare verti posset in aurum.

Et probatur ratione, quia ex terræ portione crassa, & viscosa aqua pingua, & aerea commixta cõparatur prima (vt ita loquar) elementaria auri materia, omnium simul metallorũ, ac lapidum productitia, vt docent *Plato in Thimeo, Aristot. lib. 3. Metheor. ad fin. Albert. lib. 3. de metall. tit. 1. cap. 2.* † Ex quibus gignũtur imperfectiora quædam sulphur, videlicet, & argentum viuum, quæ solis calore coalescunt in metalla, vt docẽt *Albert. & alij vbi prox.* nam vt ait D. Iob cap. 28. *Et lapis solutus calore in æs vertitur.* † Cuius partes si plus habent terræ admixtionis fit ferrum, aes, aut plũbum; si plus aeri liquidi, stagnum; si plus adsit sulphuris, subtilitas, argentum: si maxima, & rubra, aurum vt docent *Liuanius, & Licin. vbi sup.* † Quod semper, vt perfectiorem natura conatur producere, sed cum nequit eo mineralis decoctio pertinere, contenta est aliorum generatione pro modo viribus materiæ proximæ dispositionis, vt docent *Fanianus, Treuisanus, Fallopius, Villanouanus, & alij qui de re metallari libros conscripsere.* † Quorum vitiũ Chymici natura, & arte (vt morbos medici conantur amouere, vt metalla in aurum perficiantur, disponẽdo illa ad ignis calorem solis imitatorem, vt qui ex auro pigmento aurum perficiunt, *Plin. lib. 33. histor. natural. cap. 4.* † Necnon Cayri, qui solent ad fornacis calorẽ ex ouibus (non secus ac fotu matris) pullos educere, vt tradit *Iul. Scaliger. contra Cardan. exercit. 23.* qui magis ab ouis differunt, quam metalla reliqua ab auro, vt traddũt *Villanouanus, & alij vbi prox.* † Vnde artẽ naturalem, & ex occultis physiosophorum dicunt *Perera, & Delrius vbi sup.* Eaque verum aurum produxisse Arnaldum Villanouanum dixit *Abb. in d. cap. ex tuarum de sortileg.* de Raimundo Lulo tradit *Theatr. vitæ human. vol. 20. lib. 3.* de Gallo quodam *Cæl. Rodigin. d. cap. 13.* † Nam vt eleganter ait Ant. Mirandulan. in lib. 19. singular. certam. sect. 7. *Dicimus veram esse Alchimistarum opinionem, quod aurum possit fieri, & ab arte, & à natura, quia transmutare possunt argentum viuum, & alia, quæ ad id requiruntur, ita vt fiat eadem materia sicut non solum à natura, sed etiam ab arte animalia generari possũt.* † Sed quia hoc ratissime,

rarissime, & cum maxima dificultate factum comperimus, licet artem laudemus, Reipublice necessariam negamus, imo asserimus debere Magistratus eam prohibere, ac ipsis Chimicis perseuerantes punire, nam pro philosophico lapide fortunas suas dilapidãtur, & dæmonis aliquando auxilium exposcũt, vt docet *Marti. del Rio, vbi sup.*

15 † Qui licet applicando actiua passiuis, per modum naturalem artificiosæ productionis possit insecta viuentia producere, vt fecerunt Magi Pharaonis, *Exod. cap. 7. 8. & 9.* quarum multo minus est aurum ex metallis elicere.

16 † Præstari illud nollit, ne homines dilentur, nam vt ait Psellus c. de collat. aur. *Nihil eorum, quæ diabolus promittit, ex se præstare illud solet, sed visui tantum*

17 *inania suis cultoribus præbere.* † Quare licet hæc ars physicé defendi possit, moraliter tamen improbatur, & propter ipsam experientiam, quæ in rebus naturalibus maximam vim habet; quia licet multum Chimici huiusmodi laborauerit, & in veri auri affectionem aerrimis studijs, atque incredibili cupiditate incubuerint, nemo tamẽ adhuc fuit præter vnum, aut alterum, quẽ li-

18 quido cõstet verum aurũ effeciisse † Ex quo merito dicit Perera, vbi sup d.c.12. ad fi. *Alchimistas non efficere aurũ, sed absummere: non implere crumenas, sed magis explere: & quia faciũt falsum aurũ falsamq; monetã, atque gemmas pro veris passim vẽditant, ex quo Respublica hominũque societates magnum caperet detrimentũ, prohibẽdi*

19 *sunt.* † Quare eos, vt vanitatis sectatores, ac Reipublicæ noxios damnarunt Pontifices, *in cap. firmissimè de hæreticis, & in Extrauagante spondeat, inter*

20 *communes, de crimine falsi.* † Et aurum ea arte confectum, pro auro vero vendi non posse, neque eo vti, ad commertia, neque in antidotis dari, quia non est eiusdem ponderis, neque virtutis, sed apparentis tantum bonitatis affirmat *D. Thom. 2. 2. d. quæst. 77. & in Sent. 2. dist. 7. q. 3. art. 1.*

CAP. V. de Magia dæmoniaca.

SVMMARIVM.

Magia dæmoniaca naturali, & artificiosa occultatur, n. 1.

Magia dæmoniaca negatur à multis, numero 2.

Magiam dæmoniacam esse probatur, numero 3.

Dæmones esse probatur ex sacris literis, numero 4.

Magiæ dæmoniacæ effectus Deo tribuere, error, nu. 5.

Magiam dæmoniacá pendere ex gratia gratis data, error, nu. 6.

Magiæ dæmoniacæ opiniones refutantur, nu. 7.

Miracula ad diuinæ gloriæ propagationem fiunt, nu. 8.

Spiritus, quibus aer inferior plenum est amititias nostras quærere, error, nu. 9.

Angeli boni non concurrunt ad scelera patranda, nu. 10.

Angeli boni non paciuntur se adorari, numero 11.

Homines in Angelos bonos potestatem non habent, nu 12.

Homines in dæmones quo pacto potestatem habeant, nu. 13.

Magia dæmoniaca ex prima irrepsit, nu. 14

Magia dæmoniaca ex filijs Caim originem trahit, nu 15.

Cham filius Noe post dilubium Magiam dæmoniacam docuit, nu. 16.

Zoroastrum post labij confusionem Magiam dæmoniacam vulgauit, nu. 17.

Zoroaster non vnus fuit, nu. 18.

Zoroaster fuit tempora Nini Assyriorum Regis, nu. 19.

Annorum computatio quibus Zoroaster floruit, nu. 20.

Diabolus

Diabolus fuit Magicarum author, numero 21.

Magia ſecunda tribuitur diabolo, nu. 22.

Magia ſecunda incantationibus eſcatet, numero 23.

Magia ſpecialis dicitur Magia ſecunda, numero 24.

Cham fuit cauſa ne Magia diluuio periiſſet, nu. 25.

Magia ſpecialis in duas partes diſtinguit Archimagus, nu. 26.

Archimagi error conuincitur, nu. 27.

Magiæ duas ſpecies altera Deo, altera diabolo tribuitur, nu. 28.

Magia in bonam, & malam ſecatur, numero 29.

Magiæ diuiſio dedit occaſionem Manicheis duos Deos arbitrare, nu. 30.

Libri Magorum prohibiti primæ claſsis, numero 31.

Libri Magorum prohibiti ſecundæ claſsis, nu. 32.

Libri Magorum prohibiti tertiæ claſsis, numero 33.

Libri Magorum prohibiti quartæ claſsis, nu. 34.

Libri Magorum prohibiti quintæ claſsis, nu. 35.

Libri Magorum prohibiti ſextæ claſsis, numero 36.

Libri Almutem, & de morborũ curatione, & alius inſcriptus Clauicula Salomonis Arabis Hiſpaniæ relinquerunt, numero 37.

Magiæ ſectatores non viles modo, ſed Principes fuere, nu. 38.

Chriſti aduentu Magicæ deluſiones ceſſarunt, nu. 39.

1 MAGIA dæmoniaca naturali, & artificioſa ſolet occultari: nam diabolus, vel naturæ vim mentitur, vel artificium, vt docet *Mart. del Rio lib. 1. Magicar. cap. 3. quæſt. 4.* † Hanc ore pleno negarunt 2
Democritus, Auerroes, Simplicius, & alij Epicurij, qui vna cum Sabducæis dæmones eſſe negarunt. † Impia ſané, & 3
hæretica ſententia, non ſolum Catholicis in viſa *D. Auguſt. lib. 11. Ciuit. Dei cap. 6. D. Thom. lib. 3. contra Gent. cap. 104.* ſed ipſis Ethnicis, tam Platonicis *Pſello, Proculo, Plotino, & Apuleio*, quam Ariſtotelicis, *Theophraſto, Ammonio, Auicenna, & Algazelo.* † Quibus conuenit ſa- 4
cra Paremia dum dæmones eſſe affirmat *Leuit. cap. 17. Deuter. 32. Paralyp. 2. cap. 11. Pſal. 105. Baruc. 3. Matth. 8. 9. & 12. Marc. 1. 3. 5. Luc. 4. 8. & 9. Acta Apoſtol. 5. & 19. Ioann 8. & Canonic. 1. cap. 2. Apoſtol. ad Epheſ. 6. & Corinth. 2. cap. 4. D. Petr. 1. Can. 2. Apocal. c. 12.*

¶ Alij pauló nequiores dæmones 5
eſſe fatentur, ſed negant hanc Magiam ab eis emanaſſe, nam eius effectus tribuunt immediate Deo per Magos huiuſmodi operanti: vel Deo per Angelos bonos ea perficiente, *Bodin. lib. dæmonoman. cap. 4. & 5.* † Priores dicunt 6
eſſe quaſdam gratias gratis datas, ſicut ſunt gratiæ linguarum, & ſanitatum apud *Apoſtol. Corinth. 1. cap. 12.* necnon & prophetia, quæ vt Balaamo, *Numer. cap. 23.* ſic & alijs improbis concedi nõ raro ſolere *Matth. c. 7. Apoſtol. d. Corinth. 1. c. 13.* † Sed hæc mera blaſphemia eſt, 7
magicis artibus tribuere, quod eſt proprium gratiarum gratis datarum, & cum veris miraculis præſtigias cõfundere, torquendo ſcripturam ſacram in ſenſus alienos, vt docet *D. Paul. ad Timot. 1. cap. 1. & Corinth. 2. cap. 4.* † Quæ ſi 8
docet Deum aliquando per impios miracula edere, id ad fidei, & gloriæ diuinæ propagationem fit, non tamen ad impiorum conſilij probationem, vt tenet *Raph. de la Torre, to. 2. de vitijs oppoſ. relig q. 95. in prælud. diſp. 2.*

¶ Alij qui dicunt hos eſſe effectus 9
bonorum Angelorum quos per excellentiam

lentiam vocant *Spiritus*: contendunt hunc aerem inferiorem plenum esse spiritibus, qui amicitias nostras collũt, & necessitatibus subeniuntur, vt fuit impostura Platonicorum, *Iamblicii, Porphyri, Proculi, & Iuliani Apostatæ.* † Nam boni Angeli dici non possunt hi, qui se tanquam Deos iubent á maleficijs adorari, & sacrificari, & qui concurrunt ad patranda adulteria, homicidia, furta, & alia facinora, quæ boni Angeli semper detestantur, & abhorrent, vt docet *D. August. lib. 3. de Trinit.* † Verum enim est Angelos bonos se non pati adorari, vt D. Ioan. volẽt id facere cõpescuit Angelus, Apoc. cap. 19. *Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum*, &c. *Deum adora*, nec sacrificari, vt Manue volenti hædum offerre dixit Angelus Iudic cap. 13. *Si me cogis, non comedam panes tuos: si autem vis holocaustum facere, offert illud Domino.* † Prærerea ij spiritus à Magis imperantur, & coguntur, quare de bonis intelligi nequit, nã homines in Angelos bonos potestatem non habent, vt tradit *Euseb. lib. 5. de Præparat. Euangel. c. 6.* † Habent ergo in dæmones, vel quia superior dæmon, cum quo Magus habet societatem cogit inferiores parere, vel quia ipsi se à suis cultoribus cogi simulant, vt magis eos in fœdere detineant, vt trademus *in capite sequent.*

¶ Quæ quidẽ Magia ex prima adulterata, & corrupta irrepsit, vt docet Philo. lib. de special legib. *Ex hoc adulterata, & corrupta descendunt, quæ proprio maxime vocabulo malas artes dicimus, circulatorum, ariolorumque studia, mulierum, mancipiorumque nequissimorum expactiones, & lustrationes profitentium, mutationesque amoris in odium, aut ex aduerso in amorem odij, per quasdam passiones amatorias, & irritamenta idonea.* † Quam sanè ex principio mundi á Caim filio Adæ originem trahere contendit Cassian. Serenus, Abb. collat. 8. cap. 21. *Scientiam omnium rerum cœlestium, & sublunariũ, quam Adam à Deo acceperat, tradidisse ipsum filio suo Seth, cuius semen eam seruauit incontaminatam, & donec diuisum à sacrilega propagine Caim perduxit eam doctrinam ad Dei cultum, & ad vtilitatem vitæ communis exerceuit, cum vero fuisset impiæ generationi permixtum, ad res profanas, atque noxias, quæ piè didicerat, instinctu dæmonis deuiauit: curiosasque ex ea maleficiorum artes, atque præstigias, ac magicas superstitiones audacter instituit.* † Post diluuium autem Cham filius Noe eam hominibus docuit D. Clem. lib. 4. Recognit. *Dæmones docuerunt homines, quod artibus quibusdam obedibant mortalibus, ac veluti ex fornace quadam, & officina malitiæ totum mundum subtracto pietatis lumine, impietatis fumo repleuerunt; ex quibus, & alijs causis diluuium introductum est, & omnes qui erant super terram deleti sunt, excepta Noe familia, qui cum tribus filijs, eorumque vxoribus superfuit, ex quibus vnus Cham, nomine quidam ex filijs suis, qui Mezraim appellabatur, à quo Ægyptiorum, Babyloniorum, & Persarum ducitur genus, male compertam magiam tradidit disciplinam: hunc gentes, quæ tunt fuerant Zoroastrum appellarunt.* † Est enim communis omnium sententia Zoroastrum fuisse Magiæ huiusmodi authorem, vt Diogenes, Laertius, Diodorus, Eudoxus, Hermippus, Aristoteles tradidere, Plin. lib. 30. cap. 1. *Sine dubio in Oriẽte orta est Magia in Persidæ à Zoroastre, vt inter authores conuenit: Eudoxus Zoroastrum hunc sex milibus annorũ ante Platonis mortem fuisse prodijt, sic & Aristoteles, Hermippus, qui de tota ea arte diligentissimè scripsit, & vicies centum millia versuum à Zoroastre condita indicibus quoq; voluminum eius posßitis explanauit, præceptorem à quo institutus est Zoroaster tradit Azonacem, quinque millibus annorum priorem bello Troiano.* † Contra autem Xantus Lydius, & alij, vt refert Laertius,

tius, multo recentiorem cum faciunt, hoc est, sexcentis dumtaxat annis ante Xerxis trāsitum in Grætiam, sed illi nimium multos computāt annos: vel illos, non quales nostri sunt, sed quales AEgyptij, & Arcades habuerunt, scilicet trimestres, aut Zoroaster, non vnus fuit, vt tenet *Arnob. lib. 1. contra Gent.*

19 † Constat enim Zoroastrem fuisse tempore Nini primi Assyriorum Regis, quo regnante natus est Abraham, ab ortu autem Abrahæ vsque ad primam Olympiadem fluxerunt anni mille centum septingenti, & paulò amplius sexaginta, nā qui plures quam cęteri annos Monarchiæ Assyriorum, & Medorum, vsque ad Cyrum attribuerunt, illi mille trecentos sexaginta, huic trecen-

20 tos quinquaginta assignarunt. † Cœpit autem Cyrus regnare initio, quinquagesimæ quintæ Olympiadis: quare á Nino, & Zoroastre, vsque ad primam Olympiadem numerantur anni mille quadringenti nonaginta quatuor. Bellum autem Troianum septem & quadringētis annis precessit Olympiades. Xerxis trāsitus in Grætiam in LXXV. excessus Platonis, in CVIII Olympia-

21 dis incurrit. † Quare verius mihi videtur sentire diabolum primum Magicarum artium fuisse authorem, non solum ex Caim post corruptā naturam, sed etiā in Paradiso (in integra hominis innocentia) dum formam sibi induens serpentis, vel occultè per verum, & naturalem serpentem Euam alloquens blandissimis deceptam promissis omnem boni, & mali scientiam policetur, Genes. cap. 3. *Eritis sicut Dij scientes bo-*

22 *num, & malum.*

¶ Præcipua ergo causa ipse diabolus est, qui humani ingenij ex originali labe detorta indolis festiui apologi frondibus velatam protulit hanc Magiam secundam quam per omnes mūdi ætates, propagauit, ex pestifera illa societate hominum, & dæmonum, *cap. illud, cap. nec mirum h. 26. q. 5. D. August. lib. 2. doctr. Christ. cap. 21. & 23. & lib. 11. Ciuit. Dei cap. 6. Ioan. Salisberiens. lib. 1. de nugis curial. cap. 9.* † Vt sic horum 23 perfidia Magia diuinis principijs defraudata diaboli altera incātationibus suffulta irrepsit, quæ sub præstigiarum crepundis educata, iam pinnulis præmunita in fatuorum arces euolauit, nā vt ait Cœl. Calcagnius lib. de Magia amator. *Vanitas olim iuncta miraculo furtiuo concubitu genuit Magiam secundam cognomine, reformidansque ne forte, veritas, cū qua perpetuas gerit inimicitias suum partum enecaret: illum impudentiæ, ac timori iunctis connubiali fœdere commendauit.* † Et hęc dicitur absolutè *Magia specialis,* 24 quæ mera est γουτεια, *gouteia*, mera incātatio, atque impostura, fallax inquam, & nociua, vt satis eius diabolum indicat authorem, qui ante diluuiū illam docuit malos illos Gigantes, á quibus ea Chadmus imbutus, & ab eo eius posteri AEgyptij, Chaldæi, Persæ, & alij subtracto pietatis lumine impietatis fumo orbē repleuerūt. † Siue vt ait Ca- 25 sian. vbi sup. d. c. 21. *Sed quomodo hæc curiosa, & malefica doctrina diluuio non perierit, in causa fuit Cham, vt antiquæ ferunt traditiones, qui superstitionibus, & sacrilegis artibus fuit infestus, easque artes cum in arcam, in qua cum Noe patre suo iustissimo, & sanctis fratribus ingressus erat, inferre non auderet, diuersorū metallorum laminis, quæ scilicet aquarum non corrumperentur iniuria, & durissimis lapidibus, qui vim ignis non sentirent, insculpsit: quæ diluuio peracto eadem, quæ ille celauerat curiositate perquirens, sacrilegiorum, ac perpetuæ nequitiæ seminarium transmisit in posteros.* † Et hanc 26 *Magiam specialem Archimagus* in duas species distinguit, *lib. de vanitate scient.* vna cuius cultores dæmoni sacrificant, & adorant, quam dicit legibus diuinis, & humanis vetitam, nefandissimam, & cunctis

& cunctis ignibus plectēdam. Alteram quam ipse vellet persuadere à pacto cū dæmonibus immunem esse, dicens, *Inuitos cogi obtemperare virtute quorun-*
27 *dam diuinorum nominum adiuratos.* † Qui licet in priori, vt in arte peritus credēdus sit: in posteriori vis mētitur, primo dum negat eam fœdere cum dæmonibus niti: nam re vera semper expresso, vel tacito pacto corrumpitur, vt censet *Mart. del Rio lib. 2. Magicar. q. 3.* secundo dum asserit ea dæmones cogi, quia est merum delirium, *vt dicemus cap. seq.*

28 ¶ Duæ enim species sunt Magiæ, quarum altera á Deo ipso Adamo vniuersali omnium parēti, ac protoplasto vna cum cæteris scientijs elargita est: altera á diabolo ad eius emulationem ementita filijs suis, & posteris tradita fuit, quæ pactis, & superstitionibus nititur omni iure detestāda, *cap. illud, cap. qui sine saluatore h. 26. q. 2. cap. Episcopi,*
29 *cap. nec mirum, dict. 26. q. 5.* † Quare Magiam in bonam, & malam secatur, *D. Hieron. in Daniel. cap. 2.* quam *albam*, & *nigram* appellat *D. Augustin. lib. 12. Ciuit. Dei, cap. 4.* quarum vtranque Persis tribuit *Apuleius Apolog. 1.* qui duos earū crediderunt authores: alterum bonum *Oromazum*, quem solem putabant, alterum malum *Arimanem*, quem Plutonē dixerunt, vt docet *Plutarch. in comment.*
30 *Isidis, & Osyr.* † Vnde Manichæi delirātes duos Deos esse fatentur, vnum bonum cœli præsidem creatorem omnium incorporalium, & inuisibilium: alterum malignum, creatorem rerum omnium visibilium, & corporalium, asserentes non esse facta hæc à Deo Patre cœlesti, sed à diabolo malo, & Sathana quē ipsi vocant Deū malignū, & Principē huius seculi, vt tradit *Nicol. Eymeric. in Director. Inquis. p. 2. q. 13.* †
31 Et quia plerūq; mala, pro bona irrepsit, ne auro venena incautis propinetur: in primis, vt Magos, hæreticos, & dæmoniacos dāno libros *Artis notoriæ*, *Paulinæ*, *Caballisticæ*, & libros qui dē Magia inscribūtur *Adæ*, *Abeli*, *Abrahæ*, *Enoch*, *Razieli*, *Tobiæ*, *Pauli*, *Hnori*, & *Cypriani.* † Itē, 32
& *Anselmum Parmensem*, *Picatricem Hispanum*, *Ciechum Esculanum*, *Petrum de Abano*, *Cornel. Agrippā*, *Theophrast. Paracelsum Apolonium*, *Thyanæū*, *Godelmanū*, *Ficardū*, *Vuierū*, *Melāchthonē*, & *huiusmodi alios ab Ecclesia proscriptos*, & authorē pestilētis lib. אגרת בעה nominandū.
† A quorum labe omnino, nō sunt im- 33
munes lib. *Roberti Perscrutatoris de Magia ceremoniali*, & *de mysterijs secretor.* Qui ex Agrippa delibuerunt nō pauca, *Archindus*, *Rogerius*, *Bacchonus*, & *Geber Arabs*, multis scatent superstitionis. *Raymun. Lullus*, & *Arnal. Villanouanus*, sunt ipsi quoque in nōnullos hæreseos notati ab *Eymerico in Direct. Inquis.* & *Marian. de reb. Hisp. lib. 14. cap. 9.* & *lib. 15. cap. 4.* † Item, *Thomas Bungey lib. de* 34
Magia natural. & eodem titulo alius *Georg. Riplai*, qui post mortem Necromanticus fuit iudicatus. *Hiero. Cardanus lib. de subtilit.* & *Variet.* miror tandiu ab Ecclesia expurgati, quibus lima librorū tradūtur, caute ideo legēdi, quia passim latet anguis in herba, *Ioa. Baptist. Porta* in speciosō libro Magiæ naturalis superstitiosa multa, & illicitæ Magiæ velare nititur, ideo ab eo cabendū. † *Al-* 35
bertus Magnus trib⁹ libris, de mirab. vanitate, & superstitione refertus est, sed tanto Doctori partus suppositus: scripsere etiam hanc Magiam *Iulian. Chaldæus lib. 4. de dæmonib.* & Francis. Picus testatur se legisse libros Chaldaicē scriptos *Esdræ*, & *Melchiar.* Magorum, quorum impijs scriptis vrebantur Gnostici.
† *Antonij Mizaldi liber de Magia natura-* 36
li, supertitiosa à naturalibus non discernit, *Ioan. Vvecherus*, sine antidoto non est legendus, vt nec *Ponzetus*, & *Ardoinus Medici in libris de venenis.* Porphyrius alios citat, de quibus hodie tātum

extant

extant Zoroastri *κατάκλα*, quæ ex Platonicorum scriptis collegit Picus obscuri-
37 tatis magis, quam vtilitatis. † Salomonis liber *Almutem*, & lib. *de morborum curatione*, & alius qui ei inscribitur *Clauicula Salomonis*, suppositi sunt, quos Iudæi, & Arabes in Hispania suis posteris hæreditario iure relinquebant, quibus mirifica operabantur, vt tradit *Pegna in Direct. Inquis. comm. 53.* † Cuius vanitatis
38 sectatores non viles modo, sed Principes, & Magnates erant, nam auorum adhuc memoria est huius Goetiæ celebres scholas fuisse apud nos Salmanticæ, & apud Italos ad lacum Nursinum, & in Speleo Visigniano, vt tradit *Annan. lib. 3. de natura dæmon. fol.* 104. † Eo-
39 rum artes apud nos ex Regum Catholicorum beneficio funditus exterminatæ sunt, & sœuissimis legibus punitæ, nam vt ait Tertulian. lib. de Idolatr. post *Euangelium nusquam inuenies, aut sophistas, aut Chaldæos, aut Incantatores, aut Coniectatores, aut Magos, nisi planè punitus, vbi sapiens? Vbi literator? Vbi conquisitor huius æui? Non ne infatuauit Deus sapientiam huius seculi.*

CAP. VI. de pacti dæmoniaci obligatione.

SVMMARIVM.

Pactum dæmoniacum prohibetur, *nu.* 1. D. Isaias. cap. 28. de pactis dæmoniacis interpretatus, *nu.* 2.

Dæmones libenter cum hominibus pactum inneunt, *nu.* 3.

Pacti dæmoniaci formula, *nu.* 4.

Obligatio præscriptis verbis nascitur expacto cum dæmone, *nu.* 5.

Contracta Arithmetica constant proportione, *nu.* 6.

Obligatio non cadit in dæmonem, *numero* 7.

Qui contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis eius, *nu.* 8.

Diabolus spiritus est Angelicus natura sua splendidissimus, *nu.* 9.

Diabolus adigi non potest, nisi per exorciscã dignitatem, *nu.* 10.

Diabolus noster hostis est irreconciliabilis, *nu.* 11.

Diabolus alligari non potest pacto, *numero* 12.

Diaboli fides nulla, quia conflatus est ex mendatio, *nu.* 13.

Diabolus formatus ad illudendos homines, *nu.* 14.

Diabolus cupidus diuini honoris, *nu.* 15.

Diabolus qua mente ab homine se cogi simulat, *nu.* 16.

Naturales res nullæ sunt quibus dæmon cognatur, *nu.* 17.

Exorcismis Christus virtutem dedit, *numero* 18.

Philosophi, & Iurisperiti credentes rebus naturalibus dæmones cogi refutantur, *numero* 19.

Naturales res naturaliter operando dæmones non agunt, *nu.* 20.

Res naturales, quæ ad dæmonen cogendũ adhibentur ridiculæ sunt, *nu.* 21.

Verba, quæ ad pacta adhibetur, ridicula, *numero* 22.

Diabolus simulat se captum, vt te capiat, *nu.* 23.

Pacti inefficacitatis carmina, *nu.* 24.

Res naturales in creaturam spiritualem non agunt, *nu.* 25.

Familiar, quo pacto cogatur, *nu.* 26.

Dæmones non coguntur physica coactione, sed morali, *nu.* 27.

Dæmones suis superioribus subditi sunt, *numero* 28.

Dæmones ligantur ab Angelis, & alijs potentioribus dæmonibus, *nu.* 29.

Doctores explicantur loquentes de coactione dæmonis, *nu.* 30.

Dæmon coactus alacriter venit in perniciẽ generis humani, *nu.* 31.

Dæmon quando pactum frustratur, & quando seruat, nu. 32.

Lucanus de coactione dæmonis explicatus, nu. 33.

DAEMONES, Qui superiori capite negarunt, hoc pactum negant similiter, sed affirmat communis Theologiæ, & Iurisprudentiæ Schola, cum Propheta D. Isai. cap. 28. *Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* † Quod D. Thomas satis probabili interpretatione Magis acommodat 2. 2. q. 95. artic. 4. vt & Pontifices Ioann. XXII. in extrauag. contra Magos, quæ incipit *super specula*, & Six. V. in bulla contra Astrolog. ann. 1591. *Castro de iusta hæret. punit. lib. 1. cap. 14. Grilland. de Sortileg. q. 3.* † Hoc dæmones libenter cum hominibus ineunt, qui Christo Domino ausi sunt pacti conditionem offerre, Matth. cap. 4. *Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraberis me.* † Cõtractus innominati formula *Do, vt facias* de qua in *l. labeo scribit, l. Iurisgentium, D. de pact.* apud Magos passim recepta, quibus diabolus promittit *Si te mihi addixeris vlciscar te, ditabo te*, &c. vt tradit *Petr. Binsfeld. in confess. maleficor. prælud. 6.* † Ex qua præscriptis verbis nascitur obligatio pura, *l. obligatio. l. naturalis*, §. *sed si facio, D. de præscript. verb. cum alijs per Loriot. de apicib. iur. tract. 10. ex nu. 15.* † Aduersus hominem videlicet, non tamen aduersus dæmonẽ: nam & si cõtracta Arithmetica constẽt proportione, & vltro citroque obligationem producant, *l. Labeo, D. de verbor. signific.* † In dæmonem cadere, non potest obligatio, neq; ciuilis, neq; naturalis, quia nõ est pura creatura anima, & corpore cõstans, vt tradũt *D. Tho. 2. 2. q. 95. conciuis meus Cardinal. Toledo in summ. lib. 4. c. 15.* † Neq; ex hoc homo quæri potest, nã qui cõtrhit, vel est, vel debet esse nõ ignarus cõditionis eius, cũ quo cõtrahit, *l penul. D. ad Macedo. l. qui cum alio, D. de regul iur. cum vulgatis.*

¶ Cum enim diabolus spiritus sit Angelicus natura sua splendidissimus, quia naturalia ei lapsu immutata non sunt, vt docent *Dionys. de diuin. nomin. cap. 4. D. Thom. p. 1. q. 63. art. 4. & q. 64. art. 1.* † Eum adigere non possumus per modum imperij, aut compulsiones, nisi simus à Deo dilegati per exorcisca dignitatem, vt docet *Petr. Thyræus lib. 1. de apparit. spirit. cap. 15.* † Amice autem, & præcario ridiculum est, nam dæmon aduersarius noster est irreconciliabilis, qui si maluit carere beatitudine æterna, quam parere Deo, pareuit ergo homini aduersario? Quem tanquã leo rugiens quærit, vt deboret, *D. Petr. Canonic. 1. cap. 2.* † Aut qua arte illum alligare possunt? cum ex pacto illis non astringatur D. Iob. cap. 40. *Nunc quid fecit tecum pactum, & accipiens eum quasi seruum sempiternum?* Neque vllis vinculis alligari, neque vllis chancellis concludi valent, idem D. Iob. d. cap. 40. *Nunquid eludes ei quasi aui, aut ligauis eum ancillis tuis?* † Aut quare in eius fide niteris, qui conflatus est, ex mendatio D. Ioan. cap. 8. *Ille homicida erat ab initio, & in virtute non stetit, cum loquitur mendatiũ ex proprijs loquitur, quia mendax est.*

¶ Nunquid sigillo, imagine, annulo, caractere, strepitu, susurro, voce ære facto nata, aut quid simile alligatũ tenes ei, qui hæc tibi docuit, vt irrideat? *Psal. 73.* siue eludat, Psal. 103. *Draco ille quem formasti ad eludẽdum ei.* † Non enim dæmon accedit à Mago accersitus virtute caracterum, & signorum, vt animalia ciuis: sed vt spiritus signis in quantum ei exhibentur in signũ diuini honoris, cuius ipse cupidus est, vt docet *D. August. lib. 21. Ciuit. Dei, cap. 6. D. Thom. p. 1. q. 115. art. 5.* † Neque eis astringitur,

quia cum sit creatura spirituales omnibus rebus naturalibus superior est, & si aliquando se cogi simulat, id facit, vt magis homines in fœdere detineat, vt tradit *Francisc. Picus lib. 7. Prænoct. cap* 4.

17 † Quia nullæ sunt res naturales quibus cogi possit, vt accedat, fugiat, appareat, veniat, aliquid faciat, vel facere desinat, quia in eius potestate est præstare, aut fallere, vt docet *D. Aug. lib. de natura dæ-*

18 *mon. cap.* 3. † Neque per hoc assentior hæreticis exorcismis, ac rebus sacris vim eripientibus, nam qui illa instituit Christus virtutem dedit supernaturalem, vt docet *Petr. Thyræus part.* 3.

19 *de dæmoniac. cap.* 43. † Neque philosophis, & Iurisperitis, qui non admodum perite cẽsent his nænijs dæmones compelli virtute signorum adiuratos, *Procul. libro de Magia capit.* 9. *cum alijs per Grillandi. de Sortileg. quæstion.* 3. *ex nu-*

20 *mero* 22. † Quia satis ridiculum est putare res posse effingi naturales, quæ naturaliter operando dæmonem cogant, qui factus est, vt nihil timeat, vt docent *Diuus Iob cap.* 40. *Diuus Augustin. lib.* 10. *Ciuitat. Dei, Conrad. Vuipina lib.* 2 *de superstitio. capit.* 10. 11. *&* 12. *Valles*

21 *de sacra philosoph. capit.* 15. *&* 18. † Præterquam, quod res omnes naturales, quæ adhibentur omnes sunt vanæ, ac ridiculæ, vt radices variæ, vnguium fragmina, accus, pelles, & similia, quæ sunt apud *Celestinam in traged. Calisti, & Melibeæ, act.* 5. necnon obseruationes, vt Dido apud Vergil, AEneid. 4.

Vnum exuta pedem, vinclisque in veste recincta

22 Et verba, quæ adhiberi solet variæ sunt similiter, & futilia, vt docet Porphyrius epist. ad Anebon. quem *citat Euseb. lib.* 5. *præpar. Euangel. cap.* 6. in hæc verba, *Tu, inquiunt, qui elimo emersisti, qui sedes in loco, qui nauigio nauigas, qui singulis hocis formam commutas, & in singulis Zodiaci*

32 *signis per ambulas.* † Quibus enim, vt ait D. Chrysost. relatus à Simanc. de cath. inst. tit. 63. nu. 31. *Simulat se captum, vt te capiat, se victum, vt te vincat, se tibi subditum, vt te sibi subdat, atq; præstingat.* † Nã 24 vt recte alius in persona dæmonis cecinerat apud *Simanc. vbi sup.*

Carminibus, folijs, auibus, fumoque ligari
Dicimur, & circunductis in puluere signis
Sed veluti plerisque alijs, ita fallitur isto
Mens hominum.

Quia cum omnibus his non minus per 25 moueri possint, quam lapides *D. Tho. in Sent.* 4. *dist.* 7. *art. fin.* quia res naturales in creaturam spiritualem non operantur, (licet à dæmone sint institutæ) falsum est eis credi astringi, vt post alios docet *Bart. Sybillan lib. de peregrin. qq. decad.* 3. *cap.* 8. *q.* 1 † Nisi vellis cogi à dæmone 26 superiore *Paredrio*, vel *Serectino*, cum quo Magus societatem inierat, vulgó *Familiar*, vt de Deo Socratis refert *Tyrius ser.* 26. & de Simone Mago, *D. Clem. lib.* 2. *Recognit.* & de alijs *Nicol. Remig. lib.* 1. *dæmonol.* † Non quidẽ physica coa- 27 ctione, sed morali quatenus volunt stare conuentis, vt docèt *D. August. lib.* 21. *Ciuit. Dei, D. Thom. contra Gent.* 4. *cap.* 90. *Victoria in relect. de Magia nu.* 27. *Valent.* 2. 2. *disp.* 6. *q.* 13. *Azor tom.* 1. *instit. moral. lib.* 9. *cap.* 26. *q.* 2. *Thom. Sanchez in summ. to.* 1. *lib.* 2. *cap.* 42. *nu* 11. † Nam vt Ange- 28 li boni sibi superioribus sponte, & alacriter obtemperant: sic é contrario cacodæmones superioribus suis, vt praua mancipia duris dominis, aut inuecilior tyranno potentiori, non nisi inuiti, & malo domiti obediunt, vt doctrina, & exemplis docet eleganter *Mart. del Rio lib.* 2. *Magicar. q.* 30. *sect.* 1. *Petr. Binsfeld. in confessio. maleficar. prælud.* 10. † Sic 29 legimus enim Asmodæum (quem cacodæmonem fuisse nullus dubitat) ab Archangelo Raphaele ligatum

in deserto

in deserto, *D. Tob. cap. 8.* & quatuor Angelos (quos malos fuisse spiritus Beda testatur) ligatos ab Angelo in magno Euphratis flumine legimus, *Apocalyp. cap. 9.* & ab Angelo itidem ligatum diabolum chatena per annos mille in
30 abyssum, *Apocalyp. cap. 20.* † Sic intelligendus *Eusebius lib. 5. præpar. Euang. c. 6.* dum fatetur dæmones ab hominibus posse detineri. Sic similiter, & *Victoria lib. de Mag.* cum censet dæmones annulis includi, sic Archimagus dum ait, *Inuitos cogi parere virtute quorundam di-*
31 *uinorum nominum adiuratos.* † Neque per hoc Regnum eius diuiditur, quia vt perniciem humano generi paretur, etsi compulsus alacriter venit, nam vt ait D. Luc. cap. 11. *Si autem Sathanas in se ipsum diuisus est, quomodo stabit Regnum eius:* quo ad malum vnos alijs obtemperare satis demonstrat paulo post *Tum vadit, & assumit septem spiritus ne-*
32 *quiores se.* † Nam pactum frustratur quando maiorem humano generi perniciem sperat: pactum seruat, quando Deus ei permittit, & ipse sperat se sic plures illaqueaturum, vt docet *Crespet. lib. 1. de odio Sathan. discur. 15. Petr. Binsfeld. in confess. malefic. prælud. 6.* † Quorum
33 omnium deliria recenset cõciuis meus Lucan. lib. 6. Farsal.

Quis labor hic superis cantus herbasq; sequendi,
Spernendique timor? Cuius commertia pacti
Obstrictos habuere Deos? Parere necesse est,
An iuuat? Ignota tantum pietate merentur,
An tacitis valuere minis? Hoc iuris in omnes
Est illis superos an habeant, hæc carmina centum
Imperiosa Deum: qui mundum cogere quidquam
Cogitur ipse potest.

CAP. VII. *de pacto implicito, & explicito.*

SVMMARIVM.

Pactum duplex expressum, & tacitum, nu. 1.
Pactũ expressum cõtrahitur dupliciter, n. 2.
Pactum expressis verbis fit dupliciter, n. 3.
Pactum expressum simpliciter, nu. 4.
Pacti abnegatio fidei, & Sacramentorum, nu. 6.
Abiurationes, & execrationes pacti expressi, nu. 7.
Omagium pacti expressi, nu. 8.
Dæmonis promissa in pacto solemni, nu. 9.
Rebaptizatio, & noui nominis assumptio in pacto solemni, nu. 10.
Stigmatis impressio fit in pacto solemni, numero 11.
Stigmatis huiusmodi impressio varijs locis, nu. 12.
Oblationes pacti expressi, nu. 13.
Sacrificium Magorum, nu. 14.
Mensæ, & epulæ, & alia fœda sagarum, nu. 15.
Cursus, & recursus ad conuenta, nu. 16.
Pactum implicitum est quoties quis superstitiosis vtitur signis, nescions esse mala, nu. 17.
Pacti impliciti exempla, nu. 18. & 19.
Ignorantia inuincibilis excusat à peccato, nu. 20.
Faciens, quæ à Mago sunt instituta fieri tacite consentit in pacto, nu. 21.
Superstitiosis vtẽs rebus dicedit à Deo, n. 22.
Pactis se implicari nihil aliud est, quam ad tentoria diaboli se confugere, nu. 23.
Bellum cum dæmone ab ineunte luce indictũ est, nu. 24.
Bellum cum diabolo Sacramento adacti promisimus, nu. 25.
Pactum implicitum à lætali peccato excusari nequit. nu. 26.

1 PACTVM Huiusmodi duplex est, expressum, & tacitum, vt docent *D. Thom. 2.2. quæst. 95. & quæst. 96. Albert. Magnus in Sentent. 2. distin. 7. Article fin. conciuis meus Cardinal. D. Francisc. de Toledo in summ. lib. 4. c. 15. alter conciuis meus Episcop. Simanc. de Catholic. institut. titul. 36. Grilland. de Sortileg. quæst. 3. num. 2. Mart. Azpilcueta dictus Nauarr. in Manual. cap. 11. num. 25. Francisc. Suarez de relig.*
2 *lib. 2. cap. 8.* † Pactum expressum contrahitur dupliciter, aut expressis, & conceptis verbis á dæmone institutis, aut fit ipso facto, vel actione quando quis facit, illud, quod nouit dæmon pro signo, seu theßara suæ opis, & efficaciæ constituisse, vt docent *Caietan. ad Diuũ Thom. 2, 2. quæst. 95. art. 3. Nauarr. d. c. 11.*
3 *num. 21.* † Expressis, & conceptis verbis fit, aut solemniter, aut simpliciter, quáliter religiosi solent votum solemne profiteri, & alij qui votum simplex emittunt, vt tradit *Grilland. de Sortileg.*
4 *d. quæst. 3. num. 4.* † Simpliciter celebratur ipsi cacodæmoni priuatum apparenti, vel loquenti tantum, & non apparenti, vel Mago eius nomine stipulante, ne pascisces dæmonis aspectum reformidet, vel libello simplici diabolo, vel Vicario Mago præsentato, vt ex sagarum confessionibus tradunt *Inquisitores German. in Mall. part. 2. quæst. 1. cap. 2. conciuis meus Cardin. Toledo. d. cap. 14. num. 10. Grilland. d. quæst. 3. num. 3. & quæst. 7. num. 28. Suarez d. cap. 8. Farinac.*
5 *tom. 1. quæst. 20. num. 77.* † Solemniter autem celebratur quando nouitius à Magisterulo de nocte per aerem ad conuenticula devehitur, & deducitur ad Sathanam, qui in forma visibili residet specie hirci, vel alterius animalis sedentis in solio regio mirificé ornato more Principum, & ibi astantibus maleficis, & sagis publicè se ei debobet, vt ex iudicialibus cõfessionibus obseruãt hæreticæ prauitatis Inquisitores *Paul. Grilland. d. q. 3. nu. 4. & q. 7. nu. 26. Bernar. Comens. tract. de strigijs, ex nu. 1. Eymeric. in Direct. p. 2. q. 47.* † Postea abnegat bap-6
tisma, & omnia fidei Sacramenta hæretica atonitus vesania repudiat, quia vt legitur, apud D. Ioan. cap. 8. *Venit diabolus, & tollit verbum de corde ipsorum ne salui fiant.* Hoc est fidem veram eiusque confessionem secundum *Diuum Augustin. lib. 10. Ciuitat. Dei cap. 20.* † Et7
Deiparæ Mariæ patrocinium blaphemo ore renunciat, & promittit se eius imagines, & Crucem, & beatorum reliquias nefarié solo prosternere, atque pedibus conculcare, vbi primum cedat occasio, nunquamque ad fidem Catholicam reuersurum, neque eius præcepta seruaturum, sed solum ea, quæ per ipsum Principem erunt dicernenda, in quibus semper addictum, & obedientẽ esse policetur, & quo deuenerit ad ludos, & adderit sacrificijs, & solitas cũ alijs præces effundet, & qua poterit alios ad suam perfidiam seducet, vt ex sagarum confessionibus, docent *Idem Grilland. d. q. 7. n. 26. Bodin. lib. 1. dæmonol. c. 4. & 5. Petr. Binsfeld. in confess. malefic. prælud. 6.*
† Quæ omnia, & alia multa scelera, iu-8
reiurando per ipsiusmet Principis salutem confirmant, tactis scripturis super quodã magno libro obscuras paginas continẽte, ac tandem de his omnibus dæmoni *Omagium* prẽstant super circulo in terra insculpto, quia circulus expers principi, & finis symbolũ est diuinitatis cuius ipse cupidus est *D. Th. 2.2.* 9
q. 95. art. 5. † E conuerso autẽ dæmõ Mago promittit illi semper se adiuuaturũ, diuitias, honores, & gaudia immensa, quæ in hoc mundo desiderauerit, præstiturum: & post hanc vitam alia maiora daturum: constituitque ad custodiam ipsius magi vnum dæmonem:

quiei

qui ei nunquam valet derelinquere, vt in omnibus inseruiat, quæ cupiet, vt tradunt *Idem Grillan. Remig. & Binsfeldius, vbi sup.*

10 ¶ Quibus peractis deletur iste de libro vitæ, & inscribitur in libro mortis nigerrimo, rebaptizatur, & nouo nomine induitur, ac velut de lapide empta mancipia fugitiua stigmate, vel caractere inuritur, vt tradunt *Tertulian. lib. de præscript. aduersus hæreses. Remig.* 11 *d. lib. 1. cap. 5. Nider. lib. 5. Formican.* † Cuius variæ solent esse figuræ; nam aliquibus est ad instar vestigi leporis, aliquibus ad similitudinem manus, bufonis, ruberæ, lacerti, aut catelli nigri, *vt tradunt præfati authores.* 12 † Et apparent varijs in locis impressa, nam aliquibus cernitur in sinistro fœmore, vt de Mugeta saga scribit *Idem Remig. d. cap. 5.* aliquibus in humero sinistro, vt de Bayaronne fœmina tradit *Charond. lib. de Antichrist. not. 1.* aliquibus in fronte, vt de Antichristo legitur, ita suos signasse *Apocalyp. cap. 13.* alijs posterioribus partibus extantiæ dexteræ auris, 13 *Iræneus lib. 1. cap. 24.* † Ac denique, vt suo Principi in supremæ suæ potestatis recognitionem ei exhibent partem rerum externarum, & vtem silium, vt scribit *Archimagus lib. de vanit. scient.* vt ex bonis corporis sanguinem, vt in sacris Baal, *Regum 3. cap. 18.* ex bonis naturæ filios, vt in sacris Molochi, *Reg. 4. cap. 16.* ex fortunæ fragmẽtum vestis: an quia Regi soliti sint substernere vestimenta, *Reg. 4. cap. 9.* Matth, 14 cap. 21. † Et tandem peragitur sacri finium per Magum reuestitum cum cassula sina cruce astantibus maleficijs, & sagis, cum candelis ex pice, lumine ex aduerso police dæmonis petito, qui informa hirci, vel alterius animalis residet magna cum maiestate, & simulatione, dum ei talis cultus latriæ submittitur, vt videre est in sententia Auinioni lata, anno 1582. apud *Sebast. Michaelem in Pneumalog.* † Postea paran- 15 tur mensæ varijs dapibus adstructæ, præsertim ex carnibus infantum necatorum assis, aut coctis sine sale, ibique epulantur, ac bibunt maxima cum exultatione, ac postea psalunt, cantant, ac tripudiant in honorem asserti Principis: ac tandem dæmonibus commiscentur, viri sit cubis, fœminæ incubis, & alia fœdissima peraguntur crimina, vt testatur *Remigius, vbi supra, & Binsfeld. in confess. maleficar.* † Quibus 16 absolutis suum Martinellum assumit, (sic vocant assertum dæmonem paredrum) & in locum ex quo exierant, reuocantur, antequam lux adueniat, & tum omnia subito oculis euanescunt, vt præter Remig. & Binsfeld. tradit *Grilland de Sortileg. d. quæst. 7. num. 25. 26. 27. & 28.*

¶ Pactum autem implicitum siue 17 tacitum censetur quotiens quis superstitiosis vtitur signis, nesciens esse mala, & à dæmone instituta, vt ex multis tradit *Raph. de la Torre tom. 2. de vitijs oppos. relig. quæst. 96. artic. 4. disput. 2.* † Vt qui ad leuandum dolorem capitis 18 vteretur carthulæ subscripta *Iehoua*, certis ritibus insignita, de quibus *Paracels. lib. de cœlesti medic.* aut ad sanguinem sistendum formula illa, *in sanguine Adæ orta est mors*, &c. vel quid simile. † Pu- 19 tans ea esse licita, vel quia ea ab hominibus vulgò habitis bonis, accepit, vel quia legit in libros (etiam superstitiosos) putans esse probri phylosophi, quod tunc, vel nullum, vel leuissimum esset peccatum, vt docent *Diuus Thom. 2. 2. quæstion. 74. articul. 5. & ibi Medin. & quæstion. 76. articul. 2.* † Quia 20 ignorantia inuincibilis á quouis excussat crimine *cap. 2. de constit. cum alijs per doctissimum Præsidem Episcopũ D. Dinac. Couarru. in cap. alma mater, part. 1. §. 10. num. 12. & 13. de sentent. excommunicat.*

21 † Cæteri autem grauissime peccant, etiam si pactum nullum cum dæmone, aut Mago contraxerit: nam eo ipso, quod faciunt, quæ ab eis sunt instituta fieri, tacite consentiunt in pacto, saltem inito cum primo facti autho-
22 re, vt tradit *Remig. d. lib. 1. cap. 1.* † Et per consequens dicedunt á Deo ipso docente per D. Luc. cap. 11. *Qui non est mecum, aduersus me est*, quod grauissimum est peccatum, *D. Augustin. lib. 2. in Genes. ad lit. cap. penult. Turrecrem. in*
23 *cap. non obseruetis huius 26. q. 7.* † Quare se pactis huiusmodi implicari nihil aliud est quam Christi militiam deserere, & ad tentoria diaboli perfidiæ, transfugij, & Apostasię crimine se recipere, vt tenent *Suarez de relig lib. 2. cap.*
24 *9. Binsfeld. d. prælud. 6.* † Est enim nobis ab ineunte luce indictum bellum cum dæmone, quod Dominus, vt Paterpatratus in Paradyso induxit Genes. cap. 2. *Inimicitias ponam inter te, & mu-*
25 *lierem, semen tuum, & semini illius.* † Quod postea Sacramento adacti seruandum nomine Ecclesiæ rogante Sacerdote, & patrinis pro nobis respondentibus, iterum atque iterum promisimus *Nos abrenuntiare Sathanæ, & pompis eius.*
26 † Quare etsi tale pactum manifesta hæresi damnari nequeat ab expresso, & lætali crimine excusari non potest, vt Deo inobedientes, tam per Moysis *Exod. cap. 20. non habebis Deos alienos coram me*, quam per Apostoli tuba intimanti D. Paul. Corinth. 1. cap. 10. *Nolo socios vos fieri dæmoniorum.*

CAP. VIII. *de inuocatione dæmonis.*

SVMMARIVM.

INuocatio dæmonis signum est pacti expliciti, nu. 1.

Inuocatio quibus modis fiat, nu. 2.

Magicarum vitus signa sunt ad inuocationem, nu. 3.

Ritus quibus pacta inesse solent, numero 4.

Superstitiosis rebus vti non licet etiam pro salute obtinenda nu. 5.

Inuocatio signum est diuini honoris soli Deo debitus, nu 6.

Inuocationi interuenit latriæ cultus, nu. 7.

Inuocatio prima est, & præstantissima latriæ pars, nu. 8.

INVOCATIO 1
dæmonis signum est pacti expliciti, & cultus latriæ expressus, quo se dæmon promisit responsurum, vel facturum, quod inuocator petit, vt tradit *Eymeric. in Direct. Inquis par. 2. quæst. 43.* † Nam dæmon non concurrit 2
sine inuocatione, siue expressis vocibus concepta, vel nudis signis inducta, quando quis facit, quod ipse pro signo, seu thessara, suæ opis, & efficatiæ constituit, vt docet *Remig. lib. 1. dæmonol. cap. 7.* † Nam omnia, quæ fiunt in re- 3
bus Magicis à dæmone sunt instituta ad inuocationem, vt ex sententia Porphyri, sic testatur Eusseb. lib. 5. præparat. Euangel. cap. 7. *Porphyrius testis citetur, qui in libro de Responsis ait, non solum fœlicem conuersationem suam, verum etiam quibus rebus gaudeant, & quibus alligentur Dij hominibus significarunt.* † Quarum multæ sunt qui solo aspe- 4
ctu dæmon inuocatur, vt de annulo Gyges tradit *Plato lib. 2. de Republ.* aliæ sola portatione caracteris, vel sigilli impressione, vt de alio annulo, qui eiectus flumine Carolum Magnum coegit, vt circa se habitaret, vt tradit *Francisc. Aretino in fonte mirab.* † Quarum 5
rerum sola portatione, quando ex ea dæmon promisit aditurum grauissimum est peccatum etiam pro sanitate obtinenda, nam vt ait D. Chrysostom. hom. 8. ad Colossens. *Cicius mors homini Christiano*

Christiano subeunda, quam vita ligaturis
6 *redimenda.* † Inuocare enim cultus est diuini honoris soli Deo debitus, vt constat ex illo Genes. cap. 4. *Cœpit inuocare nomen Domini*, vbi glo. ait *inuocare*
7 *idem est, quod colere, aut venerari.* † Nam vt ait D. Paul. ad Rom. c. 10. *Qui inuocauerit nomen Domini saluus erit*, quasi diceret, *el que acudiere a Dios en sus necessidades, el le librará*, Iudic cap. 10. *Ite, & inuocate Deos, quos colluistis*, venerate, & supplices petite auxiliũ Deorum vestrorum, vt legitur *Reg. 3. cap.* 18. † Nam
8 rogatio prima est, & præstantissima latriæ pars, vt nõ malè agnouit, Mart. lib. 8. epig. 24.

Qui finxit sacros auro, vel marmorare vultus,
Non facit ille Deos, qui rogat ille facit.

CAP. IX. *de signis quibus pacta conuenta cum dæmone dignoscantur.*

SVMMARIVM.

SIgna quibus pacta huiusmodi intercedãt præscrutantur, nu. 1.

Effectus quando superat naturæ vires, aut artificij solertia si nullatenus cõster, quod sit diuinus, pacto est suspectus, numero 2.

Dum nec miraculi, nec naturæ vires, nec
* *artificij solertia intercedit, pactum interuenit, nu. 3.*

Verba secreto prolata, tactus, aflatus, vel quid simile, quod naturaliter virtutem non habet, pacto suspectum est, numero 4.

Orationes, quæ præscriptis, & cõceptis verborum formalis vtuntur superstitiosæ sunt, dum ad id ad quod adhibentur virtutem habere non dignoscatur, numero 5.

Nomina, quæ policentur euenta, superstitiosæ, nu. 6.

Consecrationis formula ex pacto vulnera sanabantur, nu. 7.

Sancti viri ad miracula non sunt vsi certis verborum formulis, nu. 8.

Sancta verba quando ad effectum ad quod adhibentur non sunt instituta, pacto sunt suspecta, nu. 9.

Exorcismi, & coniurationes præter Ecclesiæ vsum damnantur, nu. 10.

* *Exorcismis, & coniurationibus vtentes non præditi ordine exorcistarum detestantur, nu. 11.*

Clerici, aut Religiosi, qui exorcizationes, quasi sibi peculiares vindicant, damnantur, nu. 12.

* *Clerici omnes cum sint æquali exorcizandi virtute præditi, qui aliud dixerit debet ostendere, nu. 13.*

Vicarij Episcoporum, qui infecta locustas, excommunicant non carent superstitione, nu. 14.

Orationes, & deuotiones in quibus obseruatur dies, & horarum tẽpus superstitiosæ sunt, nu. 15.

Missæ S. Amatoris, & similes quare damnatæ, nu. 16.

Superstitiosum est omne id, quod horarum, vel dierum rationem obseruat, nu. 17.

Superstitiosum est, quod habet spem in modo scribendi, recitandi, &c. nu. 18.

Orationes otiosæ pacto sunt suspectæ, numero 19.

Orationes falsæ pacto sunt damnatæ, numero 20.

Orationes vanæ pacto sunt vitiatæ, numero 21.

Orationes absurdæ pactum habent, numero 22.

Orationes præposteræ pacto sunt fœdatæ, nu. 23.

Orationes in quibus aliquid cõtinetur extraneũ, vel incognitum damnantur, nu. 24.

Diabolus sæpè aliquid admiscet, vt fiduciã in ipsum homo profiteatur, nu. 25.

Nomina incognita, vel incongrua ad id ad quod adhibentur, signa sunt pacti latentis, nu.26.

Nomina sancta, & pia, si in eis interuenit aliquid indignum, sunt suspecta, numero 27.

Orationes, quæ petunt à Deo, vel Deiparæ Virgine reuelationes, vel apparitiones sunt vt pacto damnatæ, nu.28.

Orationes, quæ promittunt futurorum reuelationes sunt prohibitæ, nu.29.

Orationes, quæ promittunt gestanti, non pati ignes, aquam, carceres, vel quid tale, sunt detestatæ, nu.30.

Orationes, quæ iubentur fieri præfinito die, hora, vel rythmo, improbantur, numero 31.

Res naturales, quando ad id ad quod adhibentur nullam habere efficatiam dignoscuntur, pacto censentur suspectæ, numero 32.

Res naturales, quando effectus non habent à natura, neque à Deo, adscribuntur dæmoni, nu.33.

Ligaturæ, & remedia medicorũ, quæ damnatæ, nu.34.

Obseruationes in rebus naturalibus, in his, quæ à natura nullam habent efficatiam improbantur, nu.35.

Rebus naturalibus, quando verba, vel quid tale miscetur in efficace per se, est superstitiosum, nu.36.

Obseruationes, & alia huiusmodi, quæ adhiberi solent, sunt signa pacti latentis, numero 37.

Imagines, quæ censeantur superstitiosæ, numero 38.

Imagines sub tali cœli positura factæ damnantur, nu.39.

Platonicorum error de cœlestibus imaginibus, nu.40.

Imagines ad quempiam posituram cœli factæ nullam habent virtutem, nu.41.

Cœli obseruationes illæ tantum licitæ, quæ Ecclesia recepit, nu.42.

Morbi à dæmone videntur illati, de quibus medici nil proferre valent, nu.43.

Remedia maleficiorum præter diuina, cætera suspecta censentur, nu.44.

Signa quibus morbi à dæmone illati cognoscantur, nu.45.

Signa maleficij remissuc, nu.46.

VIA, Vt ait D. Ioa. Canon. 1. cap. 3. *Probate spiritus an sit à Deo*, nonnulla sunt nobis præmittenda quibus pacta huiusmodi dignoscantur, ne nos in errorem inducant, quiat vt ait Dominus per D. Matth. cap. 24. *Surgent pseudo Christi, & pseudo prophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia: ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi.* † Primo enim quo- 2
tiens effectus superat naturæ, aut artificij vires, si nullatenus constat, quod sit diuinus, neque Deo tribui possit, aut per sacram Scripturam, aut Ecclesiæ traditionem pacto cum dæmone inito tribuendus est, vt probat *Angelicus D. Thom. 2.2.q.95.art.4.* † Quia vbi nec mi- 3
raculi, nec naturę vis, nec artificij solertia interuenit, pactum intercedit, vt docent *Caietanus in summ. v. incantatio, Valent. in D. Thom. 2.2.q.12.disp.6. Francisc. Victoria in Relect. de Magia. nu.16.* † Qua- 4
re ex hoc capite pacto suspectæ sunt curationes morborum quando ad nullæ res naturales, neque supernaturales adhibentur, sed solum verba secreto, vel palam prolata, tactus, aflactus, vel nudi linthei applicatio, vel quid simile, quod naturaliter nullam habet virtutem ad sanitatem conferendam, vt probant *Leonard. Vayrus lib. 2. de Fascin. c. 9. & 10. Codronch. lib. 12. de morbo venefic. cap. 2. & 5. Mart. del Rio lib. 1. Magicar. cap. 3. q. 4.* † Similiter pacto sunt suspectę 5
orationes omnes in quibus prescriptis, & conceptis verborum formulis vtitur, etiam si sancta, & pia sint verba, &

ab Ecclesia approbata, dum tamen ad effectum illud ad quod adhibentur nō sint instituta, vt docet *Petr. Ciruelo de superstit. p. 3. cap.* 11. † De quo genere sunt 6
nomina in quibus continetur aliquis versus Psalmorum, vel Euangelium sancti Ioānis, vel quid simile sanctum, ac venerandū, quib⁹ promittunt portātibus fēlicitatē tēporalē, vel quid aliud ad quod ea Christus non instituit, vt 7
docet *Ciruelo d. par. 3. cap. 3.* † Nam eo Ipris impostor quidam, qui vulnera sanauat recitatis consecrationis verbis, vt Magus fuit damnatus: nam hic effectus expectatur á Deo per modum miraculi, quod assidue, & quasi ex frequētia, & consuetudine poscere Deum est tentare: peccatum contra fidem, & religionē, vt tenet *Suarez de relig. li. 2. c. 7.* 8
† Præter quā quod sancti viri advsi miracula edenda non sunt, vsi certis, & quasi conceptis verborum formulis, sed modo sic, modo aliter pro vt Spiritus sanctus suggerebat, vt docet *Raph. de la Torre, tom. 2. de vitijs opposit. religio. q. 96. art. 4. disp.* 1. † Idque maximē sa- 9
crosancta consecrationis verba, quæ non ad corporis vulnera consolidanda, sed ad panis, & vini trāssubstantiationem à Saluatore nostro sunt instituta, quæ ideo ad alios sensus trahi non debent, vt defendit *Mart. del Rio, lib. 3. Magicar. cap. 2. q. 4. sect. 2.*

10 ¶ Secundo, vt pacto suspecti damnantur exorcismi, & cōiurationes omnes aduersus morbos, tempestates, & energumenos, quos præter receptum ab Ecclesia ritum exercentur, vt docet *Petr. Thyreus de dæmoniac. p. 3. cap. 4.*

11 † Qualiter nebulones, qui ad scyniphes, & locustas exterminandas á populis conuocati certis verborum formulis vtuntur, quibus eis tempus præscribūt, vt ex agrium finibus exeant, eas maledicētes, & execratis, nō nullis ab Ecclesia nō receptis exorcismis: aut etiam receptis, dum eis vtuntur non prædito ordine exorcistarum, quasi ex officio, aut peculiari gratia, donove Dei hoc sibi munus vsurpantes. † Clericive aut re- 12
ligiosi prædicti, qui quasi sibi peculiare vindicant: dicentes ad exorcizandum plus virtutis sibi esse, quam cæteris eiusdem ordinis, aut gradus, vt tradit *Mart. del Rio Magicar. lib. 6. Anacephal. monit.* 10. † Nam cū hanc potestatē Ec- 13
clesiæ suę Saluator noster cōcesserit, omnibus ea dignitate præditis, *D. Luc. c. 10. Matth. 16.* Qui sibi peculiarem vindicāt, id ratione priuilegij debet ostendere, aliás erit pacto dæmoniaco suspectus. † Cuius laue etiam non videntur 14
immunes Vicarij Episcoporum, qui pro locustis, seu alijs insectis litem promotore fiscale contestantur, & causa conclusa constituto pro eis defensore, ridicule sententiam ferunt, qua illis præcipiunt, vt sub excommunicationis pœna campestria loca derelinquant, atque extra territorium suum exeant, vt tradunt *Petr. Ciruel. d. part. 3. cap. 10. Mart. del Rio lib. 3. Magicar. part. 2. q. 4. sect. 9. & in Anacephaleos. lib. 6. monit.* 12.

¶ Tertio, suspectæ sunt pacto dæmo- 15
niaco deuotiones, & orationes omnes, in quibus obseruatur dies, vel horarum tempus, vt in cap. qui æstimaret huius 26. q. 7: *Qui certis diebus, siue mensibus, siue annis nolunt, aut volunt aliquid incohare, eo quod secundum varias doctrinas Gentium fausta, aut infausta existiment tempora.* † Ex quo damnantur qui 16
faciunt celebrari Missas S. Amatoris, S. Augustini, S. Vincentij, Imperatricis, trigintinari clausi, & aperti, & alias huiusmodi in quib⁹ numerus Missarū, & orationum præscribitur, nā vt ait Dominus, Deuter. cap. 12. *Quod præcipio tibi, hoc tantum facito, neque addas quidquam nec minuas.* † Est enim superstitiosum 17
omne id, quātum vis pium, & sanctum appareat, in quo ex nulla Ecclesiæ lege

numerorum, horarum, vel dierum tempus obseruatur, nam vt ait, Apost. ad Galat. 4. *Dies obseruatis, & menses, & annos, timeo vos ne frustra laborauerim in*
18 *vobis.* † Itē si adhibeatur spes in modo scribēdi, vel recitādi, vel iubeatur fieri tali hora, vel á tali persona, vel tali corporis positura, vt docet *Sprēger. in Mall. q. 2. c. 7.* vt Canidia apud Horat. Saty. 8.

Pedibus nudis passoque capillo.

Dido apud Vergil. AEneid. 4.

Vnum exuta pedem, vinclisque in veste reuincta.

19 ¶ Quarto pactum inest, quotiens adhibentur orationes otiosæ, vt ad sanguinem sistendum illa, *in sanguine Adæ orta est mors*, &c. aut illa *sanguis manet in te, vt sanguis Christi mansit in se*, &c.
20 † Aut falsa, vt ad leuandum dolorem capitis, *Virgo Maria Iordanē transiuit, & tunc S. Estephanus ei obiauit*, &c. quæ habetur apud *Sprenger. in Mall. p. 2. q. 2. c. 6.*
21 † Vel vana, vt contra nocturnas infestationes illa *Zelo Chuiz Lilith*, vt habetur apud *Petr. Gregor. in Syntag. part. 3. lib. 34.*
22 *cap. 19. nu. 5.* † Vel absurda, vt illa veterū *Danatadaries*, vel recentiora *Abrach Maymon*, &c. vel illa pani inscripta *Irioni, Teherioni*, &c. vel illa *Hax, Pax, Max*, cōtra morsos rabidorū canū, apud *Veckerum de secret. lib. 4.*
23 † Vel præpostera, vt in illa cuius finis est *gloria Spiritus sancto, Filio, & Patri*, apud *Paracels.* aut illa contra pestem.

Imparibus meritis tria pendent corpora rani

Dimas, & Gestas, &c.

24 ¶ Quinto damnantur, vt pacto suspectæ orationes omnes etiam piæ, & sanctæ in quibus aliquid continetur extraneum, aut incognitum signum, Grilland. de Sortileg. q. 11. nu. 25. *Qui faciunt cedulas, aut breuia, & ligaturas suspendendas ad collum, dum continent aliquod extraneum signum, vel characterem, vel nomen, quod non tendit ad conclusionem.* † Nā
5 dæmon sæpe aliquid admiscet, quo fiduciam in ipsum homo profiteatur, vel quo nos á Deo ad creaturas auertat, & à cœlestibus curis ad cœnosa, terrenaque seducat, vel saltem à serijs, & grauibus ad ludrica, & nugatoria, vt docet *D. August. lib. 83. qq. cap. 79.* † Cu- 26
iusmodi sunt orationes quantumvis sanctissimis verbis præscriptæ, dum in eis nomina sunt incognitæ significationis, vel cognitæ, sed ad id ad quod adhibentur non tendūt, vt in illa *Adonai, Iehoua, Tetragrāmaton*, quib⁹ certo modo adhibitis iactatur se omnē morbum pellere *Paracels. lib. de cœlest. med.* † Vel 27
nomina trium Regum, aut Machabęorū, Salomonis, aut Zachariæ, vel quorundam sanctorum, in quibus etiam interuenit blasphemia, dum hosce sanctos fingunt nefariē Magicis iniciatos; & qui signum Crucis quo vincit ille Magnus Imperator Constantinus annumerat sigillis suis dæmoniacis, iūctis alijs superstitionibus, aut caracteribus, de quibus *in cap. illud h. 26. q. 2.*

¶ Sexto suspectę sunt orationes om- 28
nes, quæ petunt á Deo, Deiparæ, aut sanctis reuelationes, vel apparitiones, quia hoc est plenū periculi, audaciæ, curiositatis, ac deceptionis, iuxta illud Iudith, cap. 8. *Non est iste sermo, qui misericordiam prouocet. sed potius, qui iram excitet, & furorem accendat: nam posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum diem constituistis.* † Item, 29
quæ promittunt diem mortis reuelari, vel quid simile, quia plenū est mendatij, & blasphemiæ. Quia Deus similiū deliris non concurrit, neque aliui permittit renunciari Acta Apostol. cap. 7. *Non est vestrum nosse tempora, & momenta, quæ pater posuit in sua potestate.* † Aut 30
eas gestantes non morituros morte subitanea, & improuisa, neque in aqua, aut igne, neque patiētur carceres, furcas, &c. quia hæc omnia pacto sunt

suspecta,

suspecta, vt probat *Ciruelo, vbi supr. d.*
31 *cap. 11. cap. illud h. 26. q. 2.* † Aut si iubentur suspendi talibus filijs, vel coloribus, vel recitari tali hora, vel tali voce, tono, vel rythmo, vt apud *Sprenger. vbi sup. part. 2. q. 2. cap. 6.* Nam hæc signa sunt pacti latentis, vt saga apud Lucan. lib. 6. Farsal.

Confundit murmura primum, &c.

32 ¶ Septimo pacto censentur suspecta omnia illa, in quibus adhibeatur res etiam naturales, dum ad id ad quod adhibentur nullam virtutem habere dignoscantur, vt ad fascinationem rutam, pœoniam, & osicula quædam palmarum nescio, qua religione polita, & alia huiusmodi, de quibus dicendū est *c. de*
33 *fascinat.* † Nam cū hos effectus à natura non habeant, neque á Deo per supernaturalē virtutem, de necessario pacto sunt suspecta, vt docent *D. Thom. 2. 2. q. 96. & in opusc. 25. de sortib. cap. fin. Mart. Arles. tract. de superstit. Simanc. de*
34 *Cathol. instit. tit. 62. num. 33.* † Ad quod genus pertinent omnes ligaturæ, atq; remedia, quæ medicorum quoque disciplina commendat quorum exempla refert ex D. Augustin. cap. illud h. 26. q. 2. *Sicut inaures in summo aurium singularum, aut strutiorum ossibus ansulæ indigitis, aut cum tibi dicitur singulcienti, vt dextera*
35 *manu sinistrum pollicem teneas.* † Aut si colligantur, vel applicētur cum aliquibus orationibus, aut obseruationibus, quæ ad id ab Ecclesia, neque à natura, sunt instituta, nam vt ait text. in cap. non liceat h. 26. q. 5. *Neque in collectionibus herbarum, quæ medicinales sunt, aliquas obseruationes, vel incantationes lu-*
36 *ceat attendere.* † Aut si vna cum rebus naturalibus, quæ inefficaces creduntur, verba alia adhibeantur quibus effectus sortiri cōtingat, vt tradit *Parisiens. in summ. de vniuers. cap. fin.* Aut res sacrę, quæ non tendunt ad id ad quod aduc-
37 cuntur, *Farinac. to. 1. q. 20. nu. 98.* † Nam cum ad id efficatiam non habeant tanquam tessaræ pacti initi sunt, quibus dæmon promisit se opera laturum, qui latenter virtutes aliarum rerum quas nouit in proposito conducere acō modat, & ex eis elicit, quasi quintā essentiam, quæ latenter applicat, & sic contingit ex rebus inefficacibus effectum sortiri, vt tradit *Petr. Thyræus p. 3. de locis infest. cap. 57.*

¶ Octauo pactum inest quotiens 38
adhibentur imagines præter Dei, Deiparæ, aut alterius sancti per cogniti, vel aliud signū præter Crucē, vel Crux ipsa, sed non, vt oportet, locata, aut locata, vt oportet, sed nihil tendens ad conclusionem, quia pleriq; Magi huiusmodi incantationes suas Crucibus, & alijs rebus sacris solent occultare. † Aut si iu- 39
ueantur fieri sub tali cœli positura, vel sub tali signo, vel quid simile, quod paganam, & idolatricam doctrinam continet, damnata; Exod. cap. 20. *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cœlo desuper, & quæ est in terra* 40
deorsum. † Nam licet Platonici contendant imagines factas sub quadam cœli positura, ad cęlestes imagines correspondentes, virtutem imprimere, vt tradit *Ludouic. Dulcius lib. de gemm. cap. 6.* ex illo Magico Ptholomæi aphorismo, *Vultus inferiores subiectos esse vultibus cœlestibus.* † Falsum omnino est, scandalo- 41
sum, & hæreticum, vt diximus *lib. 5. c. 1.* quia vt ait text. in cap. non liceat h. 26. q. 5. *Non liceat Christianis tenere traditiones Gentilium, & obseruare, vel colere elementa, aut Lunæ, aut Stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam pro domo facienda, aut propter segetes, vel arbores plantandas.* † Nam etsi obicias de Aureo nume- 42
ro, Epacta, festis mobilibus, & alijs huiusmodi ab Ecclesia receptis, quæ syderum cursum obseruant, non propterea aduersus nostram sententiam obtines, quia illa tantum licita, sunt quæ Ecclesia recep-

sia recepit, cætera tanquam vana fugienda, vt diximus, *d. cap. 7. & 8.*

43 ¶ Nono pacto sunt suspectæ omnes morborum curationes, de quibus nil medici proferre valent, sed ambiguo animo huc illuc vagantur, quod quidem signum satis euidens est ad cognoscendos morbos à dæmone illatos secundum Pontifices in cap. fraternitatis, de frigidis, & malef. *Nec ope medicorum poterit adiuuari.* † Quare dum eo-

44 rum remedia non sunt supernaturalia, cætera suspecta censentur, quia vt ait Paracelsus lib. hyperphys. *Neque Auicena, neque Gallenus de illis scripserunt, aut ciuerunt quidquam.* † Cognoscuntur

45 tamen morbi quando sunt à dæmone illati, si ægrotus grauissimè doleat, in qua tamen parte dolorem habeat, nequeat indicare: si suspiria sine causa emittit: si renes, & corda corrodi videantur, & remedijs ex arte adhibitis morbus se non remittit, sed potius exasperatur, vt tradit *Bapt. Codronch. lib. 3. de morb. venefic. cap. 11. 12. & 13.* † Et

46 vt omnia compendio referam signa, quibus morbi á dæmone illati, vulgò *hechizos*, dignoscantur, ac curentur tradiderunt *Bapt. Codronch. d. lib. 3. de morbis venefic. Andr. Cæsalpin. lib. de inuestigat. dæmon. ex cap. 22. cum multis seqq. Mart. del Rio lib. 6. Magicar. cap. 2. sect. 2. q. 3. Raph. de la Torre tom. 2. de vitijs oppositis relig. q. 96. art. 2. disp. 11.*

CAP. X. *de Magorum vera, & apparente operatione.*

SVMMARIVM.

MAgorum effectus alij naturales, alij præstigiosi, nu. 1.

Magorum signa apparentia, nu. 2.

Operatio dæmonis quibus fallatijs nitatur, nu. 3.

De loco ad locum trãsferre dæmoni non denegatur, nu. 4.

Actione mediata qua arte dæmon operatur, nu. 5.

Per motum localem operatio dæmonis duplex, nu. 6.

Dæmon lapsu naturalia immutata non sunt, nu. 7.

Dæmon spiritus est Angelicus natura sua splendidissimus, nu. 8.

Diabolus motu locali excitatur ventos, & tempestates, nu. 9.

Diabolus potest humana corpora de loco ad locum deferre, nu. 10.

Applicãdo actiua passiuis, quo pacto diabolus operetur, nu. 11.

Diabolus naturalium omnium rerum substantias prospectas habet, nu. 12.

Magi sæpenumero officiuntur multa, quæ non fierent si diabolus artificiosa applicatione non iuuaret, nu. 13.

Iammis, & Membris Magorum Pharaonis miranda, nu. 14.

Causæ naturales naturaliter operando subito effectum producere nequeunt, nu. 15.

Prodigia Magorum Pharaonis non fuerunt naturalia, sed apparentia, nu. 16.

Prodigia huiusmodi simulata esse, numero 17.

Authoris sententia de Magis Pharaonis, nu. 18.

Magorum serpentes veros fuisse, numero 19.

Exod. cap. 7. explicatus, nu. 20.

Magi Pharaonis virgas conuerterunt in serpentes, nu. 21.

Virgas Magorum potuit diabolus oculis subtrahere, & serpentes veros supponere, nu. 22.

Ouidius de Circis portentis relatus, numero 23.

Per delusionem operatur dæmon quando effectus non sunt tales qualiter videntur, nu. 24.

Deludit dæmon quando ex viribus naturæ nequit operare, nu. 25.

Magus repreſentat hortum arboribus, herbis, floribus ſubito enatis, nu. 26.

Magus vitiata in omnium oculos reparat, nu. 27.

Zadechiæ Iudæi de Magiæ operatione miranda, nu. 28.

Apollonij, & Numæ Pompilij combibia phantaſtica, nu. 29.

Simonis Magi repreſentationes, nu. 30.

Simon Magus ex miris operibus pro Deo cultus, nu. 31.

Gygis annulus quo nam pacto inuiſibilis rederetur, nu. 32.

Claudiæ, & Tucciæ operationes Magicæ, nu. 33.

Magdalena de la Cruz quibus præſtigijs commendata, nu. 34.

Diabolus quo nam pacto parietem ſcindere videatur, nu. 35.

Anima extra corpus non peregrinatur, numero 36.

Extaſis Magorum, quo nam fiat, nu. 37.

Mapam laceratam in omnium oculos redintegrauit ſaga, nu. 38.

Demon non valet ſuſcitare animalia perfecta, nu. 39.

Animalia perfecta poſtquam ſemel vitam amiſſerint, ex dæmonis potentia non ſuſcitantur, nu. 40.

Animalia ex putrefactione eadem numero, non ſuſcitantur, nu. 41.

1 MAGORVM Effectus, ad quos tota dæmonis operatio reducitur, alij ſunt naturales, alij præſtigioſi, quos veros, & apparentes dixit Theologorum Schola *D. Auguſtin. lib. 21. Ciuitat. Dei cap. 4. D. Thom. 2. 2. q. 96. art. 1. Caſtro de iuſta hæretic. punit. lib. 1. cap. 6. conciuis meus Cardinal. D. Franciſc. Toledo in ſumm. lib. 4.* 2 *cap. 16.* † Nam omnia tanquam deluſoria reſpicere inſanæ mentis eſt, & omnia, vt vera probari leuitatis animi habetur, nam vt ait Chriſtus Dominus, apud Matth. 24. *Surgent pſeudo Chriſti, & pſeudo Prophetæ, & dabunt ſigna magna, & prodigia, ita vt in errorem inducant, (ſi fieri poteſt) etiam electi.* † Tota enim 3 operatio dæmonis, aut fit actione immediata per motum localem, quando dæmon ſeipſum mobet, vt in illo Iob cap. 1. *Circuiui terram, & perambulaui eam,* & Matth. cap. 12. *Cum autem immundus ſpiritus exierit ab homine ambulat per loca arida quærens requiem.* † Aut quando 4 per ſe alia corpora immediate impullit, vel aſſumit, ea transferendo de loco ad locum, vt Dominum noſtrum ſuper pinaculum templi, & in montem excelſum, *D. Matth. cap. 4.* † Vel media- 5 ta: idque dupliciter, illudendo ſenſus, vel applicando actiua paſſiuis per alterationem veram, aut per deluſionem, vt docent *D. Auguſt. lib. 3. de Trinit. cap. 7. 8. & 9. & lib. de diuinat. dæmon. cap. 3. & 5. D. Thom. lib. 3. contra Gent. cap. 104. Cardinal. Toledo, vbi ſup. d. cap. 16.*

¶ *Per motum localem* datur in dæmo- 6 nē operatio dupliciter (vt dicunt philoſophi) tranſiens, & immediata, quæ à dæmone immediate proficiſcitur, nec immoror an talis virtus motiua dæmonis, ſit diſtincta ab intellectu, & voluntate eius, quia diſtinctam arbitror, licet pleriq; negent. † Qua qui- 7 dem virtute dæmon multa conſequitur, potentia ſua naturali, non ſecus, ac alius Angelus, quia naturalia ei lapſu immutata non ſunt, *D. Dioniſ. lib de diuinis nomin. cap. 4. D. Thom. part. 1. q. 64. art. 1.* † Nam cum ſpiritus ſit Angeli- 8 cus natura ſua ſplendidiſſimus poteſt vaſtos molles, & ingentia corpora velociſſime impellere, *D. Auguſt. lib. 3. de Trinit. cap. 7.* Quia hæc inferiora Angelis patent, *D. Thom p. 1. q. 100. art. 2. & quodlibet. 9. art. 3.* † Ita enim dæmon po- 9 teſt ignem, ex ſuprema aeris regione dimittere, quo multa abſumat, &

perdat

perdat procellas, & tempestates mari terraque excitare per rapidissimos vētos, Iob. cap. 1. *Cecidit ignis de cœlo, & pactas oues puerosque consumpsit, & repente ventus irruit à regione deserti, & con-*
10 *cussit quatuor angulos domus.* † Potestsimiliter humana corpora per aera vehere, vt in veteri testamento Habacuch ex Iudæa in Babylonem vectus est ab Angelo, *Daniel.* 14. in nouo Christus á Sathana super templi pinaculum, & super montem excelsum, *D. Matth. cap.* 4. & in primordijs Ecclesiæ Simon Magus á diabolo, *Euseb. lib.* 2. *histor. Eccles.* in historijs Gentiliū Dipse apud Ouid.

Hac ego nocturnas viua volitare per vmbras
Suspicor, & pluma corpus anile tegi.

11 ¶ *Applicando actiua passiuis* dæmon similiter operatur, quarum alteratione, siue mutatione rerum mirabilia sæpé facit, nam vt ait tex. in cap. nec mirum h. 26. q. 5. *Insunt enim rebus corporeis per omnia elementa quædam occultæ seminariæ rationis, quibus cum data fuerit oportunitas temporalis, atque causalis prærumpunt in*
12 *specie debitas suis modis, & finibus.* † Dæmō enim naturalium omnium rerum substantias, & proprietates peculiares prospectas habet, commoda nouit, applicandi tempora, solertiæ, & artificij vix est, quidquam quod ignoret, vt docet *D. Thom. d. p.* 1. *q.* 110. *art.* 2. *& lib.* 3.
13 *contra Gent. cap.* 103. † Itaque sæpè numero efficiuntur multa, quæ naturæ solius operatio nunquam fecisset, nisi dæmon artificiosa applicatione iuuaret, quæ ideo causarum ignaris; vel præstigiatoria, vel miraculosa videntur.
14 † Vnum pro cunctis sit exemplū Iannis, & Membres Magorum Pharaonis, qui ad emulationem Moysis conuerterunt virgas suas in dracones, *Exod.* c. 7. secundum *D. Paul. ad Timoth. cap.* 3.
15 † Nam licet ad hoc, vt vera fuisset conuersio necesse fuisset applicare causas naturales, quas nosset efficatiores eorum productrices, quæ naturaliter operando, subito serpentes producere non potuerunt, ex materia non apte disposita, vt traddunt *Procopius, & Rupert.* in *Exod. d. cap.* 7. † Quare contendunt pro- 16
digia illa Magorum non fuisse veros, & naturales effectus, sed tantum simulatos, & apparentes, ac dæmonis præstigias oculos deludentia, in quo veniūt, *Ioseph. lib.* 2. *antiq. Iudaic. & Philo. lib.* 2. *de vita Moysis, D. Hiero. & Ambro. ad Timot.* 2. *c.* 3. *Tertul. de Anim. cap.* 57. † Quibus 17
astipulatur Cœl. Sedulius in Paschal. lib. 4. quem maximis laudibus extollit Gelasius Papa in Decreto dist. 15.

Sic tempore Mosæ
Carminibus quidam vanis Memphitis in oris
Signa dabant sponte Dei, sed imagine falsa
Visibus humanis Magicas tribuere figuras.

Sed hæc sententia licet à tot sapientis- 18
simis viris secuta, mihi tamen non placet, nam si serpentes Magorum apparentes tantum fuissent Moyses detegeret, neque diceret sacra Paremia *Virgam Aaron*, hoc est serpentem, ex virga factum, *deborauit serpentes Magorum*: quę ad actum verum referri debent. † Aliàs 19
enim nisi, quia vt serpens Moysis verus fuit, ita Magorum veri; serpentes fuissent, neque affirmaret sacer historibus, d. cap. 7. *Fecerunt etiam ipsi, per incantationes Ægyptiacas arcana quædam similiter, ac Moyses.* † Itaque tenendum 20
putó veros serpentes, verasque ranas produxisse, ex hac naturali operatione, nam licet virga á serpentis materia sit admodum remota, ita vt deberent varias transformationes præmitti, quæ subito fieri nequeunt, vt statim, atque Magi proiecerunr virgas serpentes apparerent: vt legitur *d. cap.* 7. † Potuit dæ- 21
mon virgas præparare antequam ad

Moysis

Moysis conspectum venirent, ac tot transformationes properare, vt Chimici metala, quæ longo tempore conuertuntur in aurum, arte sua paruo interualo vrgent, vt formam accipiant, & ita præparatas efficere, vt instanti illo quo dracones essent, ex eis crumpendi Magi proicerent virgas, quas versas esse in veros serpētes docent. *D. Augusti. lib. 3. de Trinit. cap. 7. & 8. D. Thom. ad Matth. cap. 24. & part. 1. q. 14. nu. 4. Bonauent. in Sent. 2. dist. 7. q. 2.* † Aut dicendum est serpentes veros fuisse, modum tamen fuisse præstigiatorium, nam diabolus non aduertentibus expectantibus potuit virgas subtrahere, & eorum loco veros serpētes virgis molle æquales supponere, tam subito, & subtiliter, vt spectatores omnino crederent ipsarum virgarum formam commutasse, vt docent *Lyran. & Tostat. in Exod. d. c. 7.* 22

† Quemadmodum apud Gentiles dæmonis ope Circes fecisse memorat Ouidius lib. 14. Metamorpho. 23

Exiluere loco (dictu mirabile) syluæ
Ingemuitque solum, vicinaque palluit arbor,
Sparsique sanguineis rubuerunt pabula guttis
Et lapides visi mugitus edere raucos
Et latrare canes, & humi serpentibus atris
Squalere.

¶ *Per delusionem* operantur dæmon quando effectus non sunt taliter, qualiter videntur, vt de Sathana, vel Antichristo venturo prædixit, D. Paulus ad Thessal. 2 cap. 2. *In omni virtute insignis, & prodigijs mendacibus, & omni seductione iniquitatis, qui pereunt, eo quod charitatem veritatis non receperunt, mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendatio.* 24

† Nam quando motus localis, nec applicatio huiusmodi non satis iuuāt, tum dæmon recurrit ad circulatorias deceptiones, & veri specie sensus deludit humanos, vt docent *Molina in D. Thom. d p. 1. q. 111. art. 4.* 25

† Qualiter illi, qui mediâ bruma hortum amenissimū in cæsaris palatio arboribus, herbis, floribus, cantillatione auicularum subito enatis, & auditis producebat, vt narrat *Ioan. Salisberiens. lib. 2. de nugis curial. cap. 17.* 26

† Si pedem atrahebat alterius pes subsequebatur, & homo inoxius, persistebat, manus, capita, & pedes amputabat, quæ pelui coram imposita sanguine stillantia cunctis spectanda præbebat, & ea statim suis locis restituebat, vt meminit *Mart. del Rio lib 1. Magicar. cap. 4. & lib 6. Anacephal. monit. 4.* 27

† Zadechias Iudæus tempore Ludouici Pij hominem in aere iactabat, & in membra discerpebat, & ea recollecta adunabat, currum etiam onustum fœno cum equis, & agitatore coram toto populo absorbebat, vt narrat *Maiol. tom. 2. dierum canicular. colloq. 3.* 28

† Similia demensis Apolonio opifare dapibus astructis narrat *Philostrat. lib. 4. cap. 5.* de Numma Pompilio, *Plutarch. in Num.* de Menippo adolescente, & toto illo nuptiarum cum Lamia apparatu, *Idem del Rius in comment. ad Senec. in Medeam.* 29

† Eadem de Simone Mago narrat *D. Clem. lib. 2. Recognit.* & ex eo Glicas p. 2. Annal. *Statuas faciebat ambulare, idēque in ignem prosilies, non vrebatur, in aere subolabat, ex lapidibus panes faciebat, in alias, atque alias formas migrabat: effecit vt ianuæ clausæ sua sponte aperirentur, vasa domestica sponte moueri ad vsos humanos.* 30

† Quę imperito illo seculo adeo opectātes rapuerunt in admirationem, vt illū pro Deo colluerent, vt testatur *Euseb. lib. 2. histor. Eccles.* & ideo publicam statuam meruit cum hac inscriptione SIMONI DEO SANCTO, vt narrat *Tertul. in Apolog.* 31

† Quod per motum localem fieri potuit quemadmodum Apolonius cum esset in conspectu Domiciani Imperatoris repente ex 32

omnium

omniũ oculis euanuit,& hac ratione di ci poteſt de annulo Gyges,quo ſe inuiſibilẽ faciebat,vt narrat *Plato lib.2.de Re-*
33 *publ.Cic.lib.3.offic.* † Et ita fortaſſe fecit dæmõ, dum Claudia. Veſtalis ad ſuam pudicitiam conteſtandã nauem hęrentem in Tyberi,Zona ſua quo vellet duceret: & Tuccia ſimiliter Veſtalis aquã cribro ex Tyberi in Capitolium duxi, vt legitur apud *Titum Liuium libro 2.*
34 *ab vrbe cond.* † Similia alia fecit, apud conciues meos Magdalena de la Cruz dum dolea confracta, redintegrabat, roſas inhieme, niues in æſtate adferebat: & quod magis admiratur dũ viaticum corpus Domini per vias prętereiret parietes monaſterij (cui ſe debobebat)in duas partes ſcindebat, vt eũ adoraret,& rurſus, eas vniri cõpellebat, vt dũ puer eſſem audiui ex *Auo meo Frãciſco Ferdinandez teſte oculato, genitoris mei Michaelis Hieronymi Torreblanca patre.*
35 † Quod non ſolum præſtigijs fieri poteſt, ſed etiam motu locali, nam dæmon potuit parietes ſcindere dum corpus Domini prætereiebat, & interim mollem ſuſtentare ne lapides ruerent, & poſtea eadem celeritate, atque dexteritate iterum eos in ſuum locum reponere,vt docet *Mart del Rio lib.2. Ma-*
36 *gicar.q.17.* † In extaſi frequenter rapiebatur:*Extaſis* dico,nõ quod anima eius extra corpus peregrinaretur, nam quãdiu quiſque viuit anima ſine carne eſſe non poteſt, vt docet *Tertulian.lib.de*
37 *anim.& lib.de Reſurrect.carn.* † Sed ſopitis ſenſibus é terra per dæmonem motum locali elebabatur, vt pro ſancta haberetur, vt de Marco Mago narrat *Iræneus lib.1.contra hæreſ.cap.6.*& de alijs
38 *del Rius d.lib.2.q.25.* † De alia ſaga apud Gallos nomine *Ioãna la pucella*,quę apud Regem mapam laceratam in omniũ oculos ſubito redintegrauit,narrat *Ioã.*
39 *Nider.in Formicar.lib.5.cap.8.* † Per motum ſcilicet localem, viciata ſubtrahẽdo, & alia illæſſa depoſitando, vel per deluſionem,vt qui comederũt bobem, & poſtea in ſua pelle,& oſſa viuere oſtẽtarunt, apud *Bartol. de Spina ſacri palatij Magiſtrũ,tractat.de ſtrigib.cap.17.* † Nam 40
animalia perfecta,quæ fiunt ex generatione,vt bobes,poſtquam ſemel vitam amiſſerint, dæmon non minus valet ea ſuſcitare,quam homines, vt ex multis docet *del Rius d.lib.2.q.29.ſect.1. Binſfeld.in l.6.C.de malef.& Math.* † Neque 41
etiam quæ ex putrefactione naſcuntur animalia poſtquam ſemel vitam amiſſerint dæmon valet ad vitam reuocare: nam licet nouerit vim caloris putredinalis, & cætera ad earum productionem requiſita,poſtquam iam perierũt, non valet eadem numero ſuſcitare,vt docet *Soto in Senten.4. diſt.43.q.1. art.3. Suarez in D.Tho.p.3.q.53.ſect.2.*

CAP. XI. de Magorum falſa præſumptione circa ordinem naturæ, & leges vniuerſi.

SVMMARIVM.

MAgi poſſunt, quod dæmon poteſt, numero 1.

Dæmon efficere non poteſt, vt tollatur connexio vniuerſi,nu.2.

Dæmones ſunt partes vniuerſi vnde non habent poteſtatem in totum, nu.3.

Angeli cœlos rotare faciunt,nu.4.

Vniuerſi leges refrigere non datur, niſi cui fixit,nu.5.

Diabolum non poteſt elementum vllum, ex ſuo loco transferre, nu.6.

Diabolus non poteſt facere, vt duo corpora ſint ſimul in loco,nu.7.

Dæmon non poteſt corpus mouere per diſtans,nu.8.

Diabolus non poteſt immediate formam ſubſtantialem producere,nu.9.

Diabolus

Diabolus nihil potest creare, ex nihilo, numero 10.

Diabolus non potest ex quolibet facere quodlibet, nu. 11.

Diabolus non producit formas substantiales, nisi præuijs alterationibus, num. 12.

Diabolus non potest animalia perfecta, sine semine producere: neque imperfecta subito secundũ perfectam magnitudinẽ, n. 13.

Diabolus non potest præuertere ordinem, qui est inter formas, nu. 14.

Diabolus miraculum vllum facere non potest, nu. 15.

Cæcus à natiuitate non potest sanari, nisi à Deo, nu. 16.

Diabolus nõ potest cœcorum oculos aperire, nu. 17.

Cæci á natiuitate valet argumentum ad mortuum suscitandum, nu. 18.

Diabolus facit mira respectum nostri, numero 19.

Miraculum diabolus facere non potest, numero 20.

Mira absolutè diabolus nequit præstare, nu. 21.

1 VERVM. Est, quod quidquid dæmon potest, id per eum ex pacto Magi possunt: neq; ipsi possunt, quod nequeat dæmon, vt probat *Raph. de la Torre tom. 2. de vitijs oppositi. relig. quæst. 95. in prælud. disput. 4.*

2 † Dæmon enim efficere non potest, vt tollatur cõnexio, & subordinatio legis vniuersi, quia ordinem naturæ immutare nequit, nisi author naturæ, vt docet *D. Thom. in qq. de potentia, q. 16. art. 8.*

3 *& lib. 3. aduersus Gent. cap.* 108. † Sunt enim dæmones partes vniuersi, cum sint creaturæ, pars autem non habet vim, neque potestatem in totum, cuius est pars: sic rectè D. Paul. ad Hebræos cap. 2. *Non subiecit Deus Ange-*

4 *lis orbem terræ futurum.* † Vnde licet per motum localem possit dæmon absque fatigatione vniuersam mundi machinam impellere, cum Angeli cœlos rotare faciant *D. Augustin. lib. 3. de Trinitat. D. Gregor. lib. 4. Dialogor.* In quo dæmones non sunt inferiores, quia naturalia eis lapsu innutata non sunt, vt tradit *Dionys. lib. de diuin. nomin. cap. 4.*

† Non possunt tamen præuertere ordinem vniuersi, cum authore Aristotele *Bonum vniuersi sit ordo:* nec perturbare, vel suis locis commouere principes partes mundi, ex quibus eius integritas coalescit, nam leges vniuersi refrigere non datur, nisi cui fixit, vt docet *D. Augustin. vbi supr.* † Et hac ratione 6 non possunt sistere cœlum: nec motum eius in contrarias partes agere, nec elementum aliquod, ex vno loco in alium transferre: nec facere, vt detur vacuum: cum vacuum tollat coniunctionem, connexionem, atque subordinationem omnium partium vniuersi, in quo eius conseruatio, atque subordinatio consistit, vt docet *Aristotel. lib. 1. Physicor.* † Et cum dæmones 7 habeant vim motiuam definitam, non possunt quantumlibet corpus, quantalibet velocitate mouere: ne dum instanti: nec possunt facere, vt duo corpora simul sint in loco, vel vnum corpus in duobus locis simul, vel vt vnum penetret dimensionem alterius, vt tradit *Mart. del Rio. lib. 2. Magicar. q.* 17.

† Nec potest demon distans á corpore 8 illud monere secundum locum, quia mouens, & mouile debent esse simul: alioquim posset mouere per vacuũ: & per quantancumque distantiam: nec potest trasferre corpus de extremo ad extremum, non prætermisso medio, vt docet *Sim. Maiol. tom. 2. dier. canicular. colloq. 3.*

¶ Et licet multa similiter dæmon 9 operetur per alterã actionem, quã mediatam diximus (cuiusmodi est naturalis

talis alteratio, corruptio,& generatio rerum naturalium) non potest producere vllam formam substantialem, vel accidentalem, quia cum sit corporeus nō potest immediate alterare materiā corpoream, vnde formæ naturales educantur. † Similiter non potest aliquid creare ex nihilo, tum quia id requirit infinitam virtutem actiuam, qualem Deus solus habet: tum quia nec motus localis dæmonis, nec operatio, quam per causas naturales exercet, in nihilo recipi, aut circa nihil versari possunt. † Nec minus potest, ex quolibet facere quodlibet, vt ex qualibet causa, vel instrumtēo medicus, aut artifex nō potest quēlibet morbum sanare, nec per quęvis instrumenta quod cunque voluerit opus perficere, quia Angeli non sunt creatores rerum, nec possunt transmutare formas rerum, nec materiam corporalem ad nutum eis obedire, vt docet *D. Augustin. libro de potent. dæmon.* † Item non possunt dęmones producere formas substantiales, non præuijs alterationibus, & præmissis dispositionibus: nec instanti, aut quantumlibet paruo tempore producere: nec quamlibet rem naturalē immediate in quamlibet aliam transmutare etiam adhibēdo causas naturales. † Neque etiam possunt animalia perfecta sine semine producere: nec imperfecta subito secundum perfectam magnitudinem, & virtutem eius: nam quod superat vires agentium naturalium, & eorum dispositioni, & ordinationi, à dæmone fieri nequit, vt docet *D. August. vbi supr.* † Et tandem non potest præuertere, atque immutare ordinem, qui est inter formas, & dispositiones rerum naturalium; vt possit posteriores inducere, non inductis prioribus, aut extremas non inductis medijs; quo fit, vt mortuos ad vitam reuocare non possit, quia ad absolutam Dei potestatem pertinet, vt docet *D. Augustinus libro 3. de Trinitat. capitulo 8.*

¶ Vnde cum hæc omnia ad absolutam, & miraculosam Dei potestatem pertineant, hæreticum est ea dæmoni concedere, quia dæmon miraculum vllum facere non potest ex Euangelica lectione D. Ioann. cap. 3. *Nemo potest hæc signa facere, nisi fuerit Spiritus Dei cum eo.* † Et ita cœcus ille diuinus, quem Dominus erudiuit veniens ex natatoria Siloe sanus ad probādam diuinam sui medici virtutem sic aloquitur scribis apud D. Ioann. cap. 9. *A seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cœci nati: nisi esset hic à Deo non poterat facere quidquam.* † Et apertius Dominus hanc nostram conclusionem profitetur, dum ad conuincendas Iudæorum calumnias, hoc patenti miraculo virtutem suam á Deo esse probauit, D. Ioann. cap. 10. *Hæc verba non sunt dæmonium habentis, quia dæmonium non potest cœcorū oculos aperire.* † Valet enim argumentum de sanitate restituenda cœco à natiuitate, & mortuo resuscitando, quia in vtroque de priuatione ad habitum datur regressus, quod dæmoni impossibili, & ita Iudæi fatentur in resurrectione Lazari D. Ioann. cap. 11. *Quidam autem ex ipsis dixerunt: non poterat hic, qui aperuit oculos cœci facere, vt hic non moreretur?* † Et licet dæmon non possit facere miraculum, quia ad infinitam virtutem pertinet, cuius ipse est incapax: aliquando, ea facit, quæ miracula videantur: & sint secundum quid, & respectu nostri, quia quomodo sint facta ignoramus, & ita intelligendus est conciuis meus *Cardinal. D. Francisc. Toledo in comment. in D. Ioann. d. cap. 3.* † Nam miraculum vllum à dæmone fieri nequit, vt probant *Origen. in d. cap. 3. annot. 2. & lib. 2. contra Cels. Diuus Augustinus libro tertio de Trinitat. capitulo octauo, & libro de diuinat. dæmon.*

dæmon. cap. 4. & 5. D. Thom. part. 1. quæst. 110. cap. nec mirum, huius 26. quæst. 5.

21 † Et licet alij dicant, quod etsi non valeat præstare miracula, posse tamen præstare mira, idem dicendum est, quia mira absolutè á dæmone præstari nequeunt, Psalm. 71. *Benedictus Dominus Deus Iserel, qui fecit mirabilia solus*, & Psalm. 135. *Qui fecit mirabilia magna solus.*

CAP. XII. de Magorum iactantia circa orbes cœlestes, & elementa.

SVMMARIVM.

Sol ad Iosuæ petionem sistit, & Ezechiæ tetrogradit, nu. 1.

Diabolus, vt Dei simia, conatur opera diuina emulari, nu. 2.

Diabolus potest immensas machinas sine fatigatione impelere, nu. 3.

Angelis non subiecit Deus orbem terræ futurum. nu. 4.

Magi iactantia de orbis rebolutione, nomero 5.

Diabolus non valet purum elementum immutare, nu. 6.

Vacuum in natura à dæmone dari nequit, nu. 7.

Cap. nec mirum 26. q. 5. de elementis conquasatione explicatum, nu. 8.

Diabolus naturaliter ex scitatur tempestates, nu. 9.

Leges Regni de tepestatis excitatione exornatæ, nu. 10.

L. Annæus Seneca de tempestatis excitatione relatus, numer. 11. & explicatus numero 12.

Tempestates à dæmone excitari non posse ex hæreticorum sententia, nu. 13.

Dei licentiam præsupponimus quotiens de Dæmonis potestate agimus, nu. 14.

Diabolus excitare potest tempestates, ex Patrium sententia, nu. 15.

Diabolus excitat tempestates, ex Theologorum sententia, nu. 16.

Diabolus excitare valet tepestates, ex Iurisperitorum doctrina, nu. 17.

Diabolus excitare potest tempestates, secundum Ecclesiæ consuetudinem. 17.

Philosophi, & historici probant diabolum excitare tempestates, nu. 19.

Poetæ assentiuntur tempestates diabolum excitare posse, nu. 20.

Tempestates, vt excitare, sic & sedare diabolus valat, nu. 21.

Diobolus in tempestatis sedatione diuinam virtutem imitatur, nu. 22.

Deo similem se ementire diabolus conatur nu. 23.

Tenebras diabolus inducere valet, numero 24.

Ventos diabolus excitare potest, numero 25.

Pileum Regis Gottorum, vt in quam partem verteret, ventos excitaret, numero 25.

Diabolus potest aerem, aquam, & terram, certis in locis corrumpere, nn. 26.

Abernus in Italia, & in Iudæa mare mortuum corruptum, nu. 27.

Aeris corruptio non ita perdurans, numero 28.

Igne excepto omnia imputedrinem labuntur, nu. 29.

Terremotus causatur á dæmone, numero 38.

Christi morte terramota ost, nu. 31.

Terremotus quatuor species, & primo de Brasmantia, nu. 32.

Climatia in terremotu quæsit, nu. 33.

Chasmatia in terremotu quæ dicatur, numero 34.

Micemantia in terremotu, quæ fuerit, numero 35.

Terremotus causa, nu. 36.

Reg. 3. c. 19. de aeris sonitu illustratus. n. 37.

Fluuios ad tempus sistere diabolus valet, nu. 38.

1 SATANAS Diuinæ gloriæ emulator cum solem ad Iosue petitionem videat sisti *Ios. cap.* 10. & ad Ezechiæ retrogradi, 2 *Reg.* 4. *c.* 20. *D. Isai. c.* 38. † Vt Dei simia conatur multa similia insanis hominib⁹ persuadere, quæ Vicarij eius, hoc est Magi sua virtute, & ope feciſſe gloriantur, vt Orpheus apud Manil. in Syder.

Maneſque per ipſos
Fecit iterque domuit infernas carmine leges
Tunc ſyluas, & ſaxa trahens, tũc ſydera ducit,
Et rapit immenſum mundi reuolubilis orbem

3 Vera mendatijs confundit, nã licet Magus ex pacto poſsit ſyluas, & ſaxa trahere, quia hæc dæmoni non denegantur, quia immẽſas machinas poteſt ſine fatigatione impellere, cum Angelis hæc inferiora corpora pateant, *D. Tho. p.* 1. *q.* 4 110. *art.* 2. *& quodlib* 9. *art.* 5. † Sydera tamen, aut orbes cœleſtes, aut terreſtres, ſiue aliud quouis purum elementum nullatenus Magi, neque dæmones poſſunt ducere, aut reducere, quia vt ait Apoſtol. ad Hebræos cap. 2. *Non ſubiecit* 5 *Deus Angelis orbem terræ futurum.* † Vnde mentitur dũ hanc poteſtatẽ habuiſſe gloriatur Magus apud Petron.

Trepiduſque furenteis
Flectere Fœbus equos, reuoluto cogitur orbe.

6 Nam vt orbes mutentur neceſſe eſt, vt tollatur conexio, & ſubordinatio partium vniuerſi, quod dæmoni adeo denegatur, vt ex eo, nec purum elementum valeat immutare, nam de neceſſario daretur vacuum, quod principijs Philoſophiæ repugnat, *Ariſtot. lib.* 1. 7 *Phiſicor. Seneca lib.* 2. *natural. qq.* † Aut quod dæmon aliud elementum ſubintraret: non ex alio loco, quia nõ eſt, ergo noua creatione, quod ei ſemper fuit denegatum, vt docet *Mart. del Rio lib.* 2. *Magicar. q.* 10. quare fruſtra Medea Circis neptis apud Ouid. in Hipſypel.

Illa reluctantem curſu deducere Lunam
Nititur, & tenebris abdere Solis equos.

¶ Neque obſtat text. in cap. nec mirum huius 26. quæſt. 5 ibi. *Elementa concutiunt*, quia non agit de elemento in totum, ſed de parte aliqua, quam á dæmone concuti non negamus, vt imbres, grandines, fulgura, tonitrua, atque alia Metheorologica excitenrur, nimbros, pluuias, tempeſtateſque ſonantes, 9 vt probatur ex *Iob cap.* 1. *&* 2. † Nam vt ait text. in cap. ſciendum huius 26. quæſt. 3. *Dæmon in aeris affectione ſibi nota, nobis ignota futuras præuidet tempeſtates*, l. eorum, C. de malefic & mathem. *Ne maturijs vindemijs metuerentur imbres, aut ventis grandiniſque lapidatione quaterentur.* † Quibus aſtipulatur Regia 10 *l.* 1. *&* 2. *que echan granizo, tit.* 23. *p.* 7. & de illa XII. Tabularum Cic. lib. 2. de ll. NE QVIS ALIENOS FRVCTVS EXCANTASSIT. † Nã 11 licet eius diſpoſitioni irrideat conciuis meus L. Annæus Seneca lib. 4. natural. qq. dicens *Rudis adhuc antiquitas credebat, & atrahi imbres cantu, & repelli, quorum nil poſſe fieri, tam planum eſt, vt huius rei cauſa nullius philoſophi ſchola intranda ſit.* † Intelligendus eſt, quatenus vete- 12 res putabant, hæc á dæmone immediatè cauſari, cum non fiant, niſi mediate ex cauſis naturalibus, aptis ad pluuias, & gradines excitandas, illas pellendo motu locali quocumque vellit, quia dæmon non eſt ſupra naturam vt illã immediate valeat immutare, vt probat *Ciruelo de ſuperſtit. part.* 3. *cap.* 9. *Petr. Binsfeld. in conf. maleſi part.* 2. *concluſ.* 10. *& in l.* 6. *C. de maleſic. & math.* † Contra 13 autem hæc à dæmone excitari non poſſe, eſt error, quem tuentur ex hæreticis

ticis *Vvierus medicus*, & *Godelmanus Iurista*, & ex Catholicis *Vlderic. Molitor de pythonic. mulierib.* neque excusatur, quod subdat, *non posse nisi licentia*
14 *Dei accedat.* † Nam quis contrarium Catholicorum asseruit? omnes clamamus licentiam Dei necessariam esse, id enim præsuponimus semper, quotiens de dæmonis potestate agimus, nam vt ait text. in cap. nec mirum, d. 26. quæst. 5. *Neque ideo quisquam credere debet quoslibet Magicis artibus aliquid*
15 *facere posse sine permissu Dei.* † Licentia tamen obtenta ea omnia posse præstare non est dubitandum, quia hæc est vtriceſque scholæ communis sententia, quam probant primo Patres Orthodoxi *D. Augustin. lib. 8. Ciuitat. Dei cap. 9. D. Isidor. lib. 8. Ethymol. D. Clemen. lib. 4. Recognit. D. Hieronym. lib. 7. in Isai.*
16 † Secundo probant Theologi *D. Thom. Caietan. & alij in Sentent. 2. distint. 7. & 8. Cardinalis Toledo in summ. lib. 4. cap. 15. Origen. lib. 8. contra Celsum, Perera lib. 1. Mag. cap. 6. Castro lib. 1. de hæretic. cap. 16. Sprenger. in Mall. part. 2. quæst. 2. cap. 7.*
17 † Tertio confirmadt Iurisperiti *Paul. Grilland. de Sortileg. quæst. 6. Simanc. de Cathol. institut. titul. 63. Nicol. Remig. lib. 1. dæmonol. cap. 25. & 29. Petr. Gregor. lib. 34. Syntag. cap. 11. & 13. Petr. Binsfeld. in l. eorum, C. de malefic. & Mathem. Fa-*
18 *rinac. tom. 1. quæst. 20.* † Quarto comprobat praxis quotidiana Ecclesiæ, qua in huiusmodi tempestates ab spiritibus immundis excitatas, orationes, & exorcismos instituit, vt constat ex Manuale, & tradit *Mart. del Rio lib. 5. Magicar.*
19 † Quinto probant Philosophi *Pausan. in Arcad. Plin. lib. 28. histor. animal. cap. 2. & lib. 30. cap. 1.* Item, & Historici *Dion.*
20 *Cassius lib. 56. Xiphilin. in Anton.* † Sexto assentiuntur Poetæ, conciues meus Seneca in Medæam.

Et euocaui nuuibus ficis aquis.

Et patruus eius Lucan. lib. 6. Farsal.

Torpuit, & præceps audito carmine mundus
Axibus, & rapidis impulsus Iupiter vrgens
Miratur non ire polos, tunc omnia complent
Imbribus.

Et vt eas immittere, ita & sedare, pa- 21
care, & arcere eisdem carminibus Magi huiusmodi gloriantur, Laert. lib. 8. de vitis philosophor.

Compescesque truces ventorum rite procellas.

Tibul. lib. 1. eleg 2.

Cum licet hæc tristi depellit nubila cœlo.

In quo videntur immitare, diuinam 22
virtutem qua Christus Dominus à discipulis in magna maris tempestate excitatus, illam compesci, effrenari præcepit, quo facta est tranquilitas magna *Matth. cap. 8. Marc. 4. Luc. 8.* † Nam hæc 23
est mens diaboli se similem Deo emen tire, ex primo illo diuinitatis anhelitu, quo omnia eius opera emulatur, vt apud eundem Lucanum. vbi sup.

Vocibus iisdem
Hument eis late nebulas, nimbrosque solutis
Excussere comis, ventis cessantibus æquor
Intumuit, rursus vetitum sentire procellas.

¶ Et vt tempestates, sic, & tenebras 24
ope dæmonis possunt induci, vt de Tartarijs scribit *Mart. Venetus in peregrin. Assiat.* eos adeó pollere dæmonũ præstigijs, vt tenebras cum velint, & vbi velint inducant, & similia apud *Haiton. in histor. Sarmatar.* † Ventos similiter 25
hac ex arte Finnios populos septentrionales venales habuisse scribit *Olaus lib. 3. cap. 16.* Et Empedocles magum Agrigentinum coribus asininis extensis ventos refrenauit, vt narrat *Suidas.* † Ita similiter Eritius Gottorum Rex 26

in quam partem verteret pileum, vētos excitabat, vt refert *Saxo*, *& ex eo Magn. lib.* 17.

20 ¶ Possunt similiter dæmones aerem, aquam, & terram certis in locis corrumpere, & tabificam, lætalemque reddere, quia possunt ijs tetrum odorē conciliare, vt tradit *D. Augustl. lib. de natura dæm. Maiol. tom.* 2. *dierum Canicular. colloq.* 3. *Binsfeld. in confess. malefi. concl.* 7.

27 † De terra, & aqua absque controuersia concluſio procedit: non totam terram, aut aquam, sed earum partes aliquas, qualiter in Italia *Auernus*, & in

28 Iudea *mare mortuum*. † De aere non ita, quia licet continuo fluat, vim tamen habet inuecilem ad resistendum, sed leui momento frigescit, aut calescit, quo fit, vt corruptio in eo non pos-

29 sit perdudare. † Contra tamen aerem corrumpi, & fœtidum reddi posse testatur *Nicephor. lib.* 14. *histor. Eccles. c.* 18. nam vt ait Arist. lib. 4. Metheor. cap. 1. *Igne vno excepto omnia in putredinem labuntur: terra, aqua, & aer putrescunt.*

30 ¶ Terremotus causatur etiam á dæmone, vel immisso vehementi spiritu in cabernis terræ, vel agitatione aeris, qui in eius visceribus detinetur: quod intelligē: non vt tota terra contremat, sed regio aliqua, quæ secūdum philosophos nunquam ducenta millia excedit, *Senecá lib. 6. natural. qq. cap.* 25.

31 † Præter illud, quod in Christi Dñi morte contingisse testatur D. Matt. cap. 27. *& terra mota est*, nam vt de illo suppresso Christi nomine testatur Plin. lib. 2. cap. 84. *Maximus terræ mortalium excedit motus, Tiberij Cæsarij Principatu duodecim vrbium Asiæ vna nocte prostutas.*

32 † Terræ enim motus quatuor species sunt secundum Philosophos: prima dicitur *Brasmantiæ* humū intus suscitantes moles propelūt, vt emersit, Delos, Hiera, Anaphe, Rhodus, Ophicosa, Pelagia, Eleusis, etiam in Boetia, secundū *Maiol. dierum canicul. tom.* 1. *colloq.* 1.

† Secūda *Climatiæ*, quando ruentes mō 33
tes omnia complanam per vehementem spiritum intus detentum, & ita Arthemisius, vt ædes Zenonis demoliretur puluere tormentario sub terræ antro concluso igne admoto succendit, quod cum inflammaretur, & exitum quęrens non inueniret omnia circum circa fecit corruere, vt narrat *Agathius Gotticar. rer. lib.* 3. † Tertia 34
Chasmatiæ quando hiatu absorbuntur, vt contingit in Athlantico mari Europeo orbe potior Insula Platone teste, & in Criseo situ Helicæ, & Bura, & Ciminia Italiæ opidum Succinense; quæ aliás dicitur *Chasma*, vt in *l. forma, §. quare, D. de cē. lib.* † Quarta *Micemātiæ*, 35
sonitu, fragore, fremituq; tantā audiūtur, cū dissolutis elementorum cōpagibus vltro adsiliunt, vel relabuntur considentibus terris *Anniam. Marcell. lib.* 17. † Quod ex naturale aeris per terræ visceribus meatibus contingit, Clem. 36
Alexand stromat. lib. 6. *In Britannia insula esse quadam speluncam monti subiectam, in fastigio autem hiatum, cum autem ventus incidit in speluncam, & in fossæ sinum alliditur audiri sonum cymbalorum, quæ numero se pulsantur.* † Quod non ita 37
intelligēdum, sed cum é visceribus antri spiritus aerque commoueatur per frequentes minimasque rimulas venticulus ille permeat exhibilās, vt occultus lenisq; sonitus senciatur velut per organorum numerorum fistulas, qualiter Helias in ostio speluncæ audiuit auram lenem, & tenuem, & sybillum, *Reg* 3. *cap.* 19.

¶ Fluuios ad tempus sistere, fontes 38
venis exicatis obdurare, scopulos, & saxa nouis fontibus terra productis diluere, aquas dirimere, & in caput repellere, vt retro fluere videantur possunt similiter á Magis præstari, vt de suis

tempo-

tem poribus memorat *Plin. lib. 2. c. 103.* de Medea Ouid. lib. 7. Metamorphos.

Cum volui ripas ipsis mirantibus omneis
In fontes reddiere suos conuersaque sisto, &c.

CAP. XIII. de Magorum potentia circa externa, seu fortunæ bona.

SVMMARIVM.

Lutherus de potentia dæmonis relatus, nu. 1.

Diabolus hæreticorum Deus, nu. 2.

Diabolus nullam potestatem, neque in corpus, neque in fortunas habet, nu. 3.

Diabolus non pleno iure, sed definita potestate omnia accepit. nu. 4.

D. Paul. ad Ephesios cap. 6. de potestate dæmonum illustratus, nu. 5.

Diabolus, quare appellatur Princeps mundi, & Deus seculi huius, nu. 6.

Lutherus de mundi explicatione reiectus, nu. 7.

Mundus de improbis accipitur, nu. 8.

Deus quandoque permittit dæmoni multa grassari, nu. 9.

Dæmonis potestati nulla alia est, quæ comparetur super terram. nu. 10.

Diabolus potest nos omnes (si Deus sinat) instanti delere, nu. 11.

Diabolus ex Dei permissione quam multa efficiat, n. 12.

Magij carmine solo quare multa operentur, nu. 13.

Magi minutum puluerem expargendo mala parantur, nu. 14.

Virgæ alicuius tactu Magi operare solent, nu. 15.

Operibus Magicis dæmon est, qui effectum præstat, nu. 16.

Magus potentiam ex pacto habent, numero 17.

Omnia quæ sublunari sunt Magis subiacent, nu. 18.

Opera dæmonis diuina emulantur, numero 19.

Magi possunt alienos fructus, & pecora pellicere, nu. 20.

Diabolus potest captiuos de carcere extrahere, nu. 21.

Lex duodecim Tabulorum de fructus pellectione explicata, nu. 22.

Sacularij, qui sint, nu. 23.

Dardanarij vide dicantur, nu. 24.

Fruges traduci probatur, nu. 25.

Serpentes quare facilius incantetur, numero 26.

D. Hierem. cap. 8. & Psal. 57. de serpentum incantatione illustrati, nu. 27.

Serpentum incantatio frequens, numero 28.

Dæmones possunt alienæ famæ nocere, numero 29.

Diabolus quomodo assumpta hominum innoxiorum figura nocere queat, numero 30.

Deus quare permittat innoxios per dæmonem diffamari, nu. 31.

Diabolus potest occulta peccata rebelare, nu. 32.

Diabolus potest rumorem in populos spargere vnde fama oriatur, nu. 33.

Diabolus potest hominibus dignitates varias comparare, nu. 34.

Pontifices, qui malis artibus ad Apostolatus apicem peruenerunt, nu. 35.

Pontifices ope dæmonis ad sedem peruenisse negatur, nu. 36.

Diabolus curat homines decipere, numero 37.

Victoriam diabolus potest cui placet elargiri, nu. 38.

Magica arte compliures armis clari existerunt, nu. 39.

Vires concedere ad profligandos hostes non est dæmonis, sed Dei, nu. 40.

Brocha ieiunijs, & pœnitentijs maceratus ingentem molem sustentauit, nu. 41.

Diabolus, vt potētes viribus reddere nequit, ita nec celeres cursu, nu. 42.
Celeres cursu referuntur aliqui, nu. 43.
Diabolus, quod facere nequit ementitur, numero 44.
Diuitias, & thesaura diabolus donare potest, nu. 45.
Ratio quare diabolus diuitias valet præstare, nu. 46.
Diabolus ditare homines non cupit, sed decipere, nu. 47.
Fausti, & Agrippæ præstigia in diuersorijs, nu. 48.
Thesaurorum inuestigatores cæteris pauperiores, & sordidiores existunt, numero 49.
Diabolus quare homines non ditatur, numero 50.
Deus appellatur à dando, nu. 51.
Diuites dicti sunt quasi diui, nu. 52.

1 VTHERVS, Vt hāc dęmonis potestatem præfiniret dixit in cō mēt. ad Paul. Galat. 3. *Sumus nos omnes, corporibus, & rebus subiecti diabolo, quia hospites sumus in mundo, cuius ipse Princeps, & Deus est. Ideo panis, quem edimus, potus quem bibimus, vestes quibus vtimur, imo aer, & totum, quod vi-*
2 *uimus in carne sub ipsius imperio est.* † Retuli, vt de potestate dæmonis expertū discipulum audiatis: licet blasphemè Deum, diabolum appellet; sibi nimirum, quia nos Catholici Deum vnum confitemur, dæmonum omnium iudicem, Principemque mundi, & conditorem, & rectorem: sic dominum, at-
3 que Deum. † Diabolo autem nullam potestatem, neque in corpus, neque infortunas nostras, nisi mandatam, vel permissam agnoscimus, nam vt ait Dominus, *Mea sunt omnia*, excipit Lutherus, *Quæ in mundo sunt omnia*, & ea adiudicat diabolo, quasi propria, cum non valeat ex se capillum vllum de aluo facere nigrum, *Matth. c. 5.* † Credit Satha 4
næ omotrapecæ suo dicenti apud D. Luc. cap. 4. *Quia mihi tradita sunt, & cui volo, do illa*: sed mentitur, quia non pleno iure illi tradita sunt, sed quæ accepit præcario, & definita potestate accepit, vt probatur ex Iob cap. 1. *Dixit ergo Dominus ad Satham, ecce vniuersa, quæ habet in manu tua sunt: animum autem eius serua.*

¶ Neque obstat, quod *D. Paul. ad* 5
Ephes. cap. 6. dæmones appellat *mundi rectores*, nam vt docet *D. August. in Psal.* 14. in hæc verba testatur *mundi*, dixit tenebrarum harum, *mundi* amatorum mundi: *mundi*, itaque impiorum, atque iniquorum, iuxta illud D. Ioann. cap. 1. *Et mundus eum non cognouit*, & cap. 15. *Si mundus vos odit, me priorem odio habuit.* † Et ita in hoc sensu accipitur similiter, 6
D. Ioan. cap. 12. dum dæmonem *Principem mundi* appellat, & D. Paul. Corint. *2.* cap. 4. *Deum seculi huius.* † Sed impe- 7
rite Lutherus *mundum*, & *seculum*, accipit de rebus, quæ in mundo sunt omnibus, quod de solis malis hominibus per methonimiam dictum est, qui cū mundo, & seculo seruiant: mundi, & seculi nomen meruerunt, iuxta illud D. Ioan. cap. 1. *Et mundus eum non cognouit.* † Et quia seruos se mancipia diabo- 8
lo dedicant, ipse Princeps eorum, & rector est: & quia eum colunt, sic Deus eorum dicitur, sicuti, & Lurcorū Deus est venter, vt ait *D. Paul. ad Philippens. cap. 3.* & ita docent *D. Augustin. lib. 22. contra Faust. cap. 2. & 9. Iræn. lib. 3. contra hæres. c. 7. & lib. 4. c. 48.*

¶ Et licet dæmonis potestas supre- 9
ma Dei prouidentia ligata sit, quandoque tamen relaxatur, vel in peccatorum punitionem, vel ad virtutis probationem, vel ob aliam nostrorum vtilitatem, ex qua Deus permittit dæmoni multa grassari cum fine eius licentia,

quidquam

quidquam facere nequat, *cap. nec mirum*
10 *h. 26. q. 5.* † Licentia tamen obtenta (cũ ſpiritus ſit Angelicus natura ſua ſplendidiſsimus) quia ei lapſu naturalia immutata non ſunt, tam multa in nos, & fortunas noſtras operatur, qualia de tam potẽte aduerſario colligi poſſunt, de quo D. Iob c. 41. *Non eſt poteſtas, quæ cõparetur ei, qui factus eſt, vt nihil timeat.*
11 † Quare ſi, Deus eũ ſinat inſtãti, vel nictu oculi facile nos omnes, & res noſtras deleret, vt Iob filios, & fortunas, *Iob d. c. 1. & 2.* ciuitates illas in mare mortuo, *Geneſ. c. 19.* & exercitũ Senacherib, *Iſai. c. 37.* & alios, de quibus *Sprenger. in Mall. p. 2. Thyræus lib. 7. Coſmograph. c. 13.*
12 † Et ita hanc ſententiam, vt veram, certam, communem, atque laudabilem commendant *D. Auguſtin. lib. 10. Ciuit. Dei, Grillandus de Sortileg. q. 3. & 5. Binsfeld. in l. multi, C. de malef. & mathem. Cardinal. Turrecrem. in cap. non obſeruetis h. 26. q. 5. Godelman. de Lamijs lib. 1. cap. 7.*
13 ¶ Ad quod præſtandum Magi accedunt tripliciter, vel ſolo carmine, vt docent Pontifices *in cap. igitur, h. 26. q. 3. & in cap. nec mirum d. 26. q. 5.* quo dæmon concurrit, & exhibet venena latenter, tempeſtates in agros, ignes in domos, lupos in gregem immittit, aut alia arte illa præcipitat, & interijt: nam dæmon in porcos irruens conſtat eos
14 præcipitaſſe, *D. Matth. cap. 8.* † Vel minutum puluerem à dæmone acceptum ſpargẽdo, quo excitãtur arucæ, bruchi, locuſtæ, cãpæ, & id genus peſtes agrorum, vt ex maleficorum confeſsionibus docent hæreticæ prauitatis Inquiſitores, *Sprenger. d. part. 2. Remig. lib. 1. dæmonolat. cap. 24. & 25. Binsfeld. in l. 4. C. de maleſic. & ſacri palatij Magiſter, Spina de ſtrigib. cap. 15. Vairus lib. 3. de Faſcin.*
15 *cap. 1.* † Vel virgæ alicuius tactu, quam eis dæmon præbet ad emulationẽ mirabilis virgæ Moyſis, *Exod. c. 7. 8. & 9.* vt de Mercurio narrat Verg. Æneid. 4.

Tunc virgam capit, hac animas ille euocat Orco
Pallentes, alias ſub triſtia Tartara mittit, &c.

Ita enim dæmon fruges, & fructus ter- 16
rræ perdit, ſterilitatẽ agris inducit, vel exicando terram, vel fructus præcoces deturbando, vel alia arte, cuius non ignarus Ouid. ſic canit de Circe.

Carmine læſsa Ceres ſterilem vaneſcit in herbam
Deficiunt læſsi carmine fontis aquæ
Illicibus glandes, cantataque vitibus vua
Decidit, & nullo poma mouente fluunt.

Sic inquam Magus dæmone acceſſi- 17
to poteſt fructus omnes terræ perdere, armenta, & pecora interire, domos, ac vrbes ſolo æquare, ſegetes cõburere, ac fortunas omnes conquaſare, vt docet *Remig. vbi ſup. d. lib. 1. cap. 21. & cap. 24.* 18
† Nam omnia, quæ ſub lunaribus iacẽt influentijs, eius poteſtatem non fugiũt, vt non male apud Petron. Magus gloriatur.

Quidquid in orbe vides patet mihi florida tellus
Cum volo ſiccatis areſcit lãguida ſuccis,
Cum volo fundat aquas mihi pontus in-erteis
Submittit fluctus, Zephirique tacentia ponunt
Ante meos ſua flabra pedes, mihi flumina parent,
Hircaniique tigres, & iuſſi ſtare dracones.

Verè quidem, & ex arte, quia dæmon 19
licet poſsit aquas ellicere ex terra, vel petra, illud fit, quia petram, vel terram findens, aquam per rupturam cogit ſubire: ſecus autem in Deo, cuius inſſu ipſa terra, & petra aquas emittit, vt inuente Moyſi, Exod. cap. 17. *Percutiẽque petram exiuit, ex ea aquam*, vnde Sedulius in Paſchal. lib. 1.

Et ieiuna nouum vomuerunt marmora potum.

20 ¶ Possunt similiter alienos fructus, & pecora in suos agros pellicere, & alio traducere, vt probat *Plin. lib. 28. hist. natural. cap. 2. D. August. lib. 8. Ciuit. Dei, Petr. Binsfeld. in comment. ad l. 6. C. de* 21 *malefic. & mathem.* † Captiuos de carcere extrahere (si Deus sinit) motu locali, quia dæmon potest velocissimé corpora longissimé desita traducere, vt tenet *D. August. lib. de diuinat. dæmon. cap. 3. & 5.* Sed non facit, quia dum Magi capiuntur cum sua morte, vult eorũ animas lucrare, *Binsfeld. in confess. male-* 22 *fic.* † De fructuum traductione assentiunt decem Viri in l. XII. Tabul. NE VE ALIENOS FRVCTVS PELLEXERIS, de qua plura *Balduin. & Pratei in eius comment.* Seruius, & Acron. ad illud Vergil. ecclog. 8. *Atq; satas alio vidi traducere messes*, quod pœna capitis damnatur *in l. sciendum. D. de arbor. furt. cæsar.* 23 † De quorum genere sunt *Sacculary*, qui vetitas artes exercẽtes partem subducunt, partem vero subtrahunt *l. Sacculary D. de extrahord. crimin.* quam perperam exponit *Petr. Gregor. p. 3. Syntagm. lib. 37. cap. 14. nu. 7.* 24 † Item, & *Dardanary*, qui alienos aceruos in sua hordea traducunt, vt docet *Columel. in hort.* dicti à Dardano Mago ea exercente, vt carius venderet secundum *Turneb. lib. 9. aduersar. cap. 16.* quorum artes eo nomine prohibentur *in l. Dardanarios D. de pœn. & in l. annonam* 25 *D. de extrahord. crimin.* † Nam cantu fruges traduci probatur, vel ex eo, quod ait Tibul. lib. 1. eleg 8.

Cantus vicinis fruges traducit ab agris;
Cantus, & iratæ detinet anguis iter.

26 Nam, & si alia animantia, fruges, & plantas in cantari agnoscam, in angues potius, & serpentes incantationis potentiam exercere potius semper existimaui, ob fraudem, qua primi parentes á serpente sunt decœpti, vt docet *D. August. lib. 11. in Genes. ad liter. cap. 28.* † Nam, & ad hoc conducunt duo loca 27 sacræ Scripturæ, quæ earum incantationem, vt veram profitentur, D. Hierem. cap. 8. *Ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio.* & Psal. 57. *Quæ non exaudit vocẽ incantãtium.* † Cã- 28 tu enim serpens incantatur, ita vt sisti cogatur, vt docet Petron. vbi sup.

Hircaníque tigres, & iußi stare dracones.

Rumpitúrque, Vergil. Ecclog. 8.

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis

Atque necatur, Lucan. lib. 6. Farsal.

Humanoque cadit serpens aflata veneno.

Et veneno exarmatur, Silius Ital.

Serpentes dico exarmare venenõ
Doctius Atyx, tractuque graues sopire Chelydros.

¶ Possunt similiter alienę famæ no- 29
cere, varijs præstigij, & ludificatione sensuum, vt de Maguntino dæmone difamatore mirifico narrat *Petr. Leloyher in prodig. ann. 858.* & dæmon alius sanctum quendam monachum in Lusitania Santareno exhibens de quo *Mart. del Rio lib. 6. Magicar. cap. 2. q. 3. sect. 3.* † Possunt etiam assumpta homi- 30
num inoxiorum figura se eorum specie in suspectis locis exhibere, quod facile potest, si Deus id non impediat, vt docet *Cuman. in lucerna Inquis. num. 13.* vt de Sagis absentibus, quæ à dæmonibus exhibentur in conuẽtibus narrat *Petr. Binsfeld. in confess. malefic. part. 2. dub. 6. in solut. argum. fol. 383. Petr. Leloyher lib. 2. spector. cap. 5.* † Quod licet de inocen- 31
tibus negauerit *Binsfeldius, vbi supra* non posse dæmones, quas huius pacti sunt expertes repræsentare: verius putó Deum id permittere aliquando ad maius meritum, & gloriam sufferẽtię, vt affirmat *Spina sacri Palatij Magist.*

lib.

lib. de ſtrigib. cap. 14. & in Apolog. 3. c. 3.

32 † Poſſunt ſimiliter famæ nocere peccata occulta reuelando, vt ſolent Energumeni, vel falſo in ſimulando, vt de Doroteo narrat *Metaphraſt. apud Sur. Ian. 5.* de alio Ludouici II. Imperatoris tempore narrat *Sigisbert. in Chronic.*

33 *Vincent. lib. 15. cap. 37.* † Nam poteſt dæmon rumorem in populo ſpargere vnde fama oriatur, quæ ex minimis principijs incipiens ſe extollit, ac de bonis mala, & de malis bona falſo rumore concelebrat, vt docet *Tertulian. in Apologet. cap. 8.* quia vt ait Vergil AEnei. 4.

Fama malum, quod non aliud, velocius vllum
Mobilitate viget viresque adquirit eundo.

34 ¶ Poſſunt è contrario dæmones hominibus dignitates varias comparare, vt de innumeris conſtat, qui arte Magica ampliſsimas honoris ſedes ſunt adempti, vt narrat *Monſtrelat. lib. 2. hiſtor. c. 248. Maier. lib. 15.* † De Pontificibus refert Simoneta, & Platina in vitis Pontific. *Martin. II. Benedictum IX. Ioannem XXII. Silueſtrem II. Gregorium VII. Pontifices maximos*, malis artibus ad

36 Apoſtolatus apicem peruenisſe. † Sed credendum nō eſt Deum vnquam permiſſurum, vt ſedes Apoſtolica Magico infeſore contaminetur: *ſed malis artibus peruenisſe*, hoc eſt, ſimonia, ambitus, calumnia, & ſimilibus, quæ malæ artes ſunt, vt tradit *Card. Bellarmin. to. 1.*

37 *lib. 4. de Romano Pontific. cap. 13.* † Idque maximè cum diabolus, vt plurimum, & ſemper Magos decipiat inanæ dignitatis, vel principatus ſpe: & pro ſceptro, palum: pro corona, rogum vrendis largiatur, vt tradit *Mailo. dierum canic. to. 2. colloq. 3.*

38 ¶ De victoria ſatis perſpectum eſt poſſe dæmonem, cui placeat largiri, præſtigijs, & induſtria varia, vt de Rege Sigisberto ab Hummis profligato carmine obiectis ſpectris memorat *Gregor. Turonenſ. lib. 4. hiſtor. cap. 28.* † De 39
Ollero Magica arte apud Succos armis claro, narrat *Saxo Grammat. lib. 3. Dan.* Similia de Biarmenſibus *Olaus lib. 3. cap. 19.* de Odone pyrata *Saxo* lib. 3. de Siderio *Dubrau. lib. 3. hiſtor. Boem.*

† Nam vires concedere, quibus homi- 40
nes alios profligent, ac in defeſſo animo Giganteas molles ſubſtineāt, non eſt dæmonis potentia, ſed Dei, qui vt naturæ conditor eius inuecilitatē ſupplet, vt Dauid puero, qui virtute Gigātem Goliath ictu lapidis ſubſternit, & caput amputabit *Reg. 1. cap. 17.* † Et 41
Brocha monachus ieiunijs, & pœnitentijs maceratus Dei virtute ingentem mollem ſuſtentauit, vt narrat *Sophron. in prato ſpirit. cap. 190.* .....

¶ Et vt potentes viribus dæmon ve- 42
rè reddere nequit, ita nec celeres curſu agileſque ad paleſtram: nam hoc ſolius Spiritus Sancti domnum eſt, qui & ipſum Dauid fecit, vt puer leonem, & vrſum curſu anteuerteret *d. Reg. 1. cap. 17.* † Alij enim celeres curſu, & corpo- 43
re agiles natura ſunt prediti, vt de puero, qui Fonteio, & Vipſano Conſſ. Romæ XLV. millia paſſuum à meridie, vſque ad veſperem tranſibat, vt narrat *Solin. capitulo 6.* de Philonide tot itineris nouem horis conficiente meminit *Plinius libro ſecundo capitulo 71.*

† Quod dæmon, quia præſtare nequit, 44
non minus, quam claudo pedes, cœco oculos, & ſimilibus, ea quæ natura eis denegauit, arte vtitur, & eorum pedes tam celeriter nouet, ex operatione latente, vt celeres á natura præuertere videantur, aut per aera vehit, quod ei faciliſsimum, vt Deo dante dicemus, *cap. de translat. corpor.*

¶ De diuitijs, & theſauris dicēdum 45
eſt poſſe dæmonem ſi vellet, & Deus permittat, non ſolere, niſi rariſsime, & varijs ob cauſis, illa donare, vt docet

Pſellus.

46 *Psellus, vbi sup. cap. de collat. aur.* † Nam cum nouerit omnes thesauros absconditos, & in mare submersas diuitias, auri, argentique fodinas, vniorum, & gemmarum latitula, inde poterit nemine vetante, aut audente resistere, quæ vellet sumere; longe quoque varius, & ocultius potest ex cuiusvis scrinio, vel saciperio nummos, quam quisque mortalium subducere, & cui vellit donare, vt tradit *Annan. lib. 4. de natur. dæmon.* † Sed id non facit, quia non cupit homines ditare, sed decipere, vt illi, qui accepta dono à dæmone (vt sibi blandiebatur) pecunia, gestans donum prope reddit, vt nummeraret, sed excuso facco nil, nisi testas, & carbones reperijt, vt narrat *Remig. lib. 1. dæmonol. cap. 4.* † Quemadmodum Faustum, & Agrippam fama refert cũ interfacerẽt solitos in diuersorijs nummos ad oculum sinceros hospitibus numerare, quos qui receperãt, post paululùm dies cornuum fruſtra, & scruta villissima reperiebant, vt hæc, & alia similia refert *Damhauder lib. de pecuniæ vituper. Lauren. Annan. d. lib. 4. de natura dæmon.*

49 † Nam Deus ditare diabolum hominesnon sinit: vt apparet in thesaurorum inuestigatoribus, qui maximas sibi diuitias pollicentes, cæteris pauperiores, & sordidiores existunt, *cap. sirmissimè de hæretic.* † Ne derelicto proprio creatore (qui nos amantissimo amore prosequitur, & ea solum concedit, quæ ad vitam æternam consequenda sunt necessaria) dęmonem nostrorum omnium hostem irreconciliabilem (eo solo, quod pecunias cõdonaret) colerent, ac venerarentur, vt tradunt *Grilland. de Sortileg. q. 3. Andr. Cæsalpin. de inuestig. dæmon. cap. 12.* † Nam Deus appellatus fuit à dando, vt Iupiter á iuuando, vt docet *Cic. lib. 2. natura Deor.* ex quo Mecœnates, atque patroni ob liberalitate, & clementia in suos hoc sibi nomen inuenere diuinum, vt probat conciuis, & præceptor meus *Pater Mart. de Roa lib. 1. singular. cap. 9.* † Diuitesque dicti sunt quasi diui, quia bona beant homines, siue beatos reddunt, vt tradit *Tapia Aldana lib. 1. de vera homin. nobilit.* nam vt ait Iuuenal. lib. 3. Satyr. 7.

Ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit nummos, nisi fulserit annulus ingens
Respicit hoc primum, qui litigat, an tibi serui
Octo, decem comites, post te an sit sella, togati
Ante pedes: ideo conducta Paulus agebat
Sardoniche, atque ideo pluris, quam Cossus agebat.

CAP. XIIII. *de potestate dæmonis circa animæ potentias.*

SVMMARIVM.

Diabolus potest memoriam iuuare eius organum adaptando, nu. 1.
Memoriam diabolus iuuare potest artificio, & præceptis, nu. 2.
Mitthridatis viginti Gentium linguis loquutus, nu. 3.
C. Iulij Cæsaris quaternas simul epistolas dictabat, nu. 4.
Michael Hieronymus de Torreblanca loquere, & dictare simul, nu. 5.
Memoriam diabolus modis contrarijs potest debilitare, nu. 6.
Memoria priuatus est lapsus è sublimi, numero 6.
Messalla Coruinus orator memoria destitutus, nu. 7.
Eusebius Sophista in peccati pœnam memoria priuatus, nu. 8.
Theodas in vita Barlaan, & Ioſaphat memoriam defraudauit, nu. 9.

Athalidæ memoria qualis fuerit, nu.10.
Obliuio Simonis Thurbaui, & Hetruriæ iuuenis qualis, nu.11.
Intellectus potest diabolus meliorem reddere, nu.12.
Diabolus intellectum non iuuat, sed obnubilat, nu.13.
Scientias potest diabolus docere, nu.14.
Sosipatra gesta Philosophorum ex dæmone incubo renunciauit, nu.15.
Roman Ramirez arte dæmonis medicinam ademptus, nu.16.
Amphiareus, & anus Pindari arte dæmonis poetæ facti, nu.17.
Diabolus qua arte faciat suos linguis loqui cum donum sit Spiritus sancti, nu.18.
Dæmonis potestas in voluntatem nostram qua arte operetur, nu.19.
Diabolus nequit inuito consensum extorquere, nu.20.
Arbitrij libertas in omni opere semper integra manet, nu.21.
Diabolus potest concupiscibilis, & irascibilis facultatis organa turbare. nu.22.
Hæretici reprehenduntur, qui motus concupiscentiæ peccato adscribunt, numero 23.
Inspirationibus diuinis, non secus ac suggestionibus diaboli valemus assentire, vel non, nu.24.
Arbitrij libertas post lapsum homini integra mansit, nu.25.

1 ANIMAE Potentiæ, quia tres sunt *Memoria, Intellectus, & Voluntas*, de his primo differendū est, posse diabolum memoriam iuuare, eius organum adaptando, vt facilius recipiat, & firmius retineat species: vel motu locali noxia pellendo, vel iuuantia applicando, qualiter medici solent ex rebus naturalibus, *l. eiusdem legis, § adiectio, D. ad l. Cornel. de sicar.* † Vel artificio, & præceptis, vt qui ætate nostra memoriæ artes proposuertū varias, vt non sine sale, & acumine *Thomas Alexander, Disconus Arelius, & mihi in Græcis præceptor Fracis. Sanctius Brocens. Salmanticensis Rectorices primarius libro de artificiosa memor.* † De Mitthridate enim constat cum 3
Rex fuisset duarum, & viginti Gentiū totidem linguis iura dedisse, & pro contione singulas sine interruptione affatus, & eorum omnium narrationibus responsum dedisse, sine interprete, vt narrat *Plin. lib. 7. cap. 24.* † de C. Iulio 4
Cæsare Imperatore vulgaris fama est, quaternas simul epistolas dictasse, & cum scriberet, loquebatur simul, & dictabat, & ardua quæque audiebat, & cum amicis confabulabatur, vt meminit *Idem Plin. d. lib. 7. cap. 25.* † Quod na- 5
turaliter fieri potest, vt de genitore meo Michaele Hieronymo Torreblanca (qui ex ingenij præstantia prudentis nomen commeruit) expertus sum; quod earum rerum, quas ipse semel vidisset, aut audiuisset nunquam oblitus: dictasse, & scripsisse simul diuersas scripturas: intellectus enim, & memoria sæpius coherent, vt probat *Bocon lib. de memoria, & intellectu ad princip.*

¶ Eadem similiter potest dæmon 6
modis contrarijs quam plurimum debilitare, & tollere, nam vt ait Plin. lib. 7. cap. 24. *Ictus lapide oblitus est quidam literas.* † Ita, & lapsu é sublimi per alli- 6
sionem corruptis sensibus corrumpitur etiam memoria, vt de alio, qui exprealto tecto lapsus matris, & affinių oblitus perpetuo perdurauit, *Idem Plin. d. cap. 24.* † Messala Coruinus orator 7
adeó sui, suorumque oblitus est ob ægritudinem, vt nomine suo non recordaret, *Idem Plin. d. cap. 24.* quem tamen plurimum sensu valuisse testatur *Solin. cap. 6.* † Aliquando etiam ex per- 8
missione diuina, atque peccatorum

pœnam

pœnam euenit memonia quis priuari, vt Eubolius sophista, qui ex animi inconstantia, quod tempore Constantini religionem Christianam professus: denuo ad Iuliani Imperia peruentus in Gentilitatem reddit: & mortuo Iuliano ad Christianos reuersus ex templo stultus factus in templo iacebat, vt narrat *Maiol. tom. 1. dierum canicul. colloq 4.* † Et quia hoc ex causis natulalibus fieri potest, nil vetat, quin eis dæmon vtens memoriam fobeat, & contrarijs defraudet, vt fecit Thodas in vita Barlaam, & Iosaphat, apud *Damascen.* 9

† Talem putò fuisse memoriam Athalidæ apud *Laert. lib. 8. in vita Pythagor.* talem Apoloni Thyanæi, quam laudat *Suidas, Dubraui apud Eunapium.* † Talem, & obliuionem cuiusdam Clerici apud *Fulgos. lib. 1. Exemplor. cap. 6.* talem Simonis Thurbaui, de qua *Polydor. lib. 15 histor. Anglor.* talem iuuenis Hetruriæ testibus *Codronch. lib. 3. de morb. venefic. cap. 6. & Cæsalpin. lib. de inuestig. dæmon. cap. 10.* 10 11

¶ Secundo potest intellectum subtiliorem, & meliorem, quo ad functiones ingenij, & iudicij reddere, per commodiores organi dispositiones: humoribus, videlicet, densioribus, motu locali depulsis, vel agentium naturalium adhibitis medicamentis, vt tradit *Raphael. de la Torre to. 2. de vitijs opos. relig. q. 95. in prælud. disp. 6.* † Sed hec bonorum Angelorum quasi propria sunt munia: nam mali isti dæmones potius humorum densitate, spirituumque paucitate, inuecillitate, atque impuritate tenebras mentis amat humanis effundere: suis etiam tribuũt mala pharmaca; quibus à recta mente homines deijciant, vt per se non raro præstant ijs, quos obsesere *D. Matth. c. 8. D. Marc. 5.* † Ex quibus sequitur an possit dæmon scientias, & artes docere? & dico 12 13 14

posse, si vellit, & Deus finat, per locutionem nempe, & manifestationem sui conceptus: non solum interna suggestione, sed etiam in forma visibili apparendo, & homini loquendo, vt fatetur *D. Thom. 2. 2. q. 96. art. 1.* † Et ita Sosipatra, quecunque aliui (ea absente) gesta Poetarum, Philosophorum, & Oratorum scripta omnia á dæmonibus incubis edocta pronuntiabat, vt refert *Eunap. in Edesio*, de Euase testis est *Suidas*: de Thynico, *Socrates*: de nostri seculi Anabaptistis *Niderius.* † De Romano Ramirez adhúc extat memoria Tolcti incinerato ann. 1600. qui præmissis Arabum ritibus, & ieiunij *del Ramadam*, factis *Guadoc, & zala*, siue *Guadò gua zala*, recitando *azoras*, versa facie *Alquebra*, dicendo *Ala queuir*, medicinę artẽ fuit ademptus. † Non secus ac illi, qui arte Notoria, Paulina, aut Cabalista scientias adquirũt dæmonis auxilium quęrentes, nam Amphiareus sic vates factus narrat *Pausan. in Corinth.* & anus Pindari hymnum edocta, *Idem Pausan. in Boet.* † Immitatur enim Deũ simia diabolus, qui suos varijs linguis facit apparere, vt Apostoli, qui accepto Spiritu sancto, Acta Apostol. cap. 2. *Cœperunt loqui varijs linguis pro vt Spiritu sancto dabat eloqui illis*, quod quia nequit præstare mentem deludit, & ipse in oreverba profert, quia gratia linguarum donũ Spiritus sancti est, D. Marc. 1. *linguis loquentur nouis.* 15 16 17 18

¶ Tertio in voluntatem nostram longè restrictior est Magiæ, dæmoniscque potentia: quia dæmon non potest voluntatem nostram mouere aliter quam obiecto; tanquam odibili, vel amabili exterius posito: vel excitatis imaginarijs visionibus, & cogitationibus: & allecta, & inclinata voluntate per passiones in parte sensitiua inflãmatas, *Binsfeld. in l. eorum, C. de malefic. & math.* † Quæ quo vehementiores sunt, eo quo- 19 20

eo quoque, & acrius inclinant, & quasi abripiunt aliquando: nunquam tamen voluntati necessitatem imponũt, quia inuito consensum nequeunt extorquere, *D. Thom. 1. 2. q. 80. art. 3. D. Cyril. Cateches. 4.* † Alias enim arbitrij libertatem tollent, si vllam voluntati necessitatem imponerent; etiam in ijs, qui mortiferis culpis sunt irretiti: nã homines certé desiijssent esse, si libertatem arbitrij admisissent: sunt enim ij gratia gratum faciente destituti, ad tamen, nec naturali voluntate arbitrij, nec communi auxilio Dei sunt orbati. † Neque obstat, quod dæmon possit sensus internos mouere, & concupiscibilis, atque irascibilis facultatis organa turbare, motis simul corporeis membris, nam appetitus, hic sensitiuus cum libertate caret, & coactione quadam in obiectum suum compellatur, potest veterator eũ in malum actum impellere, cui voluntas non solum, non subest, quia longe dignior; verum etiam resistere valet, Apostol. ad Roman. cap. 8. *Scio, quod neque Angeli, neque Principatus, neque potestates poterunt me separare à charitate.* † Quare ex eo nobis maioris meriti, & mercedis occasio gignitur, quidquid hos motus concupiscentiæ peccato adscribant *Godelman. lib. 3. de Lamijs cap. fin. Daneus lib. 2. Ethicæ Christian. cap. 7. Lutherus, Caluinus, & alij hæretici Gen. 4.* † Quia hos sunt fructus errorum de libero arbitrio, denegato, & materia originalis peccati male intellecta; cum etiam inspirationibus diuinis valeamus assentire, vel non, ex diuino oraculo dicente apud Matth. cap. 23. *Hierusalem quoties volui congregare filios tuos, & noluisti.* † Nam etiam post lapsum in homine arbitrij libertas integra mansit, *Genes. d. cap. 4. Deuter. 30. Ios. 24. Psal. 16. Sapien. 9. Eccles. 15. & 31. Apostol. Corint. 1. cap. 3. & 7.*

CAP. XV. de sensus deceptione, tam interni, quam externi.

SVMMARIVM.

DÆmonis conatus est homines in errorem inducere, nu. 1.

Sensus decipit diabolus turbãdo phantasiam, non tamen immutando, nu. 2.

Ex speciebus rerum, quas homo aliquando vidit, efficitur corpus phantasticum in intellectu, nu. 3.

Imaginationes quo nam pacto dæmon retractet, nu. 4.

Sensuum externorum delusiones remissiue, nu. 5.

Phantasiam diabolus valet, ita commouere, vt quis vigilans more dormientium varia videat, nu. 6.

Phantasia viriata facile est, vt visus decipiatur, nu. 7.

Halahol morbi, quo quis vidit gemina, nu. 8. & 9.

Gentilium falsæ apparitiones, & reuelationes vnde emanarunt, nu. 10.

Imaginosi morbi duæ species, & primo de φρενιτι, nu. 11.

Κοερβαντιασμῷ & sensui tollit sensum, auribus indijt vitiunt, nu. 12.

Tactus solet decipere, nu. 13.

Gustus, & odoratus ex humorum vitio sæpè decipiunt, nu. 14.

Diabolus sensibus se inserens decipere solet, nu. 15.

Dæmon quomodo decipiat, ex parte obiecti, nu. 16.

Diabolus quando decipit per artem perspectiuam, nu. 17.

Diabolus ex parte aeris medij quando decipiat, nu. 18.

Gygis annulus, & Orgi galea quibus homines redebantur inuisibiles, nu. 19.

Diabolus facere nequit, vt corpus quantum, & coloratum reddatur inuisibile, numero 20.

Diabolus ex elementis format visui obiecta, nu. 21.

Pictores facere possunt, ex coloribus commixtis picturas, vt oculos fallant, numero 22.

Diabolus ad instar pictoribus, ex elementis format obiecta, nu. 23.

Diabolus imbuens medium aliqua qualitate varia repræsentat, nu. 24.

Diabolus moto aere facit, vt species simul moueantur, nu. 25.

Diabolus ex varia corformatione, vel multiplicatione specierum sensilium vna res variè repræsentat, nu. 26.

Diabolus ex parte organi mutato eius situ res facit, vt quæ in loco est videtur esse in alio, nu. 27.

1 POST Dæmonis potestatem circa animæ potentias vegetatiuas, restat dicere de eius potentia circa sensitiuas, & qua arte sensus decipiat humanos, tam internos, quam externos, vt homines in errorem inducat, cuius eius conatus, 2 *cap. nec mirum h. 26. q. 5.* † Et primo de internis dicendum est posse dæmonem eorum functionem decipere, vel turbando phantasiam, non tamen immutando, vt qui à natiuitate nunquam vidit rectè de rerum coloribus imaginetur, vt docet *Aristot. lib. 3. de anim.* nam imaginatio motus est à sensu actu factus authore eodem *Aristot. 2. de anim.* 3 † Quanquam haut negem posse ex speciebus rerum, quas homo veré aliquãdo vidit, ijs per imaginationem commixtis, & confusis effingere aliquando corpus phantasticum, illudque per imaginationem oculis obiecre, vt chymera conflata, ex capra, leone, & dracone, vt est cõmunis cum *D. Tho. p. 1. q. 111. art. 3.* † Vel concitatis in corpore, quæ 4 sunt motionibus per humorum inæquali cõmixtione, & agitatione assumendo, & deducendo vapores instituto suo acommodatos, vt quas vult imaginariones homo retractet, vt docent *D. Augustin. lib. de cura pro mort. cap. 12. Victoria in relect. de Mag. num. 35. Ioseph. Angles in Sentent. 2. dist. 8. q. 3. dub. 5. Molina in D. Thom. p. 1. q. 111. art. 3.*

¶ Quo ad sensus autem externos 5 plura possem congerere, nisi me breuitas, quam affectaui, reuocaret, ostendam in quo deluſio cosistat, exempla vero petantur, ex *Guilh. Parisien. p. fin. de vniuerso, c. 22. Remig. lib. 1. dæmonol. c. 11. Ioan. Salisberiẽs. lib. 2. de nugis curial. Mar. del Rio lib. 2. Magic. q. 14. Rapaphael de la Torre tom. 2. de vitijs, oppos. relig. quæst. 95.* † Dæmon enim si Deus sinit potens 6 est, quæ sunt in corpore humores, ita turbare, & phantasiam commouere, vt quis vigilans putet, more dormentium, se varia videre, & audire, quæ re vera, neque oculis vidit, neque auribus vnquam hausit, vt docet *Caietan. 2. 2. q. 95. art. 3.* † Nam phantasia viciata facile 7 est, vt visus decipiatur iuxta illud Prouerb. cap. 13. *Oculi tui videbunt extranea*, hoc est, *visiones admirandas*, iuxta Chaldaicã versionẽ. † Quod adeó naturale 8 est, vt cuiusdam morbi dicti *Halahol*, meminerit conciuis meus *Abynzohar lib. 1. Theisir, tract. 8. cap. 1.* quo qui effecti singula putant se videre gemina. † De alio Aristoteles refert, qui suam 9 imaginem, siue simulachrum in aere, sibi, quasi in speculo propter oculorum vitium semper obseruare existimabat, vt & meminerunt alteri conciues mei Arabes *Auerroes, & Algazel.* † Ex quo 10 emanarũt tot falsæ Gentilium apparitiones, reuelationes, extases, & similia, quia quod dæmon efficere non potest arte vtitur, vt decipiat, vt docent *D. August. lib. de cura pro mort. cap. 12. Molina d. q. 111. art. 3. Angles in Sent. 2. dist. 8. q. 3. dub. 1.*

¶ Auditus

11 ¶ Auditus similiter viciatus sæpissimé solet decipere, vt in ijs, qui morbum imaginosum patiuntur; cuius egritudinis duæ species constituuntur: vnam notiorem, cui nomen est φρενιτις *phrenitis*, qua phantasmata obijciuntur animo visibili imaginatione, de qua specie scripserunt *Cornel. Celsus, & Cæl.*
12 *Aurelianus medici.* † Altera species dicitur κορυβαντιασμὸς *corubantiasmos*, quæ sensui tollit sonum, auribus indit vitium, quo sibi audire tinnitus, & sonitus videntur, de quo Varro in Prometh.

Leuisona mens sonorinas imagines adfert.

13 ¶ Tactus similiter solet decipi non solum ægris, vt Isaac, qui tactu Iacobum non dicernit, *Genes. cap.* 27. sed etiam bene valentibus, vt Abraham, qui Angelos in assumptis corporibus tactu, & pedum lotione non deprehen-
14 dit, *Genes. cap.* 18. † Gustus quoque, & odoratus non raro solent fallere, vt probat *Celsus lib.* 3. *cap.* 18. quibus, & eorum singulis, cum se dæmon possit inserere facile est, vt decipiat per eorum humorum perturbationem, vt docet *Raphel de la Torre, vbi supr. disp.* 6.
15 & 7. † Nam vt ait D. Augustin. lib. 18. qq. *Serpit hoc malum diaboli per omnes auditus sensuales dat se figuris, accommodat se coloribus, adhæret sonis, odoribus se subijcit, infundit se saporibus, & quibusdam nebulis implet omnes meatus intelligentiæ.*

16 ¶ Modus tamen, quo hæc præstigiatoria dæmon operare solet, varius est. Primus ex parte obiecti, aut ostensarum rerum agitatione, subita occultatione, varia collocatione, separatione, vel cõglutinatione latente, vt faciũt gyrtæ, & circulatores de quibus plura
17 *Raphael de la Torre d. disputat.* 6. † Aut per artem perspectiuæ, certa quadam dispositione obiecti in ordinem ad oculum videntis, vt quando quis lineas confuso ductas ordine per foramen, vel rotata tabula, videt, ex aduerso, quæ exhibent speciem artificiosæ picturæ, vt tradit *Guielh. Parisiens. part. fin. de vniuers. cap.* 22. † Aut ex parte aeris, medij impediendo species ne ad oculum, vel alium sensum deferantur, vt fecit Apolonius, vt quascumque res vellet, inuisibiles faceret. Et Venus, apud Vergil. AEneid. 1. 18

At Venus obscuro gradientes aere sepsit,
Et multo nebulæ circum Dea fudit amictu,
Cernere ne quis eos, neue quis contingere posset.

Et ita intelligo, quod vulgó circunfertur de Gygis annulo, quo reddebatur 19
inuisibilis, apud *Platon lib.* 2. *de Republ.* & de Orgi galea, cuius amictu vnusquisque fiebat inuisibilis, apud *Homer. Illiad.* 5. † Quia dæmon facere nequit, 20
vt corpus quantum, & coloratum, reddatur inuisibile; nam id diuinæ Maiestatis attributum est, qui in medio Iudæorum inuisibilis factus, per medio illorum ibat, neque abullo cernebatur, *D. Ioann. cap.* 8. † Vel per organum vi- 21
sium formando subito ex elementis potissimum aere obiectum, quod offert spectantibus, quod adeó ementiri potest, vt etiam tactum fallat, vt docet *Molina d. quæst.* 111. *art.* 4. † Nam sicut 22
pictores, & sculptores, ex materijs sibi subiectis varias formas, & figuras rerum effingunt, & interdum tales, vt veræ, ac naturales videantur, sicut traditur de illis vuis à Zamolxidæ pictis, vt ab auibus appetitis fallerent. *Plin. lib.* 35. *cap.* 10. † Ita dæmon ex aere iungens 23
partes terreas, & aquas, nuuium, vaporum, atq; exalationum, vt colores, hac mixtione facibius exprimãtur, efficere potest, vt visui aliquid offeratur, quod re vera esse iudicetur, vt dicẽdũ est alio

loco, quod haut latuit Vergil. AEneid. 6.

Tunc dea nube cauâ tenuem sine viribus vmbram.
Infanciem AEneæ.

24 Secundò decipit dæmon si medium imbuat aliqua qualitate, qua species per eum transeuntes, sic modificentur, vt obiectum non quale est repræsentetur: vt si iuncos, & palleas humi sternas, & lucernam inde ex cera, & corio serpentis sulphurato inducas videntur serpentes saltitantes, vt meminit *Bonauent. & Gabriel. in Sentent. 2. quæst. 8.* † Tertio si moto aere medio simul species mobeantur, vt nauigantibus contingit, qui ad motum nauigij arbores, & vrbes moueri arbitrantur, vt fecit diabolus dum nauis, quæ Claudiæ zonam vehebat matrem Idæam sequi videretur, vt tradit *Tertulian. in Apologet. cap. 22. D. Augustin.* 25 *lib. 10. Ciuitat. Dei. cap. 16.* † Quarto, si ex varia conformatione, vel multiplicatione specierum sensilium vna res varia videatur, vt quando vnicum conspicilium plures nouis vnius obiecti figuras exhibet, quod & per solam specierum sensilium, quæ sunt in phantasiæ transitum, vsque ad sensus exteriores potest contingere, vt docet *D. Thom. in Sentent. 2. dist. 8. quæst. 1. art. 5.* 26 † Aut ex parte organi, mutato eius situ, vt res, quæ vno in loco est videatur esse in alio, vel gemina, quæ vnica est, perturbando humores, quorum agtatione res aliter quam res est representatur, vt de ebris meminit Varro in Prometh.

Duplicem solem, & geminas se cernere Thebas.

CAP. XVI. de hominis in vellnam degeneratione.

SVMMARIVM.

TRansformationes hominum negari non possunt, nu. 1.

Transformationes fieri posse à dæmone negatur, nu. 2.

Diabolus non potest creaturam in aliam formam mutare, nu. 3.

Hæretici lycantropias damnantur, numero 4.

Nabuchodonosor, & vxor Loth Dei ministerio transformati sunt, nu. 5.

Nabuchodonosor bouini corporis effigiem non induisse, sed mente abalienatum, numero 6.

Nabuchodonosor verè in bestiam transformatus est, nu. 7.

Loth vxor verè in statuam salis conuersa est, nu. 8.

Vxor Loth conuersa in statua salis, vsq; impressens durat, nu. 9.

Carmina D. Cypriani de vxore Loth referuntur, nu. 10.

Præstantij in caballum conuersus, numero 11.

Arcades in lupos, & socij Diomedes in aues, Vlysis in sues conuersi, nu. 12.

Progna, & Philomena in aues, Apuleius in asinum, Anthæon in ceruum, & alij trãsformati, nu. 13.

Gentilium transformationes hæretici veras esse conantur persuadere, nu. 14.

Deus solus, qui hominem creauit valet transformare, nu. 15.

Diabolus, quæ non valet præstare, ementitur per delusionem, nu. 16.

D. Augustin. de transformationibus dæmonum commendatus, nu. 17.

Diabolus animalia perfecta, nec creare, neque transformare valet, nu. 18.

Diabolss aquam in vinum nequit conuertere, nu. 19.

Diabolus

Diabus facere poteſt, vt ſibi homo perſuadeat in lupum conuerſum eſſe, nu. 20.
Lucantropia, quæ ſit, nu. 21.
Mania inter quos morbos anumeretur, n. 22.
Maniaci varia ſibi perſuadent, n. 23. & 24.
Diabolus, vt homines in beſtias conuerſos ab alijs videantur varie ſolet decipere, nu. 25.
Iphigenia, qua arte è medio ſublata, nu. 26.
Socij Diomedes, quo pacto in aues videbantur conuerſi, nu. 27.
Aſcanius è medio quare à dæmone ſublatus, nu. 28.
Diabolus facit homines varie apparere eos aeream circundans effigiem, nu. 29.
Ouidius de transformationibus dæmonis cõmendatus, nu. 30.
Homines in lupos transformatos vere tenẽt plures, nu. 31.
Exempla eorum, qui in lupos ſunt translati quomodo accipiantur, nu. 32.
Diabolus non valet capillum vlum aluum facere nigrum, nu. 33.

NATVRAE humanæ tranſitus de vna in aliam ſpeciem, vt eſt hominis in delineamẽta beſtialiacõuerſio, aut alterius perfecti animalis degeneratio, negari non Poteſt, cum videamus vxorem Loth conuerſam inſtatuam ſalis *Geneſ. c. 19.* & Nabuchodonoſor in bouẽ, *Daniel. c. 4.* † Sed horum exemplo, ita à Magis poſſe fueri ore pleno negãdum eſt, quia hominis transformatio, non minus quam eius creatio; & productio ad abſolutam Dei poteſtatem pertinet, & per conſequens dæmoni, & Magis omnibus denegatur, *D. Auguſt. lib. 3. de Trinit. ex cap. 7. & lib. 83. qq. cap. 79. D. Thom. part. 1. quæſt. 65. & lib. 3. contra Gent. cap. 103. Annan. lib. 4. de natura dæmon. Remig. lib. 2. dæmonolat. cap. 15. Binsfeld. in confeſſ. malefic. concluſ. 3. Petr. Thyræus lib. 2. de apparit. ſpirit. ex cap. 15. vſque ad cap. 24.* † Neque obſtant exẽpla primo adducta de vxore Loth, & Nabuchodonoſore Rege, quia hæc diuina potentia, & virtute facta ſunt, quæ ad Magicas incantationes tradi non debent, vt deciſſum eſt in Concilio Ancyrano in cap. Epiſcopi huius 26. quæſt. 5. *Quiſquis credit poſſe fieri aliquam creaturam in melius, aut deterius immutari in aliam ſpeciem, aut ſimilitudinem, niſi ab ipſo creatore, anathema ſit.* † Vt ſic apperte conuincantur hæretici, qui ex ſupradictis exemplis Lycantropias ſuas conantur perſuadere, qualiter *Bodin. lib. 2. Magor. dæmonon. cap. 6.* quæ mera ſunt phantaſmata ſecundum *D. Auguſt. lib. 18. Ciuitat. Dei cap. 17. D. Thom. part. 1. quæſt. 114. art. 4. Spina de ſtrigib. quæſt. 8. Malleus malefi. part. 1. quæſt. 10. Grilland. de Sortileg. quæſt. 7. Victoria in relect. de Mag. prope fin.* † Neque ad ſacram hiſtoriam referendam, nam vt ait Daniel d. cap. 4. *Eadem hora ſermo Domini completus eſt ſuper Nabuchodonoſor, & ex hominibus abiectus, & fœnum, vt vos comedit, & rore cœli corpus eius infectum eſt, donec capilli eius in ſimilitudinem aquilarum creſcerent, & vngues eius quaſi auiũ.* † Etiã ſi de Nabuchodonoſore pleriq; negent Regẽ bouini corporis effigiem induiſſe, ſed dumtaxat mente abalienatum, vt ſe bouem crederet, *Perera lib. 5. in Daniel. Medina. lib. 2. de recta in Deum fid. cap. 7.* † Quia verius puto Regem in beſtiam transformatum fuiſſe ſenſuſque, & formam accepiſſe bouis, vt peccudũ more quadrupes incederet, & fœno veſceretur, & homines fugeret, & ſubdio degeret, vt docet *D. Gregor. lib. 5. Moral. cap. 8. Molina in D. Thom. part. 1. quæſt. 111.* † De vxore tamen Loth nullus dubitauit ipſam tranſmutatam, & conuerſam fuiſſe, quia vt ait Geneſ. d. cap. 19. *Reſpicienſq; vxor eius poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis.*

9 † Quæ vſque impreſſens perdurat in Segor, quæ aqua non reſoluitur, nec igne crepitat, nec ruit ventis, nec mutilatione fraudatur, nam ſiquis aduena aliquid ei de corpore diminuerit, ſtatim redintegratur, & patitur menſtua, quaſi eſſet viua, vt obtime recolit *Epiſcopus Maiol. tom. 1. dier. Canic. colloq. 18.*

10 † Nam vt ait D. Cyprianus relatus à d. Maiol. vbi proxim.

Durat adhuc etenim nuda ſtatione ſub æthram,
Nec pluuijs dilapſa, ſitu, nec diruta vetis,
Quim etiam ſiquis mutilauerit aduena formam,
Protinus ex ſeſe ſuggeſtu vulnera complet:
Dicitur, & viuens alio iã corpore ſexus
Munificos ſolito diſpungere ſanguine menſes.

11 Quæ quia dæmon non valet immittare præſtigijs deludit, ac fingit ſe conuertere homines in varias beſtiarum formas, vt de patre Præſtantij, qui ſe caballum fuiſſe, & annonam, cum alijs iumentis vaiulaſſe ſcribit *D. Auguſt. lib.*

12 *18. Ciuit. Dei cap. 17.* † De Arcadibus in lupos hauſto licore Deo ſuo Lyceo, *cap. nec mirum h. 26. q. 5.* de ſocijs Diomedes in aues, apud *Homer.* Vlyſis in ſues, de quibus Vergil. Eulog. 8.

Carminibus Circes ſocios mutauit Vlyſis

13 De Progne, & Philomegna in aues, de Apuleio in aſinum, de Antæon in ceruum, *Ouid. lib. 3. Metamorph.* de Puella in equam *Silueſt. lib. de ſtrig. 2. cap. 8.* de iudici in ſaxum, idem Quid. lib. 13. Metamorph.

Certata lite Deorum
Ambraciam verſumque vident ſub imagine ſaxum.

14 Quos omnes, & alios innumeros, quorum transformationes celebrauit antiquitas, licet veré transformatos aſſeberent *Paracelſ. lib. de Philoſoph. magn. & Spondan. in Homeri Odiſſ. lib. 10.* perperam argumentantes ex illa ſacra vxoris Loth, & Nabuchodonoſoris hiſtoria. † Nam cum hæc ſint á Deo facta ad 15
Magicas incantationes iuuare non poſſunt: ille enim, qui hominem ex limo terræ ſuſcitauit, *Geneſ. cap. 2.* poterit eum in quam velit formam inducere, vt docet *D. Hierem. cap. 18.* † Quarum vlla, quia dæmon non valet im- 16
mittare, conatur ementire, atque ſenſus deluſione effingere, quod non valet ſuperare, dict. cap. nec mirum huius 26. quæſt. 5. *Hæc omnia magis præſtigijs ſingebantur, quam verum veritate complerentur*, quia vt ait Horar. od. 5.

Venena magnum fas, nefaſque non valent
Conuertere humanam vicem.

Cuius rei rationem præſcribens in hęc 17
verba eleganter teſtatur D. Auguſt. lib. 18. Ciuitat. Dei cap. 18. *Non ita ſolum animum, ſed nec corpus quidem vlla ratione crediderim dæmonum arte, vel poteſtate in membra, vel delineamenta beſtialia veraciter poſſe conuerti, ſed phantaſticum hominis, quod etiam cogitãdo ſiue ſomniando per rerum innumerabilia genera variantur: & cum corpus non ſit, corporum tamen ſimiles mira celeritate formas capit: ſopitis, aut oppreſſis corporeis hominis ſenſibus, ad aliorum ſenſuum neſcio, quo inefabili modo figura corporum poſſe perduci.* † Nam licet 18
dæmon poſsit virgas in ſerpentes trãſformare, & ex limo concreto ranas producere, non ſequitur poſſe hominem commutare, quia ex virgis, & limo putrefactis naturaliter ſerpentes, & ranæ produntur, quarum accelerata concoctione poteſt dæmon actiua paſſiuis applicando illa producere, quod ad hominem trahendum non eſt, *vt diximus ſup. cap. 10. de Magorum vera, & appar. operat.* † Cum etiã aquã in vinum, 19
quia naturaliter non transformatur, licet dæmon poſsit ementire, non tamẽ illã in hũc conuerte. e, quia hoc ſolius

Dei

Dei est, qui in nuptijs Cana Galileæ fuit operatus *D. Ioan. cap. 2. aquam vinum factam*, ex quo Cæl. Sedulus lib. 3. Pasc.

Cuius sub tegmine blandæ
Mitis in occiduas enutriuit pampanus vuas.

20 ¶ Quare ad præfatas demonũ trãsformationes dicendum est: quod si aliquando contingerunt, id fuisse, quia demon fecit, quod talis homo id, ita sibi persuadeat, quod fieri potest ex humorum vitio, & atræ vilis excessu, effectus quidam lupini, & odium in greges, desiderium q́ue eos inuadendi, & lacerandi mentem ocupare, vt docẽt *Inquis. German. in Mall. p. 2. q. 1. c. 8. & q. 2.*
21 *c. 4.* † Quos morbos Græci λυκανθρωπιαν, *Lycanthropiam* vocant: Arabes *Chatrab*, Latini *melancholiam*, qua se simul canes, boues, asinos, saxa, & alia huiusmodi putant, ex traditis á conciue meo (secundum multi) *Auizena lib. 3.*
22 *Fen. 1. tract. 4. c. 29.* † Quales sunt à *Mania* possessi, qui se mortui arbitrantur, ita vt nec bibere, neq; edere vellint, dicẽtes talia mortui nõ facere, aut corp⁹ duplex habere, vt tradit conciuis meus *Abynzohar lib. 1. Theisir tract. 9. cap. 16.* & exemplis exornant *Nider. lib. 5. Formicar. cap. 12. Petr. Garsia in disputationibus ad Galen. de locis affect. disp. 14. Sim. Maiol. tom. 2. dierum Canicular. colloq. 3.*
23 † De Theophilo medico, qui opinabatur, dum febriret prope lectulum tubicines, & cornicines assistere, & continue auribus eius cantum insonare, idq́ue iam sanus accidisse sibi pertinaciter contendebat, vt narrat *Gallen. lib.*
24 *de different. symptom.* † De alio huiusmodi vitio laborante, ex phantasiæ læsione. Horat. epist. ad Florum.

Qui se credebat miros audire tragœdos
Inuacuo lætus sessor, plausorq́ue theatro, &c.

25 ¶ Secundo, vt ita ab alijs videantur solet dæmon diuersimode decipere, vel substituens corpus ferinum, vel illis absentibus, vel alicuui loco abdito soporatis: ipse tamen assumpto lupi corpore, vel alterius animantis, vel ex aere formato, & sibi circundato, ita gerit, quæ putãt homines ab illo misero, & absente patrata. † Quemadmodum 26
de Iphigenia (dum immolaretur) inferam conuersa narrat *Sebast. Michael. in Pneumalogia*, quæ re vera á dæmone é medio sublata fuit, & fera supposita; vt narrat *Sim. Maiol. vbi sup.* † Vt socij 27
Diomedis, qui dæmonum præstigijs in aues conuersi videbantur, dum ipsi alii degerent, vt probant. *D. Augustin. d. lib. 18. cap. 18. D. Thom. p. 1. q. 14. artic. 4.*
† De Ascanio sic á dæmone é medio 28
sublato narrat totius Philosophiæ, & moris maiorum coripheus Vergil. AEneid. 1.

At Venus Ascanio placidam per membra quietem
Irrigat, & fotum gremio Dea tollit in altos
Idaliæ lucos.

¶ Tertio, vt hominem, ita faciat ap- 29
parere, eum aerea circũdat efigie belluæ, & membra membris, quo ad patitur similitudinem circumponit, vel alia arte sensus deludit, vt tradunt. *D. Austust. d. cap. 18. Petr. Thyræus lib. 2. de apparit. spirit. d. cap. 15. cum seqq. Remig. lib. 2. dæmonol. cap. 5. Malleus malef. p. 2. q. 1. ex c. 9. Bart. Spina de strigib. ex cap. 8. maximè cap. 30. 31. 32. & 33. Vlder. Molitor de python. mulier. cap. 3. & 8.* † Vt nõ 30
malè sublata fabula docet Ouid. lib. 4. Metamorph.

Si non euanuit omnis
Herbarum virus, nec me mea carmina fallunt
Dixit, & effigiẽ nullo cũ corpore falsi
Finxit apri, præterq́; oculos transcurre re Regis
Iussit, & in densum trabibus nemus ire videri.

31 ¶ Sed homines arte dæmonis in veros lupos translatos apud graues viros comperio, nudata hominis forma, & prorsus commutata in ferinam, vt ex multis probant *Vuierus lib. 6. de præstig. cap. 13. Henric. Colemiens. lib. de Lamijs Olaus lib. 18. ex cap. 45. Maiol. dier. Canic.*
32 *to. 2. colloq. 3.* † per quos tã frequentissima exempla referuntur iudiciali processu comprobata eorum, qui in lupos tranlati gregem inuasserunt, ac pastores lacerarunt, multaque strages vicinis intulerunt. Quod si aliquo ex prædictis modis non fuit patratum, causam prorsus ignoro, referant alteri, quia non omnia possumus omnes.
33 † Illud enim pro certo scio, quod naturam humanam in aliam formam, vel ferinam inuerti, à dæmone fieri non test, neque sic inuersam in pristinam formam restitui, neque quovis aliud metamorphoseum, quantumbis minimum in homine videatur, quia vt legitur in Euangelio D. Matth. cap. 5. *Dæmon non valet capillum vnum aluum facere nigrum.*

CAP. XVII. de sexus mutatione.

SVMMARIVM.

SExum mutari posse probatur, nu. 1.
Mulieres, quæ in virilem fœmineam naturam commutarunt, nu. 2.
Fœmina, post quam filium peperit in virum conuersa, nu. 3.
Hispanæ fœminæ, qui versæ sunt in mares, nu. 4. & 5.
Carola, & Franciscæ apud Neapolitanos in mares conuersæ, nu. 6.
Alexand. VI. dispensauit cum muliere conuersa in virum, nu. 7.
Hermaphroditus debet in vno ex altero sexu permanere, nu. 8.
Mulier conuersa in virum quare Pontificis dispensatione habuit necesse, nu. 9.
In calescendi vis non solum immittatur, sed naturæ instrumenta sunt inuersa, nu. 10.
Androginos supra Nassomanes confines habitare, nu. 11.
Hermaphroditi, vt apparent vtroque sexu patente, ita & vno occulto, altero manifesto, nu. 12.
Hermaphroditis fit, ex vtriusque genitalis moteria superflua, nu. 13.
Bruta, similiter de vna in alteram naturam commutantur, nu. 14.
Mares ex fœminis fieri frequentior est, quã è contra, nu. 15.
Fœminam factam ex mare raro visa, n. 16.
Salmacidis fonte bibentes malaciſari, n. 17.
Diabolus sexum mutare nequit, nisi in ijs, qui sunt Hermaphroditæ. nu. 18.
Homines à principio vtriusque sexu præditos esse creatos, reprehenditur, nu. 19.
Gentes supra Nassomanes vtriusque sexu præditæ, nu. 20.
Hermaphroditi sunt monstrui, nu. 21.
Masculum, & fœminam creauit eos in Genesi, quo nam pacto intelligatur, nu. 21.
Vultures sexu non discerni, nu. 23.
Equæ Hispaniæ vento concipere quomodo inteligatur, nu. 24.
Vultures ad se inuicem commiscuntur, numero 25.
Hyena ad se inuicem cómmiscetur, nu. 26.
Mares non sexum, sed mores mutantur, numero 27.
Marina in Achaia maris habitu monasticam vitam peregit, nu. 28.
Fœminæ quæ viri habitu, homines simularunt, nu. 29.
Mulierem fuisse Papam negatur, vt hæretica sententia, uu. 30.
Pepuzianorum hæresis dedit occasionem fabulæ de muliere Pontifice, nu. 31.
Mulierem non fuisse Pontificem probatur, nu. 32.
Fabulæ occasio, ex qua emanauit mulierem fuisse Pontificem, nu. 33.

SEXVS

1

EXVS mutari, ita vt ex fœminis mares fiant adeó literarum monumentis est proditum, vt illud negare prorsus sit insanire, nam vt ait Plin. lib. 7. c. 4. *Ex fœminis mutari in mares non est fabulosum. Inuenimus in annalibus: Pt Licinio Crasso, & C. Cassio Longino Conss. Casini puerum factum ex virgine sub parentibus, iussuque Aruspicum deportantum in insulam deser-* 2 *tam.* † Et Regnante Ludouico XI. apud Aluernos, idē contingisse scribit *Marcell. Donat. lib. 6. hist. mirab. cap. 2.* & mulier piscatori nupta, post quartum decimum annum é muliere in virum transiit, vt meminit *Pontanus lib. 10. de rebus* 3 *cœlest.* † Sed omnium fidem superare videtur alia mulier, quæ prius filium peperit, postea virilem sexum adempta est, & ad monesterium trā slatā affirmāt. *Marcell. Donat. vbi sup. Alan. Copus, dial. 1. cap. 8. Marul. lib. 1. memorab. cap. 3.* 4 † Et vt externa prætermittā apud nos, de quadam Franciscā versa in marem meminit *Petr. Hispal.* de Maria Pacheco apud Lusitanos, *Amatus Lusit. Cēt. 7. curs. 39.* de alia Cordubæ, & alia Matriti monacha S. Dominici, cōciuis meus *Petr. Peramato tract. 2. de regin. pregn. c. 8.* 5 *fol. 117.* † Et dum hæc cuderentur in ciuitate *de Vbeda*, altera monialis S. Dominici, oriunda ex opido *Sabiote*, dicta *Magdalena Muñoz* repente in marem euasit dum onus viriliter arriperet, & alia quæ dum violentius psaltaret virilia erupisse scribit *Michael. Montan.* 6 *lib. 1. experiment. cap. 21.* † Suntque alia innumera exempla, quibus insanum est nō assentire, nam *Fulgos. lib. 1. cap. 6.* ita scribit *Regnante Ferdinando Ludouici Guarnæ Salernitani, ex quinque fœminis filiabus duæ Franciscæ, & Carola post quintum decimum annum traditæ sunt, & chori vitæ ambabus genitalia membra in marium morem erripere, mutatoque habitu publicè pro maribus habiti sunt Franciscus, & Carolus nuncupati.* † Et Alexandro Sexto 7 Pontifici Max. supplicibus libellis fuisse expositum narrat Volaterranus lib. 29. titul. de Vesica in fin. *Adolescentula etiam cum ad nuptias transijsset in virum euasit quam ob rem absolutionis, & expiationis causa, simul, & dispensationis Pontifecem adit.* † Nam etsi compertum sit 8 Hermaphroditos ad nuptias posse trāsire, illud fit eligendo sexum, quo postea non possunt abuti, & vtroque incumbi, & prosterni, sed vno electo in eo permanere, *Bald. & alij in l. quæritur, D. de statu homin.* † Ideo dispensationis 9 auxilium fuit necessarium, quia prius pro muliere habita, & ipso sexui matrimonio ttadita, non potuit eo abuti, & viri loco in alio matrimonio collocari, donec Pontifici de varietate constiterit, vt tradit *Petr. Damian.*

¶ Neque enim solum incalescendi vis immutatur, sed etiam quoque natu- 10 ræ instrumenta sunt inuersa, vt Aul. Gelius docet lib. 9. noct. Atticar. cap. 4. *Licinius Mutianus prodijt visum à se Argis Arisconten, cui nomen Arescussa fuisset, nupsisse etiam, mox barbam, & virilitatem prouenisse. Eiusdem sortis, & Smirnæ puerum à se visum. Et ipse in Africa vidi mutatum in matem die nuptiarum L. Cossicium ciuem Tisdritanum, viuebatque dum proderem hæc.* † Cuius rei causa ea esse po- 11 test, vt homines, vtriusque sexus natura præditi nascantur quales Androgynos, quos nunc Hermaphroditos vocamus, quos naturaliter fieri testatur, *Idem Gellius, vbi prox. d. cap. 4. ad fin.* Eāque gentem esse, quæ supra Nasomanes confines Maclias habitasse scribit *Plin. d. lib. 7. cap. 2.* † Et quemadmodum 12 in istis vtriusque sexus natura præditis, quemlibet eorum manifesta proditur: potest similiter eos vno occulto, altero patente insinuare, quo crescente, vel

minuente calore facile fit, vt fœminæ in mares, & versa vice conuertantur, vt tradit *Cardan. lib. 8. varietat. rer. cap. 43. Vvier. lib. 4. cap. 24. de præstig. dæmon. Mardell. Donat. lib. 6. hist. mirab. cap. 2.* † Nam vt ait Albert. Magnus lib. 18. animal. tract. 2. cap. 3. *Si igitur virius que genitalis materia superfluat, tum maris, tum fœminæ, neque valet alteram alteram superare, & absumere, necessarium illud sequitur, vt vtriusque forma retineatur: & ideo erit Hermaphroditus, atque cum alterius genitale semen ab altero absumitur, eius forma redditur, quod alterum efficacia superauit.* 14 † Quare nō solum in homines, verum etiam in gallinas accidere, vt versa vicé, ex fœminis mares, & ex maribus fœminas conuerti affirmat *Diuus August. lib. 3. Ciuit. Dei. cap. 31.* idque exemplis confirmat, *d. lib. 3. cap. fin.* nam vt ait *Auson. lib. 1.*

Fœminam in speciē conuertit masculus ales

Pauaque de pauo constitit ante oculos,
Nam satis antiquum, quod Campano in Benabento
Vnus epheborum virgo repente fuit.

15 Frequentior tamen est, ex feminis fieri mares, tum quia natura ad perfectiora semper aspirat, tum quia facilius est virilia erumpi, quam retrocedi, & abscondi, vt docent *D. Augustin. d. cap. fin. Plinius, & Gellius, vbi supr. Hippocrat. lib.* 11 *6. Epidemiar. cap. 8. Neuizan. in Sylua nupt. V. est nubeandum, num. 34. Ioan. Schenckio in obseruat. medic. to. 2. li. 4. tit. de genitalib.* 16 *obseruat. 5.* † Et ita raro, aut nunquā vidimus fœminam factam ex mare, vt Thyresiam, ex mare factum fœminā, & in Sabinis olim infans natus incertus an masculus, an fœmina esse, qui 17 erumpit in marem, & alter annorum sexdecim ambiguo sexu inuentus testatur *Liuius lib. 1. ab vrbe condita, decad. 4.* & de Speleta virgine conuersa in marem, idem *Liuius, vbi supr. lib. 34.* † Item quod de Salmacidis fonte Strabo scribit lib. 14. κολαστὰς τοὺς ἀνθρώπους, *libentes ex eo maleficiatos*, qui non tantum ad mutationem sexus, quam ad emasculationem, & (vt Varro loquitur, alio tamen sensu) mulierositatem, vertuerim, vt quilageræ nequirent, pati inciperet. † Erat enim in fonte maleficium 18 iniectum, ita vt ingredientes in sexus naturam contrariam exardescerent, quod dæmoni nō est impossibile, sexū tamen mutare nequit, nisi in illis quos natura Hermophrāditos voluit, vt causas caloris, vel frigiditatis excitando efficere, vt citius erumpant, vt probat *Mart. del Rio lib. 2. Magic.* † Nam licet 19 homines principio vtriusq; sexu præditos ab ipsamet natura Deo disponēte contendat *Mart. Polonus*, affirmans sexus non futuros diuisos, si peccatum Adæ non interuenisset, falsum tamen est, nam fuit hæresis orta sub Innocent. III. ex illo, Genes. cap. 1. *masculum, & fœminam creauit eos.* † Nā omnes hæreses, 20 ex aliquo loco scripturæ male intellecto pullularunt. Et ad huius comprobationem adebant gentem esse vtriusque sexus præditam omnes interse promiscue coeuntes supra Nasamones confinesq; illis Maclias Androgynos, vtriusque sexus interse vicibus coeuntes, vt tradūt *Calliphanes, & Aristoteles, Plin. lib. 7. cap. 2. Aul. Gel. d. cap. 4. D. Isidor. lib. 11. cap. 3.* † Sed hos omnes, vt Hermaphro- 21 ditos inter monstruos annumerat, *Vlpianus lib. 1 ad Sabin. relatus in l. quæritur, D. de statu hom.* non secus ac illis, qui duplicib⁹ manibus, aut pedibus nascūtur, vt tradit *D. August. lib. 16. ciuit. Dei c. 8.* quos vimembres appellat *Oros. lib. 5. histor. cap. 6.* † Et ne laudem sibi arro- 22 get turpissimum hoc hominum genus ab illis Geneseos verbis, idem Augustin. de Genes. ad liter. lib. 3. cap. 22. *Ne quisquam arbitraretur ita factum, vt in homine singulari vterque sexus exprimeretur, sicut*

tur, sicut interdum nascuntur, quos Androgynos vocant, ideo plurale numerum continuo subiecit, hoc est fecit eos, & benedixit eos. † Neque enim homines tãtum Hermaphroditi nascuntur, qui in inuicem coherent, sed aues etiam, vt vultures secundũ *Plin.* Quidquid aliter sentiat AElian. in histor. lib. 2. cap. 46. *Vultures omnes fœminæ sunt, non est vnquam masculus, vento prægnantur non nidificant, neque oua excludunt, sed pullos pariunt, ij que statim à partu volantes sunt.* † Quod mihi rimprobabile videtur, vt vẽto cõcipiant, nam licet de equis Hispaniæ, quæ ad Tharteſum pascebant Eabonio vento concipere ttadiderint. *Solin. cap. 26. Plin. lib. 8. cap. 42. AElian. lib. 4. cap. 5.* Id potius ex agilitate nimia, quã ex rei veritate dictum agnosco. † Vnde si inter vultures nulla generis differentia dignoscitur, ad se inuicem commisceri probabile est, nam *Albertus Magnus* experimento se didicisse confirmat vultures commisceri, & gignere, *lib. 23. de animal. liter. V. D. Isidor. lib. 12. cap. 7. Vincent. lib. 16. cap. 149. & 152.*

† Nam & bruta animalia quandoque etiam reperiuntur ad se inuicẽ coeuntia, vt hyæna, quæ vno anno deseruit in fœminam, altero in marem, vt narrat *Plin. dict. lib. 7. natural. histor.* vnde Ouid:

Alternare vices, & quæ modo fœmina tergo
Passa marem, nunc esse marem miretur hyænam.

¶ Mutare non sexum, sed mores possunt mares, effœminatique molitiem induere, ideoque nullo vnquam seculo licuit viris fœmineo habitu vti, absque magna ignominiæ nota: cum tamen mulieres sexum ementitas legerimus laude plurimas decoratas, vt Eugenia Philippi Consulis filia, quæ vt commodius Christo deseruiret, Eugenius credita monachalem cuculum induit, ac virtutis meritis coruscauit, vt Abbatis officium fungi Alexandriæ meruerit, vt memorat *Marul. lib. 4.* † Et Marina in Achaia viri habitu monachum representans accusata, quod mulierem pregnantem reddidisset, paciẽter accusationem tulit, partumque accusatricis diligẽter educauit: omnemque ab Abbate impositam pœnitẽtiam peregit, potius quam se esse fœminam aperiret, vt scribit *Lipomen. to. 6. Iul. 17. in præfat.* † Eiusmodi tã multa sunt ad manum, vt non videar pluribus prosequenda, quia paginas adimplere non curaui, sed sententias, qui plura vellet, videat prẽter *Marul. & Lipomen. vbi sup. Metaphrast. Septemb. 11. & 25. & Oclob. 8. Gregor. Turonens. in gloria conf. cap. 16. Histor SS. Patrum, & aliæ passim.*

† Dum tamen cãbeas à populari sententia, quæ in sanctam sedem Apostolicam hæretica vesania effutiuit, asserens mulierem fuisse Papam Ioannis VIII. vt tradunt *Adrian. in quodlibet. q. 10. lit. d. Neuizan. in Sylua nupt. V. est nubendum, n. 29.* † Nam hæc planè mentira est, quam nec credent pueri, qui nõ dum ære labãtur, tum ob diuinum numen, quod semper afflare solet in hoc Pontificum eligẽdorum negotio, tum ob totius Ecclesiæ culmen, & capite ne acephala fieret, tum ob sacramenta, tum ob reliqua Ecclesiæ functionis munera, quæ irrita fuisset nemo dubitat, nam contrarium est hæresis Pepuzianorum, quæ mulieribus sacerdotiũ permittebat, *D. Augustin. de hæres. cap. 27.* † Neque enim vllus sanæ mentis est, qui Pontificum historiam conscripsere huic impudicæ fabulæ assentitur, nam Panduſphus, quo nullus alius est vetustior, qui Pontificum seriẽ contexuit, nullam de illo mentionem facit, nec inter Leonem IIII. & Benedict. III. quo tempore prædictũ Ioan. VIII. constituunt, amplius quam quindecim

dies

dies interuenisse affirmat, quib⁹ eligi, & tã mira patrari (qualia de illo fabulantur) non potuerunt. † Sed quia nullũ tã impudens est mẽdatium, quod non aliqua occasione susceptã, manarit. Fuerat quidam Ioannes nomine, qui postea Benedictus III. dictus est, qui cum valde pius esset, & pronus ad lachrymas, à perditis curialibus lachrymosa mulier appellabatur, & eo tempore fuit mulier, quæ Papissa nuncupata floruit, quæ prædicabat, & plurima virilia officia subibat, & sic factus est locus fabulæ prædictum Ioannem mulierem fuisse, vt narrat *Simon. Maiol. dier. Canicul. to. 1. colloq. 3.*

CAP. XVIII. de senili cum iuuenta commutatione.

SVMMARIVM.

SEnes in iuuenes conuerti posse naturale est, nu. 1.

Animalia multa, quæ senescentes noua inducunt iuuentutem, nu. 2.

D. Isai. c. 40. de hominis renouatione illustratus, nu. 3.

Multa sunt, quibus humidus radicalis restauratur, nu. 4.

Fontis aqua, quæ senium ætatem cum iuuẽta commutat, nu. 5.

Arbor vitæ in longissimum æuum hominis vitam conseruabat, nu 6.

Vitæ arbor Paradysi vim naturalem habuit vitam prorrogandi, nu. 7.

Vitis arbor succedit in locum arboris vitæ, nu. 8.

Mirabolani vitam in longissimum conseruant, nu. 9.

Diabolus potest naturaliter operando senectutem cum iuuenta ætate commutare, nu. 10.

Canos capilos in nigros verti naturale est, nu. 11.

Capilli quare in senibus albescant, numero 12.

Albani statim á die quo nascuntur capillo sunt albo, nu. 13.

Caniciem accelerant animi languores, numero 14.

Vipertus iuuenis in Episcopum electus repente incanuit, nu. 15.

Neronis tempore in Hispania puer repente incanuit, nu. 16.

Senescere breui tempore fieri potest naturaliter, nu. 17.

Pueri decem annorum grauidãtes nutrices, & fœminæ nouem annorum concipientes, nu. 18.

Senes octogenarij, & nonagenarij filios genu erunt, nu. 19.

Senescunt homines ex frequenti, & anticipato coitu, nu. 20.

Fenix durat quingentos annos, quia nunquam coit. nu. 21.

Hominis vita terminum constitutum, numero 22.

Homines, qui ex continenti vita plurimum vixerunt, nu. 23.

Mors retardari potest natura, & arte, numero 24.

SENES In iuuenes conuerti posse non minus naturale existimo, cum natura aquilæ concedat renouari, *Psal. 102.* & serpentem, vt nouam induat iuuentutem *Aristot. lib. 8. histor. animal. cap. 17.* † Et innumeri alij de genere insectorũ, sibi inuicem renouantur, vt de illis, qui crusta teguntur tradit *Aristoteles*, de bõ bycine *Albert. Mag. lib. 26. de lanific.* de papilione, Silpha, cicada, scarabeo, & alijs idem *Aristoteles.* † Quare cum hoc circa pusila animalia reperiamus, credendum non est hebe nouerca natura id homini (qui cunctis rebus præstantior est) denegasse: nam vt

ait D.

ait D. Isai. cap. 40. *Qui sperat in Domino mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ.*

4 ¶ Multa enim latent, nondum inuenta, quam hominibus ignota, quibus humidus radicalis restauratur, senectutis ariditas temperatur, cæteraq; deperdita supplentur, vt tradit *Marsil.*
5 *Fiscin. lib. de vita long.* † Nam in orbe nouo, quædam Insula reperitur *Bonica* nomine, in qua fons scaturijt, cuius aqua senium cum iuuenta ætate commutat, vt post Cardanum narrat *Ioan. Languis epist. 79.* & similis virtus *Lucayan fontem* esse memitrit, *Petr. Chieza*
6 *p. 2. histor. Perù cap. 41.* † Neque negandum est absque inustionis nota in Paradyso fuisse arborem vitæ, siue *lignum vitarum*, vt Hebræi volunt, qui esu suo vitam humanam in æuum longissimū conseruabat, Genes. cap. 3. *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, eiciamus cum ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternū.*
7 † Quam vim ei naturalē fuisse etiā post Adæ lapsum docuerunt *D. Thom. par. 1. q. 97. art. 5. Scotus eius antipoda in Sent. 2. dist. 19. q. 1. Bellarmin. tom. 3. controuers. lib. 1. cap. 19. Perera in Genes. lib. 3. q. 4.*
8 † In cuius locum succedisse vitis arborem docet Hier. Pradus apud auunculum meum Ioan. Bapt. Villalpando in Regio Codice to. 1. ad Ezech. c. 15. fol. 172. *Appelles merito vitam alteram artificiatam non nisi diuino auxilio à Noe inuētam, vt succederet inuicem ligni vitæ homi-*
9 *nis vetiti.* † Et prædictæ virtutis vitam, scilicet in longeuum cōseruantis quasdam plantas reperiri nomine *Mirabolanos*, à senectutis squalore homines præserbantes, & humidum radicale sufficientes, affirmat *Marsil. Fiscinus, vbi*
10 *sup.* † Quas cum demon nosset, nil vetat quin possit Magis adaptare, vt præstent, quod de se Medea gloriatur, apud Ouid lib. 6. Metamorph.

Berba, comæque
Conicie posita nigrum rapuere colorem
Pulsa fugit macies, abeunt pallorque, situsque
Abiectoq; cauæ supplentur corpore rugæ

Est enim naturale canos capillos in ni- 11
gros aliquando verti, nam in Cresia dicit Solin. cap. 55. *Apud Indos quosdam infantes statim natos, canos fieri: rursusque alteram ibi gentem esse, quæ in iuuentute sit cana, nigrescat in senectute*, quos dici *Pandoras* scribit *Plin. lib. 7. cap. 2.* cui astipulatur *Aul. Gellius lib. 9. cap. 4* † Canicies 12
enim ea ratione causatur, quod capillo sunt rariore, & albescit, qui colorē humoris, quo capillus nutritur imitatur, nēpe ex flegmate, & cū senio in sanguine trāsit, necessarium est capillum sanguineo humore enutriri, & ideo fieri nigrum, vt docet *Macbrob. lib. 7. cap. 9.*
† Nam eo fit etiam, vt Albani (qui ita 13
dicuntur, quod aluo crine nascantur) vt statim quo nascuntur cani sint, post modum in senecture nigrescant, vt narrant *Solin. cap. 19. Aul. Gellius, vbi sup. d. cap. 4.* † Animi quoque angores 14
caniciem accelerant, nam frigescit corpus, flegmaque augetur, atque ita canities superuenit, vt de illo qui à catholico Rege in carcere cōiecto, cum adhuc iuuenis esset, in ipsa carcerationis nocte repente incanuisse narrat *Petr. Hispal. p. 2. cap. 7.* † Et Vipertus iuuenis cum in 15
Racemburgensis Ecclesiæ Episcopum fuisset electus Romamque profectus dispensationis causa super ætate à Pontifice contemptus, nocte sequenti totus incanuit, quo viso Pontifex confirmauit, & dispensauit simul, atque consecrauit, vt narrat *Krant. Metrop. lib. 9. cap. 47.* † Quinimo, & in nostra Hispa- 16
nia (vt alia prętermittam) cum Sergius Galba à Nerone ad sedandos motus missus esset, ac ingressus Prouintiam sacrificaret intra ædem publicam, puero è ministris acerram tenenti capillus

repente

repente toto capite in canuit, vt tradit *Sueton in Neron*, & *in Galb. Vaseus in*
17 *Chro. Hispan. an.* 70. † Naturaliter enim cõtingere potest, vt quis breui tempore senescat, vt traddit *Solin. cap.* 4. nam vt ait Plin. libr. 7. c. 16. *Invenimus in monumentis Salamine Euthimenis filiũ in tria cubita trienio adoluisse, in cẽsu tardum, sensu hebetem, & iam puberem factum, voce robusta, absumptum contractione membro-*
18 *rum subita trienio circum acto.* † Nam in his, quos natura brœui præclusura est viriles actiones solet anticipare, vt de puella nouenne prægnante narrat *Albert. Magn. lib.* 18. *tract.* 2. *cap.* 2. & in Europa octauo anno cõcepisse apud Mosellam sub Bened. XII. Pont. Max. meminit *Genebrard.* & Infantẽ, qui ad decimum annum, non dum peruenerat nutricem prægnantem redentẽ recolit ex D. Hieronim. *Rodiginus lib.* 14. *antiq.*
19 *lect. cap.* 8. † Contra autem luxuriæ minus deditos senes octogenarios, & nonagenarios, genuisse tradit conciuis meus *Abynzohar libr.* 2. *Theisir tract.* 2. *cap.* 1. & ex eo *Matth. de Gradi in comm. Rasis, ad Almanc. lib.* 9. *c.* 29. *Plin. lib.* 7. *capit.* 14. & in centesimo anno *Sabonarol. tract.* 6. *capi.* 21. *rub.* 23. *Ioann. Schenckius tom.* 2. *obseruat. medic. lib* 4. *obseruat.* 124.
20 † Quia ex anticipato, & assiduo coitu homines cicius senescunt, ac moriuntur, quia coitus est morbus comicialis quo breui totius corporis compago disoluitur, ac extinguitur, vt docet *Hippocrates*, quippe vt ait Aristot. *Generatio*
21 *vnius est corruptio alterius.* † Ex quo auẽ Phenicem quimgentorum annorum vita perduraſſe (quia nunquam genuit) scribunt *Herodot. lib.* 2. *cap.* 5. *Mela lib.* 3. *cap.* 9. & esse homines, qui ad ducentos annos viuere meminit *Plin. lib.* 7. *ca.* 48. quam sententiam Plinium doctissimũ laudans secutus est *D. August. lib.* 15. *ci-*
22 *uit. Dei cap.* 9. † Nam licet post diluuiũ humanæ vitæ meta cõstituta sit annorum CXX. quam prætetire non possumus, *Genes. c.* 6. siue vt ait Regius Vates LXX. annorũ, quia reliquum tempus laboris, & doloris, *Psal.* 89. hoc fit de ordinaria lege, secus tamẽ speciali Dei priuilegio, quo particulares vitas in præmium castitatis voluit prorrogare, vt author vitæ, & mortis cognoscatur, *D. Ioann. c.* 1. † Nã eo Dauid Episcopus 23
Scotꝰ vixit, vltra ann. CLXX. vt tradit *Olaus lib.* 4. *c.* 4. & S. Seuerus in virginitatis, & sanctitatis meritum vixit ad ann. CCC. vt tradit *Petr. Natal. in eius vita.* † Potest enim natura, & arte mor- 24
tem rerardari, non tamen vitari, vt docet *Franc. Valles. lib.* 6. *controuers. cap.* 1. & aliquando senectus in puerilem æta tem conuerti, vt tradit *Ioan. Schenckius tom.* 2. *obseruat. lib.* 4. *obseru.* 123.

CAP. XIX. de virginitate restituenda.

SVMMARIVM.

Diabolus non potest sanare, quæ perierunt, nu. 1.

Virginitas semel amissa recuperari nequit, nu. 2.

Virginitatis amissione membra mutilantur secundum alij, nu. 3.

Virginitatis sententia ex Auerroe, numero 4.

Hymen virginis quid sit, nu. 5.

Virginibus in primo congressu dolor, & sanguis, nu. 6.

Deuteronom. cap. 22. *de virginitatis signis explicatur, n.* 7.

Virginitatis amissione membrum non rumpitur, nu. 8.

Membranula non est virginibus, nisi morbosis, nu. 9.

Virginitas est in sola labiorum, & symphisis compressione, nu. 10.

Sanguis non est signum virginitatis, nu. 11.

Virginitas

Virginitas ſophiſticatur à dæmone, & à medicis.nu.12.

Medici non poſſunt remedia præbere ad ementiendam virginitatem, numero 13.

Remedia virginitatis in quo caſu poſſit dari,nu.14.

Strupator ſi non habet cauſam aggrabantem luxuriam non tenetur, niſi ex fornicatione,in foro exteriori,n.15.

Strupator in foro conſcientiæ non tenetur manifeſtare ſtrupum, ſed fornicationem,nu.16.

1 CONCORS ſententia eſt inter omnes Theologos, & Philoſophos nō poſſe dæmonem ſanare, quæ perierunt, quia de priuatione ad habitum non eſt poſsibilis regreſſus ſecundum *Ariſtot.* 2 *lib.5.Phyſicor.& lib.2.de gener.* † Ex quo genere eſt virginitas, nam ſemel amiſſa,neque artificio,neque dæmonis ope fieri poteſt,vt quæ iam eſſe virgo deſierit, virginem eſſe incipiat, aut iterum virgo ſit,quę eſſe deſijt, quia à præteritis non eſt potentia, vt tradit *Ariſt.vbi* 3 *ſup.* † Nam ſecundum aliquos in virginitatis amiſsione membra mutilantur,vt tradit *Fallopius in obſeruat. anotomat.* quia authore conciue meo Auicena lib. 3.fem. 21.tract. 1. cap.1. *Ante violationem virginis ſunt in collo matricis paniculi contexti ex venis, & ligamentis ſubtilibus valde ortis ex omni membro eius,* 4 *quos deſtruit violator.* † Alter conciuis meus Auerroes lib. 1. collectanеor. cap.35. *Et oriſicium vuluæ eſt criſpum, & ex criſpitudine illa oriūtur venæ minutæ habentes pelliculam vnam contextam duabus* 5 *texturis.* † Quę vocatur hymē,à medicis Andr. Veſalius lib.5. de fabrica corp. hum.cap.15. *Sic à tergo huius colli veſicæ inferioris paulo ve interius, carnea occurrit membrana,quæ hymen, & eugion appellata virginibus eſt peculiaris,in cæteris namque mulieribus coitu, aut alioquī petulanti quo piam attritu diuulſa, lacerata ve aboletur.* † Vnde in virginitatis amiſsione, & 6 primo viri congreſſu,virginibus dolor eſt, & profluuium ſanguinis, nam vt ait ſacra pagina Deuter. cap.22. *Si duxerit vir vxorem, & poſtea odio habuerit eam, queſieritque occaſiones, quibus dimittat eam,obiciens ei nomen peſsimum, & dixerit vxorem hanc accepi, & ingreſſus ad eam,non inueni virginem,tollent eam pater, & mater eius, & ferent ſecum ſigna virginitatis eius,&c.* † Quam eſſe panum, 7 vel camiſiam ſanguine madidam omnes Orthodoxi Patres fatentur,& communis Theologorū ſchola cum gloſſa in illa verba aſſeberat,quibus aſſentiūtur, ex medicis *Ioan. Alfonſus de Fontecha in ſpeculo medic. Chriſt lumi.3. Petr. Garſia Carrero ad Galen. de locis affect. diſp.67.cap.1.*

¶ Sed his non obſtantibus contra- 8 rium verius eſt, nempe in virginitatis amiſsione,ſeu virginis ſtrupatione mēbrum non rumpi, quia in ore vuluæ, neque, in aliqua eius parte aliquid eſt in cuſtodiā virginitatis, quod deſtruat violator,vt tradunt *Andr.Laurent.lib.7. de re anotomat.cap.12. Marcell. Donatus lib.4. de admirab.medic. cap.15. Fernelius lib.1.cap.7.* † Vnde ſi qua membranulla 9 in aliquibus reperitur, morboſa eſt, & non proptrea ſignū virginitatis, quia ex vitio conformationis contingeret, vt tenent *Aetius tetrab.4.ſerm.4.cap.96. Paulus lib.6.c.72.Oribaſius lib.24.collectaneor.cap.32.Capibazeus lib.4 cap.2.Nicol. Florentin.ſerm.6.tract.1.cap.6. & tract.3. ſerm.8.cap.30.* † Virginitas enim, ſine 10 vlla membranulla eſt, in ſola labiorū compreſsione,& ſimphyſis,ſeu coaleſcentium partium ānguſtia, quæ cum ſine dilatatione membrum viri admittere nequeant, ex venarum coaleſcentium

centium ruptione fit dolor, & sanguis, vt docent prærer supradictos *Fran. Valles de sacra Philosoph. cap. 25. Horat. Augerius tom. 2. epist. 1. cap. 4. Ioann. Alfons. Fontecha, vbi sup. dict. lumin. 3. Petr. Garsia ad Galen. de locis affect. d. disp. 67. cap. 1.*

11 † Quare sanguinem non esse signum virginitatis, quia sine sanguinis emissione virgo cognosci potest á viro eleganter agnouit Ioann. Fragoso de arte meden. tract. de explanat. *Assi que la sangre que suele salir en el primer coito, no siempre es de la tela corrompida que imaginan, sino de las venillas que alli se hallan apretadas: por lo qual las mugeres que tienen ya edad madura no sienten dolor en aquel acto, ni les va sangre, especialmente si el hombre tiene el miembro genital proporcionado con la grandeza del cuello de la*

12 *madre.* † Vnde cum membra non mutilentur, sed solum coalescentium partium sequatur dissolutio: poterint á dæmone physicis remedijs coadunari, ita vt mulieri virginitas redita videatur, vt ad hoc sæpius ab obstetricibus, & medius sophisticantur, vt multa remedia aducens obseruat *Ioan. Alfos. de Fontecha, d. lumin. 3. fo 611. & 617. Petr. Gar-*

13 *sia, vbi sup. d. dis. 67. c. 2.* † Sed an absque periculo cõscientiæ possint medici, & obstetrices huiusmodi corruptis præsto lari, vt suũ vitiũ detegãt, & se virgines emẽtiãtur, dubitari solet, & pars negatiua involuit, quia nõ licet mulieribus homines seducere, quin teneantur de dolo, cum aliud agitur, aliud simulatur *l. 1. §. 1. D. de dolo, l. rei communis, l. merito,*

14 *D. pro socio.* † Et ita licitum non est huiusmodi circumbentionibus opem dare, nisi in casu quo virgo sit desponsata, & metuat mortis, aut honoris periculum, si vir eius amissam virginitatem agnoscat, quia poterit sophisticari, vt sua, & suorum honorem tueatur, vt ex consilio præstantissimi Doctoris de la Camara Complutensis, Cathedræ Scripturæ moderatõre, & Petr. Vazquez societatis Iesu resoluit *Ioann. Alfons. vbi sup. fol. 613.* † Et cum huiusmo- 15
di defloratione mẽbrũ non mutiletur, quando raptus, neq; alia vis interuenit, aut qualitas agrabans luxuriam, nec promissio dotis, vel matrimonij, vel quid simile, vir nõ tenetur, nisi ex simplici fornicatione, vt docet *doctiss. conciuis, & amicus meus Thom. Sanchez to. 2. de matrim. lib. 7. disp. 14.* † Neque in fo- 16
ro conscientiæ tenerur strupator ad nil aliud ex sola virginis defloratione, quã ex simplici fornicatione, vt docent *idem Thom. Sanchez d. disp. 14. Nauarra de restitut. lib. 2. cap. 6. part. 4. num. 419. Vazquez 1. 2. disput. 112. num. 1. Henriq. 2. 2. q. 62. art. 1. dub. 7.*

CAP. XX. *de animæ á corpore separatione, siue de Extasi.*

SVMMARIVM.

Mortem diabolus paratur, nu. 1.
Extasis quomodo causatur, nu. 2.
Extasis diuina remissiue, nu. 3.
Extasis diabolica, quibus causis cõparatur, nu. 4.
Diabolus Magos, & sagas in extasin rapit, nu. 5.
Magi, & Gentiles in extasim rapti, nu. 6.
Anima extra corpus peregrinatur in extasi secundum hæreticos, nn. 7.
Animam extracorpus peregrinari est delidium, nu. 8.
Anima postquam semel locum deseruit amplius non recegnoscit, nu. 9.
Anima extra corpus nõ peregrinatur etiam in vero, & supernaturali extasi, nu. 10.
D. Paulus non agnouit se raptum extra corpus, nu. 11.
Diabolus, quibus fallatijs vtatur in extasi, nu. 12.

1 DE Animæ separatione à corporis integumento, quæ per mortem fit, non loquor: id enim satis probant Asmodæus ille, qui septem viros Sarræ necauit *Tob. cap. 3.* & Sathanas, qui filios omnes
2 Iob interemit, *Iob cap. 1. & 2.* † Sed de separatione sensuum corporeorum functione, hoc est *Extasi*, siue *raptu*, vulgó *Arrobo*, quæ ligando, vel soluendo sensus exteriores causatur, secundum
3 *D. Thom. quæst. 13. de veritat. art. 1.* † Et in hac non agimus de diuina, quia sedes Theologorum est, quam scripserunt *Doctor Angelicus D. Thom. 2. 2. quæst. 175. & Raph. de la Torre tom. 2. de vitijs opposs. relig. q. 95. art. 6. disputat. 10. vsque ad 16.*
4 † Agimus nempe de dęmoniaca, quam diabolus præstare solet, vel quia illos tramittes obstruit, quibus á cerebro spiritus sensitiui, se ad exteriores sensus penetrant, vel quod eosdem spiritus ab exterioribus sensibus attrahit, ibiq; retinēt, ne ad exteriorem sensuum organa descendant, vt docet *Mart. del Rio*
5 *lib. 2. Magicar. c. 24.* † Quod quidem sic acceptum pro vt naturale est, dæmonis potentiam non excedit, quim possit multos Magos, & fagas in extasi rapere, qualiter auorum nostrorum seculo fuerunt fœminæ duæ, hoc sanctitatis prætextu magno in precio habitæ, vna Cæsar Augustæ, altera Cordubæ, quibus meminit *Mart. del Rio lib. 4.*
6 *Magicar. c. 1. q. 3. sect. 3.* † De fœmina alia apud Lusitanos retullit *Oroscius de Couarr. lib. 1. de falsa proph. c. 24.* de Marco Mago narrat *Irenæus lib. 1. contra hæres. cap. 9.* de alijs ex Gentilium, & Arabum opinione *Ant. Mocenicus libro de*
7 *transitu homin.* † De quorum extasi erat *Bodinus lib. 2. dæmonolat. cap. 3.* dum censet re vera animam á corpore pere grinare, & alijs in locis inter ea separata versari, vt fuit error *Platonicorum, & Caballistarum*, quorum neutris, nec credent pueri, qui non dum ære labantur.
† Nam vt ait Tertulian. lib. de anim. 8
delirium est hanc licentiam animæ, sine morte fugitiuæ, & libro de Resurrectione carn. *Nusquam anima, sine carne esse, quandiu in carne est.* † Sicuidem postquam 9
semel locum deseruit, eum amplius recognoscere negarunt Regius hymnogiaphus Psal. 77. *Spiritus vodens, & non rediens*, & Iob cap. 7. *Non reuertatur vltra in domum suam, neque cognoscent eum amplius locus eius.* † Quia in vero, & su- 10
pernaturali extasi anima extra corp⁹ nō peregrinatur, sed solum homo per spiritum diuinum ad rerum supernaturalium contemplationem, siue cogitationem, cum abstractione mentis à sensibus elebatur, vt præclare agnouit *D. Thom. 2. 2. q. 175.* † Nam etsi possit 11
Deus animam á corpore per raptum separare, & interea in corpore idoneas iterum recipiendæ animæ dispositiones conseruare, quia an sibi id contingerit dubitat *D. Paul. ad Corinth. 2. cap. 12.* neque ego audeo asseuerare. † Dæ- 12
mon enim quotiens vult hōs extaseos inducere ea, quæ diximus in sensibus vtitur potestate, ita vt corpus viuum cadaberis mortuique immobilis speciem præ se ferat, eunque agilitat, ac è terra eleuat, & ea quæ vult suggerit, vt de quodam hac arte deluso narat *D. Augustl. lib. 14. Ciuit. Dei cap. 23.* de alijs *Raph. de la Torre, d. disp. 16.*

CAP. XXI. de inedia perferenda.

SVMMARIVM.

Diabolus potest efficere, vt quis multo tempore ieiunus maneat, nu. 1.
Fames vltra 7. diem protrahi nō potest, n. 2.
Christus quadraginta dies ieiunauit, nu. 2.
Hippocr. de inedia perferēda explicat⁹, n. 3.

Spirensis

Spirēsis puella vltra quadriēniū ieiuna fuit obseruata, nu. 4.

Puellæ Germana, & Arabs, multo tempore sine cibo manserunt, nu. 5.

Aristoteles refert hominem solo aere vixisse, nu. 6.

Chamæleon ex pulmonis magnitudine solo aere viuit, nu. 7.

Cacaore herba famen expellit, nu. 8.

Sanctorum ieuniis miraculi vis non est subtrahenda, nu. 9.

S. Eucharistiæ assumptione quam plures, sine cibo annos vixerunt, nu. 10.

Puella, quæ sola Eucharistia annos XXX. vixit, nu. 11.

Vestimenta sine atteritione Deus suis conseruat, nu. 12.

1 ON dubito posse dæmon efficere, vt quis multo tempore inediam perferat, seu vt absque cibo, & potu ieiunus transeat, vt probat *A. Tostatus Episcopus Auulens. in Exod. cap. 7.* † Etiam si vltra septimum diem famen naturaliter protrahi posse negauerit, *Hippocrat. lib. de carnib.* ex quo Christum, quod quadraginta diebus ieiunasset, miraculo adscribit *Procop. in illud Luc. cap. 4.*

3 † Sed Hippocratis sententia intelligitur de illis, quibus ventriculus, & ieiunum intestinum humore chiloso vacat, secus in his, qui abundant humore phlegmatico crudo, lento, & viscoso, quia calor naturalis illo vtetur pro alimento, donec totus humor absumatur.

4 † Vt de puella Spirensi, quæ Ferdinandi Imperatoris iussu ieiuna (veritatis explorandæ gratia) vltra quadrienium fuit asseruata, corpore interea bene forti, sano, nec vlla macie tentato, vt affirmat eius rei testis oculatus, qui seruandæ puellæ cura inter fuit *Girard. Bucoldianus medicus in Epidem. de ipsa puella edita.* † Similia de alia puella Germana refert *Sim. Portius lib. de puella Germ.* de puella alia Arabe *Martin. del Rio lib. 6. Magicar. cap. 2. sect. 3.* † Et quod magis fidem superare videtur ex Aristotele, qui vidisse se hominem, exemplo quoque Olympidori, affirmat, qui solo aere, soleque viueret, testatus est *Ficinus ad Phædum Platonis in argum.*

5 6

† Quod prorsus impossibile non videtur, si ad chamæleontem oculos conuertas, qui ex eo quod pro corporis portione pulmo sit illi maximus sola respiratione soloque aere viuit, vt narrat *Plin. lib. 11. capitul. 37.* vnde illi pauor, & colorum mutatio, *Plin lib. 28. cap. 8.* † Apud Indos herba quædam reperitur *Cacaore* nomine, quæ famē expellit, vt referunt, qui nouum orbem perlustrarunt *Petr. Chieza in histor. Perū part. 1. cap. 96. Aug. Zarate lib. 1. eiusdem histor. cap. 8.* † Neque per hoc sanctarū naturam excedentibus ieiunijs miraculi vis abstrahenda est, vt D. Mariæ Aegyptiacæ, & D. Catharinæ Senens. & similium: quia Deus, qui creauit eas virtute sua, sine corporali sustentat cibo, vt docet *Picus Mirandul. lib. 3. Prænot. cap. 5.* † Aliquando etiam sola Sacramenti Eucharistiæ assumptione absque alio alimento plures annos, & eo amplius perdurarunt, vt narrat *Fulgos. lib. 1.* de puella annorum XII. in territorio Tullensi sola Eucharistia triennio perdurasse meminit *Vincent. lib. 24. cap. 27.* † De alia puella in villa Eykel circa ann. 1288. quæ sola Eucharistia omni potu, & cibo carens, vixisse ad annos XXX. narrat *Naucler. Gener. 43.* & circa ann. 1478. eodē miraculo alios compertos commemorat *Gener. 50.*

7 8 9 10 11

† Et vt corpora sine cibo ab omni macie Deus athletis suis immunia asseruabat, ita vestes, & alia corporis integumēta, Deuter. cap. 8. *Vestimentum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit,*

12

& pes tuus non eſt ſubtritus, en quadrageſimus annus eſt, & cap. 29. *Aduxit vos quadraginta annis per deſertũ, & nõ ſunt atrita veſtimenta veſtra, nec calceamenta pedum veſtrorum vetuſtate corrupta ſunt.*

CAP. XXII. de maleficio ſomnifico.

SVMMARIVM.

Somnia cauſantur, ex humectatione cerebri, nu. 1.
Ruſticus ex dæmonis ope totum autumnũ et hyemem dormiendo fuit abſortus, nu. 2.
Epimenidis Cretenſis, qui LXVII. dormiuit annos, nu. 3.
Sardorum Semideorũ ſomnus dæmonis fuit, nu. 4.
Septẽ dormientiũ ſomnus diuinus fuit, n. 5.
Diabolus ex humorum perturbatione ſomnũ altum conciliat, nu. 6.
Diabolus vt ſomnum immittat ſoporiferis herbis vtitur aliquando, nu. 7.
Pharmaca multa ſunt quibus ſomnus conciliatur, nu. 8.
Vergilius de ſomni conciliatione commendatus, nu. 9.
Magi ad ſua crimina vtuntur maleficio ſomnifico, nu. 10.
Maleficium ſomnificum dupliciter patratur, nu. 11.
Manus, vel pedes mortuorum accenſis maleficium ſomnificum patrari ſolet, n. 12.
Faſcibus ex eantatis de certo genere lychno maleficiũ ſomnij patratur aliquado, n. 13.
Faſcibus huiuſmodi, quo nam pacto Magi vtantur, nu. 14.

1 SOMNIA cauſantur ex humectatione cerebri, vt docet *Galenus lib. de cauſis ſymptomat. c. fin.* quare medicamẽtis naturalibus tantum humectantibus poſſe cauſare docet idem *Galen. lib. 5. de ſimplic. medic. cap.* 18. non refrigerãtibus, qui aſtuporem generant, vt tenet *Valles lib. 9. controuerſ. cap.* 13. † Vnde ſom- 2
num tam altum conciliare poſſe dæmonem quibus vellit, & Deus ſinat, res tam plana eſt, vt nõ videar pluribus proſequenda: qualem putó illius ruſtici ſomnum, qui in Germania totum autumnum, & hyiemem dormiendo fuit emerſus, vt tradit *Lelius Girald. in hiſt. Poet. dial.* 4. † Et Epimenidis Cre- 3
tenſis, qui cũ meridiano æſtu ouẽ quæreret ſpelũcã ingreſſus ſopori graui victus LXVII. iuxta *Pauſaniã*, vel XLVII. iuxta *Eudemum*, pauló pautiores ſecundũ alios quieuit annos. † Fortaſſe ho- 4
rum quietis cauſa naturalis fuit: etſi de Epimenide potius adſcribant dęmoni: vt de Sardorũ Semideorũ ſomno, qui re vera erant mortui, dæmonũ præſtigio viſi ſunt, & dormiri, & excitari, de quibus plura *Aphroſid. & Simplic. in Phiſicor* 4. † Neq; ex hoc nego aliquãdo per 5
miraculũ ſomnũ tã longum immiſſuũ à Deo, vt ſeptem dormientiũ ſanctorũ, qui integrũ ſeculũ dormierunt, vt tradũt *Laur. Surius, & Maiol. c. 4. fo.* 164. & aliorũ quinque *apud Paul. Diacon.* † Sed 6
de his nõ agimus, ſed de diaboli immiſſis, qui in his etiã diuina miracula conatur immitare, ad quod aliquãdo per ſe humores turbatur, & ex condicto ſibi pacto homini ſomnum conciliat, vt de Mercurio, narrat Vergil. AEneid. 4.

Dat ſomnos, adimitque, & lumina morte reſignat.

Aliquando naturalibus vtitur herbis 7
ſoporiferis, vt de Narcoticis pharmacis tradit *Plinius*, de lapillo Memphitis *Dioſcorid. lib. 5. cap.* 115. & alijs Ouid. lib. 7. Metamorph.

Peruigilem ſuperſt herbis ſopire draconem,
Qui criſta linguiſque tribus, præſignis, & vncis
Dentibus horrendus.

8 Sunt enim plura pharmaca, quibus humores turbantur, neruorum origines obstruuntur, sensatio impeditur, ac sopor altus conciliatur, quæ vt medicus, ita dæmon ex herbis soporiferis valet cõparare, vt docent *Binsfeld. in confess. malefic. p. 1. concl. 3. Remig. lib. 2. dæmonol. cap. 4. Codronch. lib. 1. de morb. venefi. Fran.*
9 *Valles lib. 9. controuersiar. d. c. 13.* † Quod haut latuit totius Philosophiæ, ac rerũ naturalium perissimo Vergilio lib. 6. AEncid. dũ de Cãceruero, sic loquitur:

Cui vates horrendæ videns iam colla colubris
Melle soporatam, & medicatam frugibus offam
Obijcit, ille fame rebida triagutura pãdit
Corripit obiectum, atque immania terga resoluit.

10 Ad quod Magi, & Lamię in suis crimi nibus, vt sercurius patrentur, solent vti malo carmine, quibus dæmon concurrit, & ex his, aut alijs causis solet vigilantes soporare, vt apud conciuem meum Senecam in Med.

Tu quoq; relictis peruigil Colchis ades
Sopite primum cantibus serpens meis.

11 Et hoc variæ, per appensionẽ mẽbrorũ alicuius cadaueris, vt narrat *Cæsarius Cister. lib. 6. Miracul. c. 10.* aut certis accẽsis luminibus, quas *Apuleius in Asin. lib. 1.*
12 appellat *nebulas somnij.* † Interdũ accendunt pedes, vel manus mortuorũ inũctas prius oleo quodã à dæmone accepto, vel ad singulos digitos candelis affixis, vt ex sagarũ confessionibus obser-
13 uat *Remig. lib 2. dæmonol. c. 3. & 4.* † Interdũ facibus excãtatis de certo genere lychno, & nota sibi pinguedine, vt singula cõprobat exẽplis *Mart. del Rio lib. 3.*
14 *Magic p. 1. q. 2.* † Et his vtũtur, vt ipse ait, vel accensis sibi præluc ẽtes, vel eas domi certo loco defingẽtes accẽsas, & sopor durat, quandiu lumen illud ferale: ad quod spectat Medea, apud Ouid. in Herois.

Flamnea subduxi medicato lumine somno,
Et tibi quæ raperes vellera tuta dedi.

CAP. XXIII. de maleficio taciturnitatis.

SVMMARIVM.

MAleficium taciturnitatis, quibus in partibus absondatur, nu. 1.
Maleficij taciturnitatis causa, nu. 2. & 3.
Tolerantiã tormentorum non Christiani modo, sed Gentiles exhibuerunt, nu. 4.
M. Attili Reguli exemplum de tolerantia tormenti, nu. 5.
Dæmon qua arte efficiat, ne homines dolorem sentiant, nu. 6.
Sodomitis cecitatem claris oculis, vnde contingerit, nu. 7.
Loqui non posse ex dæmonis pacto quo nam fiat, nu. 8.
Audire impeditus ex dæmonis pacto, nu. 9.
Sentiendi vis à dæmone impediri potest, numero 10.
Diabolus quibus fallatijs vtatur, ne Magi in aculeo tormenta sentiant, nu. 11.
D. Paul. ad Hebræos cap. 11. de martyrum tolerantia explicatus, nu. 12. & 13.
Aciem gladij retundi Gentiles carmine crediderunt, nu. 14.
Camisia inferni ad quid comparata, nu. 15.
Periapta quedam ad aciem gladij retundendam, nu. 16.
Maleficium taciturnitatis, ex corde iuuantis confectum, nu. 17.
Taciturnitatis maleficium fit apuum Rege deglutito, vel membranulis cerco ritu adhibitis, nu. 18.
Stigmatis impressione fit maleficium taciturnitatis aliquando, nu. 19.
Baryonæ stigmatis impressio sensum ademit, nu. 20.
Stigmatis huiusmodi impressio varia, n. 21.

Maleficij

Maleficium taciturnitatis totum expectatur à dæmone, nu. 22.
Vnguentum sagarum, nec consopiendi vim habet, nu. 23.

1 TACITVRNITAtis maleficium appellatur á Magis, quod datur suspectis per potũ, vel essum, vel capillis irretitur, vel scapulis imprimitur, vel inter carnẽ, vel cutem absconditur, ne in tormento, quid quam pronuncient, vt docent *Inquisitores German. in Mall. p. 3. q. 14.* † Cu
2 ius causa multiplex est: nam vel tacent, quia dolorem non sentiunt, vel quia loqui non possunt, etiam si sentiam, vel quia nec sentiunt, nec loqui possunt, vt quãdo quis profundo somno opprimitur, vt tradit *Petr. Binsfeld. in conf. malefi.*
3 † Vel quia licet sentiant, vel loqui possint: robusti tamen atq; fortes tollerãt, vel obstinato animo crutiatũ, interrogationesq; omnes contemnunt, vt docet *Petr. Binsfeld. in confess. malef. & in l.*
4 *multi, C. de malefi. & mathem.* † Et eo renitentes, ridentesq; simul cuncta supplicia perferunt, quod causarũ ignari miraculo solent tribuere: quod nõ raro, & Gentiles, & Christiani exhibuere: vt de Marco Sergio narrat *Plin. lib. 7. c. 28.* de Mucio Scævola *Tit. Liuius lib. 2. decad. 1.* de alijs plura *Fulgos. lib. 8. exemplor. c. 4.*
5 *Maiol. to. 1. dier. canicul. cap. 4.* † De Marco Attilo Regulo in hæc verba refert Silus Ital.

Non ignis, cadensq; Chalybs, non verbera, pessim
Ictib⁹ innumeris laceratũ scindẽtia corp⁹,
Carnificisque manus, penitus ve insussa medulis
Pestis, & in medio lucerãtes vulnere flãmæ
Cassauere (ferũ visu, dictuve) per artem
Seuitiæ extẽti, quantũ tormenta iuuebãt
Creuerũ artus, atq; omni sanguine rupto
Ossa liquefactis fumarũt feruida mẽbris:
Mens intacta manet, superat, ridetque dolores
Spectanti similis: fessosque clamore ministros
Increpitat, dominosque crucem clamore reposcit.

¶ Vt non sentiant solet dæmon efi- 6
cere, per quandam naturalẽ vim obtupefaciendi sensus habentia, quibus fit, vt vel dolorẽ non sentiant, vel lenior, & tolerabilior videatur, vt docet *Iamblicus lib. de myster. AEgyp.* † Quia crassiore aliquo humore obstruunt viam, 7
ne spiritus ad organum perueniant, vel alia ratione vim sentiendi heberãt, qua forte ratione Angeli Sodomeos, claris oculis cecitate percusserũt, *Genes. c. 19.*
† Vel licet sentiant, loqui tamen non 8
possunt, quia eis silentiũ inducit ocupatione corporea maleficij præclusis illi interius faucibus, & ore: ea moderatione, ne præfocẽtur: loqui tamẽ nequeũt, vt de possesso á dæmone narrat *D. Luc. c. 11.* † Interdũ etiã organo auditus sic 9
obstructo, vt iudicis voces, interrogationesq; non exaudiãt, vt exemplis cõfirmat *Remig. lib. 3. dæmonol. cap. 8. & 9.*
† Aliquando vtitur inunctionibus, & 10
pharmacis, etiam naturalibus confectis ex opio, solano, & similibus quibus humores turbantur, sopor altus conciliatur, neruorum origines obstruuntur, & sensatio impeditur, vt de lapillo Menphiti tradit *Dioscorid. lib. 5. c. 115.* † Aliquando autẽ dæmon põde- 11
ra appẽsa ipse leuat, & corpus ipsum subleuat, funes quoq; quib⁹ ligati, & extensi, laxat: aliquãdo verò, ea quæ corpori inflixi, vel infundi videntur, ipse alio auertit, aut vim eorũ priusquã corp⁹ cõtingãt, tollit: aut aliud mediũ dẽsum, & solidũ interponit. † Sic nonnulli volũt 12
Deum martyres suos in tormentis, & cruciatibus illæsos asserbasse, iuxta illud D. Paul. ad Hebræos cap. 11. *Obtu-*

berunt ora leonis, extinxerunt impetum ig-
13 *nis, fugaberunt aciem gladij*, &c. † Quod cum sit á Deo factum potius miraculi, quam naturæ vim agnosco, licet fatear in sacra scriptura, quotiens ex causis naturalibus ratio consequi potest, non esse miraculo tribuenda, vt docet
14 *Fran. Valles lib. de sacra Physiosop.* † Illud tamen propectum est, sic censuisse Gentiles Magico carmine aciem gladij retundi, vt nec leui vulnere cutem queat pertingere, vt impij milites, qui se invulnerabiles putant, si arma certo ritu incantẽt, vel sacrilego ausu crucifixi imaginem compungant, vt tradit *Sprenger.*
15 *in Mall. p. 2. q 1. c. 16.* † Vel adferant interullam lineam horrendis inscriptam imaginibus, quam vocant *Inferni camisiam*, vt docet *Pomponat. lib. de incantat.*
16 *c. 5.* † Vel si periapta quædam ferant variis caracteribus Magicis insignitam, aut orationib⁹, quas blasphemè admodum, & mendaciter tribuunt D. Leoni, vel Carolo Magno insignitas *Magnis* (sic Magi loquuntur) *Dei nominibus.*
17 ¶ Hoc maleficium Magi frequẽter conficiunt, vel ex corde, vel alijs membris infanti nondum bapzati, sed violentur necati, & impuluerem redactis, vt tenet *Sprenger. in Mall. par. 3. q. 14. & 15. Fran. Pegna. in direct. Inquis. comm. 39.*
18 † Vel deglutito apuum Rege, vel corpore alligatis membranullis cum certo ritu, vel caracterum genere, vel inter carnem, & cutem absconditis, vt tradit *Hippolit. in Prax. tit. de qq. Paris. de Puteo in syndicat. c. de tortura, q. 4. Dã hauder. in Prax. c. 73.*
19 † Vel stimatis impressione, vt de Mugeta saga, quæ ad hoc maleficium taciturnitatis in sinistro fœmore stigma, in modum verrucæ, portabat, quã debulsa, ex dolore clamare cœpisse narrat *Remig. lib. 1. dæmonol.*
20 *c. 5.* † De Bayaronne fœmina, quæ humere sinistro stygma portabat ad denarij magnitudinem, quæ cã omnis sensus expertem reddit, vt scribit *Charon. lib. 1. de Antichrist. nor. 1.* † Huius stigmatis figura nam omnibus vna, sed varia esse solet, non alijs apparet in forma vestigij leporis, alijs manus bufonis, alijs catelli nigri, qualiter videbatur in tergo Ioann. de Vaulx Stabulensis apud *Oranum*, vel gemini carbonis in pedibus, vt Allobrogini, apud *Gerson.* † In quibus non solum, sed etiam quã- 22
do naturalibus vtuntur philtris Magorum huiusmodi effectus non expectatur à natura, sed à dæmone, quia si præter formam aducãtur nihil operare valent, vt docet *Tostat. in Genes. 13. q. 354.* † Cum, & vnguentum illud fagarum, 23
quo ad transvectiones vtuntur, nec cõsopiendi quidem naturalem vim habere contendat *Bart. Spina sacri Palatij Magister tract. de strigib. cap. 31.*

CAP. XXIIII. *de admirandis cadauerum circa conseruationem, & colloquia.*

SVMMARIVM.

Diabolus suorũ sectatores corpora aliquando adseruat, vt neque putrescant, neque disoluantur, nu. 1.

Corpora incorruta causis naturalibus possunt asserbari, nu. 2.

Alimenti parsimonia efficere solet, ne corpora mortua putrescant, & viua, neque tusi, neque emurgi soleant, nu. 3.

Loci natura potest corpora incorrupta asserbari, nu. 4.

Fulmine ictorum corpora non sentiunt putredinem, nu. 5.

Cadauera suspendiosorum quare vngues, & pilos emittant, nu. 6.

Traiani anima ad suum corpus reuersa respondijt, nu. 7.

Spiridionis filia post mortem depositi locum indicauit, nu. 8.

Macha-

Macharij iussu occisi corpus de suo interfectore, respondit, nu 9.
Caluaria varia, quæ in mundo loquuta sunt, nu. 10.
Mortua ex pheretro viro alloquuta, nu. 11.
Occissus improuisa morte, aggreforis facinus amico in somnis indicauit, nu. 12.
Gentilium rebelationibus, ex animarū mortuorum factis non est omnino fides deneganda, nu. 13.
Statua Theodoriti, ipsiusmet Regis exitum renuntiauit, nu. 14.
Christi effigies D. Thomæ alloquuta, nu. 15.
D. Francisco alia Christi imago alloquitur, nu. 16.
D. Bernardum S. Mariæ imago salutat, n. 17.
Imagines ex se loqui, vel ministerio Angelorum, nu. 18.
Imagines Dei ministerio lac, sanguinem, & voces imittere, nu. 19.
Captiui vngue Christi effigies in marmore sub Almançore Cordubæ expressa, n. 20.
Omnia cedunt suo Creatori, nu. 21.
Diabolꝰ quo nā pacto voces emētitur, n. 22.
Cadauera, aut statuas dæmon facere nequit, vt loquantur, nu. 23.
Voces quare diabolus emittere non valeat, nu. 24.

1 SOLET diabolus, vt affectatam sanctitatem imperito vulgó persuadeat, suorum cultorum corpora asserbare, vt neq; putrescant, neq; disolbantur, & aliquando in ignem proiecta efficere ne incinerentur, vt de quodam Guidone de Lachia narrat *Bern. Luxemburgi.*
2 *cus in Cathal. hæret. lit, G.* † Nam id efficere potest motu locali noxia pellendo, vel vi vnguentorū iuuantia applicando, vel alia ex causa naturali, vel ex propria hominis complexione, vt qui exustis solibus terris nascuntur, qui resolui non solent, sed arescí, vt tradit *Cardan. lib. 8. de variet. rer. cap. 4.* † Vel 3 victu, vt qui eius paucitate sustentantur (nam eo quod arcent humorum copiam) solent arescí, vt Anachoretæ, & plures ex sanctissimis Religionibus descalciatarum fratres, qui vt plurimū in sepulchris arefacti comperiuntur, & viui eorū plures alij, neq; tusi, neq; emungi solent, vt de Persis, hac de causa scribit *Xenophi. in Pediacyr.* † Vel ex 4 loci natura, vel situs, vt docet *Pausan. lib. 5. de scriptor. Grecor.* dum fauciū hominem in Iunonis Eleæ templo inter tabulatum, & scandulare tectum inuētum tradit, vt de integro cadauere armato meminit, *Aristarc. in Olymp.* † Quod non minus rarione mortis po- 5 test contingere, vt fulmine ictorū corpora non sentiunt putredinem, vt docet *Plutarch. lib. 4. q. deconu. 2. Seneca lib. 2. natural. qq. cap. 53.* † Et suspendiosorū 6 cadauera, quæ ex eo, quod sibito illis spiritus intercluduntur ex aliqua vegetātis animæ dispositione pillos, & vngues solent emittere, vt docet *Binsfeld. in confess. malefi prælud. 2. dub. 4.*

¶ Augere etiam miranda, quod hu- 7 iusmodi cadaueŗa voces emittāt, nam aliquando ipsius mortui anima ad suum corpus reuersa respondit, vt creditur de anima Romani Imperatoris Neruæ Traiani Hispani, quæ ad D. Gregorij interrogationē respondit, & ex summa eius pietate baptismum meruit, vt tradit *Ioan. Diacon. in vita S. Gregor. lib. 2. cap. 44.* † Item, & anima Spi- 8 ridionis filiæ Irene mortua, cui vnus ex familiaribus patris depositum dedit, ipsa terra defodit, & cum mortem opetisset nulli renūciato, depositās instaret, Spiridiō ad sepulchrū filię venit, & eam interrogās clara voce depositi locum indicauit, vt narrat *Socrat. lib. 1. cap. 8. & Ruffin. lib. 1. histor. Eccles. cap. 5.* † Et cum B. Macharij loco homicidiū 9 fuisset perpetratum, & cuidam falsó

obijceretur, qui ad Macharium confugit vna cum ipsis etiam calumniatoribus, coram eo igitur verbosis contentionibus hinc inde percusis, interrogauit Macharius, vbi sepultus foret, & cum ad locum perneniſſet, interrogauit an is eſſet, qui ei mortem intulliſſet, qui de ſepulchro reſpondit, non eſſe ab eo interfectum, vt legitur in *lib. de vitis Patruum, part. 2. cap. 37. Fulgoſ. lib. 1. Exemplor. cap. 6.* † De colloquio caluariæ, & alterius Macharij de varijs ſedibus damnatorum meminit *Marul. lib. 6. cap. 14.* de cranio Magi, *Fran. Picus lib. 7. Prænot. c. 10.* de alterius Magi, *Melch. Flauin. lib. de ſtat. anim.* de alijs caluarijs, ſeu capitibus mortuorum plura *Plethon. lib. de mirab.* † Sūt & alia huiuſmodi admirandæ virtutis, nam apud Albernos vir, & vxor cum abſtinuiſſent perpetuo à carnis commertio, ille quidem clericatum ſubijt, hæc verò religionis habitum: defuncta poſtea puella, dum iam ſepulchro imponeretur maritus, hæc protulit, *Gratias ago Deo, quod eam illi reddo intactam, & impollutam,* cui illa de pheretro reſpondit: *Sile, ſile vir Dei, quia non eſt neceſſe aperire noſtrum nemine interrogante ſecretum,* vt refert *Gregor. Turunenſ. in gloria confeſſ. cap. 32.* † Similia ſunt, quæ narrat *Valer. Max. lib. 1. cap. 5.* de duobus Arcadibus, qui iter facientes, Magaram cum veniſſent, alter ad hoſpitale ſe contullit, alter ad tabernā meritoriam diuertit, quorum alter ab infido hoſpite occiſſus, & ad portā ſtabuli ſepultus comiti ſuo homicidium, & locum in ſomnis indicauit, ſimilia de capite Gabinij meminit, *Plin. lib. 7. hiſt. anim. cap. 52.* † Nam etſi Gentiles, non vocant miraculo huiuſmodi reuelationes, ſiue mortuorū colloquutiones, quando in bonum publicum tendunt, aut peccati emendam, vel occulti facimus detectionem, ad quod ſolent diuino iuſſu viuentibus, vel in ſomnijs apparere, vel illa palam loquēdo manifeſtare; vt docet *D. Auguſtin. lib. de cura promort. cap. 10.*

¶ Aliquando etiam, hæc, & ſimilia 14
miniſterio bonorum Angelorū operatur, vt docet *D. Thom. q. 5. de mirauil.* qui cadaueris linguam nobent, & voces in aere formāt, quibus verba integra proferuntur, vt contigit in ſtatua Theodorici Gottorū Regis, quæ eū alloquens ipſiuſmet Regis in fœlicē exitum renūtianit, vt narrat *Procop. Gottic. bell. lib. 2.* † Neq; ab ſimile eſt miraculū illud, quod 15
diuino illo, atq; Angelico Thomæ totius Theologiæ, ac Catholicæ veritatis parenti, contingit Neapoli in tēplo Prędicatorū, dū crucifixa Chriſti effigies oranti reſpondit. *Benè deme ſcripſiſti Thoma, aduerſus Gentes, mercedem accipies,* vt narrat *Bapt. Fulgoſ. lib. 1. cap. 6.* † Necnon 16
aliud, quod antea Seraphico D. Frācisco Deo, & hominibus amantiſsimo in Eccleſia S. Dominici verſanti contingit, dū Chriſti imagine monitus eſt, vt domū ſuam repararet, quæ ruinam minabatur, quod Seraphicus ille ipſiuſmet Chriſti immitator, ac plagarum ſocius ſtrenue peregit, vt recollit eius alūnus, *Card. Bonauēt. in eius vita c. 2.* † Cuius rei 17
inſignis etiā miraculū eſt, cū D. Bernardus Spiram Pontificis Innocēt. II. iuſſu ad fœdera inter Principes cōponenda profectus, Imperatore, & reliquis pleriſq; Principibꝰ aſtātibus, ac in numera multitudine audita eſt clara voce ex D. Marię Virginis imagine, hæc ſalutatio expreſſa *Salue Bernardæ*, vt narrat *Naucler. Gener. 39. ann. 1142.* † Quæ cum 18
ſint á Deo facta per miraculum valde addubito, an miniſterio bonorū Angelorum voces ſint formatæ, an ex ipſiſmet imaginibus, ex diuino priuilegio voces expreſſæ, vt qui hominem, ex limo terræ factum inſufflauit in animam viuentem, & quæ terra erat voces emittere iam cognouimus,

diſcu-

19 discutiant alij. † Scio enim ex ipsa imagine lapidea ipsomet diuino Bernardo in eius ore lac emissum, & á tyrannis compunctas alias imagines sanguinem emanasse, nam cum Deus potens sit ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ, non videtur irrationabile ex eis voces, lac, & sanguinem exprimere, qui aquam ex petra eduxit in deserto,

20 *Exod. cap. 17. Psal. 77.* † Non scaturientis modo riui venam apperiendo, sed ipsam petram in aquam distilãdo, nam hæc est vis miraculi, vt qui in carcere Almanzoris captiuus ferra manibus domauit, & ad confirmationem fidei in Mezchita vnguine Christi effigiem in marmorea columna impræsit, quæ hodie in nostra Metropolitana Cordubens. Ecclesia, non sine admiratione veneratur. † Cedit enim suo Creatori

21 natura, & ita, vt lapidem in lac, sanguinem, aquam, & ciuum conuertit, & ad vnguis impressione molescit, disponit similiter eius asperitatem, vt valeat voces emittere imperio Dei per quem omnia facta sunt, *D. Ioan. cap* 1.

22 ¶ Diabolus tamen, quia hæc efficere nequit, quia miraculum vllũ præstare non valet: arte vtitur formando sonum in aere humanę vocis similem, ad eum ferme modũ, quo quis tibia, vel fistula, aliove instrumento sonũ vocis humanæ exprimit, vel cauæ valles exceptã, ac repercussam vocẽ articulare admodũ reciprocant, vt docet *Alf.*

23 *Tostat. in Exod. c. 7. q. 15.* † Nam cadaueris spiritũ reuocare nequit ad vitã, neq; corpori suo infundere, quia hoc ad absolutã Dei potestatem pertinet, neq; efficere, vt cadauer ipse voces articuletur, nam minus quam marmorea, aut lignea statua, de quæ scriptum est Psal. 134. *Simulachra Gentium os habent, & non loquuntur, neque est spiritus in ore ipsorum.*

24 † Nam cum voces ex pulmonis respiratione per retractionẽ aeris formẽtur, illas sané diabolus, neque in cadauere, neq; in statua valet emittere, sed emẽtire, dum illud corporis viui similia cogit actione, gestuque imitare, *vt dicendum est cap. 30. de incubis, & succubis.*

CAP. XXV. de brutorum loquela, & an possit dæmon eis discursum elargiri.

SVMMARIVM.

Brutis ratioeem inesse secundum alios, nu. 1.

Homo solus ratione præditus, nu. 2.

Homo ex iustitiæ violatione peior bruto, nu. 2.

Bruta ex instintu naturali rationem videntur imitari, nu. 4.

Elephantis multa, quæ rationem immittantur, nu. 5.

Elephans domini vxorem mecham, cornu trasixit, nu. 6.

Elephantes ad prællia diciplinantur, numero 7.

Elephantes turribus ligneis plenis militum impositis ad prællia ire, nu. 8.

De delphine, cane, leone, vulpe, simia, & alijs multa miranda, nu. 9.

Simiæ factum argutum in authoris aula, numero 10.

Brutis rationem inesse hæreticum est, numero 11.

Supernaturalis operatio diabolo denegatur, nu. 12.

Diabolus facere nequit, vt boues, asini, & similia loquantur, nu. 13.

Asina Balaam verè loquuta, nu. 14.

Deus supplet vices partium defectarum in genere causæ efficientis, nu. 14.

Multi in persecutione Vandalica abcisis linguis loquebantur, nu. 15.

Episcopi ab Arrianis linguis expoliati loquuti, nu. 16.

Asina Balaam ministerio Angelorum loquuta, nu. 17.
Bos aranti ante mortem Cæseris dictatoris loquutus, nu. 18.
Bobes varis temporibus loquuti apud Gentiles, nu. 19.
Iunonij Monetæ simulachrum qua arte loquutum, nu. 20.
Gmnosophistarum vlmus, & flumen Caucasus, quo nam pacto loquerentur, numero 21.
Canis Simonis Magi, quercus Dodonea, & aues Dodones, nu. 22.
Aues naturaliter vocem ementiri, numero 23.
Turdus, cornix, psitacus loquuntur, numero 24.
Corui sutoris alia miranda, nu. 25.

1 SVNT qui putant brutis, rationem inesse *Plutarch. lib. an brutis ratio insit, Galen. in Isagog. Plin. lib. 10. cap. 41. Porphyr.* 2 *lib. 3. de sacrific.* † Sed hoc falsum est quia ex cunctis animantibus solus homo ratione compos existit, ex quo diffinitur ab Aristot. *animal rationale*, quod nullus alijs conuenit, & conuer. 3 titur cum suo definito. † Licet ipse aliquãdo ex iustitiæ violatione peior bruto existat, Psal. 100. *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumẽtis, & similis factus est illis.* † cętera enim 4 animantia nullius rationis compota sunt, etsi quodammodo, ex naturali instinctu rationem videãtur immitare, vt ex Catholicis, & Gentilibus probabimus, *lib. 1. de Magia diuinatrice cap. 2. ex* 5 *num. 11.* † Vt de Elephante tradit *Arist. lib. 9. histor. anim. cap. 46.* se Regi submittere, & eius maiestatem adorare, addit vigilias, & excubias per vices illi agere oportere agnosse, *Alber. Magn. de anim.* 6 *lib. 8. tit. 5. cap. 2.* † Et cum sui domini vxorem machantem agnosceret, cornu transfixam, vna cum adultero interemit, *Ælian. lib. 11. cap. 15.* nam fornicationem abhorret, ex quo ipsum in absconditio coire narrat *Plin lib 8. cap. 5.* † Sunt præterea tantæ docilitatis, vt 7 imperata facere dicant, & ad prælia strenue diciplinentur, ita vt turres armatas militum eximia sua fortitudine dorso ferentes in aduersarios irruant, vt meminit *Albert. Magnus, vbi sup. lib. 22.* † Nam licet eo admiretur *D. Basi* 8 *lius in Examer. homil. 9.* manifestũ comperio, ex sacris literis, Machab. 1. cap. 6. *Sed & turres ligneæ super eos firmæ protegentes super singulas bestias: & super eas machinæ, & super singulas viri virtutis triginta duo, qui pugnabant desuper.* † Vt 9 sic interim alia prætermittam, quæ de delphine, cane, leone, vulpe, simia, & allijs animantibus ex ingenito naturali instinctu operata dignoscimus, quæ discursum, & rationem prorsus videntur immitare, de quibus videndi sunt *Aristoteles, Plinius, Ælianus, Albertus Magnus, & alij naturalium scriptores.* † Quibus adde, quod puer vidi, dũ vna 10 cum parentibus meis, & domesticis ad focum discumberem, erat simia gesticulationibus grata, quæ cum vidisset à seruis castaneas prunis, & cineribus assandas condiri, earum auida, cum lignum, quo prospexerat extrahi, non videret, fœlicem, quæ dormitans erat, repente in siluit, ac vna manu ad sinum detinens, altera brachiũ eius appræhẽdit, & castaneas cępit extrahere, quo vsque eiulatibus aulã implens ad eam nos conuersi, illa castaneas, hæc articulos adustos portauit. † Quæ licet proxi- 11 ma ratiocinio videantur, omnino rationis expertia sunt, quia hæreticum est in brutis rationem asserere, quan rumbis rationabilia agere videãtur, vt ex multis probat *Andr. Liuauius de contemplat. intellect. cap. 2. Sebast. Medices in summa*

in ſumm. hæreſ. part. 3. D. Thom. 1. 2. q. 13. art. 3.

12 ¶ Et cum natura in brutis rationem denegaberit abſurdum erit, eam dęmonem poſſe, aut diſcurſum elargiri aſſererе, quia contra naturam non poteſt quid quam operare, neque efficere, quod natura denegauit, nam hæc eſſet ſupernaturalis operatio, quæ Sathanæ, & Angelis eius eſt denegata, *D. Thom.*

13 *p. 1. q. 110. art. 4.* † Vnde neque efficere poteſt, vt bruta huiuſmodi loquantur, qualia boues, aſini, & ſimilia, quia non ſunt eis apta organa, & viuentium ad hoc inſtituta, vt probat *D. Cyril. lib. 3.*

14 *contra Iulian.* † Neque obſtat Angelis miniſterio aſinam Balaam locutam, *Numer. cap 22.* quæ verè, & realiter intellexit Cęl. Sedulius lib. 1. Paſch. (maximé laudatus à Gelaſio Pontifice in Decret. diſt. 15.)

Lingua quæ rudenti
Edidit humanas animal pecuale loquelas

15 Nam cum ſit á Deo factum, non eſt trahendum ad conſequentiam, quia potuit ſupplere vicem partium defectarum in genere cauſæ eficientis, vt in perſecutione Vandalica multi abciſsis linguis miſerabiliter loquebantur, *l. 1.*

16 *D. de ofic. Præfecti Prætor. Afric.* † Nō minus quam de Lybicis Epiſcopis ab Arrianis linguis ſpoliatis. narrat Procopius Conſtantinopoli profugiſſe, vbi linguis radicitus euulſis, proinde locutos ac ſi tale perpeſsi non fuiſſent affirmant *Euagr. lib. 4. c. 14. Victor. Vticenſ. in perſecut. Vãdal. li. 3. D. Greg. lib. 3. dialogor.*

17 *cap. 32.* † Præterquam, quod nonnulli putant aſinam non verè locutam, ſed Angelum formaſſe vocem in aere, qua loquuta eſt Balaam, vt docent *D. Tho. q. 5. de mirac. Grillaud. de Sortileg.*

18 *q. 7. num. 25.* † Et ita non ſolum Angeli boni, ſed etiam mali efficere poſſunt, vt bruta loqui videantur, vt ante mortem Cæſaris dictaroris bos aratori inſtigãti loquutus eſt, *Potius homines defecturos, quam meſes*, vt narrat *Fulgoſ. lib. 1. cap. 4.* † Et Caio Volumnio, & Seruio 19
Sulpicio Cõſſ. dicitur bos humano ſermone loquutus, & bello punico ſecundo fertur Gneo Domitio bouem dixiſſe *Caue tibi Romana*, vt meminit *Tit. Liuius lib. 2. ab vrbe cond.* † Nam dæmon 20
fuit, qui vocem formauit in aere non ſecus, quam in ſtatuis indolorum efficere aſſueuit, vt diximus *d. lib. 1. cap. 11. ex nu. 6.* & ita intelligendũ eſt, quod de Iunonis Monetæ ſimulachro fertur dixiſſe, ſe velle Romam transferri, vt narrat *Valer. Max. lib. 1. cap. fin.* † Et ſic 21
dæmon Gentiles decipit, qui crediderunt vlmum Gymnoſophiſtarũ Apollnio ſalutaſſe apud *Plutarc. in vita Apoll.* & Caucaſſum flumen dixiſſe, *Salue Pythagora*, vt meminit *Porphyr. in eius vita.* † Et canis Simonis Magi, qui Diuo 22
Petro, & alijs fuit alloquutus, vt tradit *Glicas in Annal.* Item, & quercus Dodonea, & aues Dodones, loquebantur apud *Lucian. in Mycill.* † Licet quo ad 23
aues fatear quidem, in ij quibus organa ſunt apta ad loquendum poſſe dæmonem efficere, vt veré loquantur, quemadmodum homo illa poteſt inſtituere, vt plura verba ordine referant, vt de turdo Agripinæ narrat *Plin. lib. 10. cap. 42.* † De cornice ex Bætica allata, 24
quæ plura verba vno contextu referebat, *idem Plin. d. lib. 10. cap. 43.* & pſitacus Cardinalis Aſconij perpetua ſerie recitauit Latino idiomate ſymbolum fidei, vt narrat *Cæl. Rodigin. lib. 3. antiq. lect. cap. 32.* † Et coruus ſutoris dum matu- 25
tinis euolans in roſtra claro ſermone primum ſalutabat Tyberium Imperatorem, deinde Germanĩ, & Druſum Cæſares nominatim, mox tranſeũrem populum Romanum, vt narrat *Plin. d. lib. 10. cap. 43.*

CAP. XXVI. de Resurrectione mortuorum, & an á dæmone præstetur.

SVMMARIVM.

Resurrectio mortuorum antiquis Philosophis incognita, nu. 1.

D. Paulus ab Epicureis contemnitur, quod resurrectionem anuntiaret, nu. 1.

D. Iacobus Cordubæ irridetur, quod diuinã essentiam, & resurrectionem mortuorum prædiceret, nu. 2.

Democritus resurrectionem defendens ab Athenienſibus deluditur, nu. 3.

Chryſipus Stoicus reſurrectionem aſſeruit, nu. 4.

Animæ nudatæ ſemel corporis integumento illum pro liuito aſſumere non valent, nu. 5.

Dei potentiæ eſt mortuos reſucitare, numero 6.

Diabolus facere non poteſt miraculum, numero 7.

Miraculum quare diabolus facere nequeat, nu 8.

Miranda reſpectu noſtri diabolus præſtat, nu. 9.

Reſurrectio mortuorum repugnat animæ natura, nu. 10.

Reſurrectio mortuorum repugnat dæmoni poteſtati, nu. 11.

Reſurrectiones mortuorum quas dæmõ objicit ſpectra ſunt, nu. 12.

Apparitiones animarum dicuntur phantaſmata, oſtenta, & vmbras, nu. 13.

Viſiones, quæ apparuerunt Dionyſio, Curtio, Pertinaci, Tacito, Conſtantio, & Iuliano, cuius ſint naturæ, nu. 14.

Caſtoris, & Polucis apparitiones, Fauni, Satyri, Sylbani, Laruæ, Genij, numero 15.

Diabolus in ſuis apparitionibus corpora, ex elementis comparatur, nu. 16.

Diabolus, vt reſurrectionem ementiatur ſolet corpora furare, & ſuſtituere alia aerea, nu. 17.

Diabolus hac arte quam plures decœpit, numero 18.

Diabolus ad hanc reſurrectionem ſolet, vt quæ verè cadauera ſunt fingere viuere il la ſubingrediens, nu. 19.

Suſcitati ab Apollonio, Simone Mago, Æſculapio, Thyndareo, Glauco, & Armeno, quo nam fierent. nu. 20.

Ariſtea, Clazomania, & Lappi, reſurgentes, nu. 21.

Viuendi animam duplex modus naturalis quorum neuter præſtare diabolus poteſt, nu. 22.

Diabolus in extaſim ſuos rapit, nu. 24.

Dæmonis ſuperiores cogunt inferiores cadauera ingredi, nu. 25.

Reſucitata á diabelo in fætita oſſa reſoluuntur, nu. 26.

Diaboli in his mendatium, nu. 27.

RESVRRECTIO 1
mortuorũ antiquis Phyloſophis incognita fuit, vt Athenis prædicante D. Paulo legitur conclamaſſe Acta Apoſtolor. cap. 17. *Quidam autem Epicurei, & Stoici Phyloſophi diſſerebant cum eo, & quidam dicebant, quid vult ſeminator verborum, hic dicere? alij verò nouorum dæmoniorum videtur annunciator eſſe, quia Ieſum, & reſurrectionem annunciabat eis:* & paulò poſt, *cum audiſſent autem reſurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam verè dixerunt, audiemus te de hoc iterum?* † Et D. Iacobus ſpeciali mandato à ſacratiſsima Virgine Maria in Hiſpaniam trans Boſforum miſſus ad Euangeli prædicationem, ad Cordubam patriam meam peruentus ab Ethnicis illis Phyloſophis irridetur, quod diuinam eſſentiã, vitam æternam, & reſurrectionẽ mortuorum prædicaret, *vt conſtat ex libris plumbeis*

plumbeis in cabernis sacri montis Illipulitani repertis. † Democritus Abderita cum resurrectionem annunciaret ab Athenienſibus deluditur, teſte Plin. lib. 7. cap. 55. *Similis, & de aßerbandis corporibus hominum, ac reuiuiſcendi promiſſa Democrito vanitas, qui non reuixit ipſe.* † Et non Democritus modo, ſed & Chryſipus ipſe, licet Stoicus mortuorum reſurrectionem aſſeruit, vt refert *Lactant. lib. de diuino præm. cap. 23. quim & Plato in Phædro, & in libris de Republica dial. 10. nec non, & conciuis meus Seneca epiſt. ad Lucill. lib. 1. epiſt. 36.* † Errarunt tamen omnes huiuſmodi veteres Phyloſophi (licet reſurrectionem fatẽrentur) credentes animæ virtute fieri, non minus quam qui eam negarũt, quia animæ nudatæ ſemel á corporis integumento, illum pro libito rurſus aſſumere non valent, ex ſacra authoritate, Pſal. 77. *Homo ſpiritus eſt vadens, & non rediens puluis eſt, & poſt quam ſemel defloruit, dicitur ſuum locum amplius non recognoſcere.* † Cui ſtipulatur Homer. Illiad. 9.

Sed vis animai
Cum ſemel exceßit, nunquam reddit amplius intra
Corporis humani teſtitudinum figmentum.

¶ Hoc enim ſolius Dei potentiæ, qui Lazarum quatridianum ſuſcitauit, *D. Ioan. cap. 11.* Et filium viduæ reuocauit ex feretro, *Matth. cap. 18.* & puerum Sunanimitidis ad Eliſei petitionem, *Reg. 4. cap. 4.* vt docent *D. Auguſt. lib. 3. de Trinit. & lib. de cura promort. cap. 10. D. Thom. p. 1. q. 89. art. 8.* † Quod dæmon præſtare nequit, quia miraculum vllum facere non poteſt, vt eſt communis *Theologorum ſchola cum D. Thom. part. 1. q. 110. art. 4. ad 2. Alexan. de Aleſ. part. 2. q. 45. Michael. Medina li. 1. de recta in Deũ fid. cap. 7. Epiſcop. Maiol. tom. 2. dierum canicular. colloq. 3.* † Nam miraculum eſt, quod ſupra naturæ potentiam in ſuetum eſt fieri, ad quod dæmonis poteſtas non extenditur, quia ex cauſis naturalibus tantum (vt pura creatura) operatur, *D. Auguſt. lib. de natura dæmon, cap. 4. & 5. Raph. de la Torre tom. 2. de vitijs oppoſ. releg. q. 95. in prælud. diſp. 3. 4. 5. 6. & 7.* † Quæ ideò quantũvis miranda ſint, miracula tamen dici non poſſunt, niſi reſpectu noſtri, qui cum non poſsimus illa præſtare, neq; quomodo facta ſint intelligere, ea promircũlis habemus, nam vt ait Valer. Max. lib. 1. cap. 8. *Quæ quia vnde emanauerint, aut qua ratione cõſtituerint dignoſcere non valeamus, merito miracula dicimus.* † Repugnant enim naturę animarũ huiuſmodi apparitiones, & reſurrectiones mortuorum, quia vt ait D. Thom. p. 1. q. 117. art. 4. *Non poteſt anima ſeparata naturali virtute mouere aliquod corpus: cum enim ſit naturalis forma humani corporis non habet vim mouendi ſecundum locum, niſi corpus, quod informat, & viuificat, quare animæ defunctorũ, neque aſſumere corpora, nec cum illis ad viuos venire poſſunt.* † Repugnat ſimiliter dæmonis poteſtati, quia Beatorum animæ in manu Dei ſunt, & ſoli Deo obediũt, damnatorum autem, vt quæ perpetuis (diuino iudicio) ſunt additæ ſupplitijs, ſine eius permiſsione nequit diabolus ſinere egredi, quæ autem ſunt in Purgatorio, vt quæ peſsimo carcere à Deo ſunt emancipatæ abſque eius licẽtia exire non poſſunt, vt docent. *D. Auguſtin. lib. de cura promort. cap. 16. Suarez in D. Thom. par. 3. q. 53. Petr. Thyræus lib. 1. de apparit. ſpirit. cap. 11. Petr. Binsfeldins in confeſſ. malefic. dub. 2. concl. 2.* † Vnde apparitiones, & reſurrectiones mortuorum, quæ nobis dæmones, & Magi obtrudunt, non animas, ſed ſpectra, & phantaſmata eſſe docent *Tertulian. lib. de anim. cap fin. D. Thom. part. 1. quæſt. 117. art. 4. Guil. Parieſienſ. part. fin. de vniuerſ. cap. 24. Soto in Sent. 4. diſt. 34. q. 1. art. 3.*

† Quæ

13 † Quæ ideo phantaſmata dicuntur *in l. oſtentum. D. de verb. ſignific.* vmbras verò Callimach.

Lucidaque euictos effugit vmbra rogo.

Vergil. de Anchiſe filio poſt mortem patris apparenti.

Infœlix ſimulachrum atque ipſius vmbra Creuſæ.

Nam vt ait AEneid. 6.

Admonet volitare caua ſub imagine formæ.

14 ¶ Tales fuerunt viſiones, quæ apparuerunt Dionyſio Syracuſano apud *Plutarch. in eius vita*, Curtio Ruphino apud *Tacit. lib.* 11. *Annal.* Perrinaci Imperatori apud *Capitolinum*, Tacito apud *Vopiſcum*, Conſtantino, & Iuliano apud *Amnianum lib.* 21. *&* 25. Valentino apud
15 *Zozimũ li.* 4. *&* 5. † Tales Caſtoris, & Polucis apparitiones ad lacum Iuturnæ apud *Symmach. lib.* 1 *epiſt.* 29. tales Fauni, Satyri, Syluani, Laruæ, Genij, Penates, Harpyæ, Sirenes, Nymphæ, tam Dryades, quam Hamadryades, Nereades, AEgypanes, & ſimilium apparitiones, *Petr. Thyreus lib. de apparit. ſpirit. c. 9.*
16 † Quæ vt plurimum, formando corpus ex elementis, potiſsimum aere, ſolet ementire, iungens partes terreas, & aqueas, nuuium vaporũ, & exalationũ, vt & colores hac mixtione facilius exprimantur, vt docet *Molin. in. D. Thom.*
17 *p.* 1. *q.* 51 *art.* 2. *diſp.* 2. † Nam aliquando corpora mortuorum furatur, & ſubſtituit alia aerea, quæ mouet inſtar viuentium, & eorum ſimilia cogit actione, geſtuque imitare: ſic enim abſtuliſſe corpus Romuli narrat *Liuius lib.* 1. *ab*
18 *vrbe cond. & Plutarch. in Romul.* † Sic & alios ad tempus ſubſtulit pro Glauco, Pio, Thyndareo, Ero, & ſimilibus quos, á mortuis reuocatos veteres credidere-runt, vt tradunt *Petr. Leluyher lib.* 1. *ſpectror. Alexand. ab Alex. lib* 2. *dier. genial.*
19 *cap.* 9. *& lib.* 5. *cap.* 23. † Aliquãdo etiam, vt quæ verè cadauera ſunt fingit viuere, ipſeque illa ſubingreditur: & ſicut nauta ſolet mouere nauim, ſic ipſe illa mouet, non aliter quam motor intus exiſtens, & viuentium ſimilia cogit actione, geſtuque immitare, vt tradit *Sprenger. in Mall. part.* 1. *q.* 3. *& part.* 2 *q.* 1. *cap.* 4. † Quemadmodum deſuſcitatis 20
ab Apollonio narrat *Philoſtratus in vita Apollon lib.* 6. deſuſcitatis á Simone Mago *D. Clem. in Itinerar. & Egeſip. lib.* 3. *de exceſſu Hieroſolym. cap.* 2. de ſuſcitatis ab AEſculapio, Thyndareo, Glauio, & Armeno, *Plato lib.* 10. *de Republ.*
† Similia de Lappis reſurgẽtibus apud 21
Olaum lib. 3. *cap.* 18. de Ariſtea á mortuis reuocata, *Plin. lib.* 7. *cap.* 52. de Clazomania, *Orig. lib.* 3. *contra Celſ.* † Vnius 22
enim eſt modus naturalis viuendi animam corpori ad mixtam per generationem nempe, & creationem, quorũ neuter dæmon valet præſtare, vt docẽt *Soto, & Suarez, vbi ſupr. Cardinal. Toledo lib.* 2. *de Generat. q. fin.* † Quare ſi quæ á 23
dæmone, aut Magis viſa ſunt reuiuiſci, pœnitus mortua non fuerunt, ſed ſenſibus ſopita, vel ex deliquio animi, vt de Enarcho ad vitam reuocato narrat *Euſeb. lib.* 11. *cap.* 18. † De Tondalo, 24
& alijs, qui quaſi per extaſim rapti ad vitam reuocarunt, ac mira de damnatorum ſedibus retulerunt, *Dionyſ. Cartuſiam. de quatuor nouiſs. cap.* 49. *&* 50.
† Vel ſi mortua, per ſuperiores dæmo- 25
nes inferiores ex pacto cogunt, vt cadauer ingrediantur, moueant, cæteraque ad tempus faciant, nam veram reſurrectionem mortuorum ad ſolam Dei abſolutam poteſtatem pertinent *D. Auguſt in. lib.* 3. *de Trinit.* † Et ita, quæ 26
dæmonis miniſterio reuiuiſcũtur pacto finito in fetida oſſa reddeunt, vt exẽplis comprobat *Guil. Pariſienſ. in ſumm. de vniuerſ. p. fi. Cæſarius lib.* 12. *mirauilior. cap.* 3. *Spina, de Strigib. cap.* 7. † Non ſeus 27
quam de infante à dæmone ſuſcitato recolit Remig. lib. 2. Perioch.

Deſerta

Deserta vacuas sedes statione relinquens,
Sulphureo nidore fugam, strepituq; fragoso
Prodit, atque olidas pulsans erupit in auras.

CAP. XXVII. de animarum apparitione.

SVMMARIVM.

EPicuri error de resurrectione mortuorum, nu. 1.
Animalis homo non percipit ea, quæ spiritus sunt, nu. 2.
Animas negant alijs à viuis videri, nu. 3.
Spiritus cum sit corporis expers, cerni à corporeis oculis non potest, nu. 4.
Animarum apparitiones vana insomnia, & delusiones secundum alij, nu. 5.
Quæ circa mortuorum sepulchra videntur animas nunquam esse Magius tenet, numero 6.
Quæ sententiæ de animarum apparitione improuentur, nu 7.
Animæ mortuorum diuina potentia, & virtute viuentibus apparent, nu. 8.
Animæ post mortem corpora prolibito non assumunt, nu. 9.
Animæ, vel detinentur invitæ, vel liberæ obediunt totius vniuersitatis dictatori, nu. 10.
Animæ non apparent in proprio corpore, sed in cadauere, nu. 11.
Animæ apparent in corpore aereo, numero. 12.
Animæ corpora aerea non componunt, quia carent organis, nu. 13.
Angeli fabricant corpora aerea, quibus animæ appareant, nu. 14.
Grymoriæ ars quibus inducta, nu. 15.
Ioannes de Mena in arte Grymoriæ veteres secutus, nu. 15.
Manes, Larbas, & Lemures animas esse, n. 16.
Gentiles crediderunt defunctorum animas viuentibus apparere, nu. 17.
Iudæi assentiunt animas apparere, numero 18.
Arabes ferè omnes testantur animas apparere, nu. 19.
Indi, Bragmanes, Calecutij, Coloimi, Malabarenses, & Floridenses Perubi animas apparere asseberant, nu. 20.
Vana vanis confundere, nu. 21.
Legibus comprobatur animas apparere, numero 22.
Manes euocari apud Iurisconsultos, numero 23.
Manes acciri apud Imperatores, nu. 24.
Manes dæmones sunt, qui mortuorũ animas ementiuntur, nu. 25.
Demones qui domibus tumultus exhibent vulgò duendes, nu. 26.
Dæmus spectris inquietata vulgò de duendes potest relinqui à colono, n. 27.
Animæ Samuelis, Hieremiæ, & Oniæ apparuerunt, nu. 28.
Samuelis anima dubitatur Sauli apparuisse, nu. 29.
Patruum sententia de Samuelis apparitione, nu. 30.
Authoris sententia de apparitione Samuelis, nu. 31.
Samuelis animam Sauli apparuisse probatur ex sacris literis, nu. 32.
Ecclesiasticiliber post Concilium Tridentinum est Canonicum, nu. 33.
Suscitare de mortuis dicitur, nu. 34.
Dormiri pro mori in sacris literis, numero 35.
Sepulchra dicuntur dormitoria, nu. 36.
Sententia de vero Samuele apparẽte Sauli placuit olim Rabinis, nu. 37.
Regum 1. cap. 28. de Samuelis anima explicatus, nu. 38.
Qui Gehenæ, & Limbo emancipantur inferni habitatores sunt, nu. 39.
Elias, & Moyses in vero spiritu cum Christo apparuerunt in Tabore, nu. 40.
B. Maria ad Herebũ Cæsar Augustæ Diuo Iacobo,

Iacobo, apparuit, nu. 41.

D. Iacobus in Hiſpaniam venit, numero 42.

Chriſtus Dominus Petro, Thomæ, Magdalenæ, & Diſcipulis apparuit, nu. 43.

D. Ioannes, Agnes, Gerbaſius, & Protaſius poſt mortem apparuerunt, nu. 44.

D. Petrus B. Ignatio de Loiola apparuit, numero 45.

Apparitiones plures tam proborum, quam improborum remiſſiue, nu. 46.

1 PICVRI de grege porcorũ errore omiſſo, qui animã, negant immortalem, & corpori volunt commori, quia hæreſis eorum iam pridem à Platone, Ariſtorele, & alijs Philoſophis confracta, & proſcripta eſt, & ab Eccleſia aſſerentes iugibus mancipatur, *Sebaſt. Medices in ſumm. hæreſ. p. 1. Irenæus lib. 2.*
2 *c. 15.* † Alij ſunt ſenſibus nimis adicti, quibus vt ait D. Auguſt. ſerm. 147. de temp. *Tota regula intelligendi eſt conſuetudo cernendi*, qui nihil credũt, niſi quod vident, *Quia animalis homo non percipit,*
3 *ea, quæ ſpiritus ſunt.* † Fatentur enim animam corpori ſuperſtitem eſſe, ſed videri illam à viuis poſſe negant, vt ex Theologis arbitratur *Lauatherus lib. de*
4 *ſpectr.* † Eo nempé, quod ſpiritus cum corporis ſit expers cerni à corporeis oculis, vel vllo á nobis ſenſu corporeo perſpici non poteſt, vt Chriſtus Dominus inſinuare videtur dum ait apud D. Luc. cap. fin. *Palpate, & videte, quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet*: vnde Lucret.

Tangere, vel tangi niſi corpus, nulla poteſt res.

5 Alij clamant huiuſmodi animarũ apparitiones ſuperſtitioſas eſſe, & vana anum inſomnia, vel dęmonũ deluſiones, vt arbitrantur *Riuius lib. de veteri ſuperſt. Aretius in problem. Marbach. de mirab.* quibus aſſentit ex noſtris *Tiraq. ad Alexand. lib. 2. dier. genial. cap. 9. & lib. 5. cap. 23.* Et ex Theologis *Hieron. Magius li. 4. Miſcellan. c. 12.* † Qui maiori 6
eruditioni quam iuditio auſus eſt ſcribere: numquam quę circa mortuorum ſepulchra, vel cœmenteria conſpiciuntur ſimulachra, mortuorum animas eſſe: ſed ſemper dæmones, aut malos Genios hominum deceptores, vt apud Vergil.

Infœlix ſimulachrum atq; ipſius vmbra Creuſæ
Viſſa illi ante oculos, & nota maior imago.

Sed horum ſentẽtia, vt ſtolida, & falſa 7
iandiu impugnarũt *D. Auguſtinus, Chryſoſtomus, & alij relati à D. Thom. part. 1. quæſt. 117. art. 4. Tertulian. lib. de Anim. cap. penult.* † Nam mortuorum animas 8
diuina potentia, & virtute viuentibus apparere, & fidei Catholicæ ſcitis, & veræ, germanæque Philoſophiæ placitis conſentaneum eſt, vt probant *D. Thom. & Soto in Sentent. 4. diſt. 45. q. 1. art. 4. Cardinalis Bellarmin. lib. 2. controuerſia. cap. 8. Alciat. in l. oſtentum, D. de verb ſignific. Couarru. lib. 4. variar. cap. 6.* † Non quod animæ nudatæ ſemel à 9
corporis integumento, illud prolibito rurſus induere valeant, aut huc illuc diuagari, vt olim Platoni obijcit non ſatis gratus dicipulus *Ariſtotel. lib. 1. de Anim. text. 41.* † Quia vel inuitæ detinentur in ſui receptaculi diriſsimarum crucialitatum ergaſtulo, vel liberæ obediunt totius vniuerſitatis dictatori, à quo in hanc colloniam deductæ ſunt, vt tenent *Tertulian. vbi ſup. Perera lib. 1. de Mag. cap. 11.* † Apparent enim 11
quotiens Deus ſinit, non in proprio corpore, quia eo expertes ſunt, vt probant, *idem Ariſtot. d. lib. 1.* ſed tamen, vel in cadauere, vt Lazarus apud D. Ioann. cap. 11. *Et ſtatim prodijt, qui fuerat mortuus*

ligatus

12 *ligatus pedibus, & manibus.* † Vel in aereo corpore, vt Elias, & Moyses in Tabore *Matth. cap.* 17. secundum doctrinam *D. Augustin. lib. de cura promort. cap.* 15. *D. Thom. part.* 3. *quæst.* 45. *artic.* 3.

13 † Nō ab ipsa compositum anima, nam caret organis corporeis, quæ illi ad mouendū corpus erant necessarij, quando erat in corpus, vt docet *Soto in Sentent.*

14 4. *dist.* 45. *q.* 1. *art.* 4. † Sed ab Angelis fabricatur, quod ipsa postea subingreditur, ac impellit non aliter quam motor intus existens, vt docent *Suarez in D Thom. part.* 1. *q.* 117. *art.* 4. *& p.* 3. *q.* 45. *disp.* 32 *sect.* 2. *Raphael de la Torre tom.* 2. *de vitijs opposs. relig. to.* 2. *q.* 95. *art.* 3. *disp.* 3.

15 † Quod quia non ita sunt assecuti Gentiles in maximos lapsi sunt errores credentes, hoc á dæmone, vel ab ipsa anima fieri ad quod Grymoriæ artem induxerunt, vt Circes apud *Homer. in Odyss.* Medea apud *Ouid. in Metamorph.* Erictho apud *Lucan. in Farsal.* Thyresias apud *Senec. in Oedid.* Canidia apud *Horat in Epod.* Manto, apud *Papin in Tebaid.*

15 † Et Maga apud cōciuem meum Ioan. de Mena, Mussarum sui temporis coripheum in poema suo, quod Regi D. Iuan. II. inscripsit, ordin 7. copl. 246.

Al cuerpo ya viuo despues de finado.

16 Credebant enim ipsorum met defunctorum certis ritibus ad vitam reuocari, vt diximus *lib.* 1. *de Magia diuinatric. cap.* 16. *de Necron*, quas Laruas, & Lemures appellabant, arbitrabantur si bonas autem Manes, vt Erictho apud Lucan. vbi sup.

Manibus illatrat Regnique silentia rumpit.

Quas animas esse fatetur Horat. lib. 1. Saty. 8.

Manes eliciunt animas responsa daturas.

17 ¶ Vnde has animarum apparitiones tanquam veras ex Gentilibus docuerunt *Plutarch. in Cimone, Dione, Bruto, & Alcibiade, Dion in Caracall. Val. Flacus lib.* 1. *Sueton. in Neron. Apulei. in Assin. lib.* 1. *apolog.* 1. *Valer. Max. lib.* 1. *cap.* 8. † Quibus assentiunt Iudæi, *Ioseph. lib.* 6. *antiq. cap.* 15. *& lib.* 7. *de bello Iudaic. Philo in vita Moys. Bonioaz, Rabanas, & alij relati à Petr. Leloyher lib.* 3. *spectror, cap.* 5. *& 6.* † Item, Arabes fere omnes *Auicena, Abynzohar, Rasis, & Auerroes*, quos Cordubæ natos Almanzoris tempore testantur *Ferd. Nuñez alias dictus Commēdatarius Græcus in comm. Ioan. de Mena ad coronat. March. Santill. cop.* 37. *Ambros. de Morales in laud. Cordub. to.* 2. † Assentiunt similiter Indorum Bragmanes, Calecutij, Coloimi, Malabarenses, & cœteri Orientales apud *Paul. Venet. lib.* 3. *cap.* 28. & Floridenses Peruuij, & cœteri Occidentales, vt tradit *Leuin. Apollo. in hist. Peru.* † Non quod eorum errori assentiar, sed vt contra Lauricas, & nugones huiusmodi, laruas etiam, & nugas producamus, vt vana vanis confundantur.

18 19 20 21

¶ Probatur præterea, hæc conclusio tribunalium legibus, nam Vlpian. I. C. agnouit ostentum quodam φασμα τερας ὠφελες, quasi mortuorum animas, *in l. ostentum, D. de verbor. signific.* † Et Manes protulit Marcianus I. C. *in l. intantū, D. de rerum diuiss.* & Magica sacrificia, quibus spiritus euocari arbitrabantur Modestinus I. C. *in l. ex Senatus Consulto, D. de l. Cornel. desicar.* † Quod Manes acciri vocat, & á multis fieri quæritur, & pœna mortis interdixit Constant. in l. multi, C. de malefic. & Math. *Et Manibus accitis audet ventilare*, &c. † Non quod animas apparere neget, sed quod Manes isti dæmones fuerint, qui mortuorum animas in assumptis corporibus ementiebantur, vt probabimus, *d. cap.* 16. *ex nu.* 12. † Quales sunt illi, qui domibus certis temporibus, & locis solent apparere, tumultos, & vexationes varias exhibere, vulgó *Duendes*, de

22 23 24 25 26

quibus

quibus plura *Budæus, & Alciat. in d. l. ostentum Alexan. ab Alex. lib. 2. dier. genial. cap. 9. & lib. 4. cap. 19. & lib. 5 cap. 37. & lib. 6. cap. 21. Leloyher. lib. 3. spectior. cap. 4.*

27 † Et Hispaniæ forensis praxis confirmat, qua licitum est conductori, qui ante id ignorabat, spectrorum sic inquietantium causa domos relinquere conductas, vt post Portium censuit *Couarru. lib. 4. variar. c. 6.*

28 ¶ Comprobatur sacræ scripturę authoritate mortuorum animas viuentibus apparere, vt constat, ex veteri testamento, in quo Samuelis Prophetæ anima Sauli Regi apparuit, *Reg. 1. cap. 28.* Et Hieremias, & Onias Iudæ apparuerunt, *Mach. 2. cap. 15.* † Quanvis de Propheta Samuele dubitatum video an veré Sauli apparuerit, nam vt ait Tertulian. lib. de Anim. *Ecce hodie eiusdem Simonis hæreticos tanta præsumptio artis Magicæ extollit, vt etiam Prophetarum animas ab inferis moueri se spondeant: & credo, quia mendatio possunt: nec enim Pythonico tunc spiritui minus licuit animam Samuelis effingere, post Deum mortuos consulente Saule.* † Quibus, & alijs proximis consequentibus verbis apparte docet non fuisse illum verum Samuelis spiritum, at tamen *D. Thom. p. 1. q. 89. art. 8. & 2. 2 q. 95. art. 5. & q. 174. art. 5. ad 4.* dubitanter loquitur, secutus nimirum *D. Augustin. lib. de cura pro mortis, cap. 15. relatū in cap. nec mirum h. 26. q. 5.*

31 † Sed mihi probabilius est, fuisse veram animam Samuelis, quæ Sauli apparuit, exercente quidem Pythonisa artem suam, sed non eius artis vi, & potentia, sed iussu Dei, atque imperio, vt impio Regi finem vitæ renunciaret, *Petr. Leloyher lib. 4. spectror. cap. 1.* † Neque ad

32 hoc probandum, vel persuadendum opus est argumentis, cum id sacra scriptura perspicue tradidisset, Ecclesiast. cap. 46. *Et post hæc dormiuit Samuel, & notum fecit Regi, & ostendit illi finē vitæ suæ, & exaltauit vocem illius de terra in prophetiam, delere impietatem gentis.* † Et 33 sané D. Augustin. & D. Thom. in præcitatis locis, non obscure significāt si liber Ecclesiastici tanquam sacer, & canonicus recipiatur. Quod ideó hodie absque dubio procedit, cum inter Canonica volumina suscipiatur in *Concilio Tridentino Sess. 4.* † Et iuuāt similiter illa ex 34 d. Reg. cap. 28. *Dixit autē Samuel ad Saūlem, quare inquietasti me vt suscitarer:* nam suscitare de mortuis dicitur, vulgaris Hebræorum phrasis, quibus *dormiri*, pro *mori*, est, vt probatur ex *D. Petr. Canonic. 2. cap. 1. D. Paul. ad Thessal. n. cap. 4.* † Ex quo Græci sepulchra dicunt κοι- 35 μητηρια *coimeteria*, hoc est, *dormitoria*, vt probat *Leloyher. vbi sup.* pro quibus sunt etiam illa verba Ecclesiast. *Et post hæc dormiuit Samuel,* & infra *exaltauit vocem de terra.* † Nam quid hoc est nisi 36 egressus ex inferno, qui est terræ centro loquens propria voce prophetauit? Vtique non alius, quam ille, qui mortus dormierat. Et ita hæc sentētia de verò Samuele placuit olim *Rabbinis Ahiæ, Saadiæ, Eliazaro, & Iosepho lib. 6. antiq. cap. 15.*

¶ Neq; obstat, quod si verus Samuel 37 esset, se adorari à Saule non patereretur, neque diceret viro pestilentis digno Gehenæ Saùli, *cras mecum eris*, nam Samuelis anima in Lymbo, Saùlis autem in inferno esse debuerat, vt docent *Tertulian. de Anim. cap. 57. D. Ciril. de adorat. spirit. & Author. lib. de admirab. sacræ Scrip. 2. & lib. qq. veter. testam. quæst. 27.*

† Quia referri debet ad similem mor- 38 tis conditionem, quasi diceret, *cras non vnus viuentium, sed vnus mortuorum eris,* vt eleganter notat *D. Augustin. q. 3. ad Simplic.* † Vel ad similem loci similitudinē, 39 nam Lymbus Patruum, & locus Gehenæ eiusdem inferni sunt diuersa receptacula, & quemadmodū conciues dicimus omnes, qui in eadem ciuitate habent

bent domicila, licet sint diuersa, ita, qui Gehenæ, & Lymbo emancipantur inferni habitatores sunt, quia in eadem sunt regione, licet diuersis mansionibus distinguantur.

40 ¶ Confirmatur tandem nostra sententia ex nouo Testamento, vbi Elias, & Moyses (qui diu prærmorti fuerant, *Deuter. cap. 34. Reg. 4. cap. 2.*) cum Christo Domino colloquẽtes in Tabore ap-
41 paruerunt, *Matth. cap. 17. Luc. 9.* † Et denique historiarum monumentis fulcitur: vnum pro cunctis sit illud B. V. Mariæ de columna exemplum sancto Iacobo Cebædeo apparentis ad Herebum Cæsaraugustæ, vt Cantabrorum omnium protestantur annales, *Gubert. in Chron. Aragon. prol. 3. Hart. Schadel. in histor. ætatis mund. in vita S. Iacobi, Ant.*
42 *Beuter. p. 1. histor. cap. 23.* † Cuius vel solo testimonio negari non potest S. Iacobi in Hispaniã aduentum, præter alia, quæ pro hac veritate docte accumulant, *Ambros. de Moral. lib. 9. Chronic. Hisp. cap. 7. Hieron. Roman. lib. de las republicas del mundo, tit. de la Republ. Christ. lib. 1. cap. 3. Ioan. de Pineda in monarch. Eccles. part. 2. lib. 10. cap. 25. §. 3. Fr. Francis.*
43 *de Iesus lib. de la venida de Santiago.* † De Christo indubitatum est post mortem D. Petro, Thomæ, Magdalenæ, discipulis, & alijs apparuisse *D. Matth. cap. 28. D. Marc. cap. 16. Luc. cap. 24. D. Ioan.*
44 20. & 21. † De D. Ioanne Præcursore refert *Gregor. Turonens. lib. de miracul.* de D. Agnes, *D. Ambros. serm. 90.* de Gerualij, & Prothasij, vbi nam sepulta fuissent, corpora per eorum apparitionem D. Ambrosius cognouit, vt docet *D.*
45 *Augustin. lib. 22. Ciuit. Dei cap. 8.* † De D. Petro Ecclesiæ Principe notissima ret est, apparuisse B. Ignatio de Loiola diuinæ societatis Iesu Religionis fundatore, quæ tot pro fide martiribus clara, Religione, literis, virtute, miraculis, & sanctitate corruscat, *Petr. Riuadeneira in vita B. Ignat. lib. 1. cap. 1.* † Plures alias tam probarum, quam improborum apparitiones referunt *Sozomen. lib. 8. cap. 21. & lib. 9. cap. fin. Zonor. lib. 4. cap. 14. & lib. 5. cap. 25. Glicas part. 2. Annal. Nicephor. lib. 12. cap. 49. & lib. 14. cap. 28. & lib. 16. cap. 37. Paul. Iouius in vita Actij vicecomit.* 46

CAP. XXVIII. de Spectrorum representatione.

SVMMARIVM.

Diabolus corpore caret, vt possit videri, nu. 1.

Dæmones aeris, & subtilibus corporibus præditos secundum Platonicos, numero 2.

Spiritus omni corpore destitutus est, numero 3.

Diabolus est spiritualis creatura, nu. 4.

Liber fundamenti Ecclesiæ probat dæmones esse spirituales, nu. 5.

Spectra tam diurnis quam nocturnis oris apparent. nu. 6.

Spectra apud Aquilones, Suetos, Islandios, Polonios, Romanos, Atenienses, & Venetianos, nu 7.

Spectrorum alia genera, nu. 8.

Spectrum D. Petri, & D. Mariæ de Padilla, nu. 9.

Diabolus, vt visui subiaceat assumit corpus quantum, & coloratum, nu. 10.

Corpus humanum assumit diabolus in suis apparitionibus, nu. 11.

Diabolus qua arte corpora post tempus dissoluta ad compaginem redigat, nu. 12.

Corpora diabolus succitans ementitur spiritum, nu. 13.

Diabolus corpora aerea qua arte comparetur, nu. 14.

Diabolus in corpore aereo visibilis, & palpabilis caro efingi potest. nu. 15.

Angeli in corporibus aſsumptis apparuerũt Abrahæ, Iacob, Eliſeo, Tobiæ, Ioſue, & Heliodoro, nu. 16.

Diabolus corpus aereum aſſumpſit, vt deciperet Euam, & tentaret Chriſtum Dominum, nu. 17.

Pani, Syluani, Fauni, & Satyri dæmones in corporibus aſsumptis, nu. 18.

Diabolus ſecundum res, quas acturus eſt congruas, & inſtituto acommodatas formas aſsumit, nu. 19.

Diabolus ad vehendum equi, ad anguſtum ſubeundum muſtelæ aſſumit formas, nu. 20.

Diabolus ad terrendum alias induit ſpecies, nu. 21.

Diabolus quando ad malum ſpecie boni vult deludere Chriſti, & ſanctorum figuras ementitur, nu. 22.

Diabolus, quos vult ad libidinem prouocare viros ſpecie fœminæ, & fœminis ſpetie virorum ſolet decipere, nu. 23.

Diaboli varias apparitiones remiſſue, nu. nu. 24.

Diabolus in forma humana apparens aliquã notã ſolet habere in ſolita deformitatis, nu. 25.

Spectra dæmonis, quibus ſignis dignoſcãtur, nu. 26.

1 SPECTRA, quæ hominibus ſolẽt dæmones offerre quã plures negarunt ex antiquis, quia cum hæc dæmoni tribuãtur, duorũ alterũ aſſerendũ videbatur, aut non eſſe à dæmone, aut ſpectra nõ eſſe, quia dæmon creatura eſt ſpiritualis corpore carens, quod poſsit eſſe viſui ſubiectum, vel ipſo diuino oraculo arreſtante apud D. Lucam cap. fin. *Palpate, & videte, quia ſpiritus carnem, &*
2 *oſſa non habet.* † Vnde quam plures ex veterum philoſophis, ne ſpectra negarent, & alias dæmonis operationes, eos corporeos eſſe impié auſi ſunt effutire iuxta Platonicorum errorem, qui dæmones ſubtilibus corporibus, & aeris quidem præditos aſſeuerarunt, *Origen. ad Epheſ. c. 6. Iamblic. lib. de myſter. Apulei. lib. de Deo Socrat. & alij relati à D. Auguſt. lib. 21. Ciuit. Dei. c. 10.* † Sed iã hoc 3 aſſerere delirium eſt, non ſolum ex ſupradicta Chriſti authoritate, ſed ex innumeris verſibus Pſalmorũ, quibus dæmones ſpiritus appellãtur: ſpiritus autẽ omni corpore deſtitutus eſt, vt patet in Euangelio *D. Marc. c. 5.* vbi legitur in vno homine legionem fuiſſe dæmonum, ſed in vno corpore plura eſſe corpora philoſophiæ repugnat principijs *Ariſtot. lib. 1. phiſicor.* † Probatur etiam 4 ex *Concilio Nyceno*, quod Deum creatorem viſibilium, & inuiſibilium pronũciat, & ex Concilio Lateranenſe in cap. firmiter de ſumm. Trinit. *Creator ſpiritualium. & corporalium.* † Et in libris 5 plumbeis noſtro ſeculo repertis in cauernis S. Montis Ilipulitani legitur, in libro cui titulus eſt *fundamentum Eccleſiæ*, Deum creaſſe Angelos incorporeos, & ex eis inobediẽtes fuiſſe dæmones: quod cõfirmant *D. Dionyſ. de diuin. nom. cap. 4. Damaſcen. lib. 2. de fide cap. 3. D. Gregor. Nazianz. lib. 2. ſuæ Theolog. ad fin. D. Thom. p. 1. q. 50. art. 1.*

¶ Sed his ſuppoſitis difficultas ma- 6 net circa primam aſſertionem, quod ſint ſpectra, ſed authoritate, & experientia ſatis perſpectum eſt nocturnis non ſolum, ſed diuinis horis clara luce ſupina homines ſpectra huiuſmodi inquietare, ac deludere, vt probant *Petr. Thyreus lib. 1. de apparit. ſpirit. Petr. Leloyher lib. 1. ſpectror. Remig. lib. 2. dæmonol. Lauater. deſpectr. Binsfeld. in confeſſ. malefic.* † Qualia ſunt, quæ de Aquilo- 7 nari plaga narrat *Olaus Mag. lib. 3. cap. 11.* de Suetis, *lib. 20. cap. 19.* de Islandia, *lib. 2. cap. 3.* de Polonia, *Cromer. libro tertio, hiſtor. Polon.* de Romana,

Alex.

Alex. ab Alexan. lib. 5. dier. Genial. c. 23. de Atheniēsi, *Lauater. de spectr. fol. 71.* de Venecia, *Cardan. de variet. lib. 16. c. 93.*

8 † Cuiusmodi fuit etiam mulier grādis verrens domum ante filij necem, quæ Dionysio Syracusano apparuit, vt meminit *Plutarch. in Dion.* & prodigiosum illud Genium mala protendens Bruto, vt narrat idem *Plutarch. in Brut.* equestres, ac pedestres milites in Cistercien-sium fundatione, vt tradit *Lauater. vbi*

9 *prox. fol. 260.* † Et quod de iustissimo Rege D. Petro de Castella, & D. Maria de Padilla apud nos in fabulis annume ratur, Hispali terrarum opulentissima vrbe equitantes in tempestæ noctis si-lentio sæpius videri, nam si id aliquan-do contingit, dæmonis spectrum est, vt de Neronis matre ipsam inquietantem narrat *Sueton. in Neron.* ac de alio Rege *Lauater. vbi prox.*

10 ¶ Quę quidē, & alia huiusmodi, quę passim sunt apud authores, vt diaboli præstari valeāt (quia corpus nō habent, quod videri, aut palpari possit) arte vti-tur, & corpus sibi assumit quantū, & co loratū, vt visui fiat obiectū, vt docent *Magister in Sent. 2 dist. 8. & ibi Bonauent. Tho. Scot. Ricar. & alij, idē D. Tho. p. 1. q. 51.*

11 *art. 2. D. Antonin. p. 2. tit. 4. c. 7.* † Quod fa cit dupliciter, vel assumens corpus hu-manū, vel ferinū, quod valet ita attēpe-rare, vt visum, & tactū omnino fallta, quia minus est affabre simulare, quā de nouo effigere, vt probat *Guilh. Parisien.*

12 *p. fi. de vniuers.* † Nā licet corpora post lō gū tēpus disoluta per tabē, á solo Deo possint ad cōpaginē reduci, *D. Ioan. c. 11.* negādū nōest (Dei permissione) ab eius simia diabolo posse cōfigi, & simulari, vt tradunt *Michael Medin. lib. 2. de recta in Deū fide c. 7. Petr. Binsfel. in conf. malefi.*

13 *prælud. 12.* † Ea tamen differentia, quod verus spiritus à solo Deo cadaueri in-funditur, à dæmone tamen ementitur, quia vita à solo Deo est *D. Ioan. c. 1.*

¶ Aliquando etiā ex elemētis potis- 14
simū aere corpus sibi adaptatur, iungēs partes terreas, & aqueas; nuuiem vapo-res, ac exalationes, vt & colores hac mixtione facilius exprimātur, vt docet *Molina in D. Tho. p. 1. q. 51. art. 2. disp. 2.* 15

† Quibus non solū visibilis, sed etiā pal pabilis caro, & ossa (si Deus sinat) potest exhiberi, vt docent *D. Tho. quolib. 6. art. 8. Sprenger. in Mall. p. 1. q. 3. & p. 2. q. 1. c. 4. Caietan. in 2. 2. q. 95. art. 3. Raph. de la Torre to. 2. de vitijs oppos. relig. q. 95. disp. 7.* † Sic 16 cōstat Angelos apparuisse Loth in cor poribus assumptis, qui nec pedum lo-tione discerni potuerunt *Genes. cap. 19.* Abrahæ *Genes. 18.* Iacob. *Genes. 32. &* 37. Eliseo, *Reg. 4. cap. 6.* Tobiæ, *Tob. c. 9.* Iosue, *Ios. c. 2. & 5.* Heliodoro, *Machab. 2. cap. 3.* † Sic fortasse & ipse dæmon 17 fecit, vt Euam deciperet dum serpentis formam assumpsit *Genes. cap. 3.* & vt tē-taret Christum *Maith. & Luc. vterq; c. 4.*

† Sic & apud Gentiles in varijs appari- 18 tionibus Pani, Syluani, Fauni, Satyri, & similium, nam vt de Venere, ait Ver-gil. AEncid 6.

Tunc Dea nuue caua tenuem, sine viri-bus vmbram
In faciem AEneæ.

Et AEncid. 8.

At Venus ætherios inter Dea condita nimbros
Dona ferens adderat.

Nam secundum res quas acturus est 19 congruas, & instituto accommodatas subijt formas, vt quando vult familia-ris speciem præbere canis assumit ef-figiem, vt Agrippa, Cornelius, & Si-mon Magus tales sunt nacti Paredrios.

† Si ad vehēdum in equum se trans for- 20 mat, vt de Hadingo narrat *Olaus d. lib. 3.* si per locū angustū, aut rimā subiturus vespertilio musculus, aut mustella fit, vt docet *Apule. in Malefa.* Si vt gregem laceret, vel sæuiat in animantes lupi induit, aut leonis formam, vt docet

21 *Remig. lib. 1. cap. 13.* † Si quos terrere velit, aut turbare varias ferarum assumit formas, vt serpentis Leonardo Carbajacensi apud *Marul. lib. 5. cap. 7.* draconis Diuæ Margaretæ, & Ferdinando Gonzaluo Castellæ Comiti, eiusque exercitui, vt tradit *Rodericus Sanchez p. 3. hist.*
22 *Hispan. cap. 21.* † Quando ad malum specie boni velit inducere apparet in forma Christi, vt D. Martinuo apud *Seuerum*, vel forma Dei, vt Teodoræ viduæ, vel in forma Angeli, vt D. Iulianę, apud *Marul. vbi prox.* & alijs apud
23 *Gerson. tract. de apparit. spirit.* † Si quos ad liuidinem vellit prouocare, mulieribus apparret in forma viri specie decora, vt *D. Mariæ AEgyptiacæ* viris in forma fęminę lasciuę, vt *Antonio*, & *Macharo*, & alijs apud *Gerson vbi prox.* & *Ferrar. in compend. reuelat.* † Idem dicendum
24 de pueris nigris cirrhatis, *D. Augustin. lib. 22. Ciuit. Dei cap. 8.* de AEtiopis religiosos Carthaginensis Ecclesiæ infestantibus, *Victor. Vticens. lib. 2. de persecut. Vandal* de alijs *Parisius in summ. de vniuers. p. fin. cap. 24. Olaus lib. 3. cap. 12. Cardan. lib. 14. variet. rer. Petr. Leloyher lib. 4.*
25 *spectror.* † Notandum tamen est, quando dæmon in forma humana apparet quod aliqua nota ei solet inesse insolitæ deformitatis, vt ex diuina prouidentia dæmon author dignoscatur, vt tradunt *Annan. lib. 3 de natura dæmon. Thyræus lib. 1. apparit. spirit. cap. 9. Binsfeld. in confess. malefic. prælud. 12. Remig. lib. 1. dæmonol. cap. 7. 8. 10. & 14. & lib. 3. cap. 10.*
26 † Ideo fere semper apparet corpore atro maximè, & vt plurimum illuminoso, squalido, fœtente, terro, ac formidabile, oris, rituque sparso, & profundo, luminibus abditis, & flammantibus: manibus pedibusque obuncis, strigiosis brachijs, cruribusque admodum villosis, caprinis etiam, vel asininis tibis, vno, vel vtroque pede bafro, corneoque, statura corporis nunquam iusta, vt narrat *Simon. Maiol. dier. canic. tom. 2. colloq. 3.*

CAP. XXIX. de varijs demonum generibus.

SVMMARIVM.

DAEmonum, vt variæ sunt operationes sic, & varia genera, *nu. 1.*

Maleficorum operationes variæ pro vt varia dæmonum concurrentium natura, numero 2.

AEthereum dæmonum genus quale sit, numero 3.

Animalia ignita, quæ sint apud Aristotelem, nu. 4.

Ephimera animalia ignita, nu. 5.

AEthereum dæmonum genus refutatur, numero 6.

Aereum genus dæmonum in aere degitur, nu. 7.

Nulla mundi pars dæmonibus vacat, numero 8.

Aerea dæmonia sæpius obijciunt phantasmata, turbant aerem, & tempestates excitantur, nu. 9.

Aquaticum dæmonum genus circa fluuios, & lacus inhabitat, nu. 10.

Naiades, Nereides, & Dryades ex dæmonibus aquaticis, nu. 11.

Terrestrium dæmonum genus versatur in syluas, & montes, nu. 12.

Hecatæ, Ceres, Diana, Mater magna, & similes ex dæmonibus terrestribus, nu. 13.

Sphinx Tebana dæmonium terrestre fuit, numero 14.

Genus dæmonum, qui ad luctandum compellit, nu. 15.

Alastoris dæmon quis nam fuisset, numero 16.

Laruæ, seu Lemures vulgò Trasgos, *siue* duendes, *nu. 17.*

Laruæ tumultus domibus solent excitare, nu. 18.

Nimphæ aliud dæmonum genus, nu.19.
Parcæ vulgò Hadas aliud dæmonum genus, nu.20.
Genus dæmonum, quod tempore peſtis ſolet apparere, nu.21.
Multa ſunt per qua Deus denunciat futura mala, nu.22.
Spectra dæmonum varia mala indicantia, nu.23.
Genus dæmonum, quod non apparet, ſed auditur tantum, n.24. & 25.
Genus dæmouum apparens in forma caſtrorum militum, nu.26.
Præmoſtenſium fundatione dæmon ſpecie armatorum militum apparuit, nu.27.
Genus dæmonum, quod monumentis inhabitat, nu.28.
Manes dæmonum genus, qui mortuorum animas emeritur, nu.29.
Dæmones animas ementientes flãmis circũdati viuentibus ſolent apparere, nu.30.
Diabolus quandoque immitatur diuinã iuſtitiam, nu.31.
Harpiæ dæmonum genus gaudia inremorem conuertens, nu.32.
Eumenides dæmones fuerunt, Pluto, Charon, & Gorgones, nu.33.
Satyri, Fauni, Aſinipedes, & Onoſcæles, nu.34.
Subterraneum dæmonum genus, qui theſauros terra latentes ſolet aſſeruare, nu.35.
Incubones theſaurorũ dæmones varij, n.36.
Cuſtos theſauri diabolus aditum arcebat, nu.37.
Heſperidum draco cuſtos horti dæmon fuit, nu.38.
Lucifugum dæmonum genus malicioſum, & inquietum eſt, nu.39.
Aſmodæus qualis natura ſit, & qui tota nocte cum Iacob luctauit, nu.40.
Pſal.90. *de quatuor dæmoniorum generibus explicatus ex nu.41.*
Timor nocturnus, & ſagita volans in die, nu.42.
Dæmonium meridianum à loci regione appellatum, nu.43.
Diaboli genus, qui gaudet ſyluarum, & deſerti habitatione, nu.44.
Aſmodæus ablegatur in deſerto, & Chriſtus in deſerto tentatur, nu.45.
Diabolus qui filios Iob oppreſſit venit à deſerto, & meridiano tempore, nu.46.
Meridianum dæmonium à tempore, quo graſſare ſolet dictum, nu.47.
Dæmonium meridianum dictum à loci affectionibus, nu.48.

SVNT enim dæmonum, vt variæ operationes, atq; libidines: ſic & varia genera, ſibiq; ad inuicem quandoq; contraria, quia diuiſum eſt imperiũ Sathanæ, *D. Luc. c.11.* Omnes quidem immundi, & mali, hominibuſq; ſunt infeſti, vt poſt Chryſippum, Plutarchum, & Philonẽ. recte contra Iamblicum *Porphyr. lib. de abſtinent. animal.* † Qui vt varij, ita Maleficorum poteſtas non eſt omnibus vna, ſed in ſingulis, provt dæmonibus cõcurrunt natura ſubtilioribus, vel groſſioribus diuerſa, ratione locurum, in quæ cadẽtes à principio ſunt detruſi: nã dæmonũ genus ab eorũ habitatione eſt petitum, vt docet *Pſellus lib. de dæmonib.* 1 2

¶ Primum dæmonum genus appellatur *Æthereũ*, ſiue *igneũ*, de quo Trithemnius lib. qq. ad Max. q.5. *Igneũ eſt, quod circa ſuperiorem peruagatur aerem, nec vnquam ante iudicij diem ad inferiora demergitur: ſed continuo cũ regionibus permanentes ſublunaribus nullum habent cum hominibus commertiũ.* † Hinc motus opinor Apuleius dum dixit, animalia eſſe ignita, propterea quod *Ariſtoteles lib. 5. hiſtor. animal. cap. 19.* confirmat quædã in fornacibus Cypri reperiri ſolita, quæ alij de his dæmonibus credidere. † Quibus non aſſentior, nam bolatilia ſunt ephimera, quia cũ igne oriuntur, & cum igne extinguntur, quod dæmo- 3 4 5

nibus, non coheret, *Plin. lib. 11. cap. 36.*
6 *AElian. lib. 2. c. 2.* † Quare hoc genus fictitium credo, & ab Orpheo *AEthereũ* vocatum, quia putabat in cęlis degere, quod iam pridem improbauit *D. Auguſt. lib. de agone Chriſt. cap. 3.*

7 ¶ Secundum genus dicitur *aereum*, quod in aere errans nobis propinquo commoratur, vt docet *Plato in Phædr.* quia aer iſtud plenum eſt dæmonibus,
8 vt ait *D. Athanaſ. in vita S. Anto.* † Quod Merurius in alio ſenſũ dixerat, *nullam mundi partem dæmonum præſentia eſſe deſtitutam*, quod de ſublunari mũdo intellige, alioquim falſum docet *D. Auguſt.*
9 *d. c. 3.* † Hij poſſunt ad inferiora deſcendere, & aſſuntis de craſiore aere corporibus, quandoque hominibus apparere: aera ſæpius (permittente Deo) perturbant, tonitrua, & tempeſtates concitant: & omnes ſimul in pernitiem humani generis conſpirãt, de quibus ſtellanus lib. 2.

Hos ventos, vel Dij aerei, vel ſidera mittunt.

10 ¶ Tertium genus dæmoniorũ dicitur, *Aquaticum*, quia circa fluuios, & lacus, inhabitat, de quo fit mentio à Chriſto Domino in Euangelio D. Luc. c. 11. *Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, perambulat per loca in aquoſa quærens re-*
11 *quiem.* † Et nũc frequẽter in fœmineam ſpeciem ſolet apparere, vt Naiades, Nereideſque Nymphæ, atq; Driades nã eo ipſo quod in locis verſentur humidis molliorẽ vitæ ductũ ſequũtur: aliquando in virili forma apparent, vt *Neptunus, Nereus, Proteus, Achelous, Tritones.*

12 ¶ Quartum genus dæmonũ dicitur *Terreſtrium*, quorũ alij verſantur in ſyluis, atq; nemoribus, qui venatoribus ponunt inſidias: alij verò patulis degũt in campis, qui nocte ab errare faciunt itinerantes: nonnulli demorãtur in locis abditis, atq; cauernis: reliqui cæteris minus furioſi, ac perturbati demorari cum hominibus in obſcuro delectantur, vt narrat *Tritthemnius vbi ſup. d.*
13 *q. 5.* † Quales fuerũt hodie Hecatis, Mater magna, Ceres, Diana, cũ Sodalibus Fatuæ, Furiæ, & earum mater Furina, & Manium, nec non Pluto, Cerberus, Charon, & huiuſmodi alij, de quibus *Arnob. lib. contra Gent.* † Ex quibus quin
14 tũ genus dicitur, quod in ænigmatibus gaudet torquere homines, vt *Sphinx* illa Thebana de qua *Strabo lib. 9. Natal. Comes lib. 9. Mythrolog. c. 8.* ideo dictũ, quia ſub ſpecie tali ſimiarũ apparebat, quæ ſphinges appellãtur, vt docet *Solin. c. 30.*

¶ Sextũ genus dęmonũ eſt illud, quod
15 homines ad luctandũ cõpellit, qualis ille, qui infeſtabat Themeſem fingens ſe Polytæ, & Brutis amiſsi animã, de quo *Pauſan. in Eliac. & Strabo. lib. 6.* imitabatur ſimia Angelũ, qui cũ Patriarcha Iacob fuerat luctatus *Gen. c. 32.* † Septimũ
16 fuere, & ad modũ truculenti, qui *Alaſtores* dicti, fortaſis idẽ cũ Nemeſi, Alaſtor: nã *Nemeſi* fingebant vltricẽ celerũ, quod officiũ Alaſtori tribuit *Origen. lib. contra Celſum*, & fortaſis, hic eſt ille exterminator, de quo in *Apocalipſ c. 9.*

¶ Octauũ genus eſt illud, quod do-
17 mibus maximé gaudet ſolis illuſionibus territare homines, vt Laruæ, & Lemures, quos Hiſpané appellamus *Traſgos*, ſiue *Duendes*, ſic dicti, quia domeſtici ſe fingunt domibus inhabitare, vt notat *Oroſ. de Couarru. lib. 1. de vera prophet. c. 13.* † Quorum ſpectra certis tempori-
18 bus, aut locis ſolent tumultus, & vexationes varias exibere, vt de Temeſio dæmone *AElian. de varia hiſt. lib 8.* de pueris nigris cirratis *D. Auguſt. lib. 22. Ciuit. Dei c. 8.*

¶ Nonũ genus eſt, quod in nemoribꝰ,
19 & alijs amenis locis ſeſe oſtẽtant informapuellarũ, vt Nimphę interdũ inveſte alua, vt illæ tres, quæ Machabæo Banckoni Regnum prænuntiarunt, apud *Boeth. lib. 12. hiſtor. Scotor.* † Quas Gen-
20 tiles

tiles *Parcas*, Hiſpani *Hadas*, appellant, quales *Fatales ſorores*, falſo putatæ bellorum præſides, quæ Hotero Regi familiares fuerunt, vt tradit *Olaus lib. 3. hiſt. Septentrional. c. 10.*

21 ¶ Decimum genus iſt illud, quod ſolet apparere tempore peſtis, aut cum alia mala nobis invadunt, vt docet *Mart. del Rio totius eruditionis gloria conſpicuus in commentar. ad Senec. in Oedip.* 22 *v. 172.* † Nam multa ſunt per qua Deus denunciat futura mala, & mutationes Regnorum: vt in nocte, qua ſeditionem Anthiochenorum præceſſit, viſa mulier ingens, & formidabile aſpectu aerē ſcutica tam fortiter verberans, vt tota ſonus vrbe exaudiretur, *Sozomen. lib. 7.* 23 *cap. 23. Nicephor. lib. 9. cap. 42.* † Priuſquam Humnericus perſecutionem in Chatolicos Africæ incoharet, ſuper ea cumine montis Ziquemi homo gygāteæ mollis viſus, & auditus clamare *egredimini, egredimini.* Et in æde Fauſti, quæ Carthagini eſt, viſa multitudo AEthiopum ſanctos Eccleſia fugans, vt refert *Vticenſ. lib. de perſecut. Vandal.*

24 ¶ Vndecimum genus eſt, quod non apparet, ſed auditur tantum, vt de vocibus, & ſonis auditis in Marathone poſt pugnam cum Perſis tradit *Pauſan. in Attic.* & ante pugnam cum Cimbris *Plin. lib. 2. cap. 59.* & ante bellum, ciuile Syllanum in eadem Italia *Apian. lib. 1.* 25 *de bello ciuil.* † Ante primum prælium Pharſalicum Anthiochiæ, *Cæſarius lib. 3. de bello ciuil.* ante mortem Cæſaris dictatoris domi eius *Dion. Caſſ.* alia multa apud *Cardan. lib. 14. variet. rer. Fulgoſ. lib. 1. de prodig. Nider. in Formicar. lib. fin. Guil. Pariſienſ. in ſumm. de vniuerſo, p. fin. cap. 24.*

6 ¶ Duodecimū genus eſt cohortum acierum caſtrorū militarium, nā ſicut bonorū Angelorū acies viſæ bis in ſacris literis, *Gen. c. 32. & Reg. 4. c. 6.* Sic & ſimia diabolus ea immittatur, vt invita S. Guthalei Anachoretæ apud *Surium menſe April.* † Similia in primordijs diuinæ Religionis Prę moſtenſiū (ſic dicta á prę monſtrata Dei fundatione) ſpecie armatorum militum in quoſdam Religioſos dæmonia incurriſſe, *vt legitur in vita D. Norberti, c. 26.* 27

¶ Terdecimū genus dæmonū eſt, qui monumentis inhabitat cineribus, & oſsis ſæuiens, ad quod fugadum Eccleſia aqua benedicta, & ſanctis orationibus pie, & ſancte vtitur, quia ſęvū, & truculentum eſt, vt in Euāgelio S. Matth. c. 8. *Occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumētis exeuntes, ſæui nimis.* † Cui ſimile eſt, qui prędictionibus futurorum in admirationem ſui trahere cupiunt audientes, vt *Manes*, qui mortuorū animas emenciebātur, de quibus diximus, *lib. 1. de Magia diuinatr. c. 13. n.* nam vt ait Leloyher lib. 4. ſpectror. c. 6. *Dæmones fingunt ſe animas eſſe.* † Et eæ quidem aliquādo flammis circūdata in ijs, quæ viui occaſionem peccandi fuerunt tormenta pati denuntiant, vt milites illi, qui monacho Limpurgio apparuerūt, apud *Thritthe. in Chron. Hiſgab. ann. 1168.* de alijs *Nider. in Formicar. lib. 5. hiſt. Polon.* † Quos dæmones fuiſſe ſatis probant *Leloyher. vbi ſup. Guilh. Pariſienſ. p. fi. de vniuerſ. c. 24.* & in his imitātur diuinam iuſtitiam, qua frequēter in quo quis peccauit, in eo punitur, quod haut latuit Vergil. AEneid. 6.

Quæ cura nitentes
Paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.

¶ Decimum quartum genus dicitur illud, quod hominum gaudia in mœrorem, & triſtitiam conantur conuertere, vt *Harpiæ*, de quibus *Heſiod. in Theagon. Apolon. lib. 2. Argonaut.* † Decimum quintum eſt trucidum ac cruētum, vt *Eumenides*, de quarum habitu, & conditione fuſſe *Mart. del Rio in comment. ad Senec. in Med. v. 13. cum ſeqq.* 28 29 30 31 32 33

Pluto, Charon, & Gorgones tres, de quarum forma, & genere, *idē Delrius,*
34 *vbi prox. n.* 831. † Decimum ſextum ſunt *Satyri*, quorum Princeps *Faunus* fuit, qui terribiles, ac inopinatos ſonitus edebant, hos Pſellus vocat *Aſinipedes*, á forma *Onoſcelles*, vt narrat *Sozomen. lib. 8. cap. 6.* quos piloſos, & Syrenas appellat *D. Iſai. cap. 2.* quia frequenter in hyrci forma ſolent apparere.

35 ¶ Decimum ſeptimum genus dicitur, *Subterraneum*, quod in ſpeluncis, & cabernis montiumque remotis concauitatibus demorantur, & iſti dæmones affectione ſunt peſsimi, eoſque invadunt maximé, qui puteos, & metalla fodiunt, & qui theſauros in terra latentes quærunt, in pernitiem humani generis paratiſsimi: hiatus afficiunt terræ, ventoſque flammibomos ſuſcitant, & fundamenta ædificiorum concutiunt, vt narrat *Tritthemius, vbi ſup.*
36 † Ex quibus quidam ſunt incubones theſaurorum, quos auaritia mortalium in terra abſcondit, & ne rurſus in vſus perueniant hominum, eos ſubducunt, furantur, & cuſtodiunt, quales fuere olim canis ille horridus, & illa ſemiãguineo corpore mulier, de quibus *Stumphius in Chroni. Heluet. & Cedren. in*
37 *Anaſtaſ.* † Talis fuit, qui Cabades Regi Perſarum, & omnibus aditu arcebat dæmon theſauri cuſtodis, apud *Glicam*
38 *p. 4. Annal.* † Talis dæmon, qui informa draconis, cuſtos fuit ad aurea poma in hortis Heſperidum filiarum Regis Atlantis, quę (ſubacto dracone) Hercules tulit, authore *Seneca in Herculē furent.* Vnde, & ſerpens aureum in theſauri cuſtodiam apud *Aſcan. Centor. lib. 4. Tranſiluan.*

39 ¶ Decimum octauum genus dicitur *Lucifugum* propterea, quod lucem maximé abhorreat, & deteſtatur genus hominum in præſcrutabile, ac pœnitus tenebroſum, paſsionibus frigidis agitatum, malicioſum, inquietum, & perturbatum, quod occurrentes homines violenter comprimit, nocturnis horis ſæpiuſque Deo permittente, aut flatu quoſdam interficit, aut contactu.
† Qualis fortaſſe fuit Aſmodæus, qui 40
ſeptem viros Sarræ necauit, *Tob. cap. 5.* non tamen athleta ille, qui tota nocte cum Iacobo Patriarcha luctatur, *Geneſ. cap. 31.* licet Hæbræi id velint, & *Origen. in Periarch. 3.* quia bonum Angelum fuiſſe ſatis docent ibi *Græci, Latinique Patres.* † Huius dęmonũ generis memi 41
nit Regius Hymnographus, Pſalm. 90. *Non timebis à timore nocturno, à ſagitta bolante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurſu, & dæmonio meridiano,* vbi quatuor annumerantur pericula, ſeu peſtes, quas omnes vult eſſe dæmonum genera, *Paraphraſtes Chaldeæ.*

¶ De timore nocturno tradit *Procop.* 42
li b. 2. de bello Perſic. & nos latè infra c. 20. de lamiarum origine, de ſagitta bolante, in die, dicendum eſt, hoc eſſe dæmonum genus, qui lucente ſole, & clara luce ſupina frequenter graſſatur, vt de *Pana* truculento dæmone, iracundo, ac formidabile tradit *Theocrit. Eidyl. 1.*
† De incurſu, & dæmonio meridiano, 43
ſiue incurſu dæmoni meridiani, vt volunt *Aquila, & Symmach.* notãdum eſt duobus ex cauſis ſic appellari, primum á loco, quia credebant in deſerto verſari, quod Hebræis ad meridie eſt. Et ita legimus ferociſsimorum dæmonũ copiam maximam habitaſſe in horto, vbi ſepulchrum Iannis, & Mambres, vt narrat *Palladius, & Macarius.* † Et dæ 44
monum genus Lamias ſcilicet, in deſertis habitaſſe Lybiæ *Dion. in hiſt. Lib.* & dæmones gaudere ſyluarum, & deſerti habitatione, tradit *Procop. in Iſai.* quia hoc dæmonum genus eſt ſolare, & leoninæ naturæ, quorum propria hæc conditio, vt docet *Pſellus lib. de na-*

tura

45 *tura dæmon.* † Et Raphael Asmodæum ablegat in deserto *Tob. cap.* 8. & Christus Dominus in deserto tentatur, *D. Luc. cap.* 4. & Dauid dæmones hosce vocat *Bestias syluæ*, iuxta nonnullos,
46 *Psal.* 103. † Sic ventus, qui filios Iob oppressit venit á deserto *Iob cap.* 1. hoc est á meridienali plaga, idque meridiano tempore, nempe prandentibus illis, vt
47 optimé notat ibi *Origen. & Aquil.* † Secundo igitur à tempestate diei dicitur *meridianum*, eo quod hoc genus dæmonum in meridiano tempore, & apparere solitum, & homines crudelius, acriusque infestare, tum spirituali tentatione, ac prælio maximé luxuriæ, & accidiæ stimulis, quæ duo peccata vrgent vehementius hominem ciuis distentum, & plenum, vt docet *Eutym. ad*
48 *Theodoret. in Psalm.* † Tum etiam corporis affectionibus, vt in Rusia orientali sub meridiem mesis tempore solitus erat ambulare rura dæmon habitu viduæ lugentis, operarijsque, nisi protinus viso spectro in terram proni venerarentur brachia, cruraque frangebat, vt narrat *Petr. Gregor. lib.* 12. *de Republ. cap.* 20.

CAP. XXX. *de incubis, & succubis dæmonibus cum Lamijs rem habentibus, & an ex tali congressu proles nasci queat.*

SVMMARIVM.

DÆmones, *quia carent corpore mulieribus potiri negarunt veteres, numero* 1.

Dæmones incubos, & succubos negarunt non solunt hæretici, sed & Catholici, numero 2.

Malefici, & sagæ cum dæmone coire probarunt plures, nu. 3.

Genes. cap. 6. *de incubis, & succubis dæmonibus loqui negatur, nu.* 4.

Enoch liber apocriphus de incubis, & succubis agens, nu. 5.

Genes. cap. 6. *loquitur de filis Seth, & filiabus Caim, nu.* 6.

Fili Dei ad filias hominum ingressisse in Genesim de quibus intelligatur, nu. 7.

Authoris sententia de incubis, & succubis, nu. 8.

Authoris sententia, hac in re probata à Theologis, nu. 9.

Authoris sententia, hoc in casu probata à Iurisperitis, nu. 10.

Incubus, & succubos fatetur D. Augustinus, nu. 11.

Pilosi quare dæmones reppellentur in sacris literis, nu. 12.

Sahirim in lingua sancta quare vertit vulgata dæmonia, nu. 13.

Hyrci antiqua forma, qua de causa dæmoni data, nu. 14.

Dæmon varia nomina, ex lascibientis natura, nu. 15.

Dæmonum tripudia in assumptis corporibus sæpe visa, nu. 16.

Nimphæ, Oreades, Napeæ, Hyades, Hamadriades, Nereides, & Naiades, fuerunt dæmonum spectra, nu. 17.

Syrenæ dæmones fuerunt ad libidinem deludendam, nu. 18.

Dæmones cum Sagis libidinem præposteram exercere, nu. 19.

Dæmones incubi, & succubi dupliciter corpus assummunt, nu. 20.

Dæmonis delusio in re venerea, nu. 21.

Diabolus, cadauera non viuificat, sed cogit vitales actiones ementire, nu. 22.

Principis quodam mortui corpus integro priusquam sepeliretur anno dæmon gestauit, nu. 23.

Corpora assumpta à dæmone quare sint tactu frigido, & horrido, nu. 24.

Corpora assumpta quando diabolus calore vitali attemperat, nu. 25.

Dæmones generare posse in tali congressu

negant plures, nu. 26.

Hominis procreatio est actus corporis viui, nu. 27.

Diabolus corpus aereum, neque aliud habet omnino, nu. 28.

Dæmones nullam inter se habent individui, vel speciei multiplicationem, nu. 29.

Dæmones, quia substantiæ incorporeæ, non possunt corporeum semen præbere, numero 30.

Dæmones sunt expertes animæ vegetantis, ideo semen præstare nequeunt, numero 31.

Semen, quo diabolus in suis congressibus præstat delusorium est, nu. 32.

Diabolus generationis causa, vnde semen comparetur, nu. 33.

Semine assumpto potest diabolus naturalem generationem causare, nu. 34.

Semen viri mixto semini muliebri, quia causa est generationis, potest diabolus illam præstare, nu. 35.

Mulier non concepit semine aliunde assumpto, nu. 36.

Mulierem in valneo concepisse, ex semine deciso, fabula est, nu. 37.

Mulier impregnari nequit, nisi à viro cognoscatur, nu. 38.

Mulierem in patris lecto dormientem, ex eius polutione concepisse, fabula est, nu. 39.

Homines habentes virgam nimis breuem, aut longam, quare non generant, numero 40.

Authoris sententia circa dæmonis procreationem in huiusmodi actibus, nu. 41.

Multi ex muliere, & incubo dæmone nati, nu. 42.

Romulus, Alexander, & Lutherus, ex incubo nati, nu. 43.

Corocoton *dæmon apud Indos misceri solitum mulieribus, & ex eo vicornes nasci, nu. 44.*

Æneas ex Anchise, & Venere sucuba natus, nu. 45.

Succubus dæmon nequit concipere, quia corpus in tempus accepit, nu. 46.

Æneas potius Veneris specie suppositus est, quam procreatus, nu. 47.

Procreati dæmonis ministerio ponderosissimi sunt, pallidi, & macilenti vagiant, nu. 48.

DÆMONES, 1 quia carent corpore, & appetitu sensitiuo, rē venereā cū mulieribus habere negarunt expresse Eugubin. lib. 8. de peremni philosoph. c. 26. *Natura fieri non potest, nec assentitur philosophia, spiritus corpore nudatos amore fœminarum capi, aut ex eis generare posse, nam vbi non est ciuus, & potus, non est sperma: vbi non fit quærenda successio, & propagatio, non adhibuit natura cupiditatem generandi.* † Vnde hos incubos, & succubos dæmones negarunt, non solum hæretici *Vvierius, Godelmanus, & Ficardus*, verum etiam Chatolici *Cardanus, Poncinibius, & Bapt. Porta.* † Contra tamen Maleficos, & Lamias cum dæmonibus illi quidem succubis, hæ vero incubis actū venereum exercere, aperte censuerunt *D. Cyprianus, Tertulianus, & alij relati à Sixto Senens. lib. 5. Bibliothec. annot. 77. Perera lib. 8. in Genes. disp. 1. Valles de sacra Philosop. cap. 8.* † Qui in eo quod volunt dæmones posse cum mulieribus rem habere optimé senserūt: in eo veró à recentioribus iure reprehēduntur, quod de huiusmodi concubitu Mosis etiam verba de filijs Dei, & filiabus Caim acceperunt *Genes. cap. 6.* † Nā licet, hæc sententia reperiatur in libris de *Enoch*, qui Angelos, quos vigiles appellat transfiguratos in homines, vt mulieribus potirentur, commentitia est, nec tanto viro referenda, nam vt ait D. Augustl. lib. 15. Ciuit. Dei cap. 23. & q. 23. in Genes. *Cur autem hoc nisi ab antiquitate suspectæ fidei iudicata sunt,*

2

3

4

5

nec

nec vtrum hæc eſſent, quæ Enoch ſcripſiſſet, poterat inueniri, &c. † Quare non de dæmonibus, ſed de filijs Seth fili Adam, & filiabus Caim ſunt accipienda, vt omnes Græci, Latiniq́ue Patres ſenſerunt, *D. Chryſoſt. homil. 22. in Geneſ. d. cap. 6. D. Theodoret. in Geneſ. q. 47. D. Ambr. de Noe, & arca cap. 4. D. Thom. p. 1. q. 51. art. fin. Auulenſ. in Geneſ. d. c. 6. quæſt. 6. & in Exod. cap. 7. q. 12.* † Quorũ omnes tranſeunt in ſententia Suidæ *Sethum illius ætatis homines Deum appellabant, & merito igitur Sethi, & Enoſi, & Enochi filij Dei, & Deorum filij authore Symacho intelliguntur, qui victi liuidini ad Caim filias ſunt ingreſſi, & quorum imperi, & impuro coniugio nati ſunt Gigantes.*

¶ Neq́; per hoc negãdum eſt poſſe dæmones mulieribus potiri, quia poſſunt defunctorum corpora aſſumere, vel de nouo ſibi ex aere, & alijs elemẽtis ad carnis ſimilitudinem palpabilia effingere, ac formare, & quem natura non habent ſexum artificioſé exibere, & viris ſpecie fœminea, & fœminis ſpecie virorum abuti, & has ſubiſcere, & illis ſe ſubſternere. † Vnde hanc de incubis, & ſuccubis ſententiam prę ter ſupradictos probarunt *D. Thom. in ſen. 2. diſ. 8. & p. 1. q. 51. ar. 3. & 2. 2. q. 96. ar. 3. Toledo in ſumm. lib. 4. cap. 15. Caſtro de iuſta hæretic. punit. lib. 1. cap. 16. Annan. lib. 4. de natura dæmon. Sprenger. in Mall. p. 1. q. 4. & p. 2. q. 1. cap. 4. & q. 2. cap. 7. Nider. in Formicar. lib. 5. Spina de ſtrigib. concl. 6. Mart. del Rio lib. 2. Magicar. quæſt. 15.* † Quibus aſſentiuntur iuriſperiti *Epiſcopus Simanc. de Cathol. inſtitu. tit. 34. Vlder. Molitor. de pythonic. mulier. cap. 5. & 6. Paul. Grilland. de ſortileg. q. 7. ex num. 9. Petr. Binsfeld. in confeſſ. malefic. p. 1. prælud. 7. & p. 2. concl. 5.* † Nam vt ait D. Auguſt. lib. 22. Ciuit. Dei cap. 23 *Creberrima fama eſt, multiq́; ſe expertos, vel ab eis, qui experti erant, de quorum fide dubitandum non eſt ſe audiuiſſe confirmat, Syluanos, & Faunos, quos vulgus incubos vocat improbos extitiſſe mulieribus, & earum appetiſſe, & peregiſſe concubitum.* † Ex quo dæmones vocantur piloſi ab *Iſai. cap. 13. & cap. 34.* Nam vox Hæbrea: שעירים *Sahirim*, vel *Sahir*, quæ habetur *Leuit. cap. 17. & Paralip. 2. cap. 11.* idem eſt, quod *hirtus*, ſiue *hircus.* † Quam vulgata vertit *dæmonia*, ob huius animalis laſciuiã, ſuperbiam, & petulãtiam dæmonibus communem, vt docet *Remig lib. 1. dæmonol. cap. 24.* † Vnde eis hirci antiqua forma, & Iupiter *Hammon* in hirci ſpecie cultus, vt tradit *Arnobius lib. 6. contea Gent. Ouid. lib. 15. Metamorph.*

Medio tua corniger Hammon
Vnda die gelida eſt, ortu obituq́ue caleſcit.

Item hac eadem de cauſa vocãtur Tal pę, & Syrenes ab *Iſaia cap. 2.* Lamiæ, & Oenocentauri, *ab eodem cap. 13.* necnon Aegypanes, quaſi capricornes *Plin. lib. 5. hiſt. natur. cap. 1.* Quales à Poetis fingũtur. Et horum tripudia ſæpe videri, & audiri in Athlante monte confirmat *idem Plin. d. lib. 5. cap. 34.* † Et hodie videri, & audiri teſtantur *D. Thom. 1. 2. q. 89. art. 4. Scaliger. lib. 3. Georgicor. Saxo Grammat. lib. 1. Danum hiſt.* Vnde illud.

Trux Lemurum Chorus aduenit Principeſq́ue per auras
Curſitat, & vaſtos adit ad aſtra ſonos.
Accedunt Fauni, Satyri, Panumque caterba,
Manibus ad mixta militat ore foro.

Ex quibus alij fuerũt ſuccubę, vt *Nimphæ*, quarum quædam aereæ, vt *Sybilla*, de qua *Plutarch. lib. de ſera num. vindict.* Quædam terreſtres, vt *Oreades, Napeæ, Dryades, Hamadryades:* Quædam aquaticæ, vt *Nereides, & Naiades*; illæ maris, hæ fluuiorum, quarum omnes dæmonũ ſpectra fuiſſe, ſatis probat *Mar-*

del

del Rio in comment. ad Senec. in Hercul. &
18 *Medeam.* † Nec desunt, qui Syrenas dæmones esse affirment ad liuidinem deludendam, vt de *Sphinge* illa Thebana narrat *Pierus lib. 6. Hieroglyph. & Solin.*
19 *cap. 30.* † Nam dæmon per omnes lasciuiæ partes acuratè discurrit, vt homines á vera Dei pietate in cœnosa ista detineat: quare nec præposteram liuidinem parcere fatentur *Ponzinib. lib. de Lamijs nu. 64. Annan. lib. 4. de natura dæmon. fol. 148. Ouid. lib. 10. metamorph.*

Rex superum Phrygijs Ganimedis amore
Arsit, & inuenum est aliquid Iupiter esse.

20 ¶ Quæ vt dæmones patrentur, solent elementare corpus assumere, vel sibi mortui cadauer induere, quod impellit, ac mouet, non aliter quam motor intus existens, vt docent *Cardan. lib. 16. variet. rer. cap. 93. Siluester lib. 1. de strigimag. cap. 14. punct. 4. & cap. 15. pun. 3.*
21 *D. Thom. Sentent. 2. dist. 8. art. 4.* † Et ita diabolus delusit militem, qui cum putaret se formosa potitum virgine, inuenit se in complexu cadaueris belluini tabe soluti apud *Guilh. Parisiens. in summ.*
22 *de vniuers. p. fin.* † Non quod illud valeat informare, aut quod in essentiam eius dilabeatur, sed duntaxat, vt in loco existens vitales eius actiones imittetur: cadaber regit, & spiritum ementitur, vt tradit *Tostat. in Exod. cap. 7. q. 13. cum*
23 *seqq.* † Vt de quodam Principis mortui corpus integro priusquam sepelleretur anno, dæmonem gestasse, & rexisse narrat *Cæsarius lib. 12. Miracul. cap. 13.* de Cornelio Agrippa, Simone Mago, & alijs *Remig. lib. 2. dæmonol. cap. 1.* † Vn-
24 de illa esse tactu frigido, & horrido ex sagarum confessionibus narrant *Petr. Binsfeld. in confess. malefic. p. 1. prælud. 6. Alex. ab Alex. lib. 2. dier. genial. cap. 9. Tostat. & Remig. vbi sup. Raph. de la Torre*
25 *tom. 2. q. 95. in prælud. disp. 6.* † Nisi quando sub certi alicuius viri, aut fœminæ specie vult deludere, & nollit sciri se esse dæmonem, quia tunc corpus assumptum temperat, ne contactu timor, horror, aut aspernatio sequatur, quemadmodum fecerunt Angeli Loth ne cõtactu dignoscerentur, *Genes. cap. 19.*

¶ Sed quod magis vrget in conclu- 26
sione proposita illud est: an ex tali congressu proles nasci queat, & pro parte negatiua sunt *Plutarch. in Num. Remig. lib. 1. dæmonol. cap. 6. Vld. Molitor. de Python. mulier. cap. fin. Aristot. lib. 1. de generat. cap. 4. Peramato lib. de homin. procr. c. 1. Fran. Vallerioll. to. 1. enarr. medic. Ambro. Pareus lib. 34. demonstr. & prodig. c. 10. de succubis, & incub.* † Eo nẽpe quod homi- 27
nis procreatio sit actus corporis viui.
† Quod dæmones nequeunt præstare, 28
quia sunt vitæ expertes, & mortis origo, neque corpus vllum aerum, neque quouis aliud habent omnino, vt cõtra Platonicos defendit *Natta libro 7. de Deo fol. 57.* & probat *D. Cecilius primus Episcopus Granatens. in lib. prumbeo in cauernis montis Illepulitani reperto, cui titulus est fundamentum Ecclesiæ.* † Neque 29
dæmones inter se vllam habent indiuidui, vel speciei multiplicationem, vt fuit error *Gregor. Nisen. lib. de naturâ dæmon. cap. 18.* neque inter se commisceri possunt, vt tradit *Perera lib. 8. in Gen. 6. disp. 12.* † Neque vllum semen pro- 30
lificum (quantumbis tenue, & aereum) habẽt omnino, vt placuit *Iosepho, & Hebræis*, quia dæmones sunt substantiæ incorporeæ, & ideo de suo non possunt corporeum semen præbere, vt tradit *Grilland. de Sortileg. q. 7. ex num. 9.* † Sunt 31
enim expertes animæ vegetantis ad quam pertinet (naturali calore) ciuum acceptum concoquere, ex quo sanguis, & ex eo semen comparatur, vt docent *Fran. Valles de sacra philosoph. cap. 13. Tiraquel. in ll. connuial. l. 15. ex num. 12.*
† Vnde si qua feminis decisio in hac co 32
pula à dæmone causetur, non veram,

sed

sed delusioriam esse, nullamque sagis adferre voluptatem, palam confessæ sunt apud *Remig. lib. 1. dæmonol. cap. 6.* nã vt ipse ait lib. 2. Periocli. 1.

Itur in horrendos complexus, iungitur impar
Absurdo coitu Venus irreditiua nefandos.

33 Quod fieri puto quando dæmon causa generationis non accedit: nam quando in gratiam id obtantis succubæ concumbit, adhibet instituto necessaria, & semen prolificum quærit aliunde carnali actu decisum, & inuentum conseruat, ac tanta celeritate perfert, ac fobet, ne vitales spiritus euaporentur, & tunc quando, ac quale oportet infundit, vt docent *D. August. lib. 3. de Trinit. D. Thom. in Senten. 2. d. dist. 8. & p. 1. q. 51. & in quodlib. 7. q. 10. Annan. lib. 4. de natura dæmon. Sprenger. in Mall. p. 2. q. 1. cap. 4. Grilland. d. q. 7. ex num. 12. Nider. in Formicar. lib. 5. cap. 9. & 10. Petr. Binsfel. dius in confess. malef. memb. 1. conclus. 5.*

Lara de Vita homin. c. 12. n. 12.

34 † Ex quo sequitur naturalis generatio, & Deus (vt naturæ author) concurrit, vt organicum corpus infantis formetur, vt concurrit in incestu, & adulterio procreatis: quia natura solum postulat, vt ex viri prolifico semine apte admixto semini muliebri proles nascatur, vt docent *Galen. lib. 1. de generat. & alij relati à Iabelico lib. 8. metaphys. q. 17. Florentin. ad Auicen. de generat. embrion. Vega lib. 1. de arte medend. cap. 3. Valles lib. 2. controuersiar. cap. 6. Aualens. lib. 1. Paradox. c. 48.*

35 † Siue á corpore, siue à cerebro vis gignendi oriatur spiritus genitalis ipsi semini est implantatus in ipsa seminis ab humano corpore decisione: nullo facto discrimine an ab homine ipso, an dæmonis ministerio infundatur, quia ex verò hominis, & mulieris semine nascitur homo, *D. Thom. d. quodl. 6. art. 8. Sprenger. in Mall. p. 1. q. 4. cap. 2. Siluest. vbi sup. lib. 2. c. p. 3. pun. 3.*

¶ Neque propterea credo multa, 36
quæ ex hac de causa graues quidem, & docti viri tradiderunt, de mulieri concipiente semine aliunde decisso, quia nugæ sunt mulierculatum ad patrocinandas puerperas confidæ, pro iis, quæ ex adulterino concubitu conceperant, vt credulis maritis alienos obtrudant hæredes. † Vt de illa, quæ in valneo ex 37
semine in aqua decisso concepisse scribit *Auerroes collectaneor 2. cap. 10.* & ex eo narrat *Albert. Magnus lib. de format. homin. cap. 1.* quia falsum est, & nimia credulitate ductus Auerroes, qui ita se audiuisse á vicinia sua scribit, reprehenditur á *Hieron. Mercurial. lib. 1. de morbis mulier. cap. 2.* † De Bambergensi puella 38
eadem de causa prægnans reddita, meminit *Nider. in Formicar. d. lib. 5. cap. 10.* Quod dementis virginitate accipiendum est, nam corporis virginitatem à miserat, per eam copulam, per quam conceperat, quia mulier á viro cognosci non potest, sine virginitatis iactura, nec impregnari, nisi cognoscatur. † De 39
alia in patris sui lecto dormiente, qui cum in somnis polueret, semen eius ad matricem filiæ peruenit, & inde puella concepit, & alijs huiusmodi, quę nec incautis rusticis queam persuadere, ex traditis *Hiero Mercurial. vbi sup. à Ioann. Schenckius tom. 2. obseruat. medic.*

† Nam ad generationem si semen tan- 40
tisper euaporetur (etiam intra claustra mulieris receptum) nihil habet efficatiæ, quo fit, vt homines habentes virgã nimis breuem, aut longam, non generantur, quia modica illa distantia, quæ est inter locum pollutionis, & caput matricis, facit semen euaporari, vt tradunt *Arist. lib. 1. generat cap. 6. Ambros. Paræus lib. 34. demostr. & prodig. cap. 16.* 41
† Quia imo ex semine aliunde decisso, quod per tan longum tempus refrigeratur, sed cum diabolus norit spiritus vitalis conseruationem, & vim caloris

putre-

putredinalis, & applicandi tempus, & alia naturæ arcana, & quibus valeat semen asserbari, quominus non euapo retur, ac quale, & quantum, & quando opus sit infundere, anceps sum, an ex eius congressu proles valeat generari, ideo quæstioni subsisto, donec meliori bus nactus fundamentis, possim definire.

APPENDIX.

42 SVNT multi, qui ex muliere, & incubo dæmone nati credũtur, vt Hercules, Seruius, Tulij, & alij Semidij, quos ex Dijs, hoc est ex dæmonibus natos fuisse probarunt *D. Thom. p. 1. q. 50. art. 1. Arnob. li. 5. cõtra Gent. Orig. li. 6. cõtra Cels.*

43 † Romulus ex Rhea, & incubo Martis nomine procreatus est, *Ouid. lib. 1. Fast.* Alexander Magnus ex Olympia, & Hammone, vt refert *Qint. Curtius lib. 1.* nec desunt, qui Lutherum in hac classe referant, *Fontan. in histor. de statu relig.*

44 † Quod apud Indos frequentissimum docet *Petr. Chieza histor. Perù p. 2. cap. 27.* dum scribit in Hispaniola *Corocoton*, dæmonem misceri solitum mulieribus, & ex eo natos vicornes nasci.

45 † AEneam ex Anchise, & Venere succuba natum narrat *Vergil. AEneid. 1.* quod non ita approbo, etiam si id teneat *Sylvester lib. 2. de strig. cap. 3. pun. 3.*

46 † Nã licet in conceptione par sit vtriusque conatus post omnia solius sunt matris, tam in disponendo, quam in alendo fœtu, & alia naturæ arcana: quæ succuba præstare nequit, quia corpus in tempus accipit, vitæ, & caloris naturalis expers

47 † Vnde AEneam á dæmone Veneris specie suppositum potius credo, quam conceptum, vt de bacca illa, quæ infantem peperit narrat *Ioan. Reynardus lib. de peregr. gent. serm.* & de succuba Baberij, quæ filios plures ei supposuit, *Sabin. in Ouidi metamorph.* † Qui autem à dæmone procreantur, ex hac copula põderosissimi sunt, & quatuor nutricũ rumis exhaustis pallidi, & macilenti vagiant, ex quo eos Itali *Vagiones* appellant, de quibus plura, *Sprenger. in Mall. p. 2. q. 2. cap. 7. Annan. lib. 4. naturæ dæmon. Molitor. de python. mulier. cap. 6. Maiol. dier. canic. to. 2. colloq. 3.* 48

CAP. XXXI. de Gygantibus, & Pigmæis, & alijs monstris terrestribus.

SVMMARIVM.

Gigantes ante dilubium, & post dilubiũ fuisse, nu. 1.

Goliath habebat altitudinem sex cubatorũ, & palmi, nu. 2.

Og Gygantis cubile nouem cubitorum in lõgum, nu. 3.

Cubiti Hebræi conficiunt digitos XLV. nu. 4.

Cadauer cubitorum XXXIII. nu. 5.

Puella mortua fluminis alubione adbesta cubitorum XL. nu. 6.

Anchei ossa in longum cubitorum LX. numero 7.

Cadauer in Creta adinuentum cubitorum XLV. nu. 8.

Cadauer pedum XXX. in montanis Narbonensibus, nu. 9.

Corpus in Anglia fluminis alluuione detectum pedum L. nu. 10.

Pallantis corpus Romæ repertum cuius longitudo muros vrbis altitudine æquabat, nu. 11.

Molaris centum nostrorum magnitudine, & alium pugno maiorem, nu. 12.

Batuecis cadauer repertum altitudine pedum XII. nu. 13.

Indi, elephantes, vt nos equos transiliunt, nu. 14.

Indi, portarum costodes pedum XV. nu. 15.

Gygantes generantur quando semen est crassissimum, & calidissimum, & spiritibus affluens, nu. 16.

Gygantaē mulierē Romæ vissam cuius parentes reliquis hominibus æquarent, numero 17.

Gygantes inter monstrua non anumerantur, nu. 18.

Gygantes potest diabolus causare, numero 19.

Gygantes relati in Genesim non fuerunt ex dæmonibus incubis, & succubis, numero 20.

Fili Dei non appellantur dæmones, numero 21.

Pygmæi quam breuissimi statura, numero 22.

Pygmæos triēnio gignere, & octennes mori, & gruibus pugnare, nu. 23.

Pygmæos non esse fabulosos, nu. 24.

Pygmæos fuisse homines cubitales, numero 25.

Ezechiel cap. 27. *de Pygmæis interpretatus. nu.* 26.

Pygmæos potest diabolus inducere, numero 27.

Pygmæi ex semine humano pusillis brutis commixto possunt à dæmone induci, numero 28.

Gottos Reges, ex vrso, & virgine nobili natos, nu. 29.

Homo non nascitur, ex homine, & fera, sed monstrum, nu. 30.

Ferinum semen perfectionis humanæ expers est, nu. 31.

1 GYGANTES, vt compertum est ante dilubium fuisse, Genes. cap. 6. *Gygantes autē erant super faciem terræ*, ita post dilubiū Numer. cap. 13. *Vidimus monstra quædam filiorum Enoc de genere Gyganteo, quibus* 2 *corborati quasi locustæ videbamur.* † De eorum statura nihil certo præfinitū est. quam quod de Gygante Goliath sacra commemorat Paremia in altitudinem habuisse sex cubitorum, & palmum, *Reg.* 1. *cap.* 17. in hæc verba, *Et egressus est vir spurius de castris Philisthinorum nomine Goliath de Geth altitudinis sex cubitorum, & palmi.* † Et de Gigante Og 3 thori fuisse nouem cubitorum in longum, & quatuor in latum, Deuteron. cap. 3. *Solus quippe Og Rex Basan restiterat de stirpe gygantum. Monstratur lectus eius ferreus, qui est in Rabbeth filiorum Ammon nouem cubitorum habens longitudinis, & quatuor latitudinis.* † Quorum 4 singuli cubiti continent digitos XLV. quæ conficiunt pedes III. minus digitus III. vt apparet ex Bibliaco computo tradito ab auunculo meo *Ioann. Baptista Villalpando in Regio Codice to.* 3. *Apparat.* & recolit *Theodoret. in Genes. q* 48. *Sixt. Bibliot. lib.* 5. *annot.* 76. † De alijs 5 tam mira traduntur ab scriptoribus, vt verear nequid fabulosum admiscerint: verba referam, vt eorum fides apud authores sit. Solin. cap. 4. *Quod bello Cretico, cum elata fluuiali impetu plusquam viamnio inuecta terras rupissent post decessum fluctuum inter plurimi humi desidia humanum cadauer repertum est cubitorum XXXIII.* † Aristoteles, siue quis alius 6 lib. de natura rer. affirmat, *In Occiduis partibus reperta est puella, quam vndefluuiorum gurgites ab Occeano terris aduxerint, ignoratur in capite vulnerata, & mortua, quæ quinquaginta cubitorum latitudinis erat*, quod licet fidem excedere videatur confirmat *Vincen. lib.* 31. *histor. natural. cap.* 125. † Strabo irridet Gabi- 7 nium Romanum historicū qui lib. 17. testatus est in Mauritania vidisse Anthæi ossa longa cubitor. LX. quamvis Gabinus intestem aducat Sertoriū, sed assentit Plutarchus, vt refert *Fulgos. lib.* 1. *c.* 6. † Plin. lib. 7. c. 16. post quam plura 8 de Gygantis proceritate scribit addit *corpus illud, quod in Creta terræmotu rupto*

monte

monte ad inuentum erat cubitorum XLV. & AEthiopes ait esse octonũ cubito-
9 rum *d. lib. 7. cap. 2.* † In montanis Narbonensibus sub Carolo VII. Gallorum Rege repertũ est cadauer pedũ XXX. vt oculatus testis narrat *Fulgos. d. c. 6.* † Et
10 in Anglia fluminis aluuione detecta sunt humati hominis ossa adhuc ordine cõposita, vt totius corporis longitudo facile innotesceret ad pedes L. vt re colit eius seculi scriptor *Robert. Ment.*
11 † Fuit etiam Pallantis corpus Romæ repertum anno Dom. 1039. cuius longitudo muros vrbis altitudine æquabat, inuentum quoque vulnus in pectore longum pedes quatuor, vt memo-
12 rat *Vincent. lib. 25. cap. 34.* † Demolare Gygantis inuento centum nostrarum magnitudine tradit *D. Augustin. lib. 15. Ciuitat. Dei cap. 9.* cui addit *Viues* in festo D. Christophori in Valentiæ vrbis templo ostensum sibi molarem dentem pugno maiorem, cuius argumento ad aliàs corporis partes illum referens longe vlnas XXX. habuisse affir-
13 mat † Et non longe à nostris temporibus apud *Batuecas*, aliud cadauer repertum est altitudine pedum XII. in antro ad parietem incumbens clipeo, & hasta armatus, ex cuius literis, & si vetustate corrosis Gothum hominem fuisse facile colligebatur, cuius scutum se vidisse, & alia in proposito narrauit præceptor meus *Doctor Ioan. de Leon Salmanticensis primarius à quo in iure Canonico, & Cæsareo, Bachalaureati gradum acce-*
14 *pi ann. 1603. & 1604.* † Mela lib. 3. c. 4. tante proceritatis scribit apud Indos reperiri homines, corpore adeo ingenti, vt Elephantibus etiam maximis, sicut nos æquis facile transiliant, & assen-
15 tit *Solin. cap. 53.* † Et qui nouum orbem perlustrarunt referunt in vrbe Regia Pasquim portarum custodes esse Gygantes proceritatis pedum XV. vt refert *Melchior Nuñez Iesuita in literis suis ann. 1555.* & in Hispania alios reperiri pedum XII. scribit *D. Isidor. lib. 11. Ethymol. cap. 3.*

¶ In quibus non immoror an sint 16
vera, sed quod fieri possint, & procreari, vel á Gyganteis parentibus, vel ab alijs, qui non sint Gygantes, dum tamẽ semen crassissimum, & calidissimum habeant spiritibus afluens, & seri expertem, quæ fœtum faciunt excrescecere, vt docent *Hippocrat. & Celsus.* † Et 17
ita verum est, quod testatur *D. August. lib. 15. Ciuit. Dei cap. 23.* Romæ pauló ante quam á Gothis vrbis excidium fieret mulierem Gyganteam se vidisse, cum tamen parentes eius reliquis hominibus æquarent: cui accedit *Vincen. vbi sup. lib. 19. cap. 3.* † Quod quasi agnos- 18
cens *Paul. I. C. lib. 4. sententiar.* Gygantes inter monstrua annumerari noluit, licet á communis parentibus nascantur, dum ait in l. non sunt liberi D. de statu homin. *Partus autem, qui membrorum humanorum officia amplianit aliquatenus videtur effectus, & ideo inter liberos connumerabitur.* † Quare cum naturale sit Gy- 19
gantes, ex seminis potentia procreari, poterit dæmon eo vti eligens homines calidos, & robustos, & abundãtes multo semine, quibus succumbat, deinde mulieres similis cõditionis quibus incubat, & sic Gygantes propagare, vt docet *Franc. Valles tract. de sacra philos. c. 8.* † In quo præclare ille de illo, quod fieri 20
potest, sed erroneé quatenus Gygantes illos sacræ Scripturæ putat ex dæmonibus incubis, & succubis procreatos, quod satis impugnarunt præter illos, quos in præcedenti capite retulimus, *D. Tho. Scotus, Sotus, & alij in Sẽt. 2. dist. 8. D. Isid. li. 8. Ethim. And. Cæsalp. de inuestig. dæm. cap. 19. Theodoret. in Genes. q. 47. Rupertus Procopius Abulens. in Genes. d. c. 6. Alex. de Hal. part. 1. q. 78. Mart. del Rio lib. 2. Mag. q. 15.* † Nam sacra Scriptura 21
sub filijs Dei, non intellexit dæmones,

sed

sed filios Seth iusti fili Adami, qui ex vitæ prouitate filij Dei appellabantur cum filiabus Caim congressu, nam vt ait Suidas, *Sethum illius ætatis homines Deum appellabãt*, &c. *Merito igitur Sethi, & Enosi, & Enoch filij Dei, & Deorum filis authore Symacho intelliguntur, qui vicli liuidine ad Caim filias sunt ingressi, è quorum impari, & in puro coniugio nati sunt Gigantes.*

22 ¶ Pygmæi sunt breuissimæ staturæ homũculi cubitales, vt tradit *Aul. Gel. lib. 9. noct. Attic. cap. 4. D. Isidor. lib. 11. Ethym. cap. 3.* Seu trium spitamarum, vt ait *Plin. libr. 1. cap. 2.* Quos perdicis similes tradit *Nicephor. lib. 12. cap. 37.*

23 † Et triennio gignere, & octennes mori memorat *Albert. Magn. lib. 7. animal. tit. 1. cap. 6.* & pro satis frugibus contra grues dimicant, vt dicit *Mela lib. 3. c. 9.* & hominũ genus affirmat *Plin. lib. 1. c.* quare eos gruũ hostes dixit *Solin. c. 15.* *2. & lib. 4. cap. 11. & libr. 5. cap. 29. &*

24 *lib. 6. cap. 19. & 30.* † Quod non esse fabulam in hæc verba testatur Aristot. libr. 8. histor. animal. capite 12. *Ex Cythisis campis ad paludes Ægypto superiores grues veniunt quo in loco pugnare cum Pygmæis dicuntur: non enim id fabula est, sed certe genus tum hominum, tum etiam*

25 *equorum.* † Confirmat Ezechiel. capit. vigesimo septimo. *Pygmæi in turribus tuis*, in Hæbreo autem fonte גמדים *Cubitales* significat *Iudic. capit. 3.* Quod vertit Vulgata *Pygmæos*, quare non illud vt proprium, sed vt appellatiuum nomen accepit *Diuus Augustin. lib. 16.*

26 *Ciuitate Dei capite septimo.* † Sed cum LXX. Interprætes intelligo, nõ quod staturæ tales, sed quod turres tam altæ vt viri etiam fortissimi, & maximi in imó versantibus vix cubitales apparerent, nam Pygmeos non esse veros homines, sed bruta, vel monstra, & ad classem simiarum referendos tradunt *Aul. Gell. lib. 9. noct. Atticar. cap. 4. Cœl. Rodigin. libr. 4. antiquit. lect. cap. 3.* † Et licet sint homines potuit dæmon, vt Gigantes inducere, ita contrarijs ex causis Pygmæos procreare, atque efficere, vt adiustã staturam corporis homines non perueniant: vt lucri auidi parentes, certis medicamẽtis efficiũt, vt filij pumiliones nascantur. † Vel etiam humanum semen pusilis brutis immitendo potuit eos inducere, nam Pygmeos non esse homines, sed bruta simiarum natura testantur *Alexan. ab Alexand. lib. 2. dierum genial. Annan. lib. 4. naturæ dæm. Lycaston. in Prodigijs. Leu. Lemn. lib. 1. de occult. natur. cap. 8.* † Quemadmodum Reges Gotthos ex vso, & virgine nobili natos confirmat *Iornan. de rebus Gotic.* nam in agro suetico vrsus virginem rapuit, & cum eam compressisset, prægnante m reddit, vt narrat *Saxo Grãmat. lib. 10. de reb. Dan.* † Quod si quando accidit potius ex muliere, & incubo dæmone vrsi forma, quam ex muliere, & vrso natos existimo, nã ex homine, & fera nõ nascitur homo, sed monstrum, vt ex hyæna, & lupo thoes: ex equa, & asino, mulus: & ex alijs specie discrepãtibus animantibus leopardi, pantheræ, & aliæ hybrides. † Quia ferinum semen perfectionis illius expers est, quæ ad tam nobile animæ domicilium requiritur, vt nõ male, Manil.

27 28 29 30 31

Permiscet sæpe ferarum
Corpora cum membris hominum, non semini ille
Partus erit, quid enim nobis commune ferisque.

CAP. XXXII. De Centauris, Onocentauris, & Hippocentauris.

SVMMARIVM.

CENTAVROS, Onocentauros, & Hippocentauros negarunt Imperato-

res, & Iuriſconſulti. num. 1.

Onocentauros, Ceutauros, & Hippocentauros negarunt Philophi. nu. 2.

Hippocentauros, Centauros, & Onocentaurus negarunt Medici. nu. 3.

Centauros, Onocentauros, & Hippocentauros, negarunt Patres Ortodoxi. num. 4.

Hippocentauros, Onocentauros, & Centauros, negarunt Iuriſperiti. nu. 5.

Onocentauros, Hippocẽtauros, & Cẽtauros negarunt Poetæ. nu. 6.

Hipocentauros ſe vidiſſe affirmat Plinius num. 7.

Centauros, Onocentauros, & Hippocẽtauros, veros eſſe probatur ex ſacris, & humanis literis. nu. 8.

Centauros, Onocentauros, & Hippocentauros ex homine, & bruto naſci. num. 9.

Hominis adulterata natura, quam varia monſtra producat remiſſue. nu. 10.

1 CENTAVROS, Onocentauros, & Hippocẽtaurosviua animantia eſſe negarũt Imperatores, & Iuriſconſulti, illi in §. 1. Inſtit. de inutil. ſtipulat. *At ſi quis rem, quæ in rerum natura non eſt, aut eſſe non poteſt dari ſtipulatus fuerit, &c. aut Hippocentaurum, qui eſſe non poteſt, inutilis erit ſtipulatio.* Hij verò in *l. ſi ita ſtipulatus 97. D. de verbor. obligat.* † Ex Philoſophis idem docent 2 Cicero Thuſculan. 1. *Is planè perſpiciet inter Hippocentaurum, qui nunquam fuerit,* & lib. 2. naturę Deor. *Etenim videmus cæteras opiniones fictas, atque vanas diuturnitate extabuiſſe, quis enim Hipipocentaurum fuiſſe, aut Chimeram putet?* Seneca autem conciuis meus lib. 8. epiſt. 59. *Et hæc autem, quæ non ſunt in rerum natura complectitur, quæ animo ſuccurrunt, tanquam Centauri, Gigantes, & quid quid aliud falſa cogitatione formatum habere aliquam imaginẽ cœpit.* † Ex Medicis probat *Galen. libr. 3. de vſupart.* Dũ impoſſibile aſſerit naſci potuiſſe Hippocentauros ex hominibus, & equis Magneſijs. Artemidorus Daldian. libr. 4. de ſomnior. interpræt. cap. 49. *Quæcunque monſtruoſa ſunt, & nequaquam poſsibilia, vt exiſtant, velut Hippocentauros, &c.* † Quibus aſtipulantur ex Patribus *D. Iſidor. lib. 11. origin. D. Auguſtin. lib. 18. Ciuitat. Dei cap. 13.* qui teſtatur in hæc verba. *His temporibus fabulæ fictæ ſunt de Triptolem, &c. de Minotauro, &c. de Centauris, de quorum hominumque fuerint natura concinata.* † Et ex noſtris *Couarr. lib. 4. varior. cap. 2. Alciat lib. 9. Parerg. cap. 13. Corraſius lib. 5. Miſcellan. cap. 2. Marot. de iure quæſit. lib. 1. cap. 22. ex nu. 43. Maiol. tom. 1. dierum canicular. colloq. 2.* † Item, & Poetæ, Lucret. lib. 4.

Non certè ex vino Centauri non ſit imago.

Nulla fuit quoniam talis natura animai.

Et libro quinto.

Sed neque Centauri fuerunt, nec tempore in vllo

Eſſe queat duplici natura, & corpore bino

Ex alienigenis membris compacta poteſtas.

¶ In contrariũ tamen inuenio aliorum opinionem, aſſerentium Hippocentauros eſſe vera, & non commenti tia animalia, re veraque in rerum natura, & nõ inoperatione intellectus dũ tax at exiſtere, vt grauiſsimus author, quin & oculatus teſtis, id aſſeruit, Plinius lib. 7. natur. hiſt. cap. 3. *Claudius Cæſar ſcribit Hippocentaurum in Theſſal. a natum eodem die interiſſe; & nos principatu eius alatum illi ex Ægypto in melle vidimus.* † In cuius veniunt ſententiã multi alij non contẽnenda lectione viri, nam *Æliã. li. 17. hiſ. animal. c. 9.* Cẽtauros, &

Ono-

Onocentauros esse affirmat *Tertulian. lib. de mirabil.* Hippocētauros veros testatur *Apuleius lib. 4. de asino aur. Xenophon. in Pedia Cyr. lib. 4.* Quibus astipulatur sacra pagina D. Isai. cap. 34. *Et erit cubile draconum, & pascua struthionum, & occurrent dæmonia Onocentaurus,* 9 *& pilosus clamauit alter ad alterū.* † Quo in loco licet varia Patres, & Septuaginta interprætes comminiscantur, vulgatæ lectionis rigore retento Centauros, Onocentauros, & Hippocentauros existere in rerum natura nō dubito, qui ex parte equi, vel asini sint, & ex parte hominis, vel ex vtriusque animātis cōmixtione, vt probat *Plin. lib. 7. cap. 3.* & Plutarchus ait in Gryllo, *Quando, & capris concubuerunt viri, & Sophis, & equis illudere, mulieres quoque in bestiarum mares insanierunt, ex eiusce-* 10 *modi enim nuptijs Minotauri vobis, & AEgipanes, &c.* † Et non solum ex adulterina, & nefanda commixtione natos esse Hippocentauros efferare, cum mōstra hæc, vel casu nasci, vel aliqua talium dari possit species, quēadmodum, & Satyrorum, & Cynamolgorum in AEthiopia, & India canina habentium capita, vel similia, de quibus sequenti capite dicendum est.

CAP. XXXIII. De Lemnijs, Arimaspis, Cynamolgis, Satyris, & alijs naturæ monstris.

SVMMARIVM.

Monstra humanæ naturæ reperiri probātur. num. 1.

Idiotæ ignorant quæ vident, & credere nolunt nisi quod vident. nu. 2.

Lemnij homines sine capite, & vultu omnes eius partes in pectore habent. nu. 3.

Lemnios se vidisse testatur D. Augustinus. nu. 4.

Lemnios huiusmodi esse probat D. Isidorus. nu. 5.

Lemnios fieri posse probatur ratione. nu. 6.

Homo biceps natus sub Theodosio. n. 7.

Homo, qui duo capita, & quatuor manus habebat. nu. 8.

Arimaspi vno tantum oculo præditi. nu. 9.

Arimaspi ex paruitate materiæ procreantur. nu. 10.

Indijs nasci homines monoculos aliquando. num. 11.

Monoculos apud AEthiopas habitasse. numero 12.

Cyclopes vno tantum oculo præditi. nu. 13.

Polyphemi historia ex Arimaspis commenta. nu. 14.

Cynocephali sunt homines canino capite præditi. nu. 15.

Indij homines canino capite montibus habitare. nu. 16.

Homo, qui retro totus erat canis. nu. 17.

Cynamolgos caninis capitibus insignitos, num. 18.

Cynocephalos post vastam AEgyptij solitudinem habitare. num. 19.

Cynocephalis humanos mores mentemque ac rationem ineſſe. nu. 20.

Cynocephali in Europa delati visi sunt. num. 21.

Satyri toto corpore hirsuti sunt, pilis vestiti ac pedibus ferinis, facie tamen humana. num. 22.

Satyri in Iudorum montibus conspiciuntur. num. 23.

Satyri apud Indos a summis montium saxa deuolbunt venatoribus. nu. 24.

Satyri homines sunt, & rationis compotes atque ex Adam profecti. nu. 25.

Homines equinis pedibus vsi. nu. 26.

Hippopodes equinis pedibus incedere. numero 27.

Hippoponem natū esse affirmat D. Augustinus. nu. 28.

Hippocentarum Romæ ſub Claudio allatũ. num. 29.

Troglodytæ ſermone carent cum ſint homines. nu. 30.

Chromandas ſilueſtres homines ſine voce. num. 30.

Homines quibus pro eloquio nutus eſt, alij ſine ſono linguæ, alij labris cohercentibus. num. 31.

Lingua donum Spiritus ſancti eſt, ideò quibus vellit addimit. nu. 32.

Mouſtra ſi rationis veſtigia habent inter homines ſunt annumeranda. nu. 33.

Monſtra reformatis membris in decorem reſurrectura ſunt in die iudicij. nu. 34.

Monſtra veros homines eſſe Senatus conſult. nu. 35.

Hominem cũ fera coire probatur ex ſacris litteris. nu. 36.

Proles naſci ex homine, & fera, probatur ratione. nu. 37.

Chelonophagi homines ſilueſtres ſunt hirſuto corpore, & veſtiuntur coris piſcium. num. 38.

Carmani hirſuti corpore præter capita ferarum more viuunt. nu. 39.

Arthabatritæ proni atque quadrupedes, vt feras vagari. nu. 40.

Homines ex peccatorum culpa, & Dei iudicio ſolent forma degenerare. nu. 41.

Dæmonis dulcis ratio in monſtruis comparandis. nu 42.

Conceptionis tempore ex vi imaginationis parẽtũ poteſt homo forma fœdari. nu. 43.

Imaginatio matris in formando fœtu magis quam patris operatur. nu. 44.

Exempla earũ quæ ex aſpectu picturæ vna pulchra prolem, altera deformem peperit. nu. 45.

Æthyops, quæ ex Æthyope albam peperit prolem, & alia hirſutam, eo quod cõceptionis tempore ſimiles figuras eſſent contemplantæ. num. 46.

Bruta quia in coitu vix, aut raro ad res externas ſe diuertunt frequenter ſuis parentibus aſsimilantur. nu. 47.

Phantaſia per ſe non immutat fœtũ. nu. 48.

Phantaſia eſt potentia cognoſcitiua, & eius actio immanens vnde fœtum formare nequit. nu. 49.

Phantaſia non poteſt ſignaturas peculiares fœtu imprimere mediãtibus animi paſſionibus. nu. 50.

Authoris ſententia circa imaginationis potentiam in formando fœtu. nu. 51.

Monſtruoſi partus cauſa, & origo. nu. 52.

NATVRAE monſtra eſſe non ſolum hiſtorici, ſed & Philoſophi tradidere, quorum oĩa hic nõ ſunt recenſenda, ſed probanda quæ poſſunt fieri, aut quæ à dæmone induci, quarum vtramq; agnouit Vipian. I. C. in l. oſtentum 38. D. de verb. ſignif. *Oſtentũ Labeo definit, omne contra naturã, cuiuſque rei genitum factumque. Duo genera autẽ oſtentorũ, vnum quoticns quid contra naturam naſcitur, tribus manibus forte, aũt pedibus, aut qua alia corporis parte, quæ naturæ cõtraria eſt. Alterum cum quid prodigioſum videtur, quæ Græcè φαντασματα vocant.* † Principalio rum omnium eorum nonnulla referã, vt exẽplis fiat res clariora, & vt multa, quæ apud bonarum litterarum authores comperta ſunt, certa habeãtur, nam apud idiotas fidem perdunt, quæ ſuo puſilo, & contracto iudicio nõ ſubiacent, ea quæ vident ignorãtes, credere nolunt, niſi quod vident. † *Lemnij*, ſeu *Blemij* homines ſunt, qui apud Æthiopes habitãtur, qui ſine capite ſunt, ac vultu, & omnes eius partes in pectore habẽt, vt ſcribit *Mela lib.* 1. *cap.* 4. de quibus Solin. c. 53. *Sũt qui ceruicibus carẽt, & in humeris habẽt oculos*, quibus aſtipulãtur, *Plin lib.* 5. *cap.* 8. & *lib.* 7. *c.* 2. *Aul. Gel. lib* 9. *cap.* 4. † Sed ad hoc credendum nemo nos cogit præter quam quod *D. Aug. ad fratres in Erem. ſerm.* 37.

1

2

3

4

qui

qui de illis agens in hæc verba teſtatur; *Ego iam Epiſcopus Hipponenſis eram, & cum quibuſdam ſeruis Chriſti ad Æthyopiam perrexi, vt eis ſanctum Chriſti Euangelium prædicarem, & vidimus ibi multos homines, ac mulieres, capita non habentes, ſed oculos groſſos fixos in pectore, cætera membra æqualia nobis habentes.* † Et licet mihi tanti viri teſtimonium ſufficiat, alius non minoris authoritatis accedit Solini, & Melæ ſententiam approbans doctiſsimus Archiepiſcop. Hiſpalenſ. D. Iſidor. lib. 11. capit. 3. dicens; *Lemnios (iidem ſunt, quos Mela Blemios dicit) in pectore, & humeris oculos habere, carereq; capite.* † Quod fieri poteſt ex ſeminis vitio, nam vt ex abundantia generantur Gigantes, & bimembres, ſic ex paruita te ceruix eminere nequit; vt Pigmæos, quos ad rectam corporis ſtaturam nõ deducit, vt tradunt *Ambroſ. Paræus lib. 24. de monſtr. & prodig. capit. 13. Petr. Garſia Carero ad Galen. de locis affect. diſp. 7. cap. 3.* Nam vt ait D. Auguſt. lib. 16. ciuitat. Dei, cap. 8. *Qualis ratio redditur de monſtruoſis apud nos hominum partibus, talis de monſtruoſis quibuſdam gentibus.* † Quemadmodum incõpertum eſt ex nimia materiæ copia, vt non vna tantũ ceruix emineat, ſed plures, cuiuſmodi biceps homo natus ſub Theodoſio, vt narrat *Sigisbert. in Chronic. & Vincẽt. hiſt. naturali. li. 31. cap. 118.* † De alio qui duo capita, & quatuor manus habebat, *D. Auguſt. lib. 16. c. 8.* De alio bimeſtri, quo ad omnes corporis partes *Oroſ. li. 5. hiſt. c. 6.* Et de illo qui humanorum membrorũ officia ampliauit. *l. non ſunt liberi, D. de ſtat. hom.* quorum omnium exempla refert *Ambroſ. Paræus d. lib. 24.*

¶ Arimapſi ſunt, qui circa Caſpium mare inhabitant vno tantum oculo præditi ideo dicti monoculi, Aul. Gell. lib. 9. noct. Attic. c. 4. *Apud Scithas quoſdam eſſe vnum oculum habentes in frontis medio, qui appellantur Arimapſi.* † Quiſimiliter ex paruitate materiæ procreãtur, vt probare videtur Plinius naturaliũ diligẽtiſsimus apud omnes magno in prætio habitus lib. 7. c. 2. *Vnoculos media in frõte, & Arimapſos ſicut enim abſq; vtroq; oculo naſci homines contingit.* † Quibus accedit Solinus capit. 19. *Arimapſi circa Beſglithram (non longe à Caſpio mari poſiti) monocula gens eſt:* & ca. 53. *legimus monoculos apud Indos naſci ſingulis cruribus, & ſingulari pernicitati ſuarum magnitudine inumbrãtur.* † Et vt omnis dubitatio tollatur, nam cuiuſvis ſancti viri authoritas apud me, magis quã philoſophorum argumenta operatur, quinimo Eccleſiæ Antiſtitis, atq; Doctoris eximi doctrina, & religione clari *D. Auguſtin. vbi ſup.* qui in hæc verba teſtatus eſt, *& vidimus in inferioribus Æthyopiæ partibus homines vnũ tantũ oculũ in fronte habentes.* † Cuiuſmodi ſunt κυκλωπες *Cyclopes*, vt teſtatur *Aul. Gellius lib. 9. noct. Attic. cap. 4.* nam vt ait D. Iſidor. lib. 11. cap. 3. *Cyclopes Indos monoculos aſſeuerãt.* † Non tamen Polyphemum, nam eius hiſtoria ex his commenta eſt apud *Vergil. Æneid 6.* quam Hiſpanis carminibus nullis ſane poſtponendis, ingenio, & eruditione clarus conciuis, & amicus noſter deſcribit *D. Ludouico de Gongora in Poemate ad Comitem de Niebla.*

¶ Cynocephali homines ſunt canino capite præditi apud Tartaros habitantes, qui cum ipſis Tartaris perpetuam gerunt hoſtilitatem, ad quorum pugnam hyeme ſe aquis mergunt, arena poſtea ſe ſe involvũt, grauataq; pereũ modũ cute quaſi ferro tergore obtecti ſagittas aduerſariorũ cõtẽnunt, in quos irruunt, ac ſolis dẽtibus, & vnguibus dilaniãt, vt tradũt *Vincẽt. li. 31. c. 11. Antonin. titu. 19. c. 8. §. 18.* † Apud Indos quoq; homines canino capite eſſe teſtatur, Solin. c. 52. *Megaſthenes per diuerſos Indiæ montes eſſe ſcribit nationes capitibus caninis, armatas vnguibus, amictas veſtitu tergorum,*

tergorum, ad ſermonem humano nulla voce, ſed latratibus tantum ſonantes aſperis ric-
17 *tibus.* † Quod iu credibile non eſſe teſta tus eſt *D. Auguſt. lib. 16. Ciuit. Dei cap. 8.* cum ſæpius homines naſci viſi ſunt canina capite, & apud Albanos mulier cuſla quædam peperit infantem, qui ante totus erat homo, retro totus erat canis,
18 vt ſcribit *Vincen. lib. 26. cap. 46.* † Et Cinamolgos caninis capitibus eſſe teſtatur etiam *Plin. lib. 6. cap. 30. & lib. 7. c. 2. Aul. Gell. lib. 9. noct. Attic. cap. 4.* Eoſque Cynocephalos appellat, *D. Iſidor. li. 11.*
19 *cap. 3.* † Quibus accedit AElian. lib. 10. cap. 26. *Poſt vaſtam AEgyptij ſolitudinem, quam ſeptem diebus tranſiri ferunt ſecundum viam, quæ ad AEtyopem pertinet Cynocephali homines habitantes ex venatu Dorcarũ, & Bubulorum viuunt, nigro aſpectu, capite, & dentibus caninis præditi ſunt: vocis quidem expertes ſunt, ſed ſtridenti acutè.* † Et humanos mores, mentemque
20 ac rationem Cynocephalis ineſſe demonſtret ſic ait idem AElian. d. lib. 10. cap. 31. *Cynocephali eſculenta teſtaceis inuolucris circumveſtita reperiant, cuiuſmodi ſunt amygdala, glãdes, nuces excernunt præclarè intelligentes, intima quidem eſculenta*
21 *eſſe, extima vero reiici oportere.* † Probanda igitur eſt hæc de Cynocephalis ſententia, vt pudeat tot authoribus refragari: quando quidem etiam in Europam delati viſi ſunt in ſummorum Regum ædibus: nam vt ait Vincent. lib. 31. capit. 126. *AEtate noſtra delatum eſt Regi Franciæ Ludouico monſtrum, aut homo canino cadite, cætera membra corporis habens vt homo, crura quidem humano more nuda, manuſque & brachia, collum album, ac nudum: dorſum vero piloſum: erectus vt homo ſtabat, & vt homo ſedebat, coctis carnibus veſcebatur, vinumque libentiſsime bibebat, ciuum manibus capiebat, ac ori ſuo inferebat, genitale membrum habebat vltra quam corporis molles exigebat: puellis, ac fœminis libentiſsime iungebatur, & in ſexu viri, ac fœminæ diſcretionem præſeferebat.*

¶ Satyri ſunt, quos ſemiferos appel- 22
lat *Mella libro primo capit. tertio.* Nam toto corpore hirſuti ſunt pillis veſtiti, ac pedibus ferinis, ſola tamen facie humana præditi, ſiue vt ait idem Mella capit. quarto. *Satyri præter effigiem nihil humani præſeferunt.* & Plin. lib. 5. cap. 8. *Vultu excepto, humani nihil eos habere,* † Quorum naturam, vt aptius deſcri- 23
beat, *idem Plin. lib. 7. capit. 2.* ſic teſtatur *ſubſolanis Indorum montibus (Cartadulorum dicitur Regio) Satyri ſunt pernitioſiſſimum animal, tum quadrupedes, tum rectè currentes humana effigie propter velocitatem, niſi ſenes, aut ægri capiuntur.* † Quare eos in- 24
ter belluas annumerandos cenſet AElian. lib. 16. *In India montes Coruda locus eſt opaciſsimus, vbi beſtiæ Satyrorum formam toto corpore hirſutæ, e qui caudam habent, & à ſummis montium ſaxa deuolvunt venatoribus.* † Sed eos homines ſunt, 25
& rationis compotes, atque ex Adam (tametſi natura corrupta) profecti, nã vt ait D. Iſidor. lib. 11. cap. 3. *Gentem reperiri cuius pars ſuperior hominis ſit, inferior belluarum.* † Neq; *Mella* videtur dif- 26
fiteri dum homines eſſe poſſe equinis pedibus teſtatur lib. 3. capit. 6. *In Inſulis Oonis Septentrionalis maris ſunt Oones, qui equinis pedibus ſunt, & Hippopodes dicuntur.* † Cui & aſtipulatur Solin. cap. 27
21. *Hippopodes humana vſq; ad veſtigium forma in equinos pedes deſinunt,* quos homines huiuſmodi, qui apud Oones naſcuntur equinis pedibus, affirmat *Plin. libro quarto cap. 13.* † Nam vt ait D. 28
Auguſtinus lib. 16. ciuitat. Dei, capit. 8. *Apud Hipponem natum eſſe hominem quaſi lunatas habentem plantas, & in eis binos tantummodo digitos ſimiles, & manus.* † Quorũ ſimilis eſt Hipocentaurus, cui 29
anterior par hominis erat posterior equina, vt ſub Claudij principatu eius ſimilem monſtrum allatum ſe vidiſſe

ex AEgypto testatus est. *Plin. lib. 7. c. 3.*
30 † Nam licet non loquantur, non propterea desinunt esse homines, quia Troglodítæ sermone carent, & homines
31 esse testatur, *idem Plin. lib. 5. cap. 8.* † Et Chromandas syluestres esse sine voce, *idem lib. 7. cap. 2.* & apud AEthiopas alios scribit, sine linguis, alios sine ore,
32 odoribus viuere, *lib. 6. cap. 30.* † Nam licet *Strabo lib. 15.* hæc derideat, non esse incredibile testatur, *D. Augustin. lib. 16. Ciuit. Dei cap. 8.* nam lingua donum Dei est, *Exod. cap. 4.* & potest quos vellit adimere, vnde si nutu conceptum exprimant gentem esse affirmat *D. Isidor. lib. 11. cap. 3.* & vt ait Mela lib. 3. cap. 4. *Extra AEgypti, & Machrobiorum deserta multi sunt populi, & quibus pro eloquia nutus est, alij sine sono linguæ, alij sine linguis, alij labris etiam coherentibus.*

33 ¶ Sunt pluraque alia ex corrupta natura humani generis monstra, quæ ex istis dum referantur non miraberis, quia omnia sunt, ex vitiosa hominum generatione propagata, & ita si in ea rationis vestigium, mentisque dignoscatur, inter homines anumeranda esse docet *D. August. ad fratres in Erem. serm.*
34 *37.* † Et vt id manifestius confirmet, ita ait in Enchirid. ad Laur. cap. 87. & *91. Et ideo in die resurrectionis resurrectura sunt monstra omnia, reformatis membris in decorem, cæloque dignam formam.*
35 † Et ita vt veros homines recte Senatus cēsuit apud veteres Romanos mōstra non esse occidenda, nec comedenda, Plin. lib. 30. cap. 1. *Quantum Romanis debeatur, qui substulere monstra, in quibus hominem occidere religiosissimum erat, mā-*
36 *di etiam saluberrimum.* † Nam hij omnes vel ex iusto Dei iudicio, vel ex aliqua fera, & homine sunt propagati, cuius concubitus satis probatur, vel ex illo Leuit. cap. 20. *Qui cum iumento, & pecore coierit morte moriatur: & mulier, quæ succubuerit iumento, simul interficietur cum eo.* † Et quod ex tali coitu proles nascatur, probat Plin. lib. 7. cap. 2. *Homines feris coire, atque inde gignere monstra*, nam vt ait AElian. lib. 6. cap. 41. *Hircus ob riualitatem in vrbe Sibari adolescentem pastorem occidit, quod capram adamaret, & ei coieret: nam ex ea natus est Syluanus infans humana facie, sed caprina habens crura.* 37

¶ Quare si mente pollent inter homines sunt annumerandi, nam Chelenophagi homines syluestres sunt hirsuti corpore, præter faciem, quæ lenis est, & pellis loco vestiuntur corijs piscium, vt tradit *Solin. cap. 55. Plin lib. 6. cap. 24.* † Carmani hirsuti toto corpo- 39
re præter capita ferarum more, sine veste, ac fruge, pecudum more, sine sedibus piscium cute se vellant, & carne vescūtur, vt tradit *Mela lib. 3. c. 4.* & alij apud Tartaros vestiuntur non villis, sed auium more plumates sunt, vt tradit *Gelius lib. 9. cap. 4.* † Arthabatritæ 40
proni atque quadrupedes, non secus ac feras, sine sedibus euagari meminit *Solin. cap. 32.* de alijs *Plin. lib. 5. cap. 8. & lib. 6. cap. 30. D. Isidor. lib. 11. cap. 3. D. August. lib. 16. c. 8.* † Et similium plures, 41
quos ex nefario hominis, & belluæ cōcubitu esse potuerunt, vel ex iusta Dei punitione, qui in peccatorum pœnam, aut culpis corrigendis homines à sua dignitate facit degenerare, vt Nabuchodonosor Rex, qui ob stoliditatē conuersus est in bobem, *Daniel. cap. 4.* † Aut dæmon ad hoc sua arte, & cali- 42
ditate vtitur, miscendo semen humanum ferinis animantibus, vel imaginationem parentum concitare, vt has, vel illas formas mente recolant, quibus fœtum præditum esse voluerit, nam tanta est ei in humanum genus hostilitas, vt quocumque possit, modo fœdare vellit hanc nobilissimum speciem.

APPENDIX.

43 IMAGINATIO Parentũ tempore conceptionis formam fœtus immutatur, per impreſsionem ſpecierum in cerebro ad ſemen deſcendentium, vt docent ex Orthodoxis Patribus *D. Auguſtin. libro contra Iulian. cap. 9. & lib. 12. Ciuitat. Dei, cap. 25. & lib. 18. cap. 5. & lib. 3. Trinit. cap. 12. D. Hieron. in qq. Hebraic. ſuper Geneſ. D. Iſidor. lib. 12. cap. 1.* ex Philoſophis *Conimbricenſ.* de *generat. & corrupt. lib. 1. cap. 4. quæſt. 30. art. 2. Plin. lib. 7. cap. 12. Cardanus de ſubtilit. lib. 12.* ex Medicis conciues mei *Auicena lib. 5. de animalib. & Peramato libro de homin. procreat. cap. 17. Galen. libro Therapeutic. ad Piſon. cap. 14. Marſil. Ficinus lib. 13. de immortal. anim. cap. 1. Leuin. Lenius. lib. 1. de complex. cap. 6. Thom. de Vega ad cap. 49. artis paru.* † Aut ex imaginetione matris tantum ſuperuenientis tempore grauiditatis, vt quæ tanto tempore fœtum fobet, ac format, vt ſecundum ſpecies phantaſiæ immiſſas fortiusquam pater præſtare valet, quia mater fortius cogitat, ac delectatur, & maiori tempore (quam pater) ſemẽ retinet, vt phantaſiæ ſpecies valeat imprimere, vt tradunt *alter Auicena Perſa inquam ſecundum Sorſanum in eius vita, Fen. 2. lib. 1. doctr. 14. Plutarch. lib. 5. de placit. cap. 11. Hippocrat. libro de ſuperfetat. Picolomineus lib. Phyſicor. diſp. de facultate mot. cap. 23. Fran. Valles lib. 1. de ſacra Philoſoph. cap. 11. Pomponat. de incantationibus Cataneus, Vvierus, Codronchus. Pareus, & alij,* quorum nomina, & authoritate recordor, & loca quęrere piget.

44 ¶ Sed omnes ferè cõueniũt in imaginatione, quæ fuit tempore conceptionis, vt mulier, quæ produxit pulchram prolem intuitu pulchræ picturæ, quam tẽpore concubitus præoculos habebat, vt ex doctrina Sorani tradit *D. Auguſtin. d. cap. 9. contra Iulian.* & alia, quę nigram prolem peperit, quod in cubiculo pictura nigra Æthiopis pepẽdiſſet, quam adulterio ex eo in ſimulatam Fab. Quintilianus deffendit, vt narrat *Cæl. Rodigin. lib. 20. antiq. lect. cap. 15.* † Perſina Æthiops, ex marito Hydaſpe Æthiope ſimiliter peperit Carielæam albo, & pulchro corpore, eo quod conceptionis tempore intuita fuiſſet picturam Perſei, & Andromedæ, vt narrat *Herod. lib. 1. hiſt. Æthiop.* & alia mulier Romæ vrſi modo piloſum edit infantem, & vnguibus armatum, quod tempore conceptus vrſorum imagines familiæ vidiſſet, vt tradit *Guil. Paradin. in hiſtor. Sabaud. in epilog. cap. 46.* † Quod non in homine ſolum, ſed in brutis reperiri eandem vim imaginationis teſtantur *Ariſtot. in Problem. ſect. 10. problem. 12. Plin. lib. 7. hiſtor. natur. cap. 12.* quæ quia in coitu ad res externas vix, aut raro ſe diuertant, frequentior ſuis parentibus aſſimilantur, vt multis exemplis annumeratis concludit Oppianus lib. de Venat.

Tunc mater gignit maculoſum corpore pullum,
Concipiens oculis obiectos mille colores.

¶ Sed contra hanc ſententiã vrget grauiter, quod phantaſia per ſe, & immediate non immutat fœtum, nam cum anima parentum hoc proculdubio non præſtat, neque phantaſia, quæ tantum eſt eius inſtrumentum, *D. Tho. part. 1. q. 117. art. 1.* & phantaſiam perſe non eſſe actiuam probat *Thom. Fienus de viribus imagin. q. 4. conclu. 20.* quia nec corpus proprium poteſt mouere, *idem Fienus conclu. 21.* quinimo alienũ, quod omni ratione improbatur, *D. Thom. part. 1. quæſt. 110. art. 2. diſputat. 1. & quæſt. 117. & part. 3. quæſt. 13. art. 3. & lib. 3. cõtra Gent. c. 103. Zvaras in Metaph. diſp. 18. ſect. 8. c. 25. Conimbricẽſ. de generat. & corrupt.*

& corrupt. lib. 1. cap. 4. q. 30. art. 2. & Phy-
49 sicor. 7. cap. 2. q. 1. art. 7. † Est enim phan-
tasia potentia cognoscitiua, & eius ac-
tio est immanens, quare non potest es-
se causa fetui formationis effectiuam,
quia ad hoc, vt formaret fœtũ deberet
esse in ipso semine, aut fetu: nam in ce-
rebro existens formare nequit, quæ
sunt in vtero, quia ageret in distantes,
omisso medio, quod dari non potest,
ergo falsa est opinio præcedentium au-
thorum, vt multis alijs aductis tradit
Thomas Fienus, d. tract. de viribus imagin.
50 q. 16. concl. 41. 42. 43. 44. & 45. † Item
signaturas peculiares, seu imaginatas,
non potest phantasia edere mediantibus animi passionibus, vt docet D. Tho. p. 1. q. 110. art. 2. & q. 117. & p. 3. q. 13. art. 3. & minus fœtui imprimere, quia eius formatio non pendet à phantasia, sed à potentia conformatrice, in qua phantasia nullum habet imperium, vt probat D. Thom. d. p. 1. q. 82. art. 4. Medina 1. 2. q. 9. art. 1. concl. 2. Conimbricens. to. 3. de anim. cap. 13. q. 1. art. 3. neque cum ea sympatiam, Fonseca lib. 3. Metaph.
51 lib. 9. cap. 2. † Quare anceps sunt ad hu-
ius quæstionis resolutionem, nam licet
phantasia possit conformatricem diri-
gere, vt tenent Auicena lib. 3. fen. 21.
tract. 1. cap. 6. Fienus, vbi sup. q. 15. concl.
46. ad immutandum hominem in pa-
rentum extraneam naturam ægré asse-
rerem, quia causa particularis efficiens
magis assimilatur sibi obiectũ, quam
aliæ extraneæ concurrentes, vt tradit
Petr. Ciruelo Dorocens. lib. 3. Astrolog.
52 Christ. cap. 4. † Quare in monstruosis
partubus causam potius Deo adscribe-
rem, per Angelos bonos, aut malos ea
efficienti, vel seminis abundantiæ, aut
in æqua matricis dispositioni, aut ex
admissa in coitu fera contingere, po-
tius quam phantasiæ potentiæ, & sic
illam, quæ AEthiopam prolem edidit,
AEthiopum parentem admisisse, ex-
cusari tamen credulis maritis, dum eis
alienos obtrudunt hæredes, vt tradit
Huarte de San Ioan lib. de examen de in-
gen. cap. 12. Nam semen humanum sui
similem semper procurat generare, vt
tradit Aristot. lib. 1. de generat. Peramato
de hominis procreat cap. 16. Valles lib. 2.
Epidemiar. p. 2. comm. 20.

CAP. XXXIIII. de Syrenis, Tritonibus, Nereadis, Harpijs, & alijs monstris marinis, & aereis.

SVMMARIVM.

Syrenes, Tritones, Nereades in aquis procreantur, nu. 1.

In aquis plerorum animalium formas referri, nu. 2.

Mari Trapouano Syrenas, & Tritones esse, nu. 3.

Syrenes, & Tritones pleriquein mari referuntur, nu. 4.

Triton marinus Tiberi Principatu in specu visus, & auditus, nu. 5.

AEgyptij in Nilo mõstra visa hominis, & mulieris persimilia, nu. 6.

Hispaniæ lis fuit orta de vectigali Syrenum ad quem pertineret, nu. 7.

Holandriæ lacu reperta mulier ex Syrenum genere, nu. 8.

Syrenes, Tritones, & Nereades ex corrupta hominum natura nasci negatur, numero 9.

Apulus, qui Nicolaus dictus fuit, ex natandi consuetudine pro pisce habitus, numero 10.

Calamus, qui ea de causa Colapiscis dictus est multa de maris scopulis pate fecit ac tandem miserabiliter periit, nu. 11.

Monstra marina, quæ hominem in totum referunt homines sunt, ex natandi consuetudine mari degentes, nu. 12.

Monstra marina ad dæmonis deliusiones ali-

quando referuntur, numero 13.

Harpiæ specie decora, pedibus obuncis circa mensas volitant, nu. 14.

Harpiæ si omnino veritate aliqua carerent de illis per tot viros non fieret mentio, nu. 15.

Harpiæ fuerunt dæmanum spectra, numero 16.

Harpiæ, vel fuerunt poetarum figmenta, vt vitæ humanæ miseriam ostenderent, numero 17.

Aues humana facie generari non possunt, nu. 18.

Aquilam coire lupis, & ex tali coitu prodire dracones, fabula est, nu. 19.

Harpiæ dictæ filiæ Ponti, & terræ, quia ex elementis corporibus comparabantur, numero 20.

Hispaniæ equas vento concipere, ex earum agilitate dictum est, nu. 21.

Aues cornibus armatas, ex lacibiente natura, nu. 22.

Struthiocammelus auis simul, & fera, oua apparit, & arena pulos excludit, numero 23.

Iob cap. 30. de struthiocammelo ex ornatus, nu. 24.

Struthiocammelum in fabulis est visu fobere oua, & ferrum comedere, numero 25.

Struthiocammelus idem quod Gryphs, numero 26.

Gryphes re vera esse, & fuisse probatur, nu. 27.

Aues sine pedibus in Iaua maiore insula, numero 28.

Aues sine pedibus significant homines desidiosos, nu. 29.

Serpentes pedibus obuncis armatas & velaras alis tendere, nu. 30.

Serpentes alatas ex limo concreto ad Nilum suscitari, nu. 31.

Serpentes alatas noctu in maximum Reipublicæ damnum proficisci, nu. 32.

Serpentes alatas insipientes significant, qui ex limo terræ suscitati clanculum ebe hi tur, num. 33.

Auium mostrosarum authoritas apud authores sit, nu. 34.

Phenis auix non ad monstrum, sed admiraculum refertur, nu. 35.

Phenicis auis veritas, & miraculum, numero 36.

SVNT alia monstra humana facie prædita, quæ ab hominũ congressu nõ emanant, qualis Tritones, Syrenes, Nereades, quæ in mari nascuntur, illi viri, hæc fœminæ speciem referentia, non qualia contendit *Plin. lib. 10. cap. 49.* vt superiori parte hominis sit, reliqua in piscem degeneretur, quia hæc fabula est, vel teste Horatio in arte poet.

Desinat in piscem mulier formosa superne.

Nam homo terra compositus, terram 2
collit, neque in aquis continuo viuit, vt de his recensetur, neque cum piscibus habet congressum, vnde talia mõstra pisces fuere hominem referentia, non tamen homines: nam constans omnium est sententia in aquis plerorum animalium formas referri, AElian. lib. 10. cap. 18. *Leonum, fœminarum, arietum, pantherarum, equorum effigies in piscibus in Taprobaniæ mare conspici.* † Et ita 3
verum existimo Syrenes, Tritones marinos reperiri, qui hominem referant, vt tradit *Alexand. ab Alexand. lib. 3. Genial. cap. 8.* nam vt ait AElian. lib. 16. cap. 18. *Mare quod Taprobanem circunfluit, pisces procreare ferunt habentes Satyrorum speciem, similitudinẽque, ac cæte exister, muliebri facie, eisque pro crinibus spinas esse.* † Sunt & alij ex recencioribus, 4
qui similia affirmant, nam in litore AEthiopico vltra Bonæ spei promontorium tradunt piscis cadauer homini per simile, *Ramusius tom. 1.* & Noruegiæ

Occeano

Occeano marina quadam mõstra esse quibus fuit humana facies, simul cum Monachorum coculli quadam similitudine traddit *Olaus lib. 21. c. 1.* † Quod quidẽ ne fabulam putes, testatur Plin. libr. 9. cap. 5. *Tiberio Principi nunciauit Olysiponensium legato visum, auditumque in quodam specu concha canentem Tritonẽ, qua noscitur forma, & Nereidum (falsa nõ est) squammismodo hirsuto corpore, & humana effigiæ.* † Et de vtroque sexu Fulgos. lib. 1. cap. 6. *In Aegypti Nilo Mena Præfecto vna cum populo deambulante, in loco, qui dicitur Delta, sole orto animalia humanæ formæ persimilia apparuere in fluminis medio, vir scilicet, & mulier visebãtur, vir quidem pectore ingenti, vultuque terribilis, rufa cama vsque ad lumbos denudatus, mulieri mamillæ erant cum fœmineo prorsus vultu, ac cesariæ prolixæ.* † Quarum copiam ingentem fuisse in nostro Hispaniæ mare, testatur Petrus Damian. lib. de mirauil. *In antiquis Lusitaniæ Regni archiuijs cum de monstra ad se pertinere inter Regem, & Magistrum S. Iacobi contentio esset transactione finita, decretum est Regi deberi vestigal Syrenum, aliarum belluarum marinarum, quæ etiam in litoribus Magistri caperẽtur.* † Et quod omnium fidem superare videtur ex Theophane tradit *Simon Maiol. libr. de admirand. natu. cap. 9. fol. 460.* in hęc verba. *Anno Domini 1403. capta in Holandriæ lacu marina mulier, fuit eo è mari reiecta, & in Harlemum vrbem delata, cum nuda esset passa est se vestibus indui, panis, lactis, & cæterorum vsum admisit, didicit quoque fila è collo deducere, & obsequi rebus multis muliebri more, nunquam tamen loquuta est.*

¶ Quæ quidem licet vera esse, & in aquis referri crediderim, nam in verecundum est tot authoribus refragari, nullatenus ex homine nasci, neque ex eius semine in aquis produci firmiter tenendum est, quia homini cum piscibus neque in natura, neque in elemento quidquam commune est, neque in aqua degit, nisi ad tempus. † Quamquã haut negẽ ex maxima natandi cõsuetudine, homini quasi piscĩ naturã inuerti, vt aquis magis quã solo dilectetur, vt homo ille Apul⁹, qui per plures annos inter belluas in mari adeó viuere assuetus fuit, vt pro pisce haberetur, cum tamen homo esset, & baptizatus, nomineq; Nicolaus appellaretur. † Nõ secus, ac alius, qui *Calamus* dicebatur vulgo *Colapiscis*, ex hac natandi peritia, in qua á puero exercitatus, ideó est in Regno Siciliæ, vt dies, & noctes in mare transieret, procellis, & alijs incõmodis maritimis spernere assuetus multa de maris scopulis patefecit, ac tandem ab Alphonso Rege aureo cratere in præmiũ vrinationis proposito, certaturus infœlix Colapiscis, hic maris ima petens vlterius non est visus, vt narrat *Alexand. ab Alexan. lib. 2. Genial. cap. 21. Petr. Hispal p. 1. cap. 21.* † Quare si aliquando é mari aliquid reiectũ est, aut visum, quod omnino hominem referat, si aliqua rationis vestigia ostendat, vt de muliere proximé dicta retulimus, credendum est hominem esse, non mostruum, ex aquæ tamen cõsuetudine torpere, cuius frigiditate fieri potest, vt organa vocis sint obrupta, vt loquũ nequeat. † Aut in dæmonis præstigijs referri, non producentis, sed in elementari corpore ea ostentantis, quo non solum visum fallere potest, sed etiam tactum, quemadmodũ Angeli Loth in assumptis corporibus apparuerunt, vt nec pedum lotione, nec tactu discerni eos Patriarcha potuisset, *Genes. cap. 19.*

¶ In aere similiter sunt aues, quæ nõ minus humanã formam referunt, vt Harpiæ, quæ specie decorã pedibus obuncis circa mensas volitantes dapes rapiebant, & fœtida aera relinquentes

gaudia

gaudia noſtra in mœrorem cõuertunt, vt tradit *Virgil. Aeneid. 3. Ouid. in Metamorph.* † Nam licet pleriq́ue in fabulis annumerentur, non eſt credendum tot gentes, & eæ quidem peritiſsimæ ſi veritate aliqua omnino carent, eis fidem darent, neq́ue tempus in vanũ terrerent, vt tradit *Mart. del Rio libr. 4. Magicar.* † Vnde tenẽdum eſt ea fuiſſe dæmonum ſpectra ex elemẽtari corpore emẽtita à Diabolo, qui formatus eſt ad eludendum nos. *Pſalm. 77.* quas ideó ab inferis excitari dixit Virgil. Aeneid. 3.

Haut ſæuior vlla
Peſtis, & ira Deum Stygijs ſe ſe extullit vndis.

† Vel ſunt Poetarum figmenta, vt vitæ humanæ miſeriam oſtenderent, vel dæmonum ſimiliter ſpectra gaudia hominum inquietantium, quemadmodũ de Empuſa phantaſmata á dæmone inducta, vt videntes terreret, *Suidas in dictionar.* de Syluani apparitione terrorẽ incuciente *Valer. Max. lib. 1. c. 8.* † Quia nullo pacto generari poſſunt aues ab homine, neq́; ex hominis ſemine produci, quia aues cum animantibus nihil habent commune, quare licet aliquando viſa ſit mulier infantem parere anſerinum per omnia collum, & caput habentem, nõ ad coitum, cum anſere, ſed ad diuinum miraculum referendum eſt, vt tradit *Petr. Damianus lib. de miracul.* † Neq́ue obſtat quod ex vulgi Africani ſententia refert Leon, cap. 9. *Aquilam coire lupis, inde partum gigni, non naſci, ſed erumpere draconem roſtrum auis, ſerpentina cauda, lupinis pedibus, maculatis oculis, ſupercilis grauatis.* Fabula eſt, ideò reſpuenda, vt cenſet *Maiol. vbi ſup. cap. 6. fol. 269.* † Vt non minus, quod de generatione Harpiarum tradunt Poetæ, ſcilicet eas eſſe Ponti, & terræ filias, niſi velis de elementatis earum corporibus agi, qui ex terra, & aqua comparantur, nam in elementatis corporibus admiſcent dæmones partes terreæ, & nuuiũ vapores, vt colores hac mixtione facilius exprimãtur, *vt diximus ſu. c. 19. de ſpectror. repreſ.* † Nã fabuloſum eſt eas terra, & aqua cõcipi, niſi ad elementata corpora reducantur; vt non minus ex Fabonio vento in Hiſpania equas concipere, ex earũ agilitate veteres tradiderunt *Solin. cap. 26. Plin. lib. 8. c. 42. AElian. lib. 4. cap. 5.*

¶ Neq́ue dicendum eſt eſſe auium monſtra ex abuſa propagatione procreata, quia animal cum aue nõ coijt, & ſi coeat non generat, quia diſſimilis eſt vniuſcuiuſq́ue indiuidui propagatio, vnde ſi quæ viſa ſunt animalia referre, id potius ex laſciuientis naturæ cauſa, quam ex genere diſcrepantium coitu credi debet, vt aues, quæ arietinis cornibus armatas apud Machrobios teſtantur *Mela libr. 3. cap. 4.* Et in Trapobania *Solin. cap. 32.* & apud Aethiopes *Aelian. lib. 17. cap. 10.* † De ſtruthiocamelo notiſsima res eſt, auem eſſe ſuaderẽt plumæ, & roſtrum, attamẽ caput, & pedes ceruini ſunt, qua de cauſa, & quia non volat volucrem eſſe negat *Plin. lib. 10. cap. 1.* Sed volucer eſt, & oua parit, quæ in arena condit, ibiq́; mater natura ſolis calore pullos excludit, vt tradit *Bart. Anglic. lib. de propriet. rer. in ſtruthione.* † Nam vt ait Iob. cap. 30. *Quãdo derelinquit in terra oua ſua (de ſtruthione agit) forſitam in puluerem calefaciens ea? &c.* Et ita in arenoſis Lybiæ frequentius naſci ob radiantis ſolis æſtuariam impreſsionem eleganter obſeruat *conciuis, & amicus noſter Bapt. Nauarrete in Threnos Hierem. capit. 4.* † Quia falſum eſt viſu fobere oua, & ferrũ comedere, vt tradit *Albert. Mag. lib. 23. lit. S.* Et ego vidi ſtruthiocamelum, quod in horto excellẽtiſsimi Ducis de Lerma eſt ferrum reſpuere, & ſæpius

sæpius oblatum in offerentem excandescere quia animal stolidissimum est
26 vt dicit *Plin. d. cap.* 1. † Et quia struthio camelus fera est simul, & auis, non videtur incredibile Gryphes esse, quos feras, & volucres esse ferunt: nam licet similiter falsum censeat *Plin. libr.* 10. *cap.* 49. in Aethiopia tamen Arimaspos cum Gryphis contendere testatur
27 *idem Plin. lib.* 7. *cap.* 2. † Nam Gryphes re vera esse, & fuisse negandum nõ est, cum de illis fiat mentio in sacris litteris *Leuit. cap.* 11. *Deuter. cap.* 14. significãtque homines superbia elatos cum sint carnales, qui diuina præsumentes atentare, & in adimbentionibus suis obcecantur, quia sunt feræ simul, & aues, *Albert. Mag. de animal. lib.* 23. *lit. G.*

28 ¶ Sunt enim multa, quæ vltra assuetum naturæ cursum apud nos diuinitꝰ procreantur ad aliquod vitium præno tãdum, vt aues sine pedibꝰ in laua maiore Insula, vt author est *Plin. lib.* 11. *c.* 47. Quas appedes dixit *Arist. lib.* 1. *hist.*
29 *animal. cap.* 1. † Quæ significant homines desidiosos, quibus nulla rerum cõtemplatio, nec diligentia est suis tantum delitijs incũbentes, Prouerb. cap. 26. *Sicut ostium vertitur in cardines suos, ita piger in lecto suo: abscondit manus sub axilla, & si ad os suum eas conbertat, sapientior sibi videtur septem viris loquentibus sententias.* † Contra autem serpentes pedibus obuncis armatas, & alatas ex membranula quadam quasi vespertiliones per aera tendere testantur
30 *Plin. lib.* 11. *cap.* 47. *Arist. lib.* 1. *cap.* 5. *& lib.* 2. *cap.* 1. *Strab. lib.* 15. *Albert.* 25. *D. August. lib* 3. *Ciuit. Dei cap. fin. Paul. Iou.*
31 *lib* 18. *histor.* † Quas ex limo terræ suscitari scribit Mela lib. 3. cap. 4. *Non procul à Nilo vbi Pygmeæ gens viuit multæ serpentum genera procreantur, certo anni tempore ex limo concretas paludem emergere, & in magno examine volãtes Aegyptum tendere.* † Easque de noctu profi-
32 ciscí in maximum reipublicæ damnũ testatur A Elian. lib. 16. cap 42. *Alatas serpentes ex limo concretas noctu proficiscuntur, non interdiu, tum eas primum videre, quæ id statim corpus in quod defluxerint putrefacere scripsit Magasthenes.* † Nam 33
insipientes significant, qui ex limo terræ suscitati ad aurã huius sæculi clanculum elati euehuntur, qui omne in quod vadunt stultitia sua destruunt, ex quo eos in iudices non nisi per errorẽ eligi contendit sapiens Ecclesiast. cap. 10. *Et malum quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens à facie Principis positum stultum in dignitate sublimi.*

¶ Quæ licet multi in fabulis annu- 34
merentur, & alij in naturæ monstris conentur referre, earum authoritas apud authores sit, qui non solum supra dicta monstra, sed alia tradidere *Arist. lib.* 2. *histor. animal. cap.* 6. *A Elian. libr.* 2. *animal. cap.* 46. *Plutarch. in Problem.* 93. *Claudia. libr.* 3. *de raptu Proserp. Solinus, Mela, Maiolus, & alij plures.* † Præter 35
vnum Fœnicis auis miraculum, nõ ex monstruosa procreatione editum, sed ex diuina dispositione (qui omnia fecit) procreatum, de cuius natura, Mela libr. 3. cap. 9. *Fœnix semper vnica, non enim coitu concipitur, partu ve generatur, sed vbi quingentorum annorum æuo perpetuo durauit super exageratam variis odoribus struem sibi ipsa incubat, soluiturque, deinde putrescentium membrorum tabe cõcrescens ipsa se concipit, atque ex se rursus renascitur.* † Vt sic Domini nostri hu- 36
manitatis, & resurrectionis hominibus præberet exmplum, qui nullo concubito genitus, mortus, & sepultus ex propria virtute ad superos euolauit, vt tradunt *D. Clemẽs D. Petri successor, ac indiuiduus comes lib. Apost. lic. Constit. & D. Cypriani in exposit. Symb. D. Aug. ad fratres in Erem. serm.* 18. & ita vt de veró volatili fit mẽtio *in Cõcili. Aquisgrano sub Ludouico Pio an.* 830. *cap.* 112.

& cap.

& cap. 113. D. Isidor. lib. 12. cap. 7. & nouissime concius meus, & amicus D. Franc. de Corduba in dedascalion.

CAP. XXXV. de insectorum productione, transformatione, & resurrectione.

SVMMARIVM.

PVrpuræ, buccinæ, & omne genus testaceorum fiunt ex limo, & materia putrescente. nu. 1.

Ranæ, mugillus, & mus, fiunt ex limo putrefacto. nu. 2.

Tabani, culices, & id genus plura fiunt, ex imbre, & terra, in ligno arido. nu. 3.

Tineas generat puluis in lanis, & in veste, in ligno accarus, & xyloptheros in ceris. num. 4.

Bombycines quædam ex terræ halitu animante florem decusum imbribus. nu. 5.

Producuntur ex niue vermiculi, ex pilis equinis vermes, ex mulieris serpentes. num. 6.

Insecta generantur dum calor cum humiditate ratione aliqua coeat. nu. 7.

Ipes in vitibus, carpæ in oleis, gurgulio in farris pululantur. nu. 8.

Pytiocampæ ex pinu, mindaim ex faba, & id genus plantæ, & fruges suos hostes generant. nu. 9.

Pediculi ex humidis, & corruptis vaporibus intercutantes resudantibus generantur. nu. 10.

Animalia, quæ pediculis, aut ricino infestãtur. nu. 11.

Lumbricæ tam intestinis, quam ventre generantur. nu. 12.

Ascarides recto adhærent intestino, & hemorrhoides in ima sede procreãtur. n. 13.

Vestiolæ murium similes in sicco mulieris ventre repertæ. nu. 14.

Vespes ex obibus, fucos ex equis, crabrones ex asinis procreantur. nu. 15.

Serpentes ex hominis spina producuntur. num. 16.

Cãtharides, peuces, cinacãthæ ex alijs vermiculis generantur. nu. 17.

Bruci, locustæ, cicadæ fiunt est phalangis araneis. nu. 18.

Scarabei, tauri, & id genus alia, gignuntur ex vermibus. nu. 18.

Bombiciues, serici narratio num. 19.

Diabolus rerum naturalium, quia peritissimus est potest insecta huiusmodi producere. nu. 20.

Bestiolas in corpore humano potest diabolus producere. nu. 21.

Diabolus iungendo actiua passiuis per alterationem veram insecta producit. numero 22.

Magi Pharaonis ex limo, & vergis serpentes, & ranas produxerunt. nu. 23.

Insecta p stquam semel vitam amiserint, non valet dæmon eadem numero suscitari. nu. 24.

PVTREFACTIONI omnia sũt obnoxia, quia secundum Philosophum *Generatio vnius est corruptio alterius.* Sed quæ non ex semine producũtur, insecta vocantur, quia ex alijs rebus putrefactis fiunt, vt ex limo, & materia putrescente, generantur purpuræ, buccinę, & omne genus animalium testaceorum, vt tradunt *Aristot. lib. 5. histor. animal. c. 15. Plin. lib 9. cap. 51.* † Ranas semestris vita resoluit in limum, nullo cernente; & rursus vernis aquis renasci, docet *AElian. lib. 2. animal. cap. 16.* Nascitur, & mugilus ex limo: apua quoq; spuma maris incanescente. *Aristot. lib. 6. animal. cap. 15.* mures quoque *Diodor. lib. 1. cap. 1.* † Generantur præterea ex imbre, & terra in ligno arido, cossi, tabani, & id genus plura, & arescente humore, culices: tercdines terre-

stres, tineas, thripas, cerastẽ, qui cũ tantũ corroserit, vt circũ agat, aliũ generat. *Plin. lib.* 17. *cap.* 4. in vestibus tinea, alia in humido in cauernis volucria;
4 *Plin. lib.* 11. *cap.* 33. † Puluis in lanis, & veste tineas generat, quæ & in chartis cum natura arescit, nascitur, & in ligno cadidum animal dictum accarus, item & xylophteros nascitur, & in ceris, *Aristot. libr.* 1. *histor. animal. cap.* 32.
5 † Bombycines in Insula Cò nascuntur terra halitu animante florem decussũ imbribus, terebinthi, fraxini, & quercus, *Plin. d. lib.* 11. *c. p.* 23. Pullices minima quadam putredine, & sedes sui ortus obtinent sordes aridas, *Arist. d. lib.*
6 5. *cap.* 31. † Generantur, & in niue vermiculi in medio rutuli, & hirti cum pilis grandiores, torpecentesque, *Plin. d. lib.* 11. *cap.* 35. Ex pilis equinis vermes, ex pilis mulieris serpentes.

7 ¶ Gignuntur nõ minus alia animalia, ex plantis, quia nulla fere plãta est, quæ non aliquod animal ex se gignat, quippé vbiq; natura animal gignit modo calor cũ humiditate ratione aliqua coeat: humiditas, seu materia, subiacet calori, ad excoctionem conficiendam; sic flatibus austrinis, stirpes putrescunt, & in radicibus generantur vermes, vt tradit *Theophrastr. de causis*
8 *plant. lib.* 3. *cap.* 27. † Vermiculãtur quoque ex siti arbores; in vitibus vermes ipes nominati, carpæ in oleis: populatque ingentem farris aceruum gurgulio, tritico, & hordeo infectissimũ animal, vt experientia docet, & comprobat eleganti carmine *Vergil. lib.* 1. *Geor*
9 *gic.* † Ex pinu, & pinea nascũtur pytiocampæ; erucæ virulentissimæ: fabæ quoque generant vermiculũ mindain dictum, ciceres similiter; & aliæ plãtæ, & fruges suos hostes ex se natos gerunt, exceptis borragia, saluia, & chicoria, vt tradit *Cardan. lib.* 7. *varietat. rer. cap.* 28.

¶ Et viuentibus similiter animalibus insunt alia animalcula ex putrefactione nata, extra in cute, & intra corpus; nam ex humore, qui per summa corporis animalium existit, nascuntur cimices, item pediculi, humidis, & corruptibus vaporibus intercutantes resudantibus generantur, & ideó color illorum immitatur colorem humoris quo generantur; qui ex sanguineo, rubei; qui ex phlegmatico, molles, alui: ex cholerico, veloces, acuti, longi, cetrini: ex melancholico, cinerei, subnigri, macilenti, tardi, vt docet *Petr. Garsia Carero à Galen. de locis affectu disput.* 57. *cap.* 1. † Vnde omnia animantia pediculis sui generis infestantur: potissimum aues, quibus penna caulæ cõstat itẽ animalia quibus pili, dempto asino, qui nec pediculis, nec ricino infestatur; canes ricino agitantur, boues, & ricinium, & pediculum habent, oues, & capræ, redinos, pediculis autem vacant, sunt & pisces, veluti tunnis sub pinna, asilus oritur, *Aristot. lib.* 5. *histor. animal. cap.* 21. *Plin. lib.* 11. *cap.* 33. *&* 34. † Intra corpus animalia nascuntur, vt in intestinis, vermes; dicti ἑλμινθες hoc est terretes lumbrici, sunt etiam tineæ lati vermes, quæ non modo intestinis, sed ventre generãtur, secundum *Plin. lib.* 26. *cap.* 8. *& lib.* 28. *cap.* 14. *Petr. Garsia vbi supra cap.* 2. † Sunt, & ascarides vermes, qui recto adhærent intestino, & qui ima sede procreantur hæmorroides, de quorum natura, ac lumbricarũ differentia latè scripserunt *Hippocrat.* 3. *aphoris.* 26. *Arist. d. lib.* 5. *cap.* 19. *Celsus lib.* 4. *cap.* 17. *AEtius lib.* 9. *cap.* 40. *Paul. Aeginet. lib.* 4. *cap.* 57. *&* 58. † Et repertas fuisse disiecto mulieris ventre vestiolas quasdam non absimiles muribus, & soricibus tradit *Leuin. Lemnius lib.* 2. *de occult. natur. cap.* 40. Quod fieri potuit, si oua, vel seminale excrementum rubetaram, vel bufonum edatur,

vna

vna cũ oleribus non ſatis purgatis, vel à maleficijs propinẽtur impijſsimis.

15 ¶ Sed ex animantibus mortuis ſolent ſimiliter alia animantia generari, & ex vna in alteram migrari ſpeciem, vt ex bobibus, veſpes: ex equis, fucos: ex aſinis crabrones: vt tradunt *Plin. d. lib. 11. cap. 20. Plutarch. in vita Cleomed. Ioan. Riolan. in comment. ad Fernelium lib. de homin. procreat. cap. 1.* † Ex hominis cadauere generantur vermes, & ex oſſium medulis, præſertim ſpinæ producuntur ſerpentes, vt docent *Ariſt. d. lib. 5. cap. 20. Plin. lib 10. cap. 66.* & aſtipulatur concinnis meus Ioan. de Mena in Poema ad Regem D. Ioan. II. ord. 7. copl. 241.

De ſierpe formada de eſpina de muerto.

17 ¶ Et viua adhuc animantia quandoque permutant ſpeciem, & naſci, atq; generari noua videntur, nam canthari des ex vermiculis ficuum, piri, peuces, cynacanthæ, & roſæ generantur, au-
18 thore *Plin. lib. 11. cap. 35.* † Ex phalãgeis araneis procreãtur bruci, locuſtæ, cicadæ, papiliones ex crucis: erucæ ex virẽtib⁹ folijs; ſcarabei tauri gignuntur ex vermib⁹, qui in lignis aridis naſcũtur; ex erucis piloſis, ſed paruis, micendulę, quæ deinde fiunt pennigera animalia, vt multis alijs annumeratis docet *Ari-*
19 *ſtot. d. lib. 5. cap. 19.* † De Bombycine ſerico res nocior eſt, primó ex eruca fieri vermen, poſtea folijs mori paſci, & paſtu tumẽs dormit, atq; deponens cutẽ decreſcit in digiti magnitudinẽ, & arbuſculã aſcẽdens ſericã pilã ore propio cõſtruere, in qua clauſus moritur, ſeu dormit iterũ, ac tandẽ in auẽ cõuerſus rupta pila euadit, ac ſibi pari copulatur, ouaque parit, ex quibus ſuo tempore vermes excitantur, vt tradunt *D. Ambroſ. in Examer. lib. 5. cap. 23. Vincent. lib. 20. hiſtor. natural. cap. 67. Nicephor. lib. 18. cap. 30.*

20 ¶ Quæ quidem omnia cum ex meranaturæ operatione fiant, nil vetat, quin à dæmone patrentur qui rerũ naturalium peritiſsimus eſt, nouit cauſas & caloris putredinalis originẽ, & applicandi tempora, vt tradit *D. Auguſt. lib. de natur. dæmon.* † Ideó beſtiolas huiuſmodi in corpus humanũ poteſt producere excitando humores, non quoſlibet, vt voluit *Oribaſius lib. 3. aphoriſm. 30.* Sed pythuitam, quæ ſola materia eſt talium beſtiolarũ, vt tradunt *Auicena lib. 3. Fen. 16. tract. 5. Hieron. Mercurial. lib. 3. de morbis pueror. cap 4. Petr. Garſia ad Galen. de locis affect. diſp. 57. cap. 1.* † Et ſimiliter iungendo actiua paſſiuis poteſt diabolus alia beſtiola ceno, terra, mariq; producere, ex ipſis materijs apté diſpoſitis, per alterationem verã, & phyſicam operationem, vt tradunt *D. Auguſt. lib. 3. de Trinit. cap. 7 & 8. D. Thom. ad Matth. cap 24. & p. 1. q. 14. nu. 4. & q. 110. art. 2. & lib. 3 contra Gentes. cap. 103.* † Quemadmodum fecerunt Iamnes, & Membres Magi Pharaonis ad emulationem Moyſis, dum ſerpentes, & ranas produxerunt, illas ex virgis, has ex limo concreto, vt aſſerimus *hoc lib. 2. cap. 10, de Magorum vera, & apparente operat. ex nu. 11.* † Sed animalia huiuſmodi poſtquam ſemel vitã amiſerint, an dæmon ea valeat ſuſcitare, multi nõ dubitant aſſererę; ego tamẽ, licet fatear noſſe calorem putredinalem, & omnia alia ad productionem requiſita, poſquam iam perierint, non valet dæmon eadem numeroſus citare, *vt dixi d. cap. 11. nu. fin.*

CAP. XXXVI. De tranſlatione corporali, & an Magi poſsint trãsferri de loco ad locum.

SVMMARIVM.

TRanslationem corporalem à dæmone fieri in Magorum crimina negarunt hæretici. nu. 1.

Tranſ-

Trãslationẽ huiusmodi negarũt Catholici. n. 2.
Trãslationẽ similiter negarũt Iurisperiti. n. 3.
Cap. Episcopi 26. q. 5. de translatione Magorum explicatus ex nu. 4.
Ex his quæ in somnis fiunt nec meremur, nec demeremur. nu. 5.
Cogitationis pœnam non meretur. num. 6.
Pro hæreticis nõ habẽtur nisi, qui certa, & manifesta labe deprehenduntur. nu. 7.
Quæ à Gratiano in Decreto sunt copilata earum authoritas penes authores est. nu. 8.
Multa sunt à Gratiano per errorẽ in Decreto cõgesta, quæ postea abrrogata sunt. n. 9.
Alia per Gratianũ copilata, quæ cum veritate ipsa pugnauerunt. nu. 10.
Cap. Episcopi 26. q. 5. vt se tueantur hæretici ex Concilio Achileiensi desumptum contendunt. nu. 11.
Cap. Episcopi 26 q. 5. non reperitur in duobus Conciliis Aquileiensibus. nu. 12.
Cap. Episcopi 26. q. 5. quam varijs Conciliis tribuatur. nu. 13.
Librarij dictãte alio voces excipiebãt, multa ex similitudine litterarũ corrũperunt. n. 14.
Anquirani, Ancyrani, & Ancyræni, vnũ, & idẽ nomen est ab vrbe Græca ἄγκυρα nu. 15.
Cap. Episc. 26. q. 5. nõ reperitur in Concilio Ancyrano in nulla Cõciliorũ editione. n. 16.
Cap. Episcopi 26. q. 5. euidenti mẽdatio tribuitur Beato Gregorio. num. 17.
Cap. Episcopi 26. q. 5. non minori errore tribuitur Diuo Augustino. nu. 18.
Cap. Episcopi 26. q. 5. perperam tribuitur Damaso Papæ. nu. 19.
Cap. Episcopi 26. q. 5. dũ certiora habeantur relinquitur Cõcilio Ancyrano. nu. 20.
Cap. Episcopi 26. q. 5. quæ habeantur in Concilio Ancyrano. nu. 21.
Burchardus, Iuo, & Gratianus Canonũ copilatores particularis sunt authoritatis. n. 22.
Cap. Episcopi 26. q. 5. verba quæ nullo Classico authori quadrant. nu. 23.
Conclusio generalis ex particularibus non deducitur. nu. 24.
Priuilegia singulorum legem non possunt facere communem. num. 25.
Cap. Epi 26. q. 5. multa habet ab imperitijs per modum narrationis inserta. nu. 20.
Stultum est dicere nullos Prophetas, nullosue Apostolos, verè, & corporaliter vllas visiones vidisse. num. 27.
Princeps Apostolorum vere, & realiter ab Angelo deductus est ex carcere. nu. 28.
Christus Dñs à Sathana super Tẽpli pinaculũ, & super mõtẽ excelsum trãlatus est. n. 29.
Habacuc Propheta ab Angelo ex Iudea trãslatus in Babylonem. num. 30.
Magos deferri posse à dæmone probatur euidenti illatione. nu. 31.
Translationem veram Magorum probant Patres Orthodoxi. num. 32.
Translationem veram Magorũ probant Theologi tam veteres, quam recẽtiores. nu. 33.
Translationem probant Iurisperiti. nu. 34.
Trãslationem similiter probant hæreticæ prauitatis Inquisitores. nu. 35.
Translationes Magorum non minus Medici asseberant. num. 36.
Lamiæ ipsæ, tam in aculeis, quam spontanea confessione huiusmodi translationes veras esse fatentur. num. 37.
Traslationes huiusmodi probantur similiter experientia. nu. 38.
Magi fatentes se à dæmone delatos nõ pro illusionibus, sed pro veris, & nefaris excessibus puniendi sunt. nu. 39.
Ecclesiæ vniuersalis practica Magi vt verè delinquentes puniuntur. nu. 40.
Cõcilium Ancyranum circa translationẽ Magorum errauit secundum aliquos. nu. 41.
Concilia Prouincialia Ecclesiam vniuersalẽ non repræsentant. nu. 42.
Concilia Prouincialia errare possunt. nu. 43.
Concilium Ancyranum non agere de Sagis nostri temporis. nu. 44.
Cõcilium Ancyranum credentes Lamias, vt hæreticas damnauit. nu. 45.
Concilium Aucyranũ non damnauit Sagas, quod se deuehi putant, sed quo hæreticorũ labe implicantur. nu. 46.
Strygum huius sæculi secta Concili Ancirani tempore nondum nata fuit. nu. 47.
Stryges huiusmodi ab illis in plurimis differunt remissiue. nu. 48.

AGOS huiuſmodi ad
1 ſua crimina nõ veré,& corporaliter à dęmone deferri,ſed perimagina tionẽ deludi cũ Luthero;& Melãchthone docuerũt ex hæreticis *Põzinibius,VVierus,Godelmanus,Agrypa,Paracelſ.& Bodin.li.2.de*
2 *Magor.dæmõ.ex c.* 5. † Ex Catholis *Vlder. Molitor.de Python.mulie.c.*8.*Bap.Portali.*2. *Magiæ natur.Ioã.Salisberieſ.li.*2.*Polycrat.c.*
3 17.† Et ex noſtris *Alciat.li.*8.*Pareng.c.*22. *& in c.pernitioſa n.*66.*de off.& poteſt. ordin.*
4 *Duaren.ad l.Cornel. deſicar.* † Et probatur Decreti authoritate in c.Epiſc. h.26.q.5. in hæc verba. *Illud enim non eſt omittendũ, quod quædã ſceleratæ mulieres retro poſt Sathanã cõuerſæ,dæmonũ illuſionibus,& phãtaſmatibus ſeductæ,credunt,& profitentur, ſe nocturnis horis,cum Diana Dea paganorũ,vel cũ Herodiade,& innumera multitudine mulierũ, equitare ſuper quaſdam beſtias,& multarũ tertarũ ſpacia intẽpeſtæ noctis ſilẽtio per*
5 *tranſire,&c.* † Cuius Canonis authoritas hęreticus Achilis eſt,hũc vrgẽt,hunc torquent, & obtineant ex his exceſibus Lamias,& Magos nõ debere ſupplicio affici : nam ex his, quæ in ſomnijs fiunt, nec meremur,nec demeremur, *c. maiores.* §. *verũ,de Baptiſ.Clem.*1.*de pœnit. D.Thom.in Sent.*4.*diſt.*9.*art.*4. *Iaſ.in l.vt vim.D.de iuſt.*
6 *& iur.* † Nã cogitationis pœnã nõ meretur,*Reg.* 1.*c.*16. *Apoſt. Corinth.*1.*c.*4.*c.cogitationis,de pœnit.diſt.*1. *cap. humanæ aures*
7 22.*q.*5. † Vnde ſi iſta,quæ Magi huiuſmodi de ſe profitẽtur per ſomni exceſum paciuntur, vt hærerici dãnandi non ſunt, quia pro hæreticis non habentur,niſi qui certa,& manifeſta laue depræhẽduntur, *cap.erubeſcant* 32.*diſt. cap. Chriſtiana* 32.*q.*
8 5.*cap. cõſuluiſti* 2.*q.*5.† Quare inſtãt Canonis authoritate, & eo ſetuentur, quod in Decreto ſit, ſed hæc leuiſsima ratio eſt, nãque à Gratiano in Decreto ſunt copillata, licet à ſede Apoſtolica recepta ſint, ea tamen conditione, vt earũ authoritas penes authores ſit,& fontes,quib⁹ Canones emanarunt,vt docẽt *Abb.& Felin in c.*2.*de Reſcrip.cum alijs congeſtis per Cened. collect.*16.*ad Decretum n.*5.6.*&* 7. † Nam 9
multa ſunt á Gratiano per errorẽ in Decreto cõgeſta,quæ poſtea in Decreta lib⁹, Sexto,Clemẽtinis,& Extrauagãtibus abrrogata ſunt: multa alia, quæ cũ veritate ipſa pugnauerunt,quæ nũc ad nil neceſſe eſt recẽſere. †Notarũt ea viri docti,& Ca 10
tholici *D.Ant Auguſt.in opere dialogor.& Genitricis meæ frater D.Ioan.Bap.Vilialpando in Regio Codice ad Ezechiel.& non vno in loco,Ceſar.Baron.in Annalib.Eccleſiaſt.tomis nouem diſtinctis, & alij plures præter hos, quos refert Cenedo d.collect.*16.*num.* 3.

¶ Quare Bodinus,& Danæus hæreti- 11
ci,vt prædicta Canonis authoritate pugnẽt,ab authore aliquo Canonico deſumptum ſuadere conantur,& ideo contendũt deſumptum eſſe ex *Concilio Aquileienſi ex cap.* 1. † Quod quia de primo, quod cele- 12
bratum eſt ſub Damaſo Papa reſtauratæ ſalutis an. CCC.LXXXI. & ſecũdo ſub Sergio an. DC.XC.VIII. nulliui reperiatur : tertium,quod ipſi prodeunt, non Concilium, ſed Concidiabolum erit, & ſic ei nulla fides habenda. † *Sprenger.in* 13
Mall.& Iaquer. in Flagel. Canonem citant ex Concilio *Acquirenſi*, alij ex Concilio *Auchirenſi*,alij ex Cõcilio *Aquilenſi*, ſed Burchardus, & Iuo ex Concilio *Ancyrænſi* dicunt fuiſſe deſumptum,quorum omnium nomina eiuſdem Cõcilij ſunt, vt probat *Ant. Auguſt. lib.* 1.*ad Gratian. dialog.* 1. † Facta nempé differentia ex li- 14
terarum C. & Q. æquiuocatione: nam librarij,qui dictante alio voces excipiebant (ante quam typorum vſus eſſet inuentus) multa ex ſimilitudine literarum corrumperunt,vt probat mihi in Græcis præceptor *Sanctius Brocenſ. ad Horat. in art.* † Anquirani, Ancyrænſi,& Ancyra- 15
ni,vnum,& idem nomen eſt ab vrbe Græca αγκυρα, de qua mentio ſit in *cap. Diaconi,cap.Syracuſanæ,diſtin.*28.*cap. Præsbyteros diſtin.* 50.*cap. ſi quæ de rebus* 12.*q.* 2. *cap. deſponſatas* 27.*q.*2.

¶ Sed

16 ¶ Sed alij, neq; ex Concilio Ancyrano deſumptum Canonem volunt, eo quod in Græca Conciliorũ editione, nec in ea, quã Balſamõ interpretat⁹ fuit, nec in Latinis verſionib⁹ Creſconiana, vel Dionyſiana, nec in Tigurtina Canon iſtud Cõcilio Ancyrano inſeratur, vt tradunt *Turrecrem. in d. c. Epiſcopi, Toſtat. in Exod. 7. & in Matth.* 17 4. *Victoria in relect. de Mag. q. 7.* † Vnde illud ex nullo Concilio deſumptũ, ſed ex aliquo Patrum volumine cẽſuerũt *Ant. Aug. & Caſtro vbi ſup.* & ita Beato Gregorio (ſed cuidẽri mẽdatio lap- 18 ſus) adſcripſit *Beczius in præceptor.* † Ex Diuo tamen Auguſtino in lib. de ſpirit. & anim. vult deſumptum *Sprenger. in Mall.* ſed talis libri Auguſtin⁹ author non eſt, vt docuit *Poſsidius in indiculo* 19 *Aug.* † Ideó á Damaſo Papa ſtatutum cenſuit *Ceſar Baronius tom. 4. Annal. an. CCC. LXXXII.* Sed in ei⁹ ſcriptis nuſquã reperitur, vt docet *Theodoret. lib. 5. hiſtor. Eccleſiaſt. c.* 11.

20 ¶ Quare dum cerciora habeamus, cũ Concilio Ancyrano relinquimus: nam in eo veniunt *Burchardus lib.* 10. *c.* 1. *& Iuo p.* 11 *c.* 30. *nec non Gratianus* 21 *Canonũ copilator in eius epigraphe.* † Sed ea lege, vt Concilio tantũ tribuamus, quæ ſolũ in eius actis cõtenta ſunt, videlicet ex illo *Epiſcopi eorumque Prælati*, vſq; ad illud *à tali peſte mũdari debet Eccleſia*, quæ habentur in *Concil. Ancyr tno Can. penult.* & referũtur ad literã in *cap.* 22 *qui diuinationes h. 26. q. 10.* † Cætera autem minoris ſunt authoritas, non ſolũ Auguſtino, aut Damaſo indigna, verũ & Concilio Ancyrano, aut quouis alio Canonico authore, ſed tantũ Burchardo, Iuoni, aut Gratiano Canonum copilatoribus tribuenda, qui particularis ſunt authoritatis, vt multis aductis probat *Petr. Cenedo d. collect. 16. nu. 7. &* 23 8. † Quod negare nihil aliud eſt niſi inſanire, vel ex eo quod ſubiungitur. *Quis vero tã ſtultus, & habes ſit, qui hæc omnia quæ in ſolo ſpiritu fiũt, etiã in corpore accidi ſe arbitrentur, cum Ezechiel. Propheta viſiones Domini in ſpiritu, non in corpore viderit? & Ioannes Apoſtolus Apocalipſis Sacramentum in ſpiritu, non in corpore vidit? & D. Paulus nõ audet dicere ſe raptũ in corpore.* † Non ſequitur enim hoc cõ 24 tingit Ezechieli, Ioãni, & Paulo in ſpiritu: ergó alijs non contingit in corpore? nam ex particularibus cõcluſio generalis non deducitur, vt probat *cognatus meus D. Gaſpar Cedillo Villalpando lib. 3. Summularum (quem ex inſtitutio Complutenſis Academiæ auditoribus legit) c. 9.* † Quia priuilegia ſingulorum legẽ nõ 25 poſſunt facere cõmunẽ, *c. non ſtatim h. 26. q. 2. c fin. de reg. iur. lib. 6. l. 2. C. de legib. l. cum ſervus D. de verbor. obligat. l.* 1. §. *quæſitum D. de aqua quotid. & æſtiua.* † Vnde illa à Gratiano, Pallea, aut quo- 26 uis alio in modũ narrationis inſeruntur, quia Concilij mentẽ non intellexerunt, vt tradit *Bart. Spina ſacri Palatij Magiſter lib. de ſtrigib. c.* 10. † Nã quis 27 tã ſtult⁹, & habes ſit, vt credat talia D. Auguſtino, Damaſo, aut Cõcilio vllo in mentẽ venire potuiſſe? Nulli Prophetæ, nulli ne Apoſtoli veré, & corporaliter vllas viſiones viderunt? † Sõ- 28 niabat ne Princeps Apoſtolorũ, quãdo excitatus Angelũ vidit, & ab eo deductus ex carcere ſolutis cathenis liberatus fugit? *Acta Apoſt. cap.* 12. † Dormie 29 bat ne Chriſtus Dñs quãdo á Sathana ſuper Templi pinaculũ, & ſuper montem excelſum translatus eſt? *Matth. c.* 4. † Delirabat ne Habacuc quando ab 30 Angelo ex Iudea translatus in Babylonem ciuũ Danieli præbuit? & Daniel ne in ſomnis ciuum comedit in leonũ lacu. *Daniel. cap.* 14. † Hæc inquam au- 31 debis impugnare? Apagé ſis hæretic⁹. Quare ergó ſi hæc ab Angelo, & dęmone præſtari potuerũt, illa negas? quæ cõmunis Patrũ, Theologorũ, & Iuriſperi-

torũ melioris iudicij sententia defendit.

32 ¶ Primò enim hanc sententiam de vera trãslatione probãt Patres Orthodoxi *D. Greg. lib. 1. dialog. c. 4. & lib. 2. in Iob. c. 9. D. Epiphan. lib. 1. cõtra hæres. c. 30. D. August. lib. 2. ad Simplic. q. 3. & lib. 2. Ciuit. Dei. c. 23. & lib. 7. c. fi. & lib. 8. c. 29. & lib. 10. c. 9 & lib. 18. c. 17. & lib. 21.*

33 *c. 7.* † Secundò probant Theologi tam veteres, quàm recentiores, *D. Tho. 2. 2. q. 92. & q. 93. & lib. 3. contra Gentes. c. p. 104. & 105. & Sentent. 2. q. 7. & Sent. 3. dist. 19. Ioan. Maior in Sent. 2. dist. 14. q. 3. Albertin. de agnos. aspert. q. 24. Caiet. in 2. 2. q. 96. Tostat. in Matth. 4. q. 47. Fr. Victoria in relect. de Magia q. 7. Annan. lib. 4. de natur. dæmon. Guill. Parisiens. in summa de vniuers. p. fin. cap. 23. Alph. Castro de iusta hæretic. punit. lib. 1. cap. 16. Conciuis meus Cardin. Franc. Toledo in summ. Sacerd. lib. 4. cap. 15. Mart. del Rio nulli postponendus lib. 2. Magicar. q. 16. & post eũ Franc. Suarez de Relig. lib. 2. c. 16.*

34 † Tertio probãt Iuris periti *Cardinal. Turrecrem. in d. cap. Episcopi. h. 26. q. 5. conciuis meus Episcopus. Simanc. de Cathol. instit. tit. 37. ex num. 6. Mart. Alpizqueta dictus Nauarrus in Manual. cap. 11. n. 38. Medices in summ. hæres. p. 1. q. 9. Farinac. to. 1. q. 20. Danhauder in Praxi cap. 61. ex n. 184. Nicol. Remig. lib. 1.*

35 *dæmonol. c. 14. 24. & 29.* † Quartò cõfirmant hæreticæ prauitatis Inquisitores *Sprẽger. Iaquerus, & Nideri*, illi *in Mall. p. 2. q. 1. c. 3. & in Flagel.* Hij verò *in præceptor. p. 1. c. 11. q. 4. Bernar. Comensis in lucerna Inquis. & tract. de strigib. ex num. 5. Cuman. lib. 1. cap. 14. & lib. 2. cap. 1. & 4. Franc. Pegna in direct. Inquis. p. 2. cõm. 68.*

36 † Quinto affirmant expræsse Medici, *Ronsæus lib. 2. de morb. venefic. c. 8. & lib. 3. cap. 8. Cæselp. lib. de inuestigat. dæmon. c.*

37 *20.* † Sextò Lamiæ ipsæ tam in aculeis quam spontanea confessione iureiurãdo has translationes veras esse fatentur, & se ad cõbentus corporaliter deferri affirmant nota sibi pinguedine in unctę, vel etiam sine vnctione insidentes aliquando scopa, arundine, vaculo (etiam verò) à dęmone tamen fublebato, hirco, cani, vel alio animali elemẽtato, furcę, collo, vel cremethra impositio vno pede, vt narrant *Remig. lib. 1. dæmonol. c. 74. Grilland. de fortileg. q. 4. ex nu. 26. Petr. Binsfel. in cõfess. malefic. memb. 1. concl. 12.* † Septimo experientia cõ 38
probatur earum, quæ itercepto itinere vel soluta impia societate diuino quodam iudicio in paramis, & cãpestribus locis nudæ repertæ sunt clara luce supina, ita vt pedibus ad patriã reddire cogantur, vt obseruant *Ioan. Cæsarius lib. 10. miracular. cap. 1. Cuman. in Lucerna Inquis. Sprenger. in Mall. p. 2. q. 3. Grilland. de fortileg. q. 7. nu. 27. & 28. Remig. lib. 1. dæmonol. cap. 14. Spina de strig. c. 17. cum seqq. Binsfeld. vbi sup. prælud. 6.*

¶ Vnde in Lamias, & Magos huiusmodi, qui dicunt se à dæmone deuehi acriter, & non pro illusionibus, sed pro veris, & nefarijs excessib⁹ animaduertendum esse docent Pontifices Innoc. VI. ad *Inquisitores German.* Hadrian. VI. *ad Inquisit. Lõbard.* Clem. VII. *ad Episcopũ Bolens.* quorũ Bullas referunt Sprenger. in Mall. ad princip. *Spina de strig. b. c. 15. & Apolog. 1. cap. 11. Binsfeld. in confess. malef. memb. 1. conclu. 12. Pegna in directorio Eymeric.* † Et ita sentiunt cun- 40
cta Tribunalia Ecclesiastica Hispaniæ, Italiæ, Germaniæ, Galliæ, sic & semper Apostolici Inquisitores in praxi obseruant, vt apparet ex eorum *Lucerna, Itinerario, Viatorio, & alijs Sancti Officij actis.* Ergo, vel Ecclesia errat, vel isti Pyrrhoni. Ecclesiam tamen in re ad fidem pertinentẽ errare, qui dicat anathema maranata sit. *Trid. Sess. 4.* † Quare præfata Canonis verba, quæ tagas huiusmodi deludi putant nõ sunt vlla- 41
tenus Concilio Ancyrano referenda: nisi vellis Concilium errasse, quod Prouinciale fuisse fatẽtur *conciuis meus Episcopus*

copus Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 37. Caſtro
42 de iuſta hæretic. punit. c. 16. † Nam Concilia Prouincialia Eccleſiã vniuerſalẽ non tẽpræſentant, cui Deus promiſit adeſſe, vſque ad conſumationem ſæculi, *Matth. cap.* 27. & pro qua rogauit ad Patrem ne deficiat fides ſua *Matt. c.* 9. *Luc.* 22. *cap. hæc eſt fides. cap. cudenda* 24.
43 *q.* 1. † Ita errare poſſe docuerunt *DD. in c. Paſtoralis. §. pyſana de re iudic. Petr. Gregor. in Syntag. p.* 3. *lib.* 49. *cap.* 3. *nu.* 24. *cum alijs à nobis cõgeſtis in lectura primariæ cathedræ ad c. de quodnuldeo de iudic. ex num.* 49.

44 ¶ Prẽter quã quod Canonis verba nõ diriguntur in ſagas noſtri tẽporis, quæ veré, & realiter deuehũtur, ſed in quaſdam hæreticas, quæ credebant, quod Diana fuit in Deam conuerſa, & quod creatura mutari, aut trãsformari poſſet de vna in aliã ſubſtantiã, vel de vna in aliã ſpeciẽ ab alio quã à vero Deo, & quod beſtijs vehebãtur, vt Herodiadi ſeruirent, quę oĩa falſa ſunt, & erronea, & hæretica, & á Lamiarũ noſtrarũ ſecta longé diuerſa, vt probat *Simãc.*
45 *vbi ſup. d. tit.* 37. *ex n.* 9. † Quæ quia credendo à fide deuiãt, vel ex illis quę ſubdũtur, *quia huiuſmodi mulieres aliquid numinis, & diuinitatis extra vnũ Deũ arbitrantur*, & putantes in veras beſtias tot ſe terrarum ſpatia peragrare, quæ vera ſunt dæmonũ phãtaſmata, grauiter errant, & ſuperſtitionib⁹ maximis inuoluuntur, quia credunt, *ſe cũ Diana, & Herodiade paganorũ numina in tempeſtæ nocti*
46 *lis ſilẽtio equitare.* † Nõ quod ſe deuehi putent, ſed quod tot hæreticorũ laue irreciãtur, merito excõmunicantur, vt docẽt *Bernar. Comenſis tract. de ſtrigib. ex n.* 1. *poſt Lucernã Inquiſit. Grillan. vbi ſup. d. q.* 7. *n.* 29. *Suarez de Relig. lib.* 2. *c.* 16. *Raph. de la Torre to.* 2. *de vitijs oppoſ. relig. q.*
47 95. *in Preamb. diſp.* 5. † Nã ſtriguũ huius ſæculi ſecta Concilij Ancyrani tẽpore nõdum nata fuerat, ac fortaſis nec Gratiani ſæculo (qui anno demũ M.C.L. vel circiter vt voluit *gl. in c. cum poſt appellationẽ. §. forma vero* 2. *q.* 6. Decretũ copilauit.) † Vnde eas in plurimis ab 48
illis differre docent *Comenſis in Lucerna Inquiſ. c.* 4. *Pegna in director. Inquiſ. cõm.* 68. *Caſtro vbi ſup. d. c.* 16. *Toſtat. in Matth.* 4. *q* 47. *Silueſt. lib.* 1. *Strigimag. ca.* 14. *& lib.* 2. *cap.* 1. *Spina de ſtrigib. c.* 1. *cum ſeqq. Simanc. de Cathol. inſtit. cap.* 27. *Grillan. d. d. q.* 7. *ex num.* 30.

APPENDIX.

EST enim cõcorsom 1
nium ſentẽtia, quod Lamiæ huiuſmodi corporaliter de loco ad locũ deuehantur. Quid quid aliquãdo nõ translatæ, ſed repertæ iacentes eodem loco, vbi ſe inunxerant, reperiantur, vt de vna narrat *Auulẽſ in Exod.* de quatuor *Spina lib. de ſtrigib.* de alijs multis *Annan lib.* 4. *de natura dæmon. Remig. lib.* 2. *dæmonol. c.* 4. † Nã dico huius rei 2
varias eſſe cauſas tum ex parte Dei, vt quãdo Iudices curioſitate mouẽtur ad huiuſmodi explorationes, eos permittit à diabolo decipi, vt in peccati pœnã confundantur, & excæcentur, vt docẽt *Spina vbi ſup. Caſtro d. c.* 16. *Cæſalpin. de inueſtigat. dæmon. c.* 20. † Tum ex parte 3
dæmonis, quia quando ipſi vtilius eſt, tum ſagis decipit eas loco nõ mouẽdo vt ſic Principibus, & Iudicibus perſuadeat falſa eſſe, quæ de talibus trãſuectionibus ferũtur, vt eos in errorẽ inducat. † Neq; obſtat in vinculis detẽtos á 4
carcere nõ eximere, quia id multoties fit ex inefficatia pacti, quia ad tempus contractum eſt, vel eo quod ad mortẽ accedentes illos nollit eximere, quia nil auidius quærit, quam animas eorum lucrare, vt tradunt *Grillan. d. q.* 7. *num. fin. & quæſt.* 9. *num.* 1. † Pactum er- 5

go frũstratur quando maiorem huma no generi perniciem spectat, pactum seruat; quando Deus ei permittit, & ipse sperat se sic plures illaqueaturũ, vt docet *Crespet. libr. 1. de odio Sathan. disc. 15.* † Quia nõ nego diabolum sagas huiusmodi posse deludere per phãtasiæ repræsentationem, aut mẽtis excessum per extasi, siue raptu, vt tradit *Petr Binsfeldus in conf. malef. membr. 1. cõclusio.* in quibus simia diabolus immitatur diuinam virtutem quę appellatur, *transferri in spiritu* Ezechiel. cap. 8. *Et eleuauit me spiritus inter cœlum, & terram: & eduxit me in Hierusalem in visionem Dei.* † Quod dæmon nõ præstat per spiritũ eleuationem vt Deus, sed per delusionem sagis huiusmodi somnum altum immittendo, & interea eis repræsentat, quæ velit renũciari, vt somniantibus contingit, & persuadit quod de loco ad locum transuehantur, per phantasiæ motum, & meram delusionem, vt docta Dipse venefica fatetur apud Ouid.

Hanc ego nocturnas viua volitare per vmbras
Suspicor, & pluma corpus anile tegi.

¶ Neque minus obstat, quod Lamiæ huiusmodi de se profitentur, videlicet ad infanticidia, & alia crimina se in cubiculis clausis ianuis ingressas, vel per rimas tenues in forma catti, vel alteriũ animalis pusili intromissas, & demũ forma restitutas, vt persuaderunt striges Lotharingiæ *Remigio lib. 1. dæmonol. cap. 14.* & Scaphius *Niderio lib. 5 Formicar.* † Quod cum sit impossibile, quia dæmon non potest, quantitatem corpoream sic mutare, vt homo instar catti, per tenues rimas in cubiculum irrepat, & multo minũ per ianuas clausas, vt diximus alio loco, & tradit *Mart. del Rio lib. 2. Magic. quæst. 17.* Videtur illud delusorium, aut in solo spiritu contingere, *vt in d. capite Episcopi.* † In quo dico similiter posse dæmonem sagas huiusmodi decipere, aut per mentis excessum, vt ipsæ dormientes illa patrare videantur, intereaque dæmon earum forma assumpta illa patratur, vel in forma catti, vel alterius pusili animalis, & ipsis persuadit in eorum forma fuisse conuersas, & in cubiculis clausis ianuis, vel tenues rimas intromissas, vt docet *Sacri Palatij Magister Spina tract. de strigib. capit. 19.* † Aut etiam dæmon illas corporaliter deuehit, & ipse præcedẽs latenter aperit, & claudit ianuas, vel fenestras, vel rimas corpori earum capaces, per quas eas intromittit, & persuadit eas in forma huiusmodi animãtium pusilium fuisse intromissas, vt prudentiores Italiæ sagae fuerunt cõfessæ, *Grillan. lib 2. de sortileg. q. 8. n. 1. Spina vbi sup. cap. 32. cum seqq. Sprenger. in Mall. part. 2. quæst. 1. cap. 9.* † Ex quo VVierus hæreticus cũ Magistro suo Caluino blasphemant dum Christum sic clausis ianuis ingressũ ad discipulos, vbi Catholici omnes patentis miraculi rationem agnoscunt cum *D. August. tract. 121. in Ioan.* † Et Beeza de Christi Dñi Natiuitate illæso claustro virginali: & in Resurrectione clauso manente sepulchro, contendũt homines isti animales, hęc aperta fuisse dũ penetraret, & postmodum iterum clausa, quasi non potuerit creatura suo creatori, vt in cæteris rebus, in hoc etiam obtemperare.

CAP. XXXVII. De fascinatione vulgari, physica, & dæmoniaca.

SVMMARIVM.

Fascinatio diuiditur in physicam vulgarem, & dæmoniacam. num. 1.
Fascinatio vulgaris est illa, quæ ex vulgi facilitate proficiscitur. num. 2.
Vulgares non modo, sed Philosophi crediderunt

runt imaginatione corpus extraneum per moueri. num. 3.

Vulgaris fascinatio non modo nuda apprehensione, sed emissione spirituum fieri alij crediderunt. num. 4.

Fascinationem vulgarem per certos radios fieri improbatur. nu. 5.

Imaginatione fieri aliquid reale reprehenditur. nu. 6.

Idæa in mente diuina est substantia, & efficit realia. num. 7.

Noctambulis quam miranda ex sola imaginatione. nu. 8.

Imaginatio potens est in ijs, quæ naturalem cum illa habent coordinationem. num. 9.

Imaginatio non potest agere in corpus alienum mediantibus vlis radijs. nu. 10.

Imaginatio tempore conceptionis in filios solet operare magis, quam parentum forma. num. 11.

Imaginatio parentis immutat filium, quia pars est viscerum matris. nu. 12.

Imaginatione alterius nullus potest fascinari. num. 13.

Visione sola nullus potest fascinari. nu. 14.

Oculus nihil emittit, quod noscere possit. numero 15.

Non cernimus res in rebus ipsis, vt vere sunt, sed vt per species repræsentantur. num. 16.

Vergil. Ecclog. 3. de fascinatione vulgare explicatus. num. 17.

Vulgi opinamẽta ex fascinatione ad periculum. num. 18.

Fascinationis vulgaris aberruncatio ex bona præcatione. num. 19.

Fascinationis huiusmodi aberrũcatio ex turpiculi gestatione. num. 20.

Diges in puerorum iocalibus quare appendantur. num. 21.

Higa in puerorum fucamenta ad fascinationem. num. 22.

Ossicula palmarum ad fascinationem. numero 23.

Bezoar, Ruta, & radices variæ ad fascinationem. nu. 24.

Antidota fascinationis vanissima sunt, vt ipsa fascinatio. nu. 25.

Pueri potius quam adulti, quare fascinentur. num. 26.

Pulchri potius quam deformes quare soleãt fascinari. nu. 27.

Habitus qui ad summum bonitatis attingit periculosus. nu. 28.

Euphymijs quandoque fascinationem contingit aberruncari, vel casu, vel pacto. num. 29.

Fascinatio Physica, quæ sit, & quibus ex causis comparetur. nu. 30.

Oculis venena esse apud Plinium explicatum. num. 31.

D. Paulus ad Galat. 4. de fascinatione illustratum. num. 32.

Sapient. 4. de fascinatione explicatus. numero 33.

Fascinatio pro concupiscentia oculorum in sacris literis. num. 34.

Fascinatio pro inbidentia vsurpatur. numero 35.

Ecclesiast. capit. 21. de fascinatione explicatus. nu. 36.

Inuidia omnia consumit. num. 37.

Puella lasciuiens hora perempta. nu. 38.

Mestrua mulier solo vissu specula maculat. num. 39.

Narcisi fabula propriæ pulchritudinis specie perempti. nu. 40.

Euthelidæ fabula ex imuidentiæ damno orta. num. 41.

Basiliscus quare vissu homines interimat. num. 42.

Aer secum adfert qualitates nociuas. numero. 43.

Exalationes hominis venenatæ si non per oculi globũ per cauitates illius per os, & nares exeunt. num. 44.

Putridi vapores ab ore in cor per asperam arteriam solent emiti. nu. 45.

Fascinatio Physica potius infectio dicenda est. num. 46.

Fascinatio dæmoniaca ex pacto tacito, vel expresso probatur. num. 47.

Malefici solent cũ dæmone paciſci, vt quos liuide, vel iracunde aſpexerint, ijs dæmon perniciem ingerat. num. 48.

Senex qui ſolo viſſu flores marceſcere at. numero 49.

Viſſu ſolent carmina admiſceri. n u. 50.

Faſcinatio a fando dicitur. num. 51.

Faſcinationis crimen tactu aliquando perficitur. nu. 52.

1 FASCINATIO pro vt eſt infectio oculis illata, & concepta diuiditur in *Vulgarem*, ſeu Poeticam, *Phyſicam*, ſeu naturalem: *ſuperſtitioſam*, ſeu dæmoniacam, vt docent *D. Thom. p. 1. q. 117. Auu lenſ. in Geneſ. cap. 21. Spreger. in Mall. p. 1.*

2 *q. 2.* † Vulgaris eſt illa, quæ ex vulgi facilitati proficiſcitur, dum putat viſione ipſa, ſeu aſpectu actiuo maleuoli homines faſcinari: eo quod aſpiciant, vel laudẽ illud á quo ſunt auerſo animo, Vergil. Ecclog. 3.

Neſcio quis teneros oculos mihi faſcinat agnos.

3 Credebant enim non vulgares modo, ſed & ipſi Philoſophi ex potentia imaginationis corpus extraneum per moberi, longe deſitum hominẽ morbis afficere, pluuias, & nuues excitare, vt fuit error *Auicenæ 6. natural. ſect. 4. c. 4.* quem ſequũtur *Algazel lib. 5. Phyſicor. cap. 9. Al Kindus, & Paracelſus lib. 6. de imaginat. Marſil. Ficinus lib. 13. Theolog. Platon. cap. 1. Pomponat. lib. de incant.*

4 *cap. 4. Iacob. Forliuio 3. tech. q. 11.* † Alij non quidem mero imperio, & nuda apprehẽſione, ſed emiſione ſpirituum in res externas, qui malignis qualitatibus quibus præditi ſunt eas afficiant. cum Auicena tenuerunt *Paracelſus, & Fulginas, & Arabes fere omnes*, & probarunt *Galen. libr. 7. de plac. & 10. de vſu part. Plato. in Timæo. D. Thom. lib. 3. contra Gentes cap. 103.* † Sed hoc ab hæreticis tam malé intelligitur, vt tãquam vulgare omnino ſit fugiendum, quorum alij poſſe illa efficere volunt per certos, quos ipſi ſomniãt, radios, *Al-Kindus lib. de imaginib.* † Et alij per ſpiritus vi imaginationis expulſos, quos poſſe gignere aliquid reale, res loco mobere, & omnia pro libito efficere contendunt *Pomponat. libr. de incant. cap. 3. & 4. Paracelſus libr. de imaginat.* † Quod cõfirmãt exemplo de Idæa in mente diuina, quod eſt meré blaſphemiæ, quia illæ ſunt ſubſtantiæ, & non accidentia, & alterius ordinis, quam hij ſpiritus, vt probat *D. Thom par. 1. q. 49.* † Nec iuuantur eo quod imaginatio de re venerea pudẽda excitet, & in noctanbulis ſola imaginatio illos á lecto ſurgit, & in ſomnijs mira cogat efficere, vt de illo, qui dormiens ſe armabat ad prælium, & alia peragebat narrat *Libanius lib. de Noctamb. Cæl. Rodigin. lib. 30. cap. 9.* † Nam imaginatio potens 9
eſt in ijs, quæ naturalem habent coordinationem cum imaginatione, nõ ramen in alijs, cum imaginatio efficere non poſsit, vt quis adiciat ſtaturæ ſuæ palmum vnũ, *D. Matth. cap. 7. D. Thom. p. 3. q. 13. art. 2. & lib. 3. contra Gent. cap. 103.* † Quinimo vt in corpus alienum 10
agat mediantibus, vllis radijs, ſpiritibus, vel ſpeciebus, quia hæc communiter reprobatur à Theologis, *D. Thom. d. par. 3. q. 3. Medina lib. 2 de rect. in Deum fid. cap. 7. Picus Mirandul. lib. de imaginat. Toſtat. in Geneſ. cap. 30. Valent. 2. 2. diſpu. 6. q. 13.*

¶ Neque obicias imaginationem 11
tempore conceptionis in filios ſolet operare magis quã parentum forma, & ſpecies, *D. Hieron. in Hæbrai. qq. Menoch. de arbitrar. caſ. 89 & 98. Maſcard. de probat. tom. 1. concluſ. 791. ex nume. 7.*
† Nam præter quam quod id negarunt 12
viri docti, & religioſi *Bened. Pereira in*

Geneſ.

Genes. cap. 30. Marti del Rio lib. 1. Magic. cap. 3. q. 3 Franc. Valles de sacra Philos. ph. cap. 11. Ex eo minime probatur posse in corpus alienum agere, vt imaginosi isti voluerũt quia infans dum in vtero est, pars dicitur viscerũ matris *l. qui in vtero. D. de stat. hom. Th. Fieno de viribus*
13 *imaginat. q. 13.* † Vnde plusquã manifestum est nollũ posse alterius imaginatione fascinari, vt probant ex Theologis *D. Thom. Medina. Valent. Tstat. Pereira, Mirand. & Vayrus vbi sup.* ex Philosophis *Arist. in Problem. Conimbricens. in Physicor. 7. c. p. 2. q. 1. art. 7. Prisc. Lydius lib. de phantas. & intellect.* ex Medicis *Valles d. cap. 11. & cap. 68. Codronch. lib. 1. de morb. venefic. cap. 5. BoKel. lib. de philtris capit. 3. Thomas Fienus vbi supr. quæst. 12.*

14 ¶ Vnde hæc sententia de fascinatione vulgari vt falsa, & ridicula reicienda est, quia nec minus ex solo visu homines possunt fascinari, similiter compertum est, cum nec visus Basiliſci, vel reguli, quẽquam noceat, vt probat *Vay-*
15 *rus d. lib. 2. de fascin. cap. 9.* † Nam ex oculo nihil emittitur quod noscere possit, quia potestas videndi potentia est passiua, quæ per introsumptionem obiectum repræsentat, vt eleganter probat *genitricis meæ frater D. Ioan. Baptista Villalpãdo vir Theologiæ, Mathematices, & omnigena eruditione laude vnus, hoc æuo clarissimus in Regio Codice tom. 2. de ex-*
16 *trema visione Ezechiel. lib. 2. c. 7.* † Quia non cernimus res in rebus ipsis, vt verè sunt, sed vt per species repræsentantur, vt ad oculũ ostẽdit *idem Auunculus meus vbi prox. d. lib. 2. cap. 8.* quem suppresso nomine sequitur *Raph. de la Torre tom. 2. de virijs opp. s. relig. q. 96. art. 2.*
17 *disp. 6.* † Et ita intelligendũ est secundum vulgi opinionẽ locatus bubulcus ille, qui apud Vergilium quærebatur pecora sua visu maleuoli marcescere, Eccl. g. 3.

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

¶ Sed ex hac vulgi opinione, alia 18
emanarunt opinamenta, videlicet, hoc periculum imminere potius pulchris, quam deformibus, pueris quam maioribus ætate, eo quod leuiore sanguine sint prædita. † Item, & mederi quibus- 19
dam euphimijs, nempé si benè præcenturijs, quos cum laude, & admiratione intuemur, vt insinuat veterator ille apud Plaut. in asinar.

Præfascini hoc nunc dixerim.

Titinius in setin.

Ad laudem addito præfascini, ne puella Fascinetur.

† Secundó si aliquid turpiculum gestetur appensum quo intuentium oculi auertantur, vt docet *Varro lib. 6. de ling. latin.* Qualiter virile membrũ cui ideò olim fascini nomẽ inditum fuit, vt docet *Vergil. in Priap.* † Cui postea medius 21
digitus duob⁹ proximis cõtractis successit, ex quo puerorum fucamẽta appellamus *Diges*, á digito medio. Mart. lib. 2. epigr. 28.

Et tu digitum porrigito medium.

† Et mutato in pauló honestiori mo- 22
do manus tota ex gagate, vel ebore digitis duobus cũ pollice sic inserto appẽdi placuit, quam vulgo dicimus *Higa.*
† Tertió si nonnullæ res naturales in 23
antidotis adferãtur, vt ossicula palmarum lunata, nescio qua religione polli ta apud *Plin. lib. 3. cap. 4.* † De Bezoare 24
ad id meminit *Elpidan. lib. de venẽn.* de Ruta agresti *Aristot. Problem. 34.* Radices varias refert *Ioseph lib. 8. antiq. cap. 2.* Lupi caudam Ronsæus in venat.

Pars caudæ prodesse viris, quos fascina vexat.

† Quæ omnia vt ipsam prorsus fascina- 25
tionem vanissima, & nugacissima probarunt *Anulens. in Genes. cap. 21. & Paradox. 4. q. 10. vsque ad 16 Iul. Scaliger. de subtilit. exercit. 349. Annan. lib. 4. de na-*

tura Deor. Petr. Ciruelo de superstit. par. 3.
26 *c. 5. Vayrus de Fascin. lib. 3.* † Nam pueri potius quam adulti fascinantur, non quod leuiore sanguine, hoc est minus melancholico, & fœtulento cõponantur, vt vulgus cõtendit, sed quod dum pueri sunt facilius in morbum dilabũtur, propter tenuiorem ætatem, ac na-
27 tura minus apta ad resistendum. † Ita pulchri potius quam deformes similiter in morbum incidunt, non quod ve nustiores inuidiam excitent, & sic fascinẽtur, vt vulgus iocatur, sed eo quod dum ex meliore hauitu corporis plus solito crasiores sunt, & per cõsequens formosiores ad morbum se inclinãt, ex sententia *Celsi*, locus excidit, verba sunt: *Qui nitidiores solito sunt suspecta bo*
28 *na sua habere debent.* † Nam cum naturę terminus constitutus sit, quem præteri re non possumus, vt docet *D. Iob. capit.* 40. Dum plus solito corporis valetudinẽ præficimur, ad ægritudinem properamus, cuius rei causam vulgus ignorans fascinationi tribuit, cum meré naturalis sit, nam vt ait Hippocrat. aphoris. 1. tex. 3. *Habitus qui ad summũ*
29 *bonitatis attingit periculosus est.* † Neque obstat aliquando euphymijs quibusdã malum istud depelli, vt antidota sustineamus; quia id persæpe casu fit, vel ex pacto cum dæmone contingit, Rõseus vbi supr.

Sic Stryx dira oculos, & totos fascinat amens
Artus, & lento consumit corpore tabo
Horrendum fascinui: sed magni Rector Olympi
Antidotos homines docuit.

30 ¶ Fascinatio physica, seu naturalis dicitur quando anima alicuius vehementer affecta impressionẽ adfert nocumenti, nam ex animi affectione immutatur cor, & ex eo corpus cõiũctũ, ex quo ad oculos virus probenit, vt ad partes subtiliores, & ex oculis aer proximus inficitur, & ex eo partes contiguæ, & sic ad partem aeris proximam illi, qui est inficiandus virus peruenit, vt docent *D. Thom. dict. q.* 117. *& lib. 3. contra Gent. cap.* 103. *Auunculus meus vbi sup. d. lib. 2 cap.* 5. † Et sic intelligendus 31
est Plinius, dum affirmat oculis venena esse, & in ijs maximé, quib⁹ duplex papila est, vt ex Plinio, & Cicerone refert *Aul. Gel. lib. 9. noct. Attic. cap.* 4. Nã vt testatur *idem Plin. lib. 7. natur. hist. c.* 21. in hęc verba. *In Africa familias quasdas esse fascinantium Isigonus, & Nymphodonus tradunt, quarum arte arescunt arbores, & moriuntur infantes.* † Nęque enim 32
fabulosum est cũ videamus huius mali fieri mentionem in sacris litteris, cuius fides cætera mũdi Paremia vincit; atque prosternit, Apostol. ad Galat. 4. † *O insensati Galatæ, quis vos fascinauit?* Et Sapien. 4. *Fascinatio nugacitatis obscurat bona.* † Cuius vltimum de inuidentia, 33
& concupiscẽtia rerum alienarum intelligunt Patres, quę mentis bona obscurat, & ideò eam appellat D. Ioan. epist. 1. *Concupitentiam oculorum.* † Verè 34
nugaces, quia fallaces sunt Psalm. 4. *Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendatium*, quæ ideó dicuntur, *Obscurare bona*, nam vt ait D. Paul. ad Thimot. 1. *Cupiditas radix est omnium malorum.* † Vn 35
de hanc fascinationis speciem alij dicunt esse inuidentiam iuxta illud Deuter. cap. 28. *Inuideuit fratri suo.* Vbi Græcus legit βασκανεῖ *baskanei*, quod *D. Hieron. in Hæbrai. qq.* interprætatur *fascinationem.* † Chaldæus autem teste Bened. 36
Ariasmontano nostræ Hispanię laude, *Habeuit oculum nequam*, ad quod Dominus videtur respexisse, dum ait Matth. cap. 20. *An oculos tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Quod de inuidentia mercedis alienæ dictũ nullus dubitat. † Et 36
in hoc sensu accipiendum est illud Eccles. cap. 21. *Nihil oculo nequius creatum*, nam vt ait Horat.

Non isthic obliquo oculo mea commoda quisquam

Limat

Limat, non odio obscuro, morsuque venenat.

37 Nam inuidia cum se ipsa consumat, multo melius perdere curauit aduersarium, & quia sedis eius cor est, *D. Matth. c. 7.* Ex eo ad oculos virus emittit, ex naturali antipatia inuidi, & inuisi, vt docet *Vayrus lib. 3. de fascin.* † Ali 38 quando etiam lasciuæ cupiditatis petulãtia ad oculos virus emittit, vt de quadam puella hac de causa vnius horæ interuallo peremptã narrat *Maiol. de admir. natur. colloq. 3. fol. 136.* † De 39 mulieribus menstruis solo visu speculã maculantibus tradunt *Aristot. lib. 3. histor. animal. cap. 19. Auulens. libr. 4. Paradox. q. 16.* † Ad quod referri possunt Narcisi, & Euthelidæ fabulæ, quas 40 ex hac naturali fascinatione veteres cõmenti sunt, de primo propriæ pulchritudinis specie capto in morbum incidente narrãt *Ouidius, Vergilius, &* 41 *alij.* † De secundo, Plutarch. in Sympos.

Euthelidæ fuerunt pulchri per colla capilli,
Sed tu dirus homo conspecto in fluminis vndis
Inuidit, turpisque inuasit protinus illum
Morbus, & inuidia corrupta est gratia formæ.

42 ¶ Nam si quid tale accidit, vtrinsq; contagiosam aliquam fontis exalationem fuisse exitio arbitror, aut violento halitu, ac virulẽto vicinum inficit aer, quod necat ascendentes, vt de Basiliseo narrat *Solin. cap. 29.* † Nam vt 43 ait Heliodor. in histo. Æthiop. lib. 1. *Hic aer nobis circumfussus per oculos, naves, halitum, aliosque meatus ad profunda penetrans, & ex qualitatibus exterioribus eo secum inferens, qualis influxeri, talem etiam ijs, qui excipitur hauitum ingerit.*

44 † Qui licet aliquando per oculi globũ transmittantur, longè plures per cauitates illius, vnde lippitudo exijt, & simul per os, & nares plurimos, & efficatiores exeunt, vt tradit *Thom. Fieno, de viribus imag. q. 12.* † Cum putridi 45 vapores ab ore in cor per asperam arteriam potius quam per aliam partẽ soleant emitti, vt docent *Galen. in Therapeutic. Franc. Valles de sacra Philosoph. cap. 68.* † Sed hæc non proprié fascina- 46 tio, sed contagium, seu potius infectio erit dicenda, quæ maximé per oculos emitti solet, ideó Ouid. lib. 1, Amor.

Dum spectant oculi læsi, læduntur, & ipsi,
Multaque corporeis transitione nocent.

¶ Fascinatio dæmoniaca, vt quæ 47 minus habet subtilitatis, & indagationis, ita breuius exponenda: est enim illa, quam Magi ex pacto tacito, vel expresso cum dæmone operantur, vt docet *D. Thom. & Auulens. vbi sup. Franc. Suarez in Metaphys. 7. disput. 18. sect. 8. cap. 26.* † Nam nefarij isti homines so- 48 lent cum dæmone pascisci, vt quos liuidè, vel iracũdè aspexerint, ijs dæmõ perniciem inferat, vt docet *Sprenger. in Mall. par. 2. q. 1. cap. 11.* † Vt de sene 49 quodam narrat Hieron. Vida libr. 2. Bombyc.

Ille truci (scelus) obtutu genus omne necabat.
Reptatum; tenues animas, paruasque volantes.
Quim etiam si quando hortos ingressus, &c.
Nam quocunque aciem horribilem intendisset, ibi omnes
Cernere erat subito afflatos languescere flores.

Solent visu aliquando carmina mis- 50 ceri, vt Circes apud Ouid. lib. 14. Metamorph.

Ore suo volucresque vagas retinere solebat.

Vnde fascinum hoc á fando dici vo- 51 luit Leonar. Vayrus de Fascin. lib. 1.

Fascinum

Fascinum dicitur à fando, quodã incãtationis genus, quo homines ita ligantur, vt liberi non possint, nec mente compotes, sæpeque ad extremum maciem debeniũt. † Aliquãdo hoc crimen tactu perficiunt, & eo 32
solent esse causa puerperis abortiendi summo cum vitæ periculo, vt exẽplis comprobat *Remig. lib. 2. dæmonol. cap. 7. Leloyher. lib. 2. Spectror. cap. 5.* de Circe Ouid. canit.

Cuius ab attactu variarum monstra ferarum
In iuuenes veniunt, nulli sua mansit imago.

APPENDIX.

NON dubito hoc malum aliquando non pacto solo, sed etiã naturaliter tactu, halitu diffundi, vt de puella quædam, quę veneno alebatur, & alios sudore, tactu, & halitu viros, qui eius in cõcubito fuerãt admissi, veluti veneno necabat, narrat *Albert. Magn. lib. 25. animal. cap. 2.* † Cambaiæ Rex ab infantia (vt Mitthridates) veneno nutritus adeó habuit halitum lætalem, vt muscas ascendentes interimeret, & alios tactu (etiam ipso non animadvertẽte) necauit, quam ob rem vix vlla ex vxoribus suis, quæ illi commisceretur effugit mortem in diem proximam, vt narrat *Ludou. Barthema lib. 1. Indicar. c. 2.* † Quemcunq; enim oderit, aut necãdũ statuerit solo aspectu in eũ misso illũ interemit, vestes ei⁹ nemo vnquã attingit, nam & ipsę interficiunt tactu, vt tradit *Barthema vbi prox.* † Cuius similes sunt Phamaces in AEthiopia, qui pestifero sudore, & tactis corporibus tabem afferunt, vt narrat *Plin. lib. 7. cap. 2.*

¶ Et non solum homines halitu interimunt, sed etiam antra, & cauernæ Seneca lib. 3. natural. qq. cap. 21. *In quosdam specus, qui despexerint moriũtur, tam velox malum est, vt transuolãtes aues deiciat.* † Et lib. 6. capit. 28. *Pluribus Italiæ locis per quædam foramina pestilens exalatur vapor, quem non hominem ducere, non ferę tutum est: aues quoque si in illum inciderint antequam cælo meliore læniantur, in ipso uolatu cadunt.* † Vt de Auerni hiatu, totius Philosophiæ, & moris maiorum armarium docet Maro libr. sexto AEneid.

Quam super haut vllæ poterant impune volantes
Tendere iter pennis, talis se se halitus atris
Faucibus effundens, supera ad conuexa ferebat.

¶ Sunt & animalia similiter, quæ afflatu necat, vt de Basiliſco tradit Solin. cap. 29. *AEgyptus Basiliscum creat malum in terris singulare: serpens est penne semipedem longitudinis, alua quasi mitrula lineatus caput: nec hominem tantum, & aliorum animantium exitio datus, sed terræ quoque ipsius, quam pollut, & exurit, vbicunque ferare sortitur receptaculum: denique extinguit herbas, necat arbores, ipsas etiam corrumpit auras, ita vt in aera nulla alitum impune transuolet infectum spiritu pestilenti.* † Et ne vno teste credamus Plin. lib. 8. cap. 21. *Cyrenaica basiliscum generat prouincia, duodecim non amplius digitorum magnitudine, candida in capite macula, vt quodam diademate insignem, sibilo omnes fugat serpentes, nec rectus in medio incedens: Necat frutices, non contactos modo, verum & afflatos: exurit herbas, rũpit saxa.* † Nec Basiliscus solus halitu 10
necat, nam vt ait Platina in vita Ioan. IIII. *Romæ inuentus est Regulus, qui solo halitu, venenoque multos mortales perimeret, at Leo ipse suis orationibus, & signo Crucis interemit.* † Vt sic videas seruis Dei omnia subijci venena, quib⁹ Deus 11

promisit

promisit, Luc. cap. 10. *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, &*
12 *scorpiones.* † Nostræ igitur culpæ est, ac inuecilitati, quod nos lædant serpentes summo Dei consilio procreati, quæ sola fide valemus supperare, D. Marc. capite 4. *Qui crediderit, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, nō eis nocebit.*
13 † Nam antequā homo noxam sibi contraheret, nulla erāt illi noxia, cum omnia, quæ Deus creauit fuerint valdé bona, *Genes. cap. 1. & 2.* Post peccatum in eis virus apparuit, nam vt ait D. Greg. Homil. 35. Exo. 40. *Quoniam in cunctis delinquimus, in cunctis ferimur, vt impleatur quod dictum est Sapient. 5. Et pugnauit pro eo orbis terrarum contra insensatos.*

CAP. XXXVIII. De Lamiarum origine, & infanticidio.

SVMMARIVM.

Lamiæ vnde nomen sortiantur. num. 1.
Lamiæ fera muliebri facie homines alicit, & captos deborat. num. 2.
Lamiæ solent mammis puerorum singultus comprimere, dum eos rapiunt. num. 3.
Strygges appellātur Lamiæ ab strige auicula, quæ rapuit pueros. nu. 4.
Puerorum sanguinis potu humidus radicalis sufficitur. num. 5.
Lamiæ quare dicantur Larbe, & Lemures. num. 6.
Empusa dicitur Lamia, quod veneri propē sa carnes humanas exuriat. num. 7.
Lamiæ quare pueros maxime grassentur. num. 8.
Puerorum pinguedine conficitur famosum vnguentum strigarum. nu. 9.
Puerorum pinguedo propinatur nouicijs Lamijs, vt artis arcana edibant. nu. 10.
Puerorum corpora igni assa, vel decocta Lamiæ manducant. num. 11.
Sacramentum infanticidij, & cœnas Thyestæas. numero 12.
Læstrygones dicuntur lamiæ ab esu carnis. num. 13.
Indij ad Isthmum habitantes ab esu carnis dicti Læstrigones. num. 14.
Fœminæ quare potius maleficæ, quam viri reperiantur. num. 15.
Mulieres trahuntur magis voluptate, appetitu, & sensualitate, ideo potius maleficæ reperiuntur. num. 16.
Obstetrices magis, quā aliæ mulieres in maleficia notantur. num. 17.
Vetulæ potius, quam iuuenes sunt maleficæ. num. 18.
Pueros rapiunt Lamiæ viuos, vt sanguinem feruentem exugant. num. 19.
Pueros potius, quā adultos, quare Deus permitat a Lamijs infestari. nu. 20.
Adultos aliquando grassantur Lamiæ. numero 21.
Incubum dæmonem tota nocte cum Iacob luctatum. num. 22.
Iacobis antagonistam bonū Angelum fuisse probatur. num. 23.
Nocturno tempore maxime diabolus solet esse infestus. nu. 24.
Diabolus dicitur Princeps tenebrarum. numero 25.
Lamias eo, quod de nocte cum dæmone grassentur Hæbrei dicunt Lilith. nu. 26.
Lucifugæ appellātur Lamiæ, quod de nocte robur habeant, & mane euanescant. num. 27.
Hæbreorum superstitio contra nocturnas infestationes. nu. 28.
Phylacteria Iudæorum contra timores nocturnos. nu. 29.
Psalm. 90. de timore nocturno explicatus. num. 30.
Timor nocturnus, & dæmonium meridianū iungitur ex sympathia. nu. 31.
Dæmonum meridianum in desertis solet habitare. nu. 32.
Lamiæ in desertis solent habitare. nu. 33.
D. Hierem. Thren. 4. de lamijs explicatus. num. 34.

Brujas, *quare appellantur Lamiæ. nu. 35. Dæmonium, qui filios Iob oppreſsit meridiana fuit. num. 36.*

LAMIAE dicuntur à Lamia fœmina Belli, & Libyes filia, quę zelotypia furēs, quod maritus in mala dedit' adultera foret, prolemque adulterinam ſubſtulit, quam impio corde necauit, cæteroſq; eodem odio eſt proſecuta, vt tradit *Dioniſ. Caſ. lib. 2. Lybicar. cap. 22.* † Siue á fera Lamiæ nomine, quæ in Affrica verſatur, muliebri facie, vberibus, ac toto pectore adeó ſpecioſſa, vt homines alliciat, & captos deboret, vt tradit *Dioniſ. in hiſto. Afric.* † Vnde eas *Mammas* alij appellant, vt tradit *Alciat. lib. 8. parerg. cap. 22.* Quia vt pueros alliciant, ſolent mammas oſtendere, vt ſic eorū ſingultas, ac vllulatus comprimāt, dum eos viuos é cunis rapiunt, vel iniecta culcitra præfocant, & ita intelligitur illud D. Hieron. Threnor. 4. *Nudaberūt Lamiæ mammas ſuas.* † Ex quo alij eas appellant *Stryges* ab ſtryge auicula, quæ rapere ſolet pueros, ac ſanguinem exugere, Ouid.

Præterea ſi fortè præmit ſtryx atra pueros,
Viroſa immulgens exertis vbera labris.

Nā dū Lamiæ huiuſmodi dū vetullę ſunt tali potu eas docuit dęmon reiuueneſcei, quia vt naturalium rerum peritiſsimus agnouit iuuenili ſanguine humidus radicalis ſuffulci, vt docet *Marſil. Ficinus lib. 2. de vita long. cap. 11.* † Et quia ad hoc in tempeſtæ noctis ſilentio, vel illius auis figura, vel alterius rei laruatæ cum dæmone graſſantur merito alij eas dixerunt *Laruas*, & *Lemures*, vt ſcribit *Philoſtrat. in vita Apoll. lib. 4. cap. 8.* † Alij Empuſas ad amorē, & venerem propenſas, quam ſæpe cū dæmone explent, & carnes humanas, maximé formoſorum eſſurienter appetere narrat *Cæl. Rodigin. lib. 29. antiq. lect. cap. 5.* † Sed præcipue in pueros grauantur, vel quod eorum ętas inuenciliōr eſt ad reſiſtendum, incautior ad cauendum: nequitque earum conatum deprændere, aut reuelare, vel accuſare. † Vel quod petuuūt ab his inſtrumēta maleficiorum: nam ex eorū corpuſculis, truncis videlicet (abciſsis pedibus, manibuſque & capita) decoctis conficiunt famoſum illud vnguentū ſuum, ſine quo ad combenticula deferri poſſe negant, ſecundum *Binsfeld. in l. multi C. de malefic. & mathemat. Grilland. de ſortileg. q. 3.* † Vel quod ea in ahenis decoquunt vſque ad cōſumptionem, eorumque pinguedine vterum complēt nouitijs Lamijs propinandū, quo artis arcana edibere credūt, vt docet *Remi. lib. 2. dæmonol. cap. 7.* † Siue etiam quod talia corpora ad prādium igni aſſa, vel decocta in ſuis conuenticulis accomodāt, eaque abide eſſeriunt, vt tradit *Nider. in Formicar. lib. 5. cap. 3.* † Ex quo Sacramētum infanticidij apud *Tertulian. in Apologet. cap. 7.* Et cœnas Thyeſtæas apud *Theoph. lib. 3. de Autolyc.* quo reſpexit Horat. Carm. 1.

Nec pranſæ Lamiæ puerum viuum extrahat aluo.

† Vnde ab eſſu carnis dictæ ſunt *Læſtrygones*, vt notāt *Mart. del Rio in comment. ad Senec. in Med. v. 732.* qui fuerunt populi ferociſsimi Formias Campaniæ vrbem incollentes, qui humanam carnē eſſuriebant, *Plin. lib. 7.* † Et ita merit Indorū indigenæ, qui ad Iſthmū maris illius habitabāt, eo quod humanā carnem veſcerētur Læſtrygones appellat eruditiſsimus cōciuis, & amicus meus carminum ſale, atque candore noriſsimus D. Ludouic. de Gongora in Solituud. 1.

Rompieron los que armò de plumas ciētos

Læſtry-

Læstrygones el Isthmo aladis fieras.

15 ¶ Sed in hoc crimine potius fœminę quã viri reperiuntur, quia mulieres pro niores sunt ad credendum, & facilius decipiũtur quã viri, quamobrẽ frequen tius eas dæmones agrediuntur, & fal lunt, vt tradit *Episcopus Simanc. de Ca*
16 *thol. instit. tit. 37. nu. 3.* † Siue etiam quod tota illa diabolica tragedia, quam male ficæ istæ cum diabolo peragũt, ad id tendunt, vt fœdissimis amplexibus cõiungantur, in quo mulieres trahuntur magis propter insaciabilem liuidinem, quia trahuntur magis voluptate, appe titu, & sensualitate, *cap. quod proposuisti. 23. q. 7. glos. in cap. 1. de clandest. dispons.*
17 † Obstetrices magis quam aliæ mulie res, propter puerorum notitiam, vt de Helbetia narrat *Sprenge. in Mall. p. 2. q. 1. cap. 13.* de alijs *Remig. lib. 1. dæmonol. cap.*
18 *5.* † Vetulæ potius quam iuuenes ex fi dutia humidis radicalis restaurationis, odij puericię, & naturę infestationis, vt quæ primam ætatem deperditam plo rant, vt dicit *Ioan. Neuizan. in Sylua nupt.*
19 *ver. non est nubendum.* † Et pueros petũt præsertim, quæ nondum sacro Baptis mate iniciantur, & qui nutricis cura egent, quos viuos dilaniant, atque san guinem ferbentem exugunt, Ouid. lib. 6. Fastor.

Nocte volant puerosque petunt nutricis egentes,
Et vitiant cunis corpora rapta suis
Carpere dicuntur lactantia viscera ro stris,
Et plenum poto sanguine guttur habent.

20 Quod Deus in pueros potius, quam in adultos permittit, vel quia sic á mul tis peccatis præserbati in cœlum rapiũtur fœlices, securi; quod malitia non mu taberit intellectum, vel in pœnam pa rẽtum, vel ad eorum probationem; vt docet *D. August. lib. 21. Ciuit. Dei. c. 14.*
21 † Aliquando etiam in adultos hæc pe stis grasatur, quos dormientes soler cõ ptimere, ita vt suffocari videantur, quã ideó veterus *dæmonem Incubum dixerunt*, Hispani *la pesadilla*, vt tradit *D. August. lib. 15. Ciuit. Dei.* † Ad quod genus dæ- 22
moniorum antagonistã illud Iacobis, qui tota nocte cum eo fuit luctatus, *Ge nes. cap. 32.* referendum putat *Franc. Ger son in Problem. SS. tom. 1. sect. 3. prob. 234.* † Sed illi non assentior, quia Angelum 23
bonum fuisse Latini, Græciq́ue Patres iam diu docuerunt. Etiam si fatear dæ monem nocturno tempore maximé esse infestum, vt tradunt *Aristomenes, & Thelephõ apud Apulei. li. 1. & 2.* † Quo 24
tempore etiam spectra se sæpius osten tare docent *Plutarch. in Brut. Plin. lib. 7. epist.* Idq́ue rationibus cõprobat *Mart. del Rio in cõmen. ad Senec. in Hercul. Oet. v.* 1. 3. † Vnde & dæmonem appellat Di- 25
uus Paul. ad Ephes. 6. *Principem tenebra rum*, & Diuus Ioannes capite 11. *Po testas tenebrarum*, & contra eius no cturnas infestationes, & suppræsio nes Ecclesia carmen instituit ex Diuo Ambros.

Procul recedant somnia,
& noctis phantasmata, &c.

Quare Lamias huiusmodi eo quod de 26
nocte cum dæmone grasentur, Hębrei appellarũt *Lilith*, á voce *Lail*, quę nox significat, vt docet *Petr. Gregor. in Syn tag. p. 3. lib. 34. cap. 20.* † Ex quo eas dixe 27
runt *Lucifugas* vt notat *Psell. lib. de dæmo nib.* quia earum spectra de nocte robur habent, de mane ebanescunt; vt docet *Mart. del Rio in comment. ad Hercul. fur. v. 123.* † Vnde similiter apud Hæbreos 28
nata superstitio periculum in parietib⁹ cubiculi inscribere, E T Ž E L O CHVIZ LILITH. Quo se á dæ mone illo nocturno tutari arbitraban tur, vt tradit *Petr. Greg. vbi prox.* † Ad 29
quod respexerunt eorũ phylacteria, qui bus pro his infestationibus arcẽdis vte bantur, *cap. non oporterh. 26. q. 5. cap. si quis ariolos d. 26. q. 7.* quæ in auro frequẽ-

ter

ter insculpebantur, Marbod. libr. de Gemm.

Esse phylacterium fixus prohibetur in auro
Contra nocturnos fortis tutella timores.

30 De cuius superstitione agi videtur Regius Vates dũ ab hoc dæmonio nocturno non esse timendum præcepit Psal. 90. *Non timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die, á negotio perambulante in tenebrts, ab incursu, & dæmonio meridiano,* siue incursu dæmonij meridiani, vt vo
31 lũt *Aquila, & Simmach.* † Vbi dæmonũ ista damna duo puto posse ita primo, & quarto loco, vt significet etiam, ea quæ homines damna inferũt: ex quo omissis intermedijs *timorem nocturno*, cum *dæmonio meridiano*, cõiungit *D. Gregor. Na-*
32 *zian. orat. de sacro Bapis.* † Quia hæc pestis eo quod in desertis habitet meridianum dæmonium solet appellari, quia Hæbreis desertum ad meridiem fuit, vt probat *auunculus meus omnigena erudi tione conspicuus Ioan. Bapt. Villalpando in*
33 *Regio Codice tom. 2. lib. 1. cap. 9.* † In quo Lamiæ huiusmodi sæpe versantur, vt de desertis Lybicis tradit *Dionis lib. 1. Libycar. hist.* vbi adhuc hodie multa spectra confirmant *D. Cyril. & Procop. in*
34 *Isai. cap. 2.* † Et ad hoc respexit *D. Hiere. in Thren. cap. 4.* á multis huc vsque non assecutus, qui varias Lamiæ ferę, & struthionis aũs naturas præscrutantur, cũ de hac pestę loquatur Propheta. *Sed & Lamiæ nudaberunt mammas, lactaberunt catulos suos, filia populi mei crudelis, sicut struthio in deserto.* † Vnde eas *Brujas* appella
35 mus, quasi *brucas* pestes agrorum, mutata C. in G. quod Hispanis sæpissimæ in vsu venire solet in dictionibus ex latino descendentibus, vt ex tritico, *trigo*, ex amico, *amigo*, &c. † Cuius naturæ puto fuisse dæmonium illud, qui prandẽtes filios Iob interemit. Iob cap. 1. *Repente ventus vehemens venit à regione deserti.* Seneca in Oedip.

Vaga per lucos simulacra virum
Maiora viris.

CAP. XXXIX. De maleficio hostili, quo hominum salus, & vita infectatur.

SVMMARIVM.

HOMO noxam contrahens cũcta sibi noxa redidit. *num.* 1.

Homo solus sui speciei animantes infectatur. num. 2.

Malificio plus est occidere hominem, quam gladio. num. 3.

Hostile maleficium quare appelletur. numero. 4.

Maleficij duplex genus. num. 5.

Malefitium per introsumptionem datur per cibum, vel potum. nu. 6.

Maleficium huiusmodi fit aliquando per inunctionem. nu. 7.

Vnguentum malesicorum, quibus de causis dignoscatur. nu. 8.

Venenum, quod statim operatur, & aliud ad tempus. nu. 9.

Maleficium per applicationem exteriorem fit quandoque per halitum. nu. 10.

Maleficium huiusmodi fit ex dæmonis pacto. num. 11.

Diabolus excondict, concurrit in maleficio hostili. num. 12.

Maleficium hostile per applicationem exteriorem, quibus rebus comparetur. numero 13.

Vnguentum super portarum coronides, & pulberem super vestem sparsum. nu. 14.

Olarũ defossio sub terra, & in puteo ad maleficium. nu. 15.

Venenum, quo stapedes inunctæ equitem ipsum perimit. nu. 16.

Venenum huiusmodi ex pacto operatur. numero 17.

Auerroes intoxicauit Auicennã ponendo venenum super folia libri. num. 18.

L. cum

L. Cum quædam, D. de extraord crimin. *de maleficio hostili explicata. nu-num.* 19.

παροιμιῶδες *Maleficium, quodnam sit. numero* 20.

Imaginum fabricatores ad maleficium hostile pertinent. nu. 21.

Duffus Scothorũ Rex simulachrũ suo igne admoto à maleficis cruciabatur. nu. 22.

Horatius de maleficio imaginis fabricationis reprehensus. nu. 23.

Cap. 1. de sagittaris *explicatus. num.* 24.

Sagittarij maleficium, quodnam sit. nu. 25.

Sagittarij huiusmodi dæmons fœderati sunt. num. 26.

Maleficio hostili proditionis, & aleuosiæ crimen interuenit. nu. 27.

Proditionis crimen grauior quotiens cauendi, aut prohibendi minor ratio, vel potestas est. num. 28.

Dæmoni potestate non est alia quæ comparetur super terram. nu. 29.

Malefici huiusmodi ad caudã equi traducti ad vltimum supplicũ deferãtur. nu. 30.

Leges Iuris communis in proditionis crimine sebientes. nu. 31.

Affectus punitur in atrocioribus licet effectus non sortiatur. nu. 32.

Affectus huiusmodi qualis esse debeat, vt puniatur. num. 33.

L. 2. titul. 23. lib. 8. Recopil. *affectum proditionis mutare mutatur. num.* 34.

1 CVM Deus hanc nobilissimam hominis creaturam ad suam imaginem, & similitudinẽ fabricasset, nulla ei noxia dedit, vt pote omnia erant valdé bona, *Genes. cap.* 1. ipseque præsens, & dominator earum imperabat, & illæ obsequebantur, *Genes. capit.* 2. vsque dum noxam contrahens, ea sibi noxa reddit, vt impleatur Scriptura, Sapient. cap. 5. *Et pugnauit pro eo orbis terrarum contra insensatos.* † Et ipse homo aduersus hominem contra naturæ legem insidiator existat, quod brutis omnibus in sui specie animantibus denegauit, vt exclamat conciuis meus *Seneca lib.* 2. *de Ira, Plin. lib.* 7. *histor. cap.* 1. Nam vt ait Horat. in Epistol. 2

Neque fuit lupi mos, neque fuit leonibus vnquam
Nisi in dispar ferijs.

Vnde hoc maleficium immanior omnium, ac detestabilior est, *l. si excepta, l. fin. C. de malefic. & matth.* Quia plus est hominem occidere veneno, quam gladio, *l.* 1. *C. eod. l.* 10. *tit.* 9. *par.* 2. † Et 4 appellatur *hostile*, quod hostis more clam, & ex insidijs in corpus, aut fortunæ damnum inferat, aut aptum est inferre, aut id circo adhibitum fuit á malefico, vt inferat, vt tradit *Simõ. Maiol. de admirandis natur. tom.* 2. *colloq.* 3.

¶ Cuius generis duos modos agnouit, *Grilland. de sortileg. quæst.* 3. *& q.* 5. 5 alter videlicet per introsumptionem, alter per applicationem exteriorem, *Mart. del Rio lib.* 3. *Magicar. par.* 1. *quæst.* 4. *sect.* 2. *Raph. de la Torre tom.* 2. *de vitijs oppos. quæst.* 96. *art.* 2. *disput.* 10. † Per introsumptionem maleficium fit quando per ciuum, vel potum venena latẽtur in puluerem trita immiscuntur, de quibus multa *Ambr. Paræus de venen. c.* 2. *Ioan. Schenckius tom.* 2. *obseruat. medic. libr.* 7. *de venenis, Dioscorid. & alij plures.* † Aut quando per inunctionem 7 dormientium corpora venenatis vnguentis deliniuntur, qui durante somnij calore dormientis carnes per vapores penetrant, vt doctè agnouit *Paul. Grilland d. q.* 3. *nu.* 29. † Quæ communiter sunt albi coloris, vel subruffi, instar vituminis, & si in ignem proijcias fulgorem, strepitum, nidorem quoque edunt, cui similis res aliæ nullæ, vt tradit *Remig. vbi sup. lib.* 1. *cap.* 3. † Qui nõ solum pacto fiunt, sed causis naturalibus quã

doq; cõparantur, vel vt ſtatim corpus ſoluant, ſed lento morbo conſumant corpora, quia fiunt vt ad certum tempus affectum ſortiantur, vt tradunt *Ponzettus lib.1. cap.13. Galeotus cap.12. Paradox.3. titul.27. Mercurial. de venen. lib.1 cap.7. Cardan.lib.2. tract.5. contrad. 9. Matthiol.in 6. Dioſcorides fol.1199.*

10 ¶ Per applicationem exteriorẽ maleficia fiunt, aut per inhalationem, vt malefica illa apud *Sprẽge.in Mall.p.2.q. 1.cap.11.* quæ dum á lictore aſtrui lignorum præparatæ pyræ imponeretur, vt ſibi grata dixit, *En tibi mercedem*, & ſimul in vultum eius inſuflauit, & ecce miſer operitur totus horrenda lepra, quæ paucorum dierum ſpatio eã pluribus adiunxit. † Non ex ipſius anhelitus virulentia tantum, vt malé arbitratur *Bodinus*, ſed ex dæmonis pacto, ad halitum, vt ad ſignum concurrentis, vt ſenex ille apud Hieron. Vida lib.2. Bombyc.

11

Cernere erat ſubito afflatos langueſcere flores.

12 Nam etſi venena nulla adhibeantur, ipſo agentis determinato ſigno, dæmõ excondito concurrit, & opus perficit, vt tradunt Pontifices in cap. nec mirũ, h.26. quæſt.5. *Ac ſine vllo veneni hauſtu violentia tantum carminis interimunt*, nã vt ait Lucan. lib.6. Farſal.

Mens hauſti nulla ſanie polluta veneni,
Exciuita perijt.

13 Item per applicationem exteriorem fit maleficium, quando ſub certa forma compoſita clamidi aduunt, vel in lecto abſcondunt ipſius malefici di, aut ſublimine oſtij, ſuper quo deſtruendus ſit tranſiturus, aut aliquo loco ſubterraneo fobea facta ſuſurris, aut impræcationibus includunt, vt tra
14 dit *Grilland.d.quæſt.5. num.7.* † De vnguento ſuper portarum coronides, & puluere ſuper veſtes clam ſparſo, quibus homines tabe conſumi, ac lento morbo diſolui, narrat *Hieron.Card.in. lib.15. vrriet. rer. cap.80.* † De ollarum 15
effoſione ſub terra, & in puteo ad maleficium ligãminis, & hoſtilis, quarum amotione ægros liberari aducit, *Godelman. de Lamijs cap.7. Sprenger.in Mall. par.2. quæſt.1. cap.1.* † De veneno quo 16
ſtapedes inunctæ equitem ipſum perimente aſtruit *Iuuertus melicus*, & ex noſtris alia huiuſmodi *Grillan. d.quæſt. 3.num.10.* † Cuius veneni actiuitas cũ 17
tanta eſſe non poſsit, vt per tot involucra ſe diffundat, potius in eo concurſum diaboli, quam vim veneni agnoſco, vt docent *Codronch.de morb. veneſic. lib.3.cap.6. Cæſalpin.de inueſtigat. dæmon. cap.17.* † Niſi ex eius natura peſtifera 18
aerem dicas infici contagio, & ſic hominem interire, vt in veneno epiſtolarũ Italiæ frequentiſsimo, vt qui eas legerit ſtatim, neceſſe eſt interiri, vt narrat *Codrõch.* quo Auerroes intoxicaſſe Auicennam ponendo venenum ſuper folia libri, narrant *Philip. Bergomenſ. in ſupplem. Chronicar. cap.20. Pet. Bruneld. in conſeſſ. malefic. par.1. concl.7.*

¶ Apud Arabes genus fuit quodã 19
maleficij hoſtilis, quod vocatur *ſcopeliſmus*, cuius meminit I. C. *in l. cum quædam D. de extraordin. crimin.* cuius hæc ſunt verba, *Plerique inimicorum ſolent prædium inimici σκοπελίζειν, id eſt lapides ponere initio futuros, ſi quis eũ agrum colluiſſet, malo letho periturum eſſe inſidijs eorum, qui ſcopulos poſuiſſent.* † Cuius pœ 20
na capitalis fuit, non quod ſacrilegij crimine implicarentur, vt putat *Menoch. in opere de Arbitra.* nam ſolæ mortis minæ tam acriter, niſi ex pacto cũ dæmone, non punirẽtur, vt docte animaduertit amicus noſter totius eruditionis gloria conſpicuus *Ioan de Pineda in Iob cap.5. v.12.* † Cuiusmodi fuerũt 21
imaginũ fabricatores, qui ex cera frequẽter ſimulachra cõfingũt, & eius nomine (cui dãna ſunt inferẽda) baptizãt

& accu-

& accubus pungunt, vel igne lequeant, vel confrigunt, interimque quos designāt dæmon ipsi, vel tabem, vel mortem infert, vt tradunt *Salicet. & Angel. in l. multi, C. de malefic. & Math. Sprenger. in Mall. d. quæst. 1. cap. 12. Castro de hæretic. lib. 1. cap. 15. Grilland. de Sortileg. quæst. 3. Cardinal. Toledo in summa lib. 4. cap. 16. num. 7. Cardan. lib. 15. varietatis rerum cap. 10.* † Quemadmodum de simulachro Duffo Scotorū Rege à maleficijs fabricato, narrat *Hector Boethus lib. histor. Scotorum*, de alijs *Maiol to. 2. dier. canicul. colloq. 3.* Nam vt periē, & omnino ex arte, sublata fabula docet Ouid. in Hipsypel. 22

Deuouit absentes simulachraque cerea fixit,
Et miserum tenues in iecur vrget acus.

Cuius maleficij genus non ita assecutus *Horat lib. 1. sat. 8.* illud ad animarum euocationem imperitē trāstulit, dum Saganam, & Canidiam Lamias introducit imagines fabricantes, ceream nempe referētem maleficio imbuendam, laneam verò, quæ maleficæ vicaria erat inflingenda altera. 23

Lanea effigies erat, altera cerea maior
Lanea, quæ pœnis compescerat inferiorem
Cerea supplici ter stabat, seruilibus vsque
Iam peritura modis.

¶ Quibus referendi sunt *Sagittarij*, siue *Balistari*, genus quidam maleficij, quorum artem mortiferam, & odibilem, cum anathematismos dānarunt *Pontifices in cap. 1. de sagittar.* † Non vt ibi gregatim Iuris interprætes arbitrātur, de bello iniusto Christianos lacessentibus cum arcubus, & sagittis; sed de maleficijs, qui dæmoni fœderātur, vt quem longissime desitum volent necare, maleficio, vt arcu, & sagitta intenti illum infallibili ictu traiciant, vt docent *Inquisitores German. in Mall. par. 2. quæst. 1. cap. 16.* † Quod diabolus præ 26
stare solet ad sacrę Paremiæ imitationē, dum simili facto Propheta Syriam delere profitetur Regi Israel, Reg. 4. cap. 13. *Tolle sagittas: qui cum tulisset, rursus dixit ei, percute iaculo terram: & cum percussisset tribus vicibus, & stetisset, iratus est vir Dei contra eum, & ait; si percussisses quinquies, aut sexies, aut septies, percussisses Syriam, vsque ad consumationem; nunc autem tribus vicibus percuties eam.* Nam solo pacto fit, de quo conciuis meus Lucan. lib. 6. Farsal.

Viuentes animas, & aduc sua membra regentes
Infodit busto, satis debentibus annos
Mors inuita subijt.

¶ Et cum in hoc crimine delictum 27
maximē proditionis, aleuosiæ, assassini, aliorumque enormissimorum circunstantiæ interueniant, infame, abominale, & vilissimum, vt docent *Reges nostri in l. 1. tit. 18. lib. 8. Recopilat.* Pontifices *in capit. 2. de homicid.* Imperatores *in l. 1. C. de assass.* † Quid in eo di- 28
cēdum? cum conatus proditionis gravitatem homicidij semper agrabet, estque maior, & dolosior proditio, quotiens cabendi, aut prohibendi minor ocasio, vel potestas est, *l. propter insidias, C. qui accusare non poss cap. si cupis 16. q. 1. Gutierrez in Pract. lib. 1. quæst. 2. Anton. Gomez variar. 3. capit. 3. Menoch. de Arbitrar. lib. 2. cas. 357.* † Dæmones sunt 29
insidiatores inuisibiles in omnem nocēdi ocasionem intenti, quorum nec insidias cabere, nec vim (si Deus illis permittat) atque ferociam, prudentia, aut virtus humanæ fetre valent, quia non est potestas, quæ comparetur ei super terram, *Iob. capite 41.* † Vnde 30
cum sola proditio morte naturali puniatur, *Exod. capite 21. capite primo, de homicid.* Quid malefici huiusmodi sperare debent, nisi quod ad caudam

equi traducti ad publicum, & vltimũ ſupplicium deferantur? vt in Hiſpania docent *Couarruuias, Gregorius, Villalpando, Aquiles, Plaza, & reliqui*, apud Italos, *Grillandus, Foller, Boßius, Clarus, Deciamus, & Farinacius.* † Quemadmodum
31 eis iure communi fuerat præfinitum, *l. 1. §. Diuus, l. eiuſdem legis, §. hæc adiectio D. ad l. Cornel. de Sycar. §. item lex Cornelia Iuſtin. de publ. iudic. l. multi, l. eorum, C. de malefic. cap. contra idolorum h. 26. q. 5.*
32 † Etiam ſi mors non ſequatur, quia in proditionis crimine, vt in atrociorib⁹, affectus punitur, licet effectus non ſortiatur *Bald. in l. hoc edicto, §. hoc autem, D. quod quiſque iur. Couarru. in Clemen. ſi furioſus p. 2. num. 9. de homicid. Plaza de delict. lib. 1. cap. 19. num. 9. cum alijs per Cavall. in Pract. commun. contra commun. q.*
33 *540. nu. 5.* † Dum tamen ad actum externum debeniat proximum delicto, qui qualis ſit, & quomodo probetur plura *Petr. Cenedo collect. 26. ad Sext. & Fariac. to. 4. q. 123. inſpect. 4. ex nu. 101.*
34 † Qui licet tales effectus de conſuetudine dicat non puniri pœna ordinaria *num. 115.* in his regnis non attenditur extãte, *l. 2. tit. 23. lib. 8. Recopil.* quæ proditori mortem affigit, etiam ſi mors non ſequatur, quare allegans conſuetudinem tenetur probare, quia cum ſit quid facti, non præſumitur, nec vltra loca extenditur, vt per *DD. in l. 2. C. quæſit long. conſuet.*

CAP. XL. De morbis maleficio illatis.

SVMMARIVM.

Morbos à dæmone inferri non poſſe ſecundum aliquos. *num. 1.*
Morbos ex cauſis naturalibus oriri. nu. 2.
Sagas non poſſe nocere niſi vero, & naturali veneno. nu. 3.
Maleficia in homines, & fortunas immiti probatur ex Patribus. nu. 4.
Maleficia eſſe probantur ex variis Conciliis. num. 5.
Maleficia probantur ex Pontificum, Regũ, & Imperatorum decretis. nu. 6.
Morbos à dæmone illatos fatentur Medici. num. 7.
Morbos à dæmone inferri probatur Scripturæ authoritate. nu. 8.
Morbos à dæmone inferri probatur Euangelii veritate. nu. 9.
Morbi huiuſmodi probantur ratione. nunum. 10.
Diabolus morbos immittit, ex rebus naturalibus. nu. 11.
Magi vtuntur rebus venenoſis, quibus morbi inferri valent. nu 12.
Dæmones cauſas accidentarias morborum, quo ſenſu appellentur. nu. 13.
Venena dari non ſolum vt illico interimãt, ſed ad tempus. nu. 14.
Medea, & Circes ad neces naturalibus venenis vtebantur. nu. 15.
Venenis ſolent Malefici carmina admiſcere. num. 16.
Carmina Magorũ non minus metuenda, quã venena. nu. 17.
Venena, quæ ad naturalem virtutem non adhibentur, ſunt pacti ſigna. nu. 18.
Maleficijs (qui non probeniunt á cauſa naturali) medicina iubari non poſſunt. nu. 19.
Morbis ex maleficio illatis diuerſos progreſſus ſortiuntur, quã naturales. nu. 20.
Iuuenis maleficiati exemplum. nu. 21.
Ligna, lapides, & oſſa in congruis partium ſinis gigni poſſunt. num. 22.
Ligna, lapides, & oſſa, & ſi in corpore gignantur, per gutture, & alijs tenuiſſimis partibus exire non poſſunt. num. 23.
Prægnans (dæmonis maleficio) ad manus obſtetricis eiecit lapides, ligua, &c. nu. 24.
Maleficijs adiunguntur, quæ vult Magus in corpus maleficiati vrgere. nu. 25.
Serpentum oſſa, & acuum fragmina ad quid maleficio iniungantur. nu. 26.

Quis

Quiſquiliæ quæ maleficio anecti ſolent, quid operentur. nu. 27.

Dentes, & laqueos ſuſpẽdioſi cur maleficio anectantur. nu. 28.

Oſſa mortuorum cur maleficio comparentur. numero 29.

1 ORBOS nullatenus á dæmone inferri poſſe aſſerebant, non ſolum veteres Philoſophi *Seneca in natural qq. & Ariſto. lib. 8. phyſicor. & lib. 12. Metaph.* Sed etiam Medici, *Hyppocrat. lib. de ſacro morb. & Auicena Fen. 1.* 2 *tract. 4.* † Contẽdentes morbos ex ſolis cauſis naturalibus oriri, illis, qui aut improba ſecundum naturam temperatura conſtat, infirmaque compage, aut pleniore cœlo, & inclementi, in ſalubri regione, incauto victu vtuntur, vt docent *Hyppocrat. lib. de aere, aquis,* 3 *& locis, Galen. lib. 1. de ſanit. tuend.* † Quibus aſſentitur VVierus, dum Sagas putat, nocere non poſſe niſi vero, & naturali veneno, nam hæretici, & plures ex antiquis Philoſophis dæmones negarunt: & illi, qui eos fatẽtur plures hoc malum ab eis emanare negant, quia nondum eis veritatis lumen luxerat, ideó varia protulerunt, cæci cæcos du-
4 centes. † Nos autem qui veritatis veſtigia inhæremus firmiter aſſeberam⁹ dæmones eſſe, & ab eis maleficia in hominum corporibus, & rebus emanari, Magorum nefarijs pactis, & inuocationibus interuenientibus, vt certa fide tenendũ docent Patres Orthodoxi *D. Auguſt. lib. 2. doctr. Chriſt. c. 19. & li. 8. Ciuit. Dei, c. 19. D. Iſidor. lib. 8. Ethimol. c. 9. D. Chryſoſt. lib. de fato ſerm. 7. D. Tho. p. 1. q. 135. art. 5. in Sent. 4. diſt. 34. q. 3. & lib. 3. cõt. Gent. c. 103. D. Antonin p. 2. tit. 12. cap. 1.* † Quibus aſſentiuntur varia
5 Concilia *Laodicæn. can. 36. Carthagin. 4. can. 89. Ancyran. lib. 6. can. 7. Agathen. lib. 8. Turonenſ. 3. cap. 42. cum alijs adductis à Gratiano in Decret. p. 2. cauſ. 33. q. 1. & 26. q. 1. 2. 3. 4. & 5.* † Quibus combeniunt Pontifices in Decret. *tit. de ſortileg. & tit. de frigid. & malefic. atque tit. de ſagitar.* Imperatores in Codice Iuſtin. *tit. de malefic. & math.* Reges in Septipartito Iure *titul. 23. par. 7. & lib. 8. Recopil. tit. 3.* Quæ omnes maleficos puni re iubent, idque non fieret ſi maleficiũ re vera non eſſet, vt dicemus *lib. 3. de crim. punit. c. 13.* † Idq; expreſſe fatẽtur 7 Medici *Leonard. Vayrus lib. 3. de faſcin. Cæſalpin. lib. de inueſtigat. dæmon. c. 1. & cap. 8. Bapt. Codronch. de morbis venefic. lib. 1. & 2.* Qui citant pro ſua ſententia *Hyppocrat. in prognoſt. lib. 1. cap. 1.* dum ait, *& ſi quid diuinum in morbis habetur,* quaſi non á naturali, ſed ſupernaturali cauſa, ac diuina, quia Dij Gentium dæmonia ſunt, *Pſalm. 95.* † Et comprobatur euidenti, irrefragabilique ſacrę Paremiæ teſtimonio, morbos á dæmone inferri, cum in ſacra hiſtoria aperté teſtatur Iob cap. 2. *Egreſſus igitur Sathan à facie Domini percuſſit Iob vlcere peſſimo à planta pedis, vſque ad verticẽ eius.* † De 9 ſpiritu nequam Saule vexante ſatis docet ſacer hiſtoricus *Reg. 1. capit. 16.* de Epileptico, *D. Marc. cap. 9.* ſiue Lunatico, *D. Matth. cap. 17.* qui ſimul fuerat Energumenus, vt qui Mania vexabatur apud *D. Luc. cap. 8.* quod alias vocatur ſpiritus infitmitatis, *D. Luc. cap. 13.*

¶ Et probatur ratione, quia cum ſa 10 nitas conſtet ex combentione, diſpoſitione, & adequatione humorum, poterit diabolus ea perturbare, per ſe, vel per cauſas naturales latẽter immiſſas: per ſe enim, aut intus operando in ficiendo aerem circunſtantem, quem homo reſpirando attrahit, & ſic morbum, aut mortem inducere, vt in tempore peſtis docet *Franc. Valleriola libr. 2. locorum communium, cap. 2. & lib. 3.*

11 *cap.* 18. † Per causas naturales, ex rebus venenosis maximé educens quandam quasi quintam essentiam, quã spiritus vitales influit, vt prudenter agnoscunt *Andr. Cæsalpin. libr. de inuestigat. dæmon. cap.* 16. *Bapt. Codroneh. lib.* 3. *de morb. venefic. cap.* 9. † Quæ quidẽ naturaliter operando morbos inducere valent, vt probat *Codrouch. vbi sup.* vt de Medea testatur Tibul. lib. 1. Eleg. 2.

12 *Illa tenere malas Medea dicitur herbas.*

Quæ ad maleficia Circes eius neptis vsa est apud Ouid. lib. 14. metamorph.

Illa nocens sparsit virus succosque veneni.

13 Ex quo dæmones causas accidentarias vocat *Lenin. Lemnius lib.* 2. *de occult. natu.* quia accidentarias intellexit, efficientes, nam quandoque dæmon talia per se infert interna solum agẽte causa, vt acurate docet *Franc. Valles de sacra Philosoph. cap.* 28. † Quæ quidẽ venena naturali sua virtute dari possunt, vt non solum illico corpus dissoluant, sed ad tempus, quod lento morbo hominem consumant, vt contra multorum Medicorum sententiam eleganter probat *Franc. Valleriola lib.* 2. *locor. commun. cap.* 18. † Quibus maximé quia Medea, & Circes præditæ erat, earum arte gloriatur alter apud Claudia. lib. 2. in Rufin.

14 15 *Nec me latuere fluentes*
Arboribus succi, funestarumque potentes
Herbarum, quidquid læthali gramine pollens
Caucasus, & Scythiæ vernant in gramine rupes,
Quas legit Medea ferox, & calida Circes.

16 ¶ Sed vt dæmon opus perficiat solent malefici venenis carmina admiscere, Vergil. Georg. 3.

Miscunturque herbis, & non innoxia verba.

Nempé incantationes, quæ docuit dæmon, & ob id Hecateia dicta, Ouid. in Metamorph.

Protinus horrendis infamia pabula succis
Conterit, & triticis Hecateia carmina miscet.

Quare multis venenis annumeratis, ea non minus metuenda docet concius meus Seneca in Med. 17

Addit venenis verba non isti minus
Metuenda.

Nam vt ait Claudianus libr. 2. in Rufini.

Multosque canendo,
Quibus Parcarum restarent fila peremi. 18

Quæ quando ad suam virtutem naturalem non adhibentur, non vt venena, sed vt signa pacti latentis aducuntur, quibus dæmon ex condicto cõcurrit, & opus perficit, vt docent *Codronch. d. cap.* 4. *Remig. lib.* 2. *dæmonol. cap.* 7. *&* 8. *Cæsalpin. de inuestig. dæmon. cap.* 2. † Vnde his maleficiatis causæ naturales cõtrariæ proficere non solent, vt in *cap. ex literis, de frigid. & malefic. Codronch. de morb. venefic. lib.* 3. *ex cap.* 11. *Cæsalpin. de inuestigat. dæmon. capit.* 22. *cum seqq.* 19

† Et morbi progressus dissimiles sunt aliorum morborum naturalium, euacuationes, euaporationes, dolores, vomitus, & huiusmodi alia, quæ licet in alijs reperiantur, diuersimode tamen operare solent, vt videre est apus *Andræam Cæsalpin. lib. de inuestiga. dæmon. ex cap.* 22. *Bapt. Codronch. lib.* 3. *de morbus venefic. cap.* 13. *& nos diximus supra cap.* 9. *de signis quibus pacta conbenta cum dæmon. dignosc.* 20

¶ Vnum pro cunctis sit exemplum de iuuene illo, qui cum grauissimé doleret, in qua tamen parte dolorem sentiret nequibat indicare: & dum mederetur per summo ore eiecit spinas, setas, crines, glomos pilorum, ossa, ligna, lapides, vitrorũ frustra, acus, cultros, & nota

alia

alia ferramenta apud *Sprenger. in Mall. par. 2. q. 1. cap. 1.* † Quæ licet ex cauſis naturalibus in congruis partium corporis finibus poſsint gigni, vt docent *Galen. libr. 2. ad Glauc. & Leuin. Lemn. de occultis natur. c. 40.* & exemplo confirmat *Ioan. Schenckius to. 2. obſeruat. medicar. lib. 4. tit. de varijs vteri affectib. obſer.* 11. & 12. † Ea per gutture, & alijs tenuiſsimis partib⁹ (quæ minime niſi ad functiones ſuas dilatãtur) exire nõ poſſunt; quare illa potius á dæmone ſupponi vomitu credo, aut oculis repræſentari, quam gignita expelli ſum arbitratus cum *Hieron. Cardan. lib. de variet. rer. c. 8. Grillan. de ſortileg. q. 3.* † Vt de illa quæ á dæmone oppreſſa prægnãs ſibi videbatur, in tẽpus pariendi ad manus obſtericis (loco infantis) per os vuluæ clauos, oſſa, ligna, lapides, & alia huiuſmodi expellit, vt narrat *Iacob. Ruffus lib. 5. de infirmit. cap. 6.* & huiuſmodi plura ſunt in *Theatro vitæ huma. li. 8. Remig. lib. 3. dæmonol. cap. 1.*

¶ Quæ quidem vt Magus præſtet, ea ſolet maleficio anectere, quę vult in corpus maleficiati vrgere, vt ſuæ mẽtis dę mon cõſcius exiſtat; vt de illa, quæ ad oſtium ſtabuli reperijt maleficium, in quo erant grana quædam alba ad modum quo poſtulæ inerant in corpore, vt meminit *Sprenge. vbi ſup. p. 1. q. 1. cap.* 12. † De alia, quæ ſerpentum oſſa, & acuũ fragmina, quibus corda cerrodi, & pungi videbãtur, maleficio ſublimine oſtij repoſito admixta reperijt, *Ceſal pin. lib. de inueſtiga. dæm. c. 17.* † Aliquãdo maleficæ tot reptilium, volatilium q; partes, fruguum, & lapidum, vngium præſagmina, capillos, oculos, oſſa, & huiuſmodi plura aſſerbãt, *vt videre eſt apud Celeſtinam in tragedia Caliſti, & Melibeæ, cuius author arbitratur cõciuis meus Ioan. de Mena.* † Dentes, & laqueos ſuſpendioſi, vt meminerunt cõciuis mei *Seneca in Medea, & Lucan. in Farſal. lib. 6.* necnon & vitta lanea eius, qui maximè tertia feria ſupplicium patitur, Propert. lib. 2.

Cinctaque funeſto lanea vitta viro.

Neque ipſa ſepulchra ab earum infeſtatione tuta ſunt, vt tradit *Apuleius li. 2. in Mileſ.* nam ex buſtis, & rogis oſſa, & reliquias legunt, ad exitiales viuentium neces, idem Propert. 29

Per tumulos errant ſparſis diſtincta capillis,
Ipſaque de tepido colligit oſſa roſo.

CAP. XLI. De maleficio Incendiario.

SVMMARIVM.

Ignis materialis à dæmone excitari poteſt. num. 1.

Ignem poſſunt Magi ex pacto in agros, & domos immiti. nu. 2.

Ignis elementaris à dæmone cauſari poteſt, vt pecora comburat. nu. 3.

Ignis vim diabolus non poteſt impedire directo. num. 4.

Dei ſolius eſt ignis vim directo impedire. num. 5.

Diabolus arte vtitur ignis vim impediens, ne vrat. nu. 6.

Agentis naturalis quomodo impeditur ne ſe in obiectum inſinuet. nu. 7.

Flammam quo nõ pacto diabolus impediuit ne exureret capillos Iulij. nu 8.

Flammam iniectam atrio Iouis Apameni diabolus impediuit ne Fanum abſumeret. num. 9.

Æthnæ flãmæ, quas in fretum eructat vertuntur verſus aquas. nu. 10.

Æthnæ flamma in montis cacumine niues conſeruat illæſas. uu. 11.

Ignes fatui, à cauſa vrente non proficiſcuntur. num. 12.

Ignes fatui, cur diuerſis coloribus appareãt. num. 13.

Santelmum cur nautis post tempestatem appareat. num. 14.
Ignes fatuos cur diabolus ad suorum sectatorum capita soleat aducere. nu. 15.
Sancti viri claritate solent curruscare. numero 16.
Stella ad probandam sanctitatem sanctis viris ad capita apparuit. nu. 17.
Lux diuina alterius ordinis, quam naturalis. nu. 18.
Ignes non vrentes aliquando à Deo inducti. num. 19.
Montes naturaliter solent ardere, & non absumi. nu. 20.
Diabolus facere potest vt montes ardeant, & non absumantur. nu. 21.
Ignis inferorum cuius natura sit valde controuersum. nu. 22.
Ignis corporeus non potest in animas incorporeas agere. nu. 23.
Spiritus damnatorum cruciantur igne in inferno. nu. 24.

IGNIS, quia ex motu alterato generat⁹ 1
est, naturali quidem, & physica operatione causatur, ideò à dęmone benè potest excitari, & inquam partem vellit immittere, vt de corona Creusæ à Medea flammis combusta, narrat *Cæl. Rodigin. lib.* 15. *antiq. lect. cap.* 13. † Vnde mirum non est si Magi ex 2
pacto incendia magna excitentur, domos, ac vrbes comburant, atque in fabilam redigāt, nullo materiali admoto igne, sed verba, aut puluerē, vel quid simile pacti signum, ad quod dæmon concurrens flammam excitat, vt docet *Remig. lib.* 2. *cap.* 13. quæ semina flāmæ appellat Tragicus in Med.

Donisque meis semina flammæ.
Condita serua.

Aliud est ignis elemētaris, quod simi- 3
liter á dæmone causari potest, & quidquid vellit exurere, nā petito igne de cœlo seruos, & pecora Iob absumit *Iob cap.* 1. & 2. & ita de Lauiniæ coma Vergil. Aeneid. 7.

Compręndere crinibus ignem,
Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari.

¶ Sed in eo modo quo induci pos- 4
sint ignes, valeat diabol⁹ eorū vim impedire, non ita assentior, quia agentis naturalis habens omnia ad agendum necessaria, nequit diabolus directo impedire, vt tradit *Ioseph. Angles in Sent.* 2. *q.* 5. *art.* 4. *dub.* 1. *different.* 5. † Quia hoc 5
solius Dei est, qui martyres suos ab ignis incendio seruauit illæsos, vt trēs illi pueri Hæbrei, *Daniel. cap.* 3. & alij passim, quos longum esset recensere, nam vt ait Apostol. ad Hæbr. cap. 11. *Sancti per fidem impetū ignis extinxerunt.*
† Quare diabolus cū id non possit di- 6
recto, arte vtitur, & ignis vim causis naturalibus adhiuitis summobet, ne vrat, quemadmodum magnes adamāte impeditur ne ferrum atrahat, vt docet *Plin. libr.* 37. *cap.* 4. & similia apud *Fracastor. lib. de sympat. & antipath.* † Et 7
hoc varie, vel per aerem interiecti celerem, ac violentum motum, quo agentis naturalis vis impeditur, ne se in obiectum insinuet; quemadmodum solemus moto aere fumum (ne oculis noceat) abigere. † Et ita fortasse diabolus 8
Gentiles decepit, dum fecit, ne flāma exureret capillos Iulij, *Tit. Liuius lib.* 1. *ab vrbe cond. Plin. lib.* 2. *cap.* 107. Seruij Tulli, & L. Marci, vt narrat *Valer. Max. lib.* 1. *cap.* 6. † Ira etiam flammam atrio 9
Iouis Apameni iniectam dæmon impediuit ne fanū absumeret, *Theodoret. lib.* 5. *histo. Eccles. cap.* 21. † Vel alia actio 10
ne naturali nobis ignota, ipsi tamē percognita, qualiter in Ethna natura fecit, vt flammæ, quas in fretū eructat, voluantur versus aquas, vt refert *Petr. Leloyher lib.* 1. *Spectror. cap.* 1. † Nam etiā 11

natura-

naturaliter flamma niues, in cacumine conſeruat illæſas, Seneca, Strabone, & Solino authoribus, Claudian.

Scit niuibus ſeruare fidem,
Et lambit cãtiguas innoxia flamma pruinas.

12 † Niſi vellis ignes fuiſſe fatuos, qui á cauſa vrente non proficiſcuntur, vt ad Medeæ incãtationes taurorum flammibomerum halitum innocuum factum Poetæ canunt, de quo plura *Matol. tom. 1. dier. canicul. colloq. 1.* vt de flãma, quæ Iulij comam arrepſit, Vergil. Æneid. 2.

Lambere flamma comas, & circum tempora paſci.

13 Qui à dæmone induci poſſunt ab exalationibus, quæ ab aere frigido, & minus condenſato cauſantur, eas prope nos detinendo, & poſtea per vehementem quarundam exalationum inuicẽ ſuccedentium compulſationem calefiunt, & inflammãtur, quæ diuerſos colores, & figuras recipiunt, provt vapor craſi-
14 dior, aut ſubtilior fuerit. † Quales ſunt flammulæ, quæ poſt tempeſtatem nautis ſuper malum nauium, aut armamẽta (nihil adurentes) apparent, quas Gentiles *Caſtorem & Pollucem*, dixerũt: nos *Sanctum Telmum* appellamus, de quibus plura *Mart. del Rio in comment. ad Senec. in Hercul. furent.* Erichtus apud Lucan.

Inſeruerátque ſuas flammis cœleſtibus vmbras.

15 Ita enim quæ ad ſuorũ ſectatorũ capita ignes, aut luces diabolus aduxit, ex hac cauſa ſunt cõparatæ, ad dementiendam diuinitatem eorum, quos Deus ſibi præ elegit, qui ex diuino conſortio luce corruſcant, vt de Moyſi legitur,
16 *Exod. cap. 34.* † Et Chriſtus Dominus facie præfulgens, vt Sol, apparuit in Thabore, *Math. cap. 17.* & in eius Natiuitate cœlum corruſcat, *Luc. cap. 2.* & ad populi Iſraelitici faborem, in nube lucidã
17 præfuit in deſerto, *Exod. cap. 13.* † Et Nonnus Abbas cum oraret ſuper faciem eiꝰ apparebat ſtella lucidiſſima, vt narrat *Sophron. in prat. ſpirit. cap. 104.* & ad caput alterius Monachi cadaueris ſtella emicuit, vt refert *idem Sophron. vbi prox. cap. 6.* † Quorum claritas mi- 18
raculoſa eſt, & alterius ordinis quam præfati ignes, nullamq; ab hac elementari habens dependentiam, vt probat *Petr. Thyræas lib. 1. de apparit. ſpirit. c. 14.* † Quando tamen á Deo ignem nõ vrẽ- 19
tem inductum obſeruabi in ſacris literis, vt in rubro Moyſis *Exod. cap. 3.* & in raptu Eliæ, *Reg. 4. c. 2.* † Quandoque 20
etiam ignem vrentem, vt in mõte Synai ex quo tanquam é fornace egrediebãtur fumus, *Exod. cap. 19.* & nihilominus mons nõ abſumebatur, vt notat ibi *Toſt.* † Quod dæmon imitate 21
valet, quia naturaliter montes ſolent ardere, & non abſumi, vt de Ethna; & aliis teſtatur *D. Auguſt. lib. 21. Ciuit. Dei cap. 4.* quia frigoris, & humoris perſeuerans copia ſucceſſiua efficit, ne mons ipſe abſumatur, vt tradit *Bart. Melypolitan. in peregrin. qq decad. 1. cap. 3. quæſt. 4.* † Et an eiuſdem naturæ ſit, quod in in- 22
ferno cruciat damnatos valde contrarium eſt, nam ignem eſſe, ſatis probat Dominus per Matth. cap 25. *Ignẽ æternum, quod paratum eſt diabolo, & Angelis eius.* † Sed cum ſit corporeus, & 23
eiuſdem ſpeciei, quod noſter, ſequitur animas non poſſe torquere, quia in res ſpirituales nequit agere, vt fuit error Lactan. lib. 7. cap. 21. *Nam cum in ſe nihil habeat ſolidum & contrectabile, á ſolidis, & corporalibus nullã vim pati poſſent.* † Quem ſatis impugnat *D. Gregor. lib.* 24
9. *Moral. cap. 38. nu. 39.* Nam re vera ſpiritus huiuſmodi cruciat tactu ſuo, nec lucet, licet ſit ignis, nec fobitur alimẽto, vt docent *D. Auguſt. lib. 2. Ciuit. Dei cap. 10. D. Gregor. lib. 4. dialogor. cap. 28. D. Thom. in Sent. 4. quæſt. 44.*

CAP. XLII. De maleficio ligaminis, & impotentia coeundi.

SVMMARIVM.

Maleficium ligaminis quod nam sit. numer. 1.

Ligaminis maleficium probatur authoritate Canonica. nu. 2.

Maleficium huiusmodi probatur Theologorum sententia. nu. 3.

Maleficium huiusmodi probatur praxi Ecclesiæ. nu. 4.

Maleficium huiusmodi ex Medicorum doctrina. nu. 5.

Maleficium huiusmodi probatur ratione. num. 6.

Ligaminis maleficium fit si seminis decissio impeditur. nu. 7.

Ligaminis maleficium fit si spiritus vitales prohibeantur transire ad membrum. numero 8.

Ligaminis maleficium fit si virga flacida redatur. nu. 9.

Ligaminis maleficium fit, si viri genitalia retrahantur. nu. 10.

Ligaminis maleficium fit, si corpora impediantur, ne mutuo apropinquentur. numero 11.

Ligaminis maleficium fit, si alterum alteri redatur odiosum. nu. 12.

Ligaminis maleficium fit phantasiæ turbatione. nu. 13.

Ligaminis maleficium per corporis impedimentum. nu. 14.

Ligaminis maleficium nõ solum in homines, sed in fœminas se extendit. nu. 15.

Ligaminis maleficium frequentior in viros serpsit. nu. 16.

Fœmina potest à natura arctari, vt à viro cognosci nequeat. nu. 17.

Fœmina potest à dæmone tam in ossibus, quã in carnositate comprimi. nu. 18.

Cap ex literis de frigid, & malefic. *exornatur. numero 19.*

Cap. fraternitatis de frigid. & malefic. *illustratur. nu. 20.*

Maleficiũ aliud in tempus, aliud in perpetuum. nu. 21.

Authoris sententia de maleficio ligaminis à multis probatur. nu. 22.

Dæmones aliquando sanare non possunt, quæ nocuerunt. nu. 23.

Maleficium ligaminis quibus signis dignoscatur. nu. 24.

Maleficiatus virgam nõ erigit, nec iubatur pharmacis, nec poluit. nu. 25.

Signa maleficij ligaminis à dæmone illati. num. 26.

Cap. literæ de frid. & malefi. *exornatur. num. 27.*

Maleficium respectivum, quod sit. nu. 28.

Galeatius cum concubinis coiret, cum vxore non poterat. uum. 29.

D. Anton. Portocarrero, & D. Ildeph. Guzman de impotentia respectiua narratio. num. 30.

Iudex, quid facere teneatur in maleficio respectiuo. uum 31.

Maleficiati quando non iubant naturalia remedia recurrendum est ad diuina. numero 32.

Quibus rebus dignoscatur an mulieris vitio matrimonium non sit consumatum. numero. 33.

LIGAMINIS maleficium fit quotiẽs quis malo carmine, veneni ve cõtagio, l. signi alicuius suspensione, vel defossione, vt in *Malleo p. 2. q. 1. cap. 1.* reditur mulieri inutilis, siue impotens, quem Canones frigidum, & maleficiatum appellãt, vt per *DD. in rubr. de frig. & malef.* † Quod fieri posse, & solere probatur tum authoritate Canonica in *cap. si per sortiarias 23. q. 1. cap. 1. cum alijs de frigid. & malefic.* † Tum Theologorum sententia cum *D. Thom.*

D. Thom. in Senten. 4. distinct. 34. q. 1. art. 3. & par. 3. q. 58. art. 2. Henriq. de matrim. lib. 12. cap. 8. cum aliis congestis à doctissimo amico meo & cõciue Thomas Sanchez, tom. 2. de matrim. lib. 7. disp. 94. ex num. 1.

4 † Tum praxi Ecclesiæ, quæ sit affectos per trienij experiẽtiam irritam, & adiuncta septem testium iuratorum manu eos sæparare consueuit, *cap. laudabilem de frigid. & malefic.* † Tunc Medicorum doctrina, *Andr. Cæsalpin. de inuestigat. damon. cap. 10. & 11. Bapt. Codronch. de morbis venefic. lib. 3. cap. 5. & 6. V Vierus lib. 3. de præstig. c. 18. Ioan. Schenckius tom. 2. obseruat. medic. lib. 4. obseruat. 51. & 52. Petr. Forestus to. 1. obseruat. lib. 26. obseruat. 18. Fernelius lib. 6. Pathologn. c.*

6 *13.* † Tunc deniq; ratione potest hoc fieri naturaliter, castratione, elisione, ruptione, infrigidatione, & desicatione, & similibus ex causis, quas cũ norit dæmõ poterit illis vti, vt multis adductis probãt *Mar. del Rio lib. 3. Magi. p. 1. sect. 8. q. 4. Maiol. to. 2. die. canicu. colloq. 3. Petr. Binsfeld. in confes. malef. p. 2. concl. 6.*

7 ¶ Cuius varios modos, & plusquã quinquaginta agnouit *Remig. libr. 2. dæmonol.* quæ ad sex capita possunt reduci. Primum, si seminis decisio impediatur obturãdo venas, vel alio modo, vt

8 tradit *Ioan. Maior. in 4. dist. 3. art. 3.* † Secundo, si spiritus vitales prohibeantur transire ad membrum generationis, in quibus virtus motiua existit, vt docet *Iacob. Sprenger. in Mall. par. 2. q. 1. cap. 6.*

9 † Tertio, si virga flaccida fiat, saltẽ quãdo quis vult actum carnalem exercere, ita vt nec pharmaca applicando, vel intus operando vis coeundi omnino tollatur, vt docet *Sylnest. in summ. v. maleficium, Anulen. in Matth. cap. 19. q. 90.*

10 † Quarto, si viri genitalia retrahantur, abscondantur, vel adimãtur, vt de malefica, quæ in auium nidulis virilia inuenit, cui sua adimerat, ostentauit, apud *Sprenger. in Mall. p. 2. q. 1. cap. 7. V Vierus de præstig. cap. 18. Remig. lib. 2. dæmonolat. cap. 5.* † Quinto, si corpora impediãtur, ne se mutuo appropinquentur, vel aliter phantasmata medio iniciat, vt contingit iuueni, cui vxoris amplexus succubus dæmon fefellit apud *Vincen. lib. 28. histor. D. Antonin. p. 2. tit. 16. cap. 7. §. 4. Maiol. tom. 2. dierum canicular. colloq. 3.* † Sexto, si alterum, alteri reddat odiosum, quod dæmon præstare potest, aut morbi alicuius immissione, vt Medea iniecto pharmaco fecit, vt omnes fœminæ Lemni grauiter ore olerent, ex quo mariti eas sunt aspernati, vt narrat *Natales lib. 6. Mythrolog. cap. 7.* † Aut phantasiæ turbatione, vt licet pulchræ sint, deformes omnino videantur, vel generationis membra prorsus incongrua ostentando, vel prænimia magnitudine, vel formæ horribili, aut supra modum fœdæ, vel alia arte sensus deludat, vt tradit *Saxo Grammat. lib. 14. histor. Dan.* † Nam de corporum impedimento eleganter cecinit Propert. lib. 2. Eleg. 2.

Inuidiæ fuimus, quis me Deus obruit? aut quæ
Lecta Promeuhæi diuidit herba iugis.

¶ Quod quidem maleficium nõ solum in homines, sed in fœminas se extendit, vocaturque maleficium *sterilitatis*, vt docent *Annanias lib. 4. naturæ dæmon. Nider. in Formicar. cap. 5. Sprenger. in Mall. p. 1. q. 8. Soto in 4. dist. 34. q. 1. art. 3. Petr. Garsia Carrer. ad Galen. de locis affect. disp. 74.* † Licet frequentius hoc malũ in viros serpserit, quod plus operis, & instrumenti in eis desideretur, & quia plures sunt maleficæ, quã malefici, & sic potius viros, quã fœminas lædere conãtur vt tradiderũt *Anulen. Delrius, & cõciuis noster vbi sup.* † Nã cũ fœmina á natura possit arctari, vt viro cognosci nequeat, *cap. ex literis 3. de frigid. & malef.* ibi *vt omnino viro sit facta inutilis, & membrum eius impeditum, ita quod*

vir

18 *vir ei commiſceri non poſſit.* † Poterit á dæmone ex eiſdem cauſis tam in oſſibus, quam in carnoſitate comprimi, vt docent *Henriq. d. lib. 12. cap. 7. num. 3. Soto, Victoria, & Ledeſm. in 4. diſt. 34. & nulli poſtponendus conciuis noſter Thomas* 19 *Sanch. & vbi prox.* † Et aſſentiuntur Pōtifices in *d. cap. ex literis*, dum dicunt, *nec ope medicorum poterit adiuuari.* Nam ſi malum ſe medicina nō remittir, ſed potius exaſperatur, á dæmone inducitur, vt tenent *Codronch. de morbis venefic. lib. 3. Grilland. de Sortileg. q. 2. num. 2.* 20 *& 3.* † Et ita de curatione acturi in *cap. fraternitatis, eod. tit.* nō ſolum remedia naturalia, ſed huiuſmodi maleficij alia fatentur, ibi, *vtrum videlicet artificio medici, an concubitu viri, ſeu alio quolibet modo.* Nempé maleficij diſolutione, vel terminatione, vt apud *Sprenger. in Mall.* 21 *par. 2. q. 1. cap. 12.* † Nam ſi hæc ſemel, cur non ſæpius poterit dæmon, & totiens, quotiens Deus permiſerit? & ita maleficium aliud erit ad tēpus, aliud in perpetuum quidquid contrariū vellint *gloſ. & DD. in cap. ſi per ſortiarios,* 22 *& in cap. requiſiſti 33. quæſ. 1.* † Nam hęc noſtra ſentētia expreſſe probarunt *Nauar. conſ. 1. lib. 4. Aulenſ. d. q. 90. Magiſter Sentent. & D. Thom. in 4. diſt. 34. doctiſſimus Thomas Sāchez vbi ſup. & Epiſcopus præſes Couarru. in opere poſthumo de* 23 *frigid. & malefic. q. 1. & 2.* † Nec minus errat gloſa ſupradicta dum maleficiū ab authore ſemper diſoluendū docet, nam aliquando non poſſunt dęmones ſanare, quæ nocuerunt, nam ſi membrum preſcinderint, nō aliter valebūt reſtituere, quam vitam ſemel ademptam, vt ex multis probat inſignis conciuis, & amicus noſter *Thom. Sanchez vbi ſup. d. diſp. 94. nu. 8.*

24 ¶ Dignoſcitur tamen maleficium ligaminis quāndo ſit à natura, quando à dæmone, nam quādo morbus eſt naturalis proueniens ex frigiditate, vir non appetit coitum, vt tradit *Alphon. Toſtatus Epiſcopus Aulenſ. vbi ſup. q. 90. col. 3. Codronch. de morb. venef. lib. 3.* † Neque vnquā virgam erigit, ſed pharmacis ad directionē adiūctis nō iuuatur, 25 nec poluit, vt docent *Ioan. Andr. in c. 1. de frigid. & malefic. Abb. in cap. laudabilē eod. tit. Sprenger. in Mall. p. 1. q. 8. & cum alijs Thomas Sanchez vbi ſup. d. diſp. 94. num. 5.* † Quando autem morbus pro- 26 benit ex maleficio, quis coitum appetit, & virgam erigit, ita vt ad copulam aptus videatur; ſed cum ad vas fœmineum penetrandum accedit, relaxatur & concidunt ſubito organa, & leuato iterum rigent, & ſi iterum copulari nitatur, denuo laxantur; quod ex cauſa naturali nequeunt prouenire, quia mē bra rigentia ſemel, non laxantur, quo vſque exufflentur, vt docet *Toſtat. d. q. 90. Soto in 4. diſtinct. 34. q. 1. art. 3.* † Item 27 ſi cum vna nequeat, cū cæteras poſſit, iuxta tex. in *cap. literæ 7. de frigid. & malef.* in hæc verba, *quod nunquam illam cognouerat, tamen ſe habere potentiam cognoſcendi alias.* † Et hoc appellatur malefi- 28 cium reſpectiuum, quo Theodoricum Regem affectum docet *Paul. AEmil. in vita Cleotar.* Poterat nempé cum cōcubinis, cum vxore tamen non poterat, de quo plura *Henriq. d. cap. 8. num. 2. Capella Toloſſan. deciſ. 381. dub. 1. num. 1.* † Et Galeatius Sfortiæ ſimiliter frau- 29 de tactus fuit, ne matrimonio Iſabelæ Aragoniæ potiretur, vt refert *Franc. Guaciard. in hiſtor. Ital.* Quod fiere poſſe, & ſolere tradunt *Ricard. & Paludan. in Sent. 4. ille diſt. 34. art. 1. hic vero q. 2. nu. 10. conciuis, & amicus noſter P. Thom. Sanchez tom. 2. de matrim. diſp. 19.*

¶ Quando etiam naturaliter vir 30 non cognoſcit vxorē qui poteſt alias, 1 vel quod vxor nimis arcta, aut membrū non eſt vaſo cuius proportionatū, vt ſub his diebus contingit in hac Granatenſe vrbe D. Antonio Portocarre-

ro,

ro, & Cordubæ D. Ildefonſo de Guzman, qui vxoribus tamē non ſunt potiti, cum aliás multas alias ſe cognocere affirmarent, & iudiciali ſentē-
30 tia diuortium fuit indictum. † Solet id contingere ex membri incongrua proportione, inæqualitate, curbatione, gracilitate, vel quid ſimile, aut infrigidatione, qua in debitā erectionem ſe extendi nequit, vt traddunt *Aetius lib. 11. cap. 35. Paul. lib. 3. de partib. inefic. c. 58. Ioan. Schenckio tom. 2. obſeruat. medic. lib. 4. tit. de in potentia vener. obſeruat. 50.*
31 *53. & 54.* † Vnde iudex cautus eſſe debet, nam primum vitiū nulla arte medetur, & ideò diuortium poteſt indici, ſecundum vero multis medicamentis refici valet, quæ prius tentanda ſunt, vt docent *Paulus, Aetius, & Schēckius vbi piox. Auicena lib. 3. fen. 20. c. 11. tract. 1. Hippocrat. libr. de ſuperfetat. Celſus lib. 3. ca. 3. Galen. lib. 5 ſimplic facul. & lib. 1 de ſemine Ariſtot. lib. 2. de gener. cap. 2. & in Problem. lib. 4. probl. 20. Iacob. Oethæus lib. obſeruat. prop. Chriſt. Vega de arte meden. li. 3. ſect. 10. c. 5. Fran. Valleriò la lib. 5. enarrat medic. cap. 4. Petr. Foreſtus tom. 1. obſeruat. libr. 26. obſeruat. 18.*
32 † Sed ſi medicamentis naturalibus abhis, & alijs medicis traditis non reficitur, erit vitium naturale, aut ex maleficio, & tunc alia remedia ſunt tentanda, diuina inquam, & trienij experientia, vt leges, & canones ſuadent, vt multis aductis eleganter obſeruat cōciuis, & aminus noſter *P. Thomas Sanchez vbi ſup.* & poſt eum aductis *Couarrubias de frigid. & malef. q. 3. Morato lib. 5. de iure ſito cap. 9. Fran. Valleriola in enarrat med. de obſeruat. 4.* † Si tamen combaleſcit,
33 & vxorē nihilominus nequit cognoſcere, experiēda eſt mulier an vitio ſui contingat, & ſi arcta non eſt in eum modum, vt medicis, & obſtetricibus inoteſcat, eā in pedes extentā, & pannis circumbolutam ſuffumigari licēt, vt ſi vapor per rectum ſyphonem recta in matricem delapſo odorem adnares perueniat, ſignum eſt permeabile eſſe corpus, & ideo ex ſuo uitio non eſſe, vt docet *Galen. in comment. ad Hyppocrat. aphor. 1. tex. 59.* fumum autem ex oliuiano, myrrha, ſtirace, & matice ad id conducere dixit *Valleriola vbi ſup.*

CAP. XLIII. De maleficio Aborſus, & quo tempore fœtus maturus ſit ad naſcendum.

SVMMARIVM.

Aborſus cauſæ naturales multæ, ac variæ eſſe ſolent. nu. 1.

Aborſus cauſa ex maleficio duplex eſt. numero 2.

Maleficiū aborſus fit malo carmine, vel ſerpentes defoſione. nu. 3.

Maleficium aborſus fit tactu, aut aflatu. nume. 4.

Maleficium aborſus quando capite punitur. num. 5.

Maleficium aborſus quando punitur extraordinario. nu. 6.

Maleficium aborſus ſecundum criminis naturam. num. 7.

Sixtus V. grauiſſimis pœnis puniuit aborſum procurantes. nu. 8.

Gregorius XIIII. Conſtitutionem Sixti V. de aborſu ad ius commune rebocauit. numero. 9.

Abortionis poculū quibus caſibus dari permitatur. num. 10.

Abortionis pœna non tenetur qui poculum præuet antequam anima corpori ſit infuſa. num. 11.

Anima quando corpori infuſſa dicatur ad abortionis pœnam non coherent interpretes. num. 12.

Animationi fœtus ad aborſus pœnam ſecūdum authorem. nu. 13.

Infans maturus dicitur ad nascendum postquam à quinto mẽse egreditur. nu. 14.
Infans ante quintum mensem non viuit, nisi ex miraculo. nu. 15.
Homo toto anno, & incerto gignitur spacio. num. 16.
Quinquemestres, seximatres, & octimestres non sunt vitales, secundum Iurisperitus. num. 17.
Quinquemestres, seximestres, & octimestres negant Medici. nu. 18.
Astrologorum ratio cur seximestres, & octimestres non viuant. nn. 19.
Arimethicorum ratio cur seximestres, & octimestres non sunt vitales. nu. 20.
Quinto mense cur nasci contingat. nu. 21.
Quinto mense nascens vitalis est. nu. 22.
Quinquemestres non faciunt cesare fidei commissum, ex iurisperitorum sentẽtia. num. 23.
Quinquemestres vitales, & naturales sunt ex Medicorum sententia. nu. 24.
Cõmitissa de Pradas generis claritate, & animi sanctitate corruscans in quintum mensem peperit. nu. 25.
Cõmitissa de Triultis, & aliæ nobiles fœminæ, in quinto mense pepererunt. numeo 26.
Seximestres vitales sunt ex Medicorum placitis. nu. 27.
Centesimus octuagesimus secundus dies legitimus est ad nascendum. nu. 28.
Octimestres vitales esse probant Medici. num. 29.
Octimestres in Hispania, AEgypto, Cordubæ, Italia, & Venetia passim. numero. 30.
Legitimus partus est in quocunque tempore nascatur dum viuat hora XXIIII. num. 31.
Abortum procurans ex quinto mense punitur vt homicida. nu. 32.
Homo nascitur toto anno quia ad duodecimum mensem protrahitur. nu. 33.
Decimus mensis homini formationi datur in sacra Paremia. nu. 34.
Fœtus qui vltra decimum mensem protrahitur legitimus non est, ex lege Regni. numer. 35.
Annus Romanus decem mensium fuit. numero. 36.
Philosophorum, & Medicorum sententia sequenda est in his quæ ad suam aspectãt professionem. num. 37.
Medicæ artis laudes remisine. nu. 38.

ABORSVS causæ multæ, ac variæ esse solent, tam intrinsecæ ipsius mulieris, quàm extrinsecæ, vt Apolineæ facultatis Doctores docuerunt *Hippocrat. libr. de natura puer. Galen. lib.* 3. *de facult. natural. & in comment. ad Hippocr.* 5. *aphoris.* 30. 31. 34. 37. 43. & 45. *Soranus ad Hippocr. lib. de fœtu, Aetius lib.* 16. *c.* 12. *Ioan. Schẽckius tom.* 2. *obseruat. med. libr.* 4. *Petr. Gartia, de locis affect. Petr. Forestus tom.* 1. *obseruat. lib.* 28. *obser.* 66. *& 67. Hieron. Mercurial lib.* 2. *de morbis mulier. cap.* 7. † Sed de his non agimus, sed de maleficio patratis, quæ tripliciter esse solẽt, primo intrinsecæ perpetum, vel essum, causis naturalibus adhibitis, vt in. *l. si quis aliquid.* §. *abortionis, D. ad l. Cornel. de sicar.* & tradit *Bapt. Codronch. li.* 3. *morbis venefic.* † Secundo extrinsecé; malo carmine, vel serpentes alicuius defosione, vel quid simile, cui dęmon excõdicto cõcurrit, nam sunt signat pacti latentis, vt tradstt *Inquisitores Germa. in Mall. p.* 2. *q.* 1. *c.* 7. *Leon. Vagrus lib.* 1. *de Fascin. Andr. Cæsalpi. de inuestig. dæmon. c.* 10. † Aliquando tactu, vel afflatu, quibº causa esse solent puerperis abortiendi summo, cum vitę periculo, vt de multis narrat *Remig. lib.* 2. *dæmonol. cap.* 7. *Nider. in Formicar. libr. fin. Leloyher. libr.* 2. *spectior. cap.* 5.

¶ Hoc omne grauissimum est peccatum, & quomodocumq; perpetre-

tur

tur capite punitur, si fœtus animatus est, aut matris mors sequatur. *l. 1. D. ad Cornel. de sycar. l. penult. C. eod. tit. l. 1. D. ad l. Cornel. de parricid.* † Alias enim punitur extraordinarié, & humilis in metallum, honestior in insulâ relegatur, decima parte bonorum confiscata, *l. si aliquid 38. §. abortionis, l. Cicero 39. D. de pœn. l. Diuus D. de extraordin. crimin. cap. quod vero, cap. Moyses 32. q. 2. l. 8. tit. 8. p. 7.* † Et aliquando minus, aliquando magis provt vnius cuiusque criminis natura, vt tradunt *Bossius in Prax. tit. de homicid. num. 5. Iul. Clarus lib. 5. Receptar. §. fin. q. 62. num. 2. Cacheran. decis. Pedamont. 60. Menoch. de Arbitrar. lib. 2. cas. 329. nu. 6. & cons. 357. Plaza de delict. lib. 1. cap. 26. nu. 8. Nauarr. in Manual. cap. 27. nu. 222. Couarru. lib. 2. variar. cap. 20. nu. 9. & in Clem. si furiosus. par. 2. §. 2. nu. 1.* † Quod inouatum est per S. D. N. Sixtum V. P. M. & grauissimis pœnis prosecutum aduersus omnes, qui abortũ procurant, consilium, vel auxiliũ præstant, venena præbent, vel manus inferunt, siue fœtus animatus sit, siue nõ, quos præsertim maioris excommunicationis pœna, sedi Apostolicæ reseruata, multauit, *vt constat ex motu proprio Datt. Romæ 4. Kal. Nouemb. 1588. quod est in Bullario p. 2. const. 23.* † Hodie tamen quoad pœnas procurãtium abortum, aut poculum exibentium, vel sumentium, venena sterilitatis, vel abortionis, aut quocunque modo auxiliũ, vel consilium præbentium, ad terminos Iuris communis redactum est, cætera in suo robore manentia, per *S. D. N. Gregor. XIIII. pridie Kal. Iun. an. 1591. Pontificatus sui ann. 1.* † Sed quando ex partu cõcepti euidens periculũ appareret, vel quod puerpera soleat ad extremũ deduci, aut nimis arcta sit, aut fama eius lædatur, aut aliter vitæ discrimen, vel existimationis possit subire, bene poterit poculum abortionis præberi, dum fœtus tamen non sit animatus, vt tradunt *D. Antonin. p. 3. tit. 7. c. 2. §. 2. Siluester. in summ. v. medicus. q. 4. Couarru. in Clem. si furiosus de homicid. p. 2. §. 3. num. 1. Armilla. v. aborsus num. 2. Nauar. in sum. cap. 25. nu. 62. Cordub. in sum. q. 173. Tomas Sanchez de matrimon. to. 2. lib. 9. disp. 20. nu. 9.* † Et ita componũtur differentiæ aliorũ, qui nullo casu abortionis poculũ prẽberi posse affirmant, quia non sunt facienda mala, vt inde sequantur bona, *Apostol. ad Roman. cap. 3.* nam vt ait tex. in cap. aliquando, §. sed his *32. q. 2. Non est homicida, qui abortũ procurat antequam anima corpori sit infusa.*

¶ Ex quibus sané altera non minor difficultas suboritur, circa tẽpus, quo anima corpori infundatur ad hoc, vt pœnã homicidij talia pocula præbentes, subeant, in quo interprætes nõ minus quam milites illi, quod ex draconis dentibus natos aiunt, pugnantes sententijs pereunt, nam alij dicunt in dies X X X. alij X X X V. alij X L. alij L X. alij denique L X X X. vt constat *ex glos. & D D. in d. l. Diuus, D. de extraordin. crim.* † Et licet non nostrum sit tantas cõponere lites, vt quæstioni satisfaciam, dico, quod iura de tam tenui animatione nõ loquũtur, hoc est de instãti, quo anima corpori infundi tur, vt quis pro homicida puniatur, sed de animatione perfecta, qua infans maturus est ad nascendum, vt tradunt *Thesaur. in decis. Pedam. 12. ex nu. 5. Suarez in commun. opin. v. abortui. Petr. Plaza de delict. lib. 1. cap. 9. num. 10. & cap. 26. nu. 8. Menoch. de Arbitrar. lib. 2. cas. 357. ex nu. 2. Ant. Gomez variar. 3. cap. 32.* † Infantẽ autem maturum ad nascendum dicimus postquam à quinto mense egreditur, quia tunc solidioris carnis est, & inuris tolerandis validior, ita vt nec pharmacis quæant expelli, secundũ *Galen. lib. 4. Aphoris. comment.* † Nam ante

id

id tempus infans naturaliter viuere ne
quit, nisi ex miraculo, vt inter signa
vniuersalis iudicij ab Esdrà adducitur,
lib. 4. cap. 6. *Pugnantes immaturos pariunt*
infantes, trium, & quatuor mensium, & vi-
16 *uunt.* † Postquam autem fœtus à quin-
to mense egreditur, si nascatur, vitalis
est, in quocunque tempore, quia iam
perfectus est ad nascendum, nam vt ait
Plinius ab omnibus Medicis, & Philo
sophis laudatus lib. 7. natural. hist. c. 5.
Homo toto anno, & in certo gignitur spa-
tio, alius septimo mense, alius octauo, vsque
ad undecimi, & undecimi.

17 ¶ Sed aduersus prædicta obstat, quod
quinquemestres, seximestres, & octi-
mestres non sunt vitales, sed tantum
septimestres, nonimestres, & decime-
stres, vt probant *DD. in l. septimo mense,*
D. de stat. hom. & in l. intestato, D. de
suis, & legitim. hæred. & in l. Gallus, D. de
liber. & posthum. & in l. uxoris abortu, C.
de posthum. hæred. instit. & in Auth. de re-
stitu. & ea, quæ par. §. fin. coll. 4. Alcia. in
l. qui mortui, D. de verbor. signif. & lib. 3.
Paradox. c. 1. Tiraq. in l. si unquam, C. de
18 *reuocand. donat. n. 5. susceperit.* † Nã quin-
quemestres, & seximestres negant *Cen-*
sorin. de die natal. Plutarch. lib. 5. de placit.
Philosoph. & octimestres exclamat *Hip-*
pocrat. lib. de octimestr. par. cuius rei va-
rias causas reddit *Fed. Bonauentura tract.*
19 *de octimestr. lib. 1. & 2.* † Astrologi to-
tum hoc ex Planetarum cursu ponde-
re arbitrantur, ideó negãt seximestres,
quod nõ est completus eorum nume-
rus, & octimestres, quia redeuntes ad
tetragõ Saturnus mortem adfert, sed
horum delira iam refutauit *D. Ludou.*
Mercado lib. 4. de affectio. mulier. cap. 2.
20 † Arithmetrici enim dicunt ideó sexi
mestres, & octimestres non esse vita-
les, cum sint septimi, & noni, quia im-
par perfectior est pari, sed conuincun-
tur cum eo decimestres debeant nega
re, & quinque mestres, & trimestres
concedere, cum numerus ternarius,
alijs omnibus imparibus perfectior sit,
& suo Deo amabilior, Vergil. Eccloga
octaua.

Despue ter virgo, numero Deus impari
gaudet.

¶ Quibus reiectis fœtum ex quin- 21
to mense vitalem affirmo, nam quã-
do calor cordis adeó excreuit, vt in-
fans sine ventilatione, & refrigerio in
spirato aere minime viuere possit, aut
alimentum, quod à matre sumit non
ei satisfacit, & cogitur quod deest aliũ
de discutere, calcitrat, & pelliculã in-
ternam motu prærrumpit, vt sic aliæ
externæ debilitatæ á natura exire co-
gatur, vt tradit *Ludou. Mercado lib. 4. de*
affect. mulier. cap. 1. † Et cum id persæ 22
pe ex quinto mense contingat, vt tra
dit conciuis meus *Petr. de Peramato lib.*
de homin. procreat. cap. 12. facilè est vt eo
tempore infans vitalis nascatur, nam
vt ait Aristot. lib. 4. animal. ortu cap.
6. *Cum corpus ad nutriendum non sufficit,*
partum emittit. † Vnde quinquemestres 23
vitales asséro, quidquid calcitret *Soci-*
nus sen. in l. cum auus, D. de condit. & de-
monstr. nu. 100. adeò vt nec faciat cessa-
re fideicommissum licet viuus nasca-
tur, quia pro nõ nato haberi dixit *Bart.*
in d. l. uxoris abortu, Mascard. de probat.
de probat. tom. 3. concl. 1146. † Quia fal- 24
sum nihilominus est, nã quinqueme-
stres vitales, & nautrales esse probarũt
præter *Mercadũ, & Peramotum vbi supr.*
Ferd. Bonauent. d. tract. de octimestr. lib. 1.
cap. 6. & lib. 2. fere per tot. Ioan. Schéckius
tom. 2. obseruat. medic. lib. 4. tit. de partu vi-
tal. obseru. 152. † Et probatur exemplo 25
Illustrissimæ D. Annæ Henriquez Cõ
mitissæ de Pradas (quæ eximia generis
claritate non minus quam vitæ inte-
gritate, & animi virtute corruscauit)
in quinto mense peperit filiam, multis
annis superstitem, sed adeó delicatã,
vt sui in maturi exitus naturam quasi

argue-

arguere, vt accepi à *Genitore meo Michaele Hieronymo Torreblanca, qui vna*
26 *cum alijs nobilibus partu interfuit.* † Et Comitissæ de Triultijs, & alijs nobilibus fœminis idē accidisse (vt in quinto mense parerentur) enarrant *Hieronym. Cardan. contrad. 8. tractat. 3. lib. 1. Franc. Valles de sacra Philosoph. cap. 18. Ioan. Schenckius d. observat. 152. Franc. Valleriola libr. 3. enarrat. med. cap. 7. Horat. Augenius tract. quod homini non sit cert. temp. ad nasc. lib. 1.*

27 ¶ Seximestres non minus vitales sunt, vt ex communi Philosophorum placitis probant *Auizena libr. 9. natur. animal. cap. fin. Cardan. dict. tractat. tertio capite primo. Claudius Giardinus tractat. de seximestri par. Iacob. Segarra ad Galen. de facult. natural. libro 3. capite 3. latè Bonauentura vbi supra libr. septimo ex ca-*
28 *pite 32.* † Nam vt ex sententia Hippocratis testatur Vlpianus I. C. lib. 14. ad edictum in l. inteſtato, D. de suis, & legitimis hæred. *de eo autem, qui centesimo octuagesimo secundo die natus est, Hippocrates scripsit, & Diuus Pius Pontificibus rescripsit, iuxto tempore videri natum.*

29 ¶ Octimestres vitales esse, latè probarunt *Mercado, & Peramato vbi supra, Bonauentura d. tract. de octimestr. libr. 3. & 4. qui lib. 9. Medicis, & Philosophis contrarium sentientibus satisfacit, Horat. Augenius libr. 2. quod homini non sit cert. temp. Franc. Valleriola lib. 3. ena-*
30 *rrat. observat. 7.* † Eosque frequentes in Hispania, & A Egypto testatur *Auicena lib. 9. natur. animal.* in Corduba, *Peramato lib. de homin. procreat. cap. 9.* in Italia *Plinius lib. 7. histor. natur. cap. 5.* in Venetia, *Cardan. dict. tract. 3. controuer. 8.* in Florentia, *Marsil. Ficin. lib. 3. de vita cœ-*
31 *lit. comp.* † Quibus omnibus Reges nostri astipulantes nullam temporis durationem ad partum legitimum statuerunt, dum tamen viuat horas XXIIII. in l. 13. Taur. *Ordenamos, i mandamos, que el fijo se diga naturalmente nacido, i que no es abortado, quando nascio viuo todo, i que alomenos despues de nacido viuio veinte i quatro horas naturales, i fue baptizado antes que muriese.*
† Quare vt homicida puniendus est, 32
qui abortum procurat, aut poculum præbet prægnanti in quocunque tempore postquam à quinto mense egreditur fœtus, nam vitalis est, & toto anno ex quinto mense legitimé nascitur, vt probant *Mercado, & Peramato vbi prox. Bonaeuentura dict. libr. secundo tertio, quarto, & quinto, Horatius Augenius dict. lib. 1. & 2. Ioan. Schenckius dict. lib. 4. titul. de partu vital. præcoce, & secret. observ. 153. & 154. Franc. Valleriola lib. 3. enarrationum medicarum, capite septimo, Franciscus Valles libr. secundo controuers. cap. 10.*

¶ Dixi toto anno, quia vsque ad 33
duodecimum mensem partum protrahi posse affirmāt *Alciatus, & Tiraquel. vbi supr.* Et D. Hadrianus causa cognita decreuerit in vndecim menses nasci posse, vt tradit *Aulus Gelius lib. 3. noct. Atticar. cap. 16.* Et L. Papyrius prætor dederit bonorum possessionem paruo terdecimo mense nato, vt narrat *Plin. libro 7. capite quinto.*
† Quod licet ex Philosophorum pla- 34
citis possit defendi, & aliquando contingerit, non propterea regula statuēda est, nam quæ raro accidunt præterreunt legislatores, *l. nam ad ea, D. de legib.* nam fœtus humani terminus decem mensium est, Sapient. capit. 7. *In ventre matris figuratus sum caro, decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine.* † Vnde protractum fœtum 35
(qui post decem menses nascitur) non credo, fuisse ex genito primo, sed aliud quod ex superfetatione succedit, vt tenet *Hippocrates libr. de superfetatione.* Nam vt ait Regia

gia, l. quarta, titul. 23. par. tertia. *Mas si la nacencia de la criatura tocare vn dia del onceno mes, non deue ser contado por fijo.* † Neque obstat Plinius dum toto
36 anno hominem gigni cõtendit, nam apud Romanos annus fuit decem mẽsium, vt tradunt *DD. in rub. C. de indicta viduit. tollend.* & astipulatur expresse Ouid. lib. 1. Fastor.

Tempora digereret cum conditor vrbis in anno
Constituit menses quinque bis esse suo,
Quod satis est vtero matris dum prodeat infans,
Hoc anno statuit temporis esse satis.

¶ Neque obstant in contrarium
37 Iurisconsultorum sententiæ, qui septimestres, & decimestres tãtum agnoscunt, negantes quinquemestres, seximestres, & octimestres, nam in his, quæ ad naturam attinent, aut naturales eius operationes, Iurispetitos non sequor, sed Philosophos, ac Medicos, cum omnia, quæ ipsimet Iurisconsulti, hac in parte laude digna protulerint ab ipsissimet Philosophis, & Medicis accepta palam fateãtur, vt ex Hippocrate *in d. l. septimo mense, & in d. l.*
38 *inteſtato, & aliui pasim.* † Est enim Medicina naturę immitatrix authore eodem *Hippocrat. libr. de flatib.* constans, ac firma, vt dixit *lib. de arte*, & artium omnium præclarissima, vt idem docet *lib. de legib.* quæ Deo accepta refert *l. b. de veter. medic.* Vel quod omnis medela sit à Deo, vel quod ipsi medicinæ authores ex mirabili arte pro Dijs haberentur, vt de Aesculapio sic testatur Q. Seren.

Tuique potens artis, reduces, qui tradere vitas
Nosti, atque in cœlum, manes rebocare sepultos,
Qui colis Aegæas, qui Pergama, quique Epidaurum.

CAP. XLIII. De maleficio Sterilitatis.

SVMMARIVM.

Sterilitatis maleficium in fœminas dirigitur. num. 1.
Sterilitatis causa interna, vel externa. num. 2.
Interna causa ex parte ipsius mulieris. numuro 3.
Fœminas semen emittere, vt viri, & in capite matricis. num. 4.
Sterilitas causatur ex parte seminis mulieris. nu. 5.
Sterilitas fit quando fœmina non conuenit viro. num. 6.
Sterilitas quomodo fiat ex parte vteri. numero 7.
Sterilitas ex vitio circa conceptionis viã. nume. 8.
Sperimentum ad cognoscendam sterilitatem. num. 9.
Sterilitas ex causa aeris medi, vel temperamenti cœli. num. 10.
Sterilitas ex animi passionibus. num. 11.
Sterilitas ratione potus intemperati. numero 12.
Sterilitas ratione victus immodici. numero 13.
Sterilitas ex coitus reiteratione. nu. 14.
Conceptus concubitus destruit. num. 15.
Mulieres sæpius se prosternentes non concipiunt. nu. 16.
Meretrices quare non pariant. nu. 17.
Saltationis post coitum causa sunt sterilitatis. num. 18.
Sterilitatem malefici possunt inducere. numero 19.
Sterilitatis maleficium illicitum est. numero 20.
Sterilitatis poculum quando licitum, secundum Theologos. num. 21.
Sterilitatis poculum quando licitum, secundum Medicos. num. 22.

STERI-

1 

TERILITAS licét tam viri impotẽtia, quám mulieris dici posit, proprié tamen ad fœminas dirigitur, quando in tempore debito viro coeũtes non valent concipere, quod fuit apud Hebrœos valdé ignominiosum, *Exodi cap.* :::: & apud Romanos quæsitissimis pœnis multatum in *lege Papia, & Popæa*, quam moderauit *lex vnica. C. de caducis tollen.* † Causa
2 autem est interna, vel externa, vt Medicorum definit schola hanc distinctionem adferentes *Hippocrates lib. de sterilibus. Galen. libro de semine, Auicen. lib. decimo, & decimo tertio de animal. Peramato lib. de hominis procreat. Petrus Garsia Carrero ad Galen. de locis affectis,*
3 *disputat. 74. cap. secundo.* † Interna causa est ex parte ipsius mulieris, & qualitatis vteri, & situs, secundum *Albertum Magnum lib. 16. de animant. cap.* 1. quia mulierem semen emittere nõ agnouit, secutus *Peripateticos, & Aristotelem lib. secundo de generat. cap. 4. & lib. 1. de anim. cap. 2. Galen libro 1. de sanitate tuenda. cap. 1. & lib. 2. de naturali facultate, cap. 9. Auicena lib. 9. animal.*
4 *cap. 1.* † Sed verius est fœminas semen emittere, non intus, vt alij volunt, sed in capite matricis, vt viri, & licét non ita prolificum, necessarium tamen est ad hoc vt fœtus concipiatur, & alatur, vt docent *idem Galenus sibi contrarius, Hippocrates, & alij relati à Iabello lib. 8. Metaphysic. quæst. 17. Florentin. ad Auicen. de generatio. embrionis. Vega lib. 1. de arte medendi, cap. 3 Valles lib. secundo Controuersiarum, cap. 6. Petrus de Peramato lib. de hominis procreatio. cap. 1. cũ multis sequentibus.* † Et ita ex parte se-
5 minis mulieris causari potest sterilitas (non minus, quam viri) quando est nimis frigidum, vel supra modum calidum, aut parum decoctum, vel nimis atenuatum, vt traddunt *Aristo. lib. 4 generat. cap. 1. & lib. 2. cap. quinto. & in Problem. sect. 3. quæst. 4. Galen. lib. artis medendi. cap. 45. Auicena Fen. 2. lib. 3. tractat. 2. cap. 17.* † Aut non conve- 6
niat viro, vel simul non concurrat in coitu, vt docet *Hieronym. Mercurial. lib. 1. de morbis mulier. cap. 2.* referens, & laudans illos Lucretij versos lib. 4. natural.

— Vt semina possint.
Seminibus commisceri genitaliter aptâ,
Crassiq; conueniant liquidis, & liquida crassis.

Et parte vteri solet sterilitas causari, 7
ex mala cõformatione, situatione, vel quod á natura ita partes genitales oblæsas habeat, vt omnino concipere non possit, vel ex ęgritudine, vel à natura, eo quod angustior sit, vt traddũt *Aristotel. dicto lib. 2. cap. 4. Hippocrat. lib. de superfetat. & de morbis mulier, Auice. de animal. li. 10.* † Vel quid aliud 8
circa conceptionis viam paciatur, vel intẽperiem, de qua *Hippoc. 5. aphor. 62. Abynzohar li. 2. tract. 5. c. 1.* aut mẽstrua nõ fluãt, quia fit ex corporis obstructione, *Arist. li. 1. genera. Rasis cõtinen. 9. Hippocra. li. de genitura, & alibi.* † Et ita 9
ad cognoscendam sterilitatem Galenus consulvit in commenta rijs ad Hippocrat. 1. aphoris. text. 59. *Suffitus ad mulieris pudẽda fiat, aromatibus super pranas accensis, & vaporem per rectum syphonem recta in matricem delapso: sic enim rectè iudicium fieri poterit: nempè si odorem naribus percipiat, indicium est permeabile esse corpus, nec obstructioni obnoxium, nec vterum densitate affici, atq; ob id conceptioni aptum.*

¶ Ex parte autẽ extrinseca fit sterilitas, ex causa aeris medij, vel cœli tẽperamenti, ex quo mulieres in æstate 10
nõ cõcipere, docẽt *Hesiod. li. operis, & dici, Arist. in Problem. & li. 1. de generat.*

11 † Vel ex animi passionibus, nam timor, mœror, & ira immodica causæ sunt sterilitatis, vt probat *Aetius lib. final. capit.* 26. Quare licet mulierem concipere sine coitus voluptate, dixerit *Aristot. lib.* 1. *generat.* apud Medicos non est receptū, vt tenet *Mercurial. d.*
12 *cap.* 2. † Ratione potus mulieres etiã fiunt steriles, vt de aqua nimis frigida scribit *Aristot. lib.* 4. *de generat. Hippocr. lib. de aere, & aqua, Rasis Continent.* 9. copia vini etiam sterilizat, *Aristot. lib.* 3.
13 *Problem. Plin. lib.* 14. *cap.* 18. † Item, & ratione victus, vt ciui multum frigidi, multum calidi, multum sicci, multū humidi causæ sunt sterilitatis, secundum *Hippocrat. libr. de diæta, Aristot. lib.* 20. *Problemat.* vt de Menta scribit *Auicena de ciuis nimis accid.* & de alijs *Medici passim.*

14 ¶ Coitus similiter immodicus sterilitatem præbet, vt si statim post coitum iterum copulentur, nam conceptus concubitus destruit, vt docet *Hippocrat. lib. de superfetat. Rasis continent.*
15 11. *capit. quinto* † Ex quo merito consulit *D. Hieronym. in capit. hæc origo* 32. *quæst.* 1. in hæc verba, *Post quam venter vxoris intumuit, non perdam filios*, vbi glosa ait, *perūt partus ex frequenti concu*
16 *sione.* † Nam terra, quæ sæpius aratro finditur, vix aut raro fructus adfert, ita mulieres, quæ sæpius coeunt non concipiunt, vt eleganter probat conciuis meus *Petr. de Peramato (qui ea de causa Cordubæ vxorem suffocauit) dict.*
17 *lib. de homin. procreat. capit.* 9. † Quod fit vt meretrices non pariant, vt tradit *Rasis dict. continent.* 9. Nam licet concipiant sæpius fœtum pene destruunt, ut alijs adductis exornat *Andr. Tiraquel.*
18 *in ll. connuial.* 15. *ex. num.* 141. † Psaltationes similiter, & alios motus post coitum causa solent esse sterilitatis, nam motu semen ex vase dilabitur, vt probat *Aetius Tetrabil.* 4. *serm.* 4. *cap.* 16. & quæ in coitu retractat clunes, & frequenter agitat, nam vt ait Lucret. lib. 4. de natur.

Eicit enim sulci media regione viaque
Vomerum, atque locis auertit seminis ictum.

Quare cum sterilitas inducatur naturaliter, similiter potest, & dæmonis pacto Maleficus eam inducere, vt probant *DD. in cap. aliquando* 32. *quæst.* 2. *D. Thom. in Sentent.* 4. *quæstione* 1. *articulo* 2. *Ioan. Schenckius tom.* 2. *obseruat. medicar. lib. quarto obseruat.* 117. † Et cum sterilitatis maleficio conceptionis via impediatur, non licet Mago illum præbere, quim nec medico remedia naturalia præstare, quibus sterilitas inducatur, *D. Thomas in Sentent.* 4. *distinct.* 31. *Caietan.* 2. 2. *quæstione* 154. *articulo* 1. *Diuus Augustinus in dict. capite aliquando, Tabiena in Summa, vers. matrimonium.* 19 20

† Nisi quando probabiliter constaret mulierem in partu vitæ discrimen subituram, vel quia nimis arcta, vel præ vteri angustiam fœtum ferri nequeat vt docent ex Theologis *conciuis meus Anton. Cordubæ, in Summ. quæstioni* 173. *& libr.* 1. *quæstionum Theolog. quæst.* 38. *dub. tertio, Ludouic. Lopez par.* 1. *Institut. cap.* 63. *Aragon* 2. 2. *quæst.* 64. *articulo* 7. *amicus noster P. Thom. Sanchez lib.* 9. *disputatione* 20. *numero* 15. † Ex Medicis *Aretius d. Tetrabil.* 4. *serm.* 4. *capit.* 16. *Auicena fen.* 21. *lib.* 3. *tract.* 2. *cap.* 17. *Rasis continent.* 22. *tractat.* 7. *cap. secundo.* *Petrus Garsia Carrero ad Galen. de locis affect. disput.* 74. *capit.* 1. 21 22

CAP.

CAP. XLV. De maleficio difficilis partus.

SVMMARIVM.

DIfficilis partus causa quibus proueniat de causis. nu. 1.
Difficilis partus ex incongrua infantis positura. nu. 2.
Difficilis partus ex pueri indiguus exitus. num. 3.
Difficilis partus ex morte infantis. numero 4.
Infans mortuus quibus partibus excludatur. num. 5.
Difficilis partus ex aeris loci, & temporis natura. nu. 6.
Difficilis partus ex alijs extrinsicis. numero. 7.
Odores vehementes difficultatem adferunt pariendi. nu. 8.
Difficilis partus ex dæmonis pacto, & caliditate. num. 9.
Difficilis partus maleficium quando morte puniatur. num. 10.

PARTVS difficilis fit vel à causa intrinseca, vel extrinseca mulieris, *secundum medicos*, intrinseca est ægritudo, vel debilitas corporis, apostegma matricis, ani, & vesicæ, itē, & hæmorroides, & rhagades, vt tradit *Hieron. Mercurial lib. 1. de morbis mulier. cap. 3.* † Aut quando infans nō recta via, sed retrorsum, aut ad genua inuolutus solet ad nascendum venire, nam tunc matrē cruciat, quia per os vuluæ exire nō valet, vnde dolores, & ipsius pueri suffocatio gignūtur, vt tradit *Cæsar. Arantius in obseruat. anotom. cap. 39.* † Aliquando etiam puer suffocatur ob vasa vmbilici, duabus, vel tribus circumbolutionibus ambientibus collum, nam intestinum vmbilicale fertur circa superiorem pueri frontem, ideó caput deorsum inclinat, puerumque intestinum extra remanet. Quare si in decessu capitis ad posteriora minime feratur, super faciem ad iugulum vsque descendit, & circa collum obuoluitur, eodēque pacto cincti pueri nascuntur, & interdum suffocantur, vt probat *Ioan. Schenckius tom. 2. obseruat. medic. lib. 4. tit. de partu difficil. obseruat. 164.* † Et 4
suffocato puero suboritur difficultas maxima pariendi, nam cum ossi sacri hiatio illa claudatur, & inde natura conatum relaxet, nec puer ipse sui ipsius moribus exitum adiubetur, mater viribus laxatur, & difficulter parijt, vt docet *Petr. Garsia Carrero ad Galen. de locis affect. disput. 76.* Et exemplis atq; narrationibus exornat *Ioan. Schenckius vbi prox. d. obseruat. 164. cum multis sequentibus.* † Quare opus est infantem mortum extrahere, & interdum infrustra diiectum, quando totus per os vuluę exire nequit, & quandoque ventrem secare, ne tabidus matris viscera putrescat, vt multis aductis exornāt *Marcell. Donatus lib. 4. histor. medic. capit. 21. Beniuenius de abditis capit. 29. Ambrosius Pareus lib. 23. cap. 26. Vallerio lib. 5 obseruat. 2. Carol. Stephan. lib. 3. de dissect. partium corp. human. cap. 1. & 2. Mizald. lib. Memorabil. cent. 1. aphorism. 100.* 5

¶ Ex parte extrinseca fit difficilis partus ab aere ambiente, aut influxu corporum cœlestium, loci, & temporis temperamento, nam nimium frigus causa est difficilis partus, & sic in hyeme difficulter parere notat *Alber. Magn. libr 4. animal. cap. 10.* † Item, & omnia caustica, & astringētia difficultatem adferunt pariendi, vt docet *Galenus*, & similiter mœrorem, & tristitiam, aut iram nimiam, vt tenet *Rasis* 6 7

cõtinen. 9. † Necnõ odores vehemẽtes, 8
quia naribus adhiuitæ faciũt vt vterũ
sursum trahatur, quod intellige ante-
quã os matricis aperiatur, nã post aper
turã suffumigationes imó iubant, &
maximé ex Gallia, & quæ virtutem
habent externutandi, nam sternutare,
& clamare illo tempore maximé iu-
bat, vt est doctrina *Hippocrat. & Gale-*
ni 5. aphoris. 35. Hieron. Mercurial lib. 1.
de morbis mulier. cap. 3. † Vnde per Ma- 9
gos dæmonis arte, & caliditate fieri
potest, vt mulier difficulter pariat, vt
probant *Grilland. de fortileg. q. 6. Apule*
ius lib. 1. Asin. Pausan. in Boeot. Mart. del
Rio lib. 3. Magiaar. p. 1. q 4 sect. 3. Rapha.
de la Torre tom. 2. de virijs oppos. relig. q.
96. art. 2. disput. 10. † Et quando infan- 10
tis, aut matris mors sequitur tenentur
de occiso, *cap. si aliquis de homicid.* ibi,
vel nasci soboles, secus si fiat, vt pariat,
quia non tenentur de dolo, *l. 3. §. hæc*
adiectio, D. ad l. Cornel. de sycar. Grillan.
vbi sup. q. 12. nu. 10. Ant. Gomez variar.
3. cap. 3. Baiard. ad Clar. q. 68. ex nu. 7.

CAP. XLVI. De maleficio lactis exicationis.

SVMMARIVM.

LAC ex sanguine generatur. num. 1.
Lac exicatur tam intrinsecis, quam extrinsecis causis. nu. 2.
Lactis exicationis causæ naturales intrinsecæ. num. 3.
Lactis exicationis causæ intrinsecæ supervenientes. num. 4.
Lactis exicationis causæ externæ. nu. 5.
Aer purum, aut nimis calidum lac solet exicare. num. 6.
Lactis exicationis maleficium quomodo á dæmone patretur. num. 7.
Lactis exicationis maleficium actione naturali. num. 8.

LAC enim, quia ex sanguine 1
generãtur, siue purissimo, vt
voluit *Hippoc. li. de natur. fœt.*
& lib. d emorb. mulier. siue menstruo, vt
contendit *Galen. 5. aphorism. 37. & lib.*
14. de vsupar. cap. 8. † Multis ex causis 2
exicari potest tã intrinsecis, quã extrin
secis, vt docẽt *Hieron. Mercur. lib. 3. de*
morb. mulier. cap. 1. Petr. Forestus to. 1. ob.
seruat. Medicar. lib. 17. obseruat. 18. † In- 3
ternæ, aliæ sunt naturales, aliæ aduenti
tiæ: natuaales sunt, paruitas mamma
rum, & earũ vasorum angustia, prop-
ter quod sanguis ab vtero, ad eas non
potest deribari, aut per debilitatem
virtutis attracticis, vt contendit *Avi-*
cena lib. 2. fer. 3. † Aduenticiæ veró cau- 4
sæ lactis exicationis, sunt febres ar-
dentes, & pytuitosæ, quibus sanguis
vitiatur, & lactis via impeditur, vt do
cet *Galen. lib. 1 simplic. cap. 20.* Item, &
animi angores, & nimius labor, vel
quid simile, vt tradit *Petr. Forest. d. ob-*
seru. 18. & 20.

¶ Externæ causæ sunt, quæ ab ex- 5
ternis procedunt actionibus, vt victus
multum calidus, & siccus, *Plin. de semi*
ne Cyrcæ, Albert. Magn. lib. 9. animal. aut
emplasta ex melc, mentha, altheæ, aut
terebentina, vt tradit *Petr. Forest. vbi*
sup. d. obseruat. 20. † Aut aer impurum, 6
vel nimis calidum, & adurãs, quo hu-
mores atenuãtur, aut sanguinis copia
arcetur, vel desicatur, vt tradunt *Avi-*
cena, & Mercurial vbi sup. Nam vt ait
Vergil. Ecclog. 2.

Si lac præceperit æstus.

Quæ cum dæmon agnoscat, nil ve- 7
tat quim eis latenter vtens naturaliter
lac exicet, vel lactis materiam ar-
ceat, vel vias impediat, vt docẽt *Ber-*
nard. Comensis tractat. de strigib. post Lu-
cernam Inquis. nu. 14. Andr. Cæsalpin. de
inuestigat. dæmon. cap. 10. † Vel clancu- 8
lum lac subducens, vt quæ epistomio
parieti infixo ex vrcinæ baccis lac

emul-

emulgebat, vt tradunt *Grilland. de sorti leg. quæst. 10. Sprenger. in Mall. par. 2. q. 1. cap. 6. Cæsalpin. de inuestigat. dæmon. cap. 12.* Nam vt ait Vergil. Ecclog. 3.

Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

CAP. XLVII. De maleficio deuouendi, & poculo amatorio.

SVMMARIVM.

Energumenos à dæmonibus sæpe inuadi, & possideri. num. 1.

Tradendi potestatem dæmoni apud Apostolos, & sanctos viros. nu. 2.

Malefici solent alios deuouere, ac dæmoni mancipare. nu. 3.

Deuotionis dæmoniaci quodam genus. numero 4.

Simulachrorum vsus quandoque in maleficio amatorio. nu. 5.

Poculum amatorium quid sit, & vnde dicatur. nu. 6.

Poculum amatorium datur per essum, vel potum. nu. 7.

Hostia cõsecrata, & alijs rebus sanctis vtitur in poculo amatorio. nu. 8.

Poculum amatorium ex herbarũ folis, & alijs naturalibus comparatur. nu. 9.

Diobolus rebus naturalibus quãdoque vtitur tanquam pactis signa. nu. 10.

Diabolus voluntatem nostram cogere non potest ex Theologis. nu. 11.

Volũtatem nostram diabolus cogere nequit ex Iurisperitis. nu. 12.

Res, quæ poculo amatorio anectuntur voluntatem non cogunt sed humores perturbant. num. 13.

Remora, rubeta, cerebri fel, & similia irritant corpus. nu. 14.

Pellicula quæ rebelitur à fronte pulli in furorem aducit. nu. 15.

Dido ad maleficium amatorium pellicula huiusmodi vsa. nu. 16.

Liberum arbitrium Deus hominibus reliquit. nu. 17.

Liberum arbitrium neque Deus, neque Angelus cogunt. nu. 18.

Diaboli potestas versatur in tentatione. nnm. 19.

Homo valet resistere tentationibus diaboli. num. 20.

Diabolum ad amorem posse cogere, hæresis est. num. 21.

Diabolus ad amorem inducit humores concitando. num. 22.

Humorum concitatio quandoque in furorẽ aducit. num. 23.

Diabolus qua arte vtatur ad amorem conciliandum. nu. 24.

L. eorum, C. de Malef. & Mathe. *de maleficio amatorio explicata. nu. 25.*

Defixio *Magicæ deuotionis, & execrationis genus fuit. nu. 26.*

Animum defixi minime coactionem importat. num. 27.

Maleficium amatorium extra corpus quando paretur. nu. 28.

Maleficium amatorium per imaginum fabricationem. num. 29.

Baruc cap. 6. *de maleficio amatorio explicatus. nu. 30.*

Funi circundatio, & oliuarum succensio ad maleficium amatorium. numero. 31.

Babyloniorum mos de exponiendis puellis in via prætereuntibus. nu. 32.

Fæminæ Babyloniæ Magia amatoria vtebantur ad alliciendos prætereuntium animos. nu. 33.

Funi circundatio ad amorem apud Vergilium. nu. 34.

Amantis, vel amãti simulachrum funibus circundabatur ad amorem. nu. 35.

Funes huiusmodi laneæ rhombo torquebantur. num. 36.

Ossa olibarum apud Babylonicos in maleficio amatorio sucẽdebantur. nu. 38.

Ossa olibarum, quare in huiusmodi amato-

rio succederentur. nu.38.

Romani ad amorem lauros, & vitumen adolebant. nu.39.

Remedia contra maleficia apud veteres superstitiosa. nu.40.

Authoris sententia in alio Cardani remedio. nu.41.

Maleficia amatoria altero maleficio esse tollenda. nu.42.

Tibuli sententia circa remedia in maleficio amatorio. nu.43.

Remedia huiusmodi quam vana, & superstitiosa sint. nu.44.

Remedia Ecclesiastica, & moralia ad maleficia amatoria conducunt. nu.45.

Lascibiæ irritamenta vitare ad huiusmodi maleficium conducunt. nu.46.

Lusus turpis reputatur pro adulterio. numero 47.

Zarabanda, & Chacona *pudicitiam tentat. num.48.*

Saltationes huiusmodi, quas Zarabandas, *vocamus, apud Gaditanos veteres in vsu. nu.49.*

Maleficij amatori pœna, atque prohibitio. num.50.

Maleficium huiusmodi quando dolo malo non fit, aut mors non sequitur, quæ sit pœna. nu.51.

Pœna malefici hodie arbitrio iudicis est redacta. nu.52.

Iudex in maleficio amatorio pronior debet esse ad absoluendũ, quam ad cõdemnandum. nu.53.

Delicta, quæ amoris causa committuntur mitius puniri debent. nu.54.

Amoris affectus potentissimus, quia nõ consilio, sed furore ducitur. nu.55.

1 EVOVENDI maleficio supponẽdum est, Energumenos á Dæmonibus sæpe inuadi, & possideri, hoc est hominis corpora ingredi, & simul potestatem aliquam eos vexandi, seu affligẽdi accipere, vt docent *Mengus in fuste dæmon. & Petr. Thyræus disput. de dæmoniac. par. 1. cap. 1.* † Sic dæmoni traden 2
di potestatem, cõstat olim Apostolos habuisse ex Pauli verbis Corinthio. 1. cap. 5. *tradere homini Sathanæ*, & alios quosque sanctos viros, vt olim, sic, & hodie eã à Deo accepisse, *ad Thimoth. 1. cap. 1. cum alijs per Thyræum vbi prox.* † Maleficos autem eam habere satis 3
ex eorum actis, & confessionibus cõstat, qui solent, sic alios deuouere, ac dæmoni mancipare, vt eos tanquam prædia sua possideant, vt de Simone Mago narrat *Anast. Nicen. in locis sacræ Scriptur. q. 23.* de alijs *Codronch. lib. 3. de morbis venefic. cap. 7. Thyræus vbi prox. cap. 29. Remig. lib. 2. dæmonolat. ex capit. 9. Ioan. Cæsarius libr. 5. exemplor. cap. 11. & 26.* † Quibus astipulatur Ouidius 4
in Herois, dum huiusmodi maleficij mentionem faciens ita scribit.

Deuouit absentes, simulachraque cerea figit,
Et miserum tenues in iecur vrget acus.

† Nam licet ad maleficiũ hostile per- 5
tinere videatur, ex eis quæ diximus *sup. Cap. XXX.* ad hoc etiam amatorium conducere tenet *Ioan. Salisberien. lib. 1. de nugis curial. cap. 11.* † Quod ali- 6
quando *Poculum amatorium* appellatur, siue in potũ, siue in effum detur, vel aliter extra corpus affingatur vt docet *Grillan de sortileg. q. 3. ex num. 15. & q. 5. ex num. 2.*

¶ Intra corpus per effum, vel potũ 7
componitur ex hostia consecrata, *glo. in cap. accusatus, § sane, de hæretic. lib 6.* Vel non dum consecrata, sed notis, & litteris sanguineis circumscripta, oleo sancto, thure benedicto, aqua baptismali, lapide sacro, & alijs Ecclesiastico ritu benedicta, & cõsecrata, vt docet idem *Grilland. d. q. 3. num. 18.* † Quia 8
diabolus sub aliquo sanctitatis regmi

en

ne ſortilegia ſua abſcondit, & cultu veræ religionis obumbrat, vt ſimplices credentium animos fallatijs ſuis, decipiat, & ad hoc etiam vti ſolet relequijs ſanctorum *cap. Epiſcopus, cap. aliquanti h. 26. q. 5.* † Item per aliquas mixturas compoſitas, ex herbarum folijs, vel radicibus, metalis, vel reptilibus terræ, plumis, inteſtinijs, membris vé auum, piſcium, vel animantiũ particulis, quia multa ſũt pharmaca, quæ vim habent naturalem turbandi humores, irritandi ſemẽ, excalefaciẽdi totũ corpus. *l. eiuſdem legis. §. adiectio D. ad. l. Cornel. de Sycar.* † Et ſi nullæ eſſent poſſet dæmon rebus, quibus vellet vti, tanquam ſignis conuentis, & deinde iuxta pactum, ipſe per ſe turbationem, & flatulentiam, & pruritũ, & calorem in corpus inducere, ſimulq; perſonæ certæ importunã ſuggeſtionem imaginationi, quaſi valdé digna amari, obijcere, vt docet *Ioan. Bakelius lib. de Philtr.* † Nam dæmon, neque in bonum, neque in malum finẽ voluntatem noſtram cogere valet, ad ea, quæ nollumus amandũ, vt docẽt ex Theologis *D. Thomas, Paludanus, & dlij in Sent. 4. diſt. 34 Sprenger. in Mall. p. 1. q. 7. Medina lib. 2. de recta in Deum fide, Caſtro lib. 1. de iuſta hæreticor. punit. cap. 15. Mart. del Rio lib. 3. Magicar. diſq. p. 1. q. 2. ſect. 2. Suarez lib. 2. de Relig. c. 9. Raph. de la Torre tom. 2. de vitijs oppoſit. relig. q. 96. art. 1 diſp. 2.* † Quod ſimul probant Iuriſperiti *Bald & Binsfeld. in l. eorum. C. de malefic. & Matth. Anchar. in cap. ex tuarum de Sortileg. & in c. ſi per ſortiarias 33. q. 1. Grilland. de Sortileg q. 3. num. 12. & q. 10. num. 3. Nider. in Formicar. lib. 5. cap. 5. Leloyher lib. 1. ſpectror cap. 5. Tiraq. in. l. 13. cõnubial.* † Nam res, quæ ad amorem adhibentur voluntatem non cogunt, nec cõſenſum extorquent, ſed ſolum humores perturbant maleficiati, & quaſi in furorẽ accendunt, vt præter Sprenger. & Leloyherũ vbi ſupra acurate docet Ouidius, ſed locus excidit, verba autem ſunt.

Nec data profuerint pallentia philtra puellis,
Philtra nocent animis vimque furoris habent.

Vt de Remora, Rubetæ oſcillo, celebri felle, vel aſsini pulli, & alijs huiuſmodi, quæ vim habent irritandi corpus, vt docet *Cæl. Calcagnius lib. de Magia amatoria.* † De pellicula, quæ reuellitur à fronte pulli equæ naſcentis, cuius odor eam infurorem redigit, plura tradunt *Ariſtot. lib. 6. hiſtor. animal. c. 18. Plin. li. 8. c. 42.* † Ex quo Dido furibũda ad Aneæ amorẽ repitẽdũ, inter alia artis arcana apud Verg. Aenei. 6.

Pubentes herbæ nigri cum lacte veneni
Quæritur, & naſcentis equi de fronte reuulſus,
Et matri præreptus amor.

¶ Deus enim creauit hominem, & reliquit in manus conſilij ſui *Eccleſ. c. 17.* nã, vt ipſe met Deus ait Geneſ. 4. *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illi*, quia liberum eſt hominis arbitrium *Deuter. cap. 30. Ioſ. 24. Pſalm. 26. Sapient. 9. Corinth. 1. cap. 3.* † Vnde cum Deus hanc in hominem poteſtatem renuntiauerit, nulli ſunt Angeli, neq; Principatus, qui ſibi eam poſsint vindicare ſecundum Apoſtol. ad Rom. cap. 8. *Scio, quod neque Angeli, neq; principatus, neque poteſtates poterunt me ſeparare à charitate.* † Ergo multo minus diabolus, cuius poteſtas ſolum verſatur ad tentationem Apocal. cap. 2. *Ecce miſſurus eſt Sathanam, vt tentemini.* † Quod minime in voluntatem agit, cum poſsit homo reſiſtere, quia vt Apoſtolus teſtatur Corinth. ca. 10. *Fidelis Deus, qui non patitur vos tentari vltra id, quod poteſtis.* † Quare, qui dixerit poſſe dæmon ex poculo amatorio homi-

homines ad amorē cogere, hæreticus est, vt tradit *Bern. Basim de artib. Magic. concl. 6.* † Nam quod dæmon potest solum est imaginationem, & phantasiã turbare, humores cõcitare, & totum corpus interius quasi accendere, adeó vt varijs tentationum illecebris interius æstuo quodam liuidinis vexetur, ad desiderium carnalis copulæ cũ aliquo in genere. † Quod quandoque ex causa naturali tam vehemens esse solet, vt homines in furorem venire cogat, vt multis annumeratis docet *Petrus Forestus tom. 1. obseruat. Medic. lib. 10. obseruat. 29. & 30.* Quod dæmon præstare valet, vt Cupidinis nomine docet, Vergil. AEneid. prima.

Vt facie mutatus, & ora Cupido
Prodùlci Ascanio veniat, doniſque ferentem
Incendat Reginam.

Quod si tũc temporis maleficus amator accedat, & artibus, quibus solent mulierculæ capi, eam tam instãter vrgat, vel dæmõ de illo vno tam assidue memoriam, & phantasiam mobeat, exibẽdo species circunstantiarũ, propter quas amore dignꝰ videatur, & subtrahendo eas, quas indignum reddeãt facile fiet, vt in nassam præda cadat.

† Et ita intelligitur tex. in l. eorum, C. de malefic. & Math. *Impudicos animos ad liuidinem deflexisse*: non tamen defixisse, vt putat *Cuiatius*, quasi Magicũ verbum, vt constat ex lege XII. Tab. QVAECVNQVE AVGVR INIVSTA, NEFASTA, VITIOSA, DIRA DEFIXERIT. † Sed *defixio*, magicæ deuotionis, & execrationis quodam genus fuit, & non animę per mobendæ, sed sanitatis corporis perdendæ institutum, Plin. lib. 28. histor. cap. 4. *Defigi diris imprecationibus nemo non metuit*, Ouid.

Sagaque Phœnitia defixit nomina cera.

† Nec satis Latinum est *animum defigi*, sed *deflecti*, vt apud *Iul. Paulum lib. 5. sententiar.* Quod minimé coactionẽ importat, sed tantum seductionem, vt Saga illa apud Vergil. AEneid. 4.

Hæc se carminibus promisit soluere mentes
Quas vellit, ast alias diras immittere curas.

¶ Extra corpus, maleficiũ fit amatorium, quando sub certa forma cõposita chlamydi assuunt, vel tunicæ maleficiandi, vel abscondunt sub capite lecti, aut sub limine ostij, vel alteri⁹ loci super quo ipse maleficiandus sit transiturus, vt docent *Grilland. d. q. 3. nu. 23. & q. 5. nu. 3. Pomponat. lib. de incantat. cap. 8. Marsil. Ficin. libr. 13. Thelogiæ Platot.* † Item per imaginum fabricationem ex cera, vel argilla, quas ad ignem vrebant, & sic illos, quibus defigerant, ardere, & vri in eorum amore pollicebant, de quo authorem habeo, quem proximé laudaui, Vergil. Eclog. 8.

Limus vt hic durescit, & hæc vt cera liquescit,
Vno eodemque igne sit nostro Daphnis amore.

Ad quem morem respexisse videtur Babyloniorum mos apud Prophetam Baruch cap. 6. *Mulieres autem circundatæ funibus in vijs sedent succendentes ossa oliuarum: cum aliqua ex ipsis attracta ab aliquo transeunte dormierit cum eo, proximæ suæ exprobat, quod ea non sit digna habita sicut ipsa, neque funis eius diruptus sit.* † In cuius explicatione variãt Interprætes, *Cæstanus, & Lyranus* delirant. Rem acu tetigit *diligentissimus conciuis, & præceptor meus P. Mart. de Roa libr. 3. Singul. cap. 9.* Si tamen funis eius circundatio, & succensio oliuarum, ad hoc maleficium referret.

† Nam cum Babylonicæ fœminæ magicis artibus fuissent deditissimæ, hãc

non

non præterierunt, ad Veneris expiationem, in cuius templo semel in vita commorare tenebantur, donec ab aliquo trãseunte atractæ dormierent cũ
33 eo, vt docet *Herodot. lib.* 1. † Quare vt citius se expedirent magica solebant incantamenta peragere ad prætereuntium animos conciliandos, quia honoris fuit á pluribus appeti, ciciusque se expediri, & sic vicinis suis exprobabant, quod illæ non sint dignæ hauitę
34 sicut ipsę. † Cuius rei causa circundatæ funibus sedebãt, Magicę impræcationis ritus, Vergil. d. Ecclog. 8.

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore
Licia circundo, terque hæc altaria primum
Effigiem duco.

53 Amati nempé simulachrum, vel ipsi amantis, quod ligabatur cõceptis verbis, idem Vergil. vbi prox.

Necte tribus nodis ternos Amarylli colores,
Necte Amarylli nodos, & Veneris, dic vincula necto.

36 Quæ vt plurimum laneæ fuerunt, & rhombo torquebantur, vel debluebantur ab orbe, vel glomo, Propert. lib. 3.

Improbа nen vincit me moribus illa, sed herbis
Stamine à rhombo ducitur illa rota.

37 Neque ossa oliuarũ ad nil aliud succẽdi existimo, quam quod prætereuntes in earum simul amore succenderentur, ne diutius pro Deæ expiatione cõmorare cogerẽtur, vt docet *Herodot.*
38 *vbi sup.* † Quidquid alia Cassiodorus, Procopius, & Lyranus ex antiquitatis ignorantia comminiscantur, nam ossa oliuarum, hoc est minutas olivas, & duriores cæteris, & pené osseas, vt flectebantur igne, sic prætereuntium ossa, & corda vrere, & adolere præcabantur, vt tradit *Salisberiens. lib.* 1. *de nugis curial. cap.* 11. † Quo respexerunt, 39
& Romani dum loco ossis oliuarum, lauros, & bitumen ad amorem conciliandum á dolere consueberunt, Vergil d. Ecclog. 8.

Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros
Daphnis me malus vrit, ego hanc Daphnide laurum.

¶ De remedijs non minus dicendũ 40
est, ea vana, & superstitiosa esse, quę in huius maleficij antidotis veteres tradiderunt, vt de herba Promethea, de hirci vrina, de rubeta corio pecoris recentis alligata, de virga lupi; & similibus apud *Pomponat. lib. de incantationib. Plin. libr.* 28. 32. & 39. † Turpius apud 41
Cardanum lib. 2. *variet. rer.* scriptum est. *Eum, qui stercora recentiora amicæ in suo ponat caluo, & calceum statim induat, amore liberandum.* Vtatur ille suo remedio: appagé, has sordes equidẽ tetro odore cum fastidio cõmutandum crediderim, quandiù fœtor durauit. † Alij 42
dicunt hoc maleficium altero maleficio esse tollendum, *Bart. & Salicet. in l. eorum, C. de malefic. & Mathen. Cod. öch. lib.* 4. *de morbis venefic. cap.* 9. *Grilland. de fortileg. q.* 2. *num* 4. & 5. † Nam vt ait 43
Tibul. lib. 1.

Quid credam? nempè hæc eadem se dixit amores
Cantibus, aut herbis soluere posse meos.
Et me lustrauit tedis, & nocte serena
Concidit ad Magicos hostia pulla Deos:
Non vt totus abesset amor, sed mutuus esset
Orabam: nec te posse carere vellim.

Putabãt enim his lustrationibus duo- 44
rum alterum euenire, vel vt amore liberarentur, vel votis potirentur: sed cum euentus neque à natura, neque á Deo expectatur, totus pendet ex Dæmonis pacto, quo his miseris frequenter solet irridere, vt non malé Nemesius

sius pastorem inducit quærentem hęc omnia sibi in casum cecidisse.

Quid prodest, quod me peregrini mater Amynthæ
Ter vittis, ter fronde sacra, ter thure vaporo
Lustrarit, cinereſque auersa effundit in amnem,
Incendens viuos crepitantes sulfure lauros:
Cum sic in Meroem totis miser ignibus arsi.

45 ¶ Vnde recurrendum est ad remedia Ecclesiastica, quæ prosunt semper animæ, & corpori nunquam nocent. de quibus *dicemus infra cap fin.* vel ad moralia, quibus caro macceratur, & concupiscētiæ motus licentius erumpentes compescuntur, vt op era pœnitentię, humi cubationes, cilitia, flagella, & simi liū plura apud *Mart. del Rio* 46 *d. q. 3.* † Et simul vitare lasciuiæ irritamenta, vt liuidinosos complexus, tactus colloquia, & similia, de quibus late *Neuizan. in Sylua nup. lib. 2. Thom. Sanchez de matrim tom. 3. lib. 10. disp. 46. ex num.* 32. Nam vt ait glos. in l. quod ait lex D. ad l. Iul. de adulter.

Visus, & alloquium, tactus, post oscula factum.

Lussus similiter, quæ sunt veneris propinationes, *Ouidium libr. tertio artis* 47 *Amandi.* † Quare vasalus, qui propter adulterium commissum cum vxore domini priuatur fœudo, priuatur similiter si cum ea turpiter lusserit, *cap. vnico, §. 1. quibus mod fœud. amitt. in* 48 *vsibus fœudor.* Cuiusmodi sunt psaltationes, & gesticulationes venereas, vulgo *Chaconas*, aut *Zarabandas*, & alia huiusmodi, quæ pudititiam tentant, *D. Antonin par. 2. tit. 3. cap. 7. §. 5. Alcozer in Sum. cap. 20. & lib. de lud. cap. 54. Cordub. q. 5. concl. 2. Thom. Sanchez vbi su* 49 *pra ex num.* 42. † Quarum modus non sanè Hispanię nouus ex Indorum cōmunicatione ortus, nam similes saltationes apud veteres inuenio Gaditanos in vsu, Mart. lib. 5. Epig. 79.

Nec de Gadibus improbis puellæ
Vibrabunt sine fine prurientes
Lasciuos docili tremore lumbos.

Iuuenal. lib. 4. Satyr. 11.

Forsitam expectes vt Gaditana canoro
Incipiat pruire choro, plausuque probatæ
Ad terram tremulo descendunt clune puellæ
Irritamentum Veneris languentis.

¶ De ea prohibitione, ac pœna re- 50
stat dicere circa poculum amatoriū quod si mors ex eo fuerit secuta quā vt plurimum sequi tradit, *Hipp. Marsilis in l. eiusdem legis, D. ad l. Cornel. de Sycar.* Aut amoris illiciti causa exerceatur pœna mortis punitur, vt per *DD. in l. si quid aliquid, D. de pœn. l. nemo haruspex. C. de malef. & Matth. Iul. Paul. lib. 5. Receptar. tit. ad l. Cornel. de Sycar.*

† Si mors autem non sequitur, aut do 51
lo malo non fit, quia præstatur ad conciliādum maritū ab vxore immerito aspernatum, vel dæmō nō inuocatur expressé (quia res tantum superstitiosę adhibentur) relegationis in nobiles, damnationis in metallum in viliores pœna statuitur *d. l. si quis aliquid, § abortionis, D. de pœn.* † Quæ hodie ad Iudi 52
cis arbitrium est redacta, vt tradunt *Grilland. de sortileg. d. q. 11. nu. 26. Petr. Binsfeld. in d. l. eorum, q. 3. Menoch. de Arbitrar. lib. 2. cas. 358.* † Qui si in omnib⁹ 53
delictis pronior debet esse ad absoluēdum, quam ad condemnandum, *l. absentem, D. de pœn.* in hoc maximé dixit *Abb. in rub. de hæretic. nu. 13.* † Nam de 54
licta, quæ amoris causa committūtur mitius puniri debent, & à pœna ordinaria excusantur, *Anto. Gomez variar. 3. cap. 14. nu. 28. Simanc. de Cathol. Instit. tit. 17. ex n. 43, Tiraq. de pœn. temp. cas. 4.*

Iul.

Iul. Clarus in Prax. §. fin. q. 60. num. 18. Petr. Gregor. in Syntag. par. 3. lib. 20. cap. 3 num. 9. † Quia potentissimus est effectus amoris, qui non consilio, sed furore ducitur, vt docet *D. Hieron. in Ioel. cap. 1. & lib. 2. contra Iouin. Sanctius, & Minois ad Alciat. emblem. 105. 106. & 107.*

CAP. XLVIII. De maleficio Odij.

SVMMARIVM.

MAleficium odij quare à dæmone causetur. num. 1.
Bufones oculis consutis in maleficio odij parantur. num. 2.
Serpẽtum capita, vel pelles defodere ad maleficium odij. num. 3.
Quisquiliæ in maleficio odij adhibitæ signa sunt pacti latentis. num. 4.

MALEFICIVM odij, vt moraliter, ita à dæmone causari potest, vt se inuicẽ abhorreãt, opportunas ad id, vel ad irascibilem concitandam imagines phantasiæ aducendo, ita vt cum occurrerint animo, vix queat homo non grauissime irritari, & scandescí, etiam in illos, quos (hac perturbatione desiniente) attatim amat, vt de quodam Iacobo ab vxore aspernato, narrat *Codronch. li. 3. de morb. venesi cap. 8.* † Ad quod perpetrandum solent maleficæ bufones ollæ includere cõsutis oculis, & eos sub lecto abscondere, vt narrat idem *Codronch. dict. lib. 3. cap. 6.* † Vel serpentum capita, & pelles defodere sub limine, vel in angulis domus vt obseruat *Casalpin. de inuestig. dæmon. c. 10.* † Sed hæc, & aliæ quisquiliæ signa tantum sunt pacti combenti cum dæmone, quibus concurrit, & opus perficit, vt ille, qui paredrio suo dicebat apud Port.

Tu potes vnanimes in prælia mittere fratres.

CAP. XLIX. De maleficio sanitatis, vulgo Ensalmo, & an visu, contactu, voce, afflatu, osculo, vel nudi linthei applicatione vulnera, & morbi naturaliter medeantur.

SVMMARIVM.

COntactu voce, afflatu, osculo, vel nudi linthei applicatione sunt qui causam physicam exquirant. num. 1.
Origines, & alij de maleficio sanitatis reprehensi. nu. 2.
Sanitatis maleficiũ virtuti naturali animi cõplexioni tribuit Auicena. num. 3.
Sanitatis virtus temperamento corporis bene dispositi tribuit Fulgines. nu. 4.
Sanandi virtus lapidum, & herbarum reperiri in homine vt in microcosmo. numero. 5.
Sanandi virtutem alij tribunt imaginationi. num. 6.
Imaginatione sanitas conferri non potest. nume. 7.
Sanitatis virtus tribuitur influxu corporum cœlestium. nu 8.
Visio vel cum imaginatione nuda ad vulnera sananda non conducit. nu 9.
Videndi potestas potentia est passiua. numero 10.
Rupiculæ fabula de visuo maleficio repræhenditur. nu. 11.
Visui multa tribuuntur, quæ sympathiæ, & antypethiæ sunt referenda. nu. 12.
Basilici visus non nocet, sed virulentus halitus. nu. 13.

Struthio-

Struthiocamelus visu non excludit ova, sed aspicit vt abortat nocitura. nu. 14.

Lynceos, quos dicimus Zahories, *probant non Poetæ modo, sed Philosophi. numero* 15.

Lyncei huiusmodi fabula deprehenditur. num. 16.

Contactus sanitatem adferre non potest. num. 17.

Contactu quam multa fiant. nu. 18.

Bufone hiante miro cum eiulatu mustela ori deborandæ se inserit. nu. 19.

Echis piscículi adherens navigio eum sistere cogit. nu. 20.

Verba vlla naturaliter non possunt vulnera, vel morbos sanare. nu. 21.

Verba non posse vulnera sanare probant Iurisperiti. num. 22.

Vox in audientem nihil operatur, nisi ratione soni. nu. 23.

Magus carminibus belluam prosternunt ex pacto. nu. 24.

Numer. cap. 5. de abiuratione Zelotypia, *explicatus. nu.* 25.

Afflatu, & halitu morbus induci potest. num. 26.

Halitu, & afflatu, vt morbus, cur salus nõ inducatur. num. 27.

Salutatoribus vim illam probatur naturalem non esse. nu. 28.

Salutatoribus probatur vim illam non esse ratione indiuidui, vel naturalis complexionis. num. 29.

Christus miracula non est operatus ex naturali temperamento, sed diuina virtute. num. 30.

Salutatoribus vis illa non est ex cœlesti constellatione. nu. 31.

Sanitatis opus, quod ex nudi lintei applicatione fit prorsus suspectum est nu. 32.

Pactum interuenit quotiens nec miraculi, nec naturæ vis intercedit. nu. 33.

Militũ praxis quotidiana curationis obuicitur. nu. 34.

Saludadores, *dono sanitatis se præditi gloriantur. uum.* 35.

Sanitatis donum non est naturale, sed supernaturale. num. 36.

Salutatores huiusmodi tanquam superstitiosos, & pacto suspectos improbantur. num. 37.

Reges Francorum solo tactu strumas, & scrophilas sanantes. nu. 38.

Reges Angliæ virtutem obtinuisse ad sanandam nerborum contractionem, pasmum, & morbum commitiale. nu. 39.

Elisabetha Regina Anglorum, qua arte tactu morbos sanasset. nu. 40.

Gratia non est naturalis, quæ non omnibus nec semper se diffundit. nu. 41.

Gratia non est diuina, quæ non perfecte sanauat. num. 42.

Miracula edi ad confirmationem falsæ fidei reprobatur. nu. 43.

Peccatores, & perperam de fide sentientes miracula edere. num. 44.

Peccata actualia gratiæ beneficium non impediunt. num. 45.

Salutatores licet perditissimi gratiæ donum possunt obtinere. nu. 46.

Salutatores in totum nõ sunt damnandi, sed lynceis oculis examinandi. nu. 47.

Salutatorum iactantia de reuelatione eorũ quæ à se pocul gesta sunt falsa omnino est. num. 48.

Salutatores qui dicunt in præsentia alterius salutationis maioris vim habentis se sanare non posse sunt suspecti. nu. 49.

Salutatores dicentis ab alteris salutatoribus dignosci se suspectos reddunt. numero 50.

Salutatores reprobantur dicentes panem à se demorsum proficere contra morsos rabidorum canum. nu. 51.

Salutatores pacto videntur suspecti, qui tractant ardentes carbones sine nocumento. num. 52.

Salutatores huiusmodi quare videantur superstitiosi, atque detestati. nu. 53.

Salutatores huiusmodi quantumbis pijs rebus, & verbis vtantur superstitiosi censentur. uum. 54.

Salutatores huiusmodi quãto sanctioribus rebus vtuntur, tanto superstitiosiores censentur. num. 55.

Salutator damnatus Ipis, quod sacrosanctis consecrationis verbis vulnera sanasset. num. 56.

Salutatores vocantes, & eis fidem præbentes eorum pacto irreciuntur. num. 57.

VNT, qui in his rebus causam physicam exquirunt, ipsis vocibus, contactibus, afflatib⁹, oculis, & similibus vim tribuentes, vt *Arabes ferè omnes, Cabalistæ, & recentiores Iudæi, atque Magi Pomponazius Agrippa, Paracelsus, & VVierus.* † Quorum errore non fuit immunis *Origin. contra Cels. libr. 1. & 5. Serenus libr. de re medic. Aetius lib. 8. cap. 5.* & ex nostris *Grillan. de fortileg. q. 8. Petr. Leloyher lib. 1. Spectror. cap. fin. & lib. 4. cap. 4.* † Cuius rei causam ex naturali animi complexione tradit *Auicena*, dum censet intellectui bené dispositio, & supra materiam eleuato, res cunctas, quæ materia constant, cœlestes, & terrenas, simplices, ac mixtas obedire, quod vt erroneum improbarunt *Annan. lib. 4. de natura dæmon. & Sibyllan. de peregr. qq. decad. 3. q. 3. cap. 8.* † Alij hanc virtutem largiuntur speciali quodam temperamẽto corporis benè dispositi, & humorum, & qualitatum actiuarum, quibus aiunt posse mira efficere, vt de Christi Domini temperamento rot miraculis corruscante blasphemant *Fulginus Medicus, Agrippa Magus, & Paracelsus hæreticus.* † Contendentes, quod sicut in herbis, lapidibus, & animantibus inuenitur hæc virtus sanandi, ita in homine, vt in Microcosmo similis virtus reperiatur, ita vt in vno homine sit virtus talis lapidis, in alio talis plantæ, & c. quibus se subscribit *Pomponat. lib. de incantat. cap. 3.*

¶ Alij hanc vim imaginationi tribuunt, quam dicunt posse immutare corpus disiunctum, & separatum ab imaginatione, vt tradunt *Marsilius Ficinus libr. 13. Theolog. Platon. Medina lib. 2. de recta in Deum fid. cap. 7.* † Quod siue accipiant ex solo animæ præstantioris imperio, vt ex doctrina *Auicenæ tradunt Auger. Ferrer. li. 2. de Metod. cap. 11.* siue mediantibus radijs visiuijs, vt de fascino *diximus sup. cap. 53. ex nu. 12.* vt merum delirium damnarũt *Valent. 2. 2. disput. 6. q. 13. punct. 2. Vayrus lib. 2. de Fascin. cap. 9. Annan. lib. 4. naturæ dæmon.* † Alij simili vesania lęsi tribuũt influxu corporũ cœlestiũ ex illo Magico Ptholomæi aphorismo, *Vultus inferiores subiectos vultibus cœlestibus.* Cui consentiunt *Aphrosidæus, Paracelsus, Porphyrius, & alij Platonici*, & recentiores *Pomponatius, Ficinus, Dulcius, & Mizaldus.*

¶ Vnde visio sola, vel etiam cum imaginatione nuda ad vulnera sananda satis ineficax est, vt docet *Leonard. Vayrus lib. 2. de Fascin. cap. 9. Baptista Codronch. lib. 2. de morbis venef. cap. 2. Laurent. Annan. lib. 4. natur. dæmon. Bekelius li. de philtr. cap. 1.* † Nam ex oculo nihil emittitur, quod nocere posse, vt diximus *sup. cap. 34.* quia potestas videndi, potẽtia est passiua, quę per introsumptionem obiectum repræsentat, vt docet *Auunculus meus D. Ioan Baptista Villalpando in Regio Codice tom. 2. de extrema vis. Ezech. lib. 2. cap. 7.* † Nec obstat quod de Rupicula, siue Hiancintilla narrat *Plutarch. lib. 5. Symposiac. cap. 7.* Quod si oculos in icterium defingat, sibi morbum, ægro sanitatem adferre, quia ridiculum est, nisi ad aliquam similitudinem, & sympatiam naturalẽ morbi, & auiculæ referas, vt diximus de charadrio *lib. 1. cap. 2. num. 14.* † Ex

hac

hac enim leo metuit galli aſpectũ, & lupꝰ viſo homine rauceſcit, & è cõtra, vel quia ob micantes eius oculos, & aſpectum formidabilem, qui inferam improuiſam incidunt, metuunt vehementer, timor repentinus ſanguinem ad cor fugat, & frigus cæteris membris inducit, vnde raucedo, & vocis impedimentum, ſecũdum *Auinzohar* 13 *lib. 1. Theiſir tract. 10. cap. 45.* † De regu li, ſiue Baſiliſci intuitu notior narratio eſt, quam verior, nam ſi reperitur tale animal, violento halitu, ac virulento vicinum inficit aer, iſte necat aſcendẽ tes, vt narrat *Laonar. Vayrus vbi ſup. c.* 9. & nos diximus *ſup. cap.* 39. *de faſcina* 14 *tione ex nu.* 42. † Neque minus obſtat ſtruthiocamelum, & tardi gradam, & domi portam teſtudinem aſpectu pul los ex ouis excludere, quia non credo nam in arenis oua derelinquunt, & aſpiciunt ſolum vt arceant nocitura, poſtea benigna mater tellus, ea calore maturat, vt in lacertis contingit, *Ari-* 15 *ſtot. lib. 1. naturæ animal.* † Neque obſtat etiam genus quodam Hiſpaniæ homi num, quos vocamus ZAHVRIS, & *Lynceos* poſſumus appellare, qui ſe vi dere abdita in penetris terræ viſceri bus, venas aquarum, & metallorum, theſauros, & ſub ſarcophagis ſita ca dabera, vt docent non Poetæ modo, ſed Philoſophi *Cæl. Rodigin. li. 16. antiq.* 16 *lect. cap. 2. Vayrus d. lib. 2. cap. 4.* † Quia præter venas aquarum, & metallorũ, quæ ex vaporibꝰ illæ, hæc vero ex her bis ibi naſci ſolitis, noſcuntur, vt pror ſus falſum habendum eſt, nam mediũ iſtud ſarcophagorum, aut telluris, tã denſum, ſolidum, & opacuum eſt, ſiue illuminationis expers, vt nequeat vi ſu penetrari, niſi pactum accedat cum dæmone, vt docet *Mart. del Rio ad Se nec. in Med. v.* 231. *& lib. 1. Magic. cap.* 3. *q.* 4. *Thom. Sanchez in Sum. tom. 1. lib. 2. cap. 38. num. 37.*

¶ Secundo contactus per ſe ad id 17 nõ minus eſt inidoneus, nam hic da tus fuit homini ad propriæ vitæ con ſeruationem, nec vim habet aliã, niſi tãgendi: ſi veró aliam habet huiuſmo di mira perpetrandi, vis illa ſit oporter ſalutaris natura ſua, vel noxia: ſi ſalu taris, ſuo prius corpori ſalutem adfe rret: ſi noxia, prius noceret eum, cui ineſt: horum tamen nihil cernimus contingere, ergo, &c. vt cõclu dit *Vay-* *rus vbi ſup. lib. 3. cap. 6.* † Sed qui contra 18 riam tenent ſententiam obiciunt no bis hyenæ vmbram canem obmuteſ cere, ſerpentem quernis contactam frondibus emori, pennas aquilarum cæteris admixtas, eas abſumere: lupi nas fides, ſi iungas agninas, iſtas deſi lire, & ſimilium plura, quæ minime ad hominis contactũ ſunt trahenda. † Nam illa probeniunt ex naturali an 19 typathia, & ocultarum qualitatũ no xa diffuſione, vt bufone hiante, quaſi coactam, miro cum eiulatu muſtelã videas ſe ori deuorãdam inſerere, vt narrat *Fracaſtor. lib. de antypath. & ſym pat. cap.* 1. † Echnis piſciculus, vulgo 20 *Remora*, nauigio adhęrens (licet ingen ti curſu feratur) eum ſiſtere, & effrena re cogit, vt narrat *Ariſtot. lib. 2. hiſtor. anim. cap.* 14. Lucan.

Puppim retinens Euro tendentes rudentes
In medÿs Echnis aquis.

¶ Tertio quoad verba atinet, pluſ- 21 quam compertum eſt, nulla eſſe ſiue voce prolata, ſiue literis cõcepta, quæ hanc vim naturalẽ vulnera, vel mor bos ſanandi, vel noxas alias pellendi poſsint elargiri, vt docent ex Theolo gis *D. Thom. 2. 2. q. 96. art. 2. & lib. 4. contra Gent. cap.* 104. & 105. *Cirnelus de ſuperſtit. p. 3. cap. 3. Suarez de Relig. lib. 2.* — † Ex Iuriſperitis *Vlpian in l. 1. D. de ex-* 22 *trahord. cognit. Grilland. de ſortileg. q. 3.* — Ex Medicis *Hippocrat. lib. de ſacro morb. Galen.*

Galen. lib. 6. & 10. Simplic. medic. Ioan. Lagius epist. 33. Valles de sacra Philosoph. cap. 3. Ex Philosophis *Theophrast. lib. 9. histor. plantar. Plutarch. in vita Pericli.*

23 † Nam vox inaudientem nihil potest operare, nisi per accidens ratione soni, vel significationis verborum alterans audientem, vt ea, quæ adfert lætitiã, timorẽ, &c. vt docent *Leonard. Vayrus lib. 1. de Fascin. cap. 11. Bapt. Codronch. lib. 2. de morb. veneficiar. capit. 5.*

24 † Neque obstat Magos carminibus belluam prosterni, vt mortuã, & rursus alijs in pedes agi, quia illa non vi carminis, aut vocis, sed pacti, & incantationis à dæmone fiunt, vt quæ execrationibus filium reddit immobilẽ apud *Lauren. Annaniam dict. libr. 4. de*

25 *natura dæmon.* † Neque minus obstat adiuratio illa Zelotypiæ Moysis ad cuius prolationem adulteræ vterus dirumpebatur, & fœmora putrescebãt, *Numer. c. 5.* quia quã habebat efficatiã desursũ habebat, fere sicut hodie, preces Ecclesiæ, formulæ Sacramentorũ & sacramentalium, quæ vim habẽt supernaturalem ex Dei institutione, vel gratioso concurrendi modo.

26 ¶ Quarto de afflatu, halitu, & oscu lo solet dubitari, vt eis morbus, an salus inducatur. De morbis satis dixim⁹ suo loco, virulẽto halitu posse necare, quia ex eo inficitur proximus aer, & ex eo partes contiguæ, vt sic ad partẽ aeris proximã illi, qui est inficiandus, virus perueniat, vt habetur *sup. cap. 34. de*

27 *Fascinat. ex n.* 29. † Sed eodem modo sanitas posse induci contrario halitu valde addubito, nam sicut in homine qualitas nociua, ita & sanatiua, nõ sequitur, nã plura sunt necessaria ad sanitatẽ, quam ad ægritudinẽ, vt docet

28 *Arist. in Problem. sect. 7.* malũ enim ex quouis defectu, bonũ ex integra causa secũdũ *Platon. dial. de repub.* † Neq; obstat Põponatij fundamentũ superius aductũ: nã si salutatoribus vis illa naturalis inesset, & ratione speciei humanæ accepissent: oporteret, vt omnes homines ea vi pollerent, quia omnis manes ferrũ atrahit, & omne rhabarbarum bilẽ expurgat. † Si ratione in- 29
diuidui, & singularis cõplexionis: omnes deberent eiusdẽ naturæ simili virtute corruscare, quod falsum est, nam & si duo simul, & vno tẽporis momẽto nascãtur, simili virtute præditi nõ sunt, vt probat *Leonard. Vayrus vbi sup. lib. 3 cap. 6.* † Vnde blasphemãt Agrip 30
pa, & Paracelsus in loco proximè citato, dũ huius tẽperamẽti vi Christum Dñm tot miraculis coruscasse cõtendũt, quod vt prorsus falsum, & commẽtitium reicit *Mich. Medina lib. 2. de recta in Deum fid. c. 7.* † Neq; assen- 31
tiendũ est Albert. Magno id constellationi cœlesti tribuenti: nã si loquitur de constellatione, quãdo iste nascebatur, omnes eadem vim haberent: qui tunc nati, si de cõstellatione sub tẽpus cõtactus poterũt sanare omnes, quod tunc tãgerent. † Et tandẽ linthei nudi 32
applicatione, res dilucior est, nam cũ illam virtutem nõ habeant á natura, quia ab alio facta nihil operatur, necesse est, quod sit supernaturalis, à qua piã creatura spirituali producta, non Angelica, quia Deus nil tale promisit, ergó diabolica, quæ his nenis oblectatur. † Quotiẽs enim nec miraculi, 33
nec naturæ vis, nec artificij solertia intercedit, pactum interuenit, vt docẽt *D. Thom. 22. q. 96. disp. 6. q. 12. Fr. Victoria in relect. de Mag. num. 16.*

¶ Sed ad hæc omnia obiciunt præte 34
rea varia curationũ genera, quasi frequentia: et in primis praxis quotidiana militum, qui solo tactu, afflatu, vel nudi linthei applicatione vulnera sanant atrocissima, quorum professionem vocant *artem S. Anselmi.* † Itẽ, & 35
genus illud, quod Hispani vocamus *sa*

ludadores, Itali *S. Catherinæ alūnos*, prōpter eius rotæ vestigia scapulis impressa; Belgę *filios Paraſceues*, quia nati sunt eo die, qui omnes dono sanitatis in varijs morbis se pręditi gloriātur, ex virture flatus, vel cōtractus, vel confidentiæ, & imaginationis, vt cōtendit *Pomponat. li. de imagin.at.* † Qui eo mihi semper suspecti visi sunt, quia donum conferendæ sanitatis, siue curationis, non esse donū naturale, vt ipsi contēdunt, sed supernaturale, & gratiam gratis á Deo datam, vt certa fide tenendū est, ex Apostoli verbis Corinth. 1. cap. 12. *Alij gratia sanitatum in vno spiritu, alij gratia virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum.* † Vnde eos tanquā superstitiosos, & pacto dæmoniaco suspectos damnatūt *Alphon. Vera Cruz lib. 2. de anima ſpecul. 2. Mercado to. 1. lib. 2. claſſ. 3. q. 168. art. 4. Thom. Fieno de virtb. imagin. q. 24.* † Neq; obstat quod Christianissimis Regibus Frācorū solo tactu strumas, & scrophilas sanantibus narrant nō solum annales, sed etiam & Medici *Ioan. Tagaucius Inſtit. Chirur. lib. 1. Guidon. in Chirurg. mag. tract. 2. doctr. 2. cap. 5.* † De Regibus Anglię idem priuilegium, seu donum obtinētibus narrāt Annales, dum eos referūt olim quosdam annulos benedixisse vtiles neruorū cōtractioni, spasmo, & mormo cōmitiali, & similiter tactu strumosos sanare solitos, *Polido. Vergil. lib. 8. hiſt. Anglor. fol. 140.* † Quod puto obtinuisse dum in gremio fuerūt Ecclesiæ, nam quæ ipse de sua Elisabetha Regina, vt caput vngat, videtur referre *fol. 105.* vel fictitia, si non veré ęgri, vel fieri physica aliqua vi emplastorū, vel aliarum rerum latentiū, aut pacto tacito, vel expræsso cum dæmone, à quo nec hæreticorum genus, nec aliæ quedam circunstantiæ multum obludūnt. † Nam quod ipse subdit *dict. fol. 105.* nō omnibus, nec semper, sed quibusdam aliquando hanc gratiam, & grauate solere impertiri, & *fol. 106.* quod pars magna hominum curata istius gratiæ beneficio, quasi reuelauit in pristinum morbi statum. † Nam si hoc charisma, quod ipse vult persuadere, fuisset naturale, non in quibusdā nominatim, sed in omnes, etiā quos nollet, diffunderet. Si á Deo vero, non illis tantum, neque relaberentur, quia eius opera perfectissima sunt, *Apostol. ad Roman. cap. 11.* † Præter quam quod miracula edere ad confirmationem falsæ fidei communis Theologorum Schola semper negauit, vt probat *Maldonat. in Matth. cap. 7. v. 21.* vel ex illo Nicodemi de miraculis Christi apud D. Ioan. cap. 3. *Nemo potest hæc signa facere, nisi fuerit ſpiritus Dei cum eo.* † Sed si obicias á malis quoque, & perperā de fide sentientibus nonunquam vera miracula edita fuisse, vt á Balaamo, & Caipha: nō propterea sequitur ea fuisse ad cōfirmationem falsæ fidei, quia miracula vera Pheudoprophetarum in nomine Christi eduntur, *D. Matth. cap. 7.* & propterea in vere fidei confirmationem, *D. Augoſt. lib. 10. Ciuit. Dei cap. 16. D. Thom p. 1. q. 100. art 4.*

¶ Neque obstat Christianissimos Reges Frāncorū (licet aliquando peccatores) hoc donum obtinuisse, quia nullus aduc eorū aperté hæresim professus est; peccata enim actualia gratię beneficium non impediunt, quia manus Dñi abrebianda non est, vt quos vellit hanc virtutem largiatur, *Diuus Iſai. capit. 59.* † Nam vt donum Prophetiæ Balaamo, *Numerorum capit. 22.* Sauli *Reg. 1. cap. 10.* Sic & sanitatis alijs improbis dari consueuit, & per consequēs istis salutatoribus, qui licet alias sint perditissimi, hāc gratiā posse obtinere contendit *Nauarr. in Manual. cap. 11. num. 36.* † Vnde eos in totum damnari non debent, cum multi hac virtute

te prædēti reperiātur, sunt tamen lynceis oculis examinādi, an naturalibus vtātur remedijs, an verò per solā gratiā gratis datā, an per pactū cum dæmone operentur, quæ ex circunstantijs sunt dignoscendæ, vt docent *Nauarr. vbi sup. Vera Cruz libr. 2. de anim. specul. 2.*

48 ¶ Nam primo falsa sunt illa, quæ præfati salutatores de se profitentur, videlicet de iactantia reuelationis eorum, quæ procul à se gesta sunt, vel superstitiosa, nam eo, quod dicunt in quarta, & sexta feria maiorem virtutem habere pacto sunt suspecti, vt docet *Vera Cruz vbi prox.* † Secūdo quod dicunt in præsentia alterius salutatoris vim maiorem salutandi habentis se sanare nequire: absurdum est: deberet enim potiꝰ vis illa si naturalis magis intendi, si diuina, non retractari: ergo dæmoniaca, quia alterius dæmō inferiorem cogit parere, *vt diximus supra capit. 4.* † Tertio mentiuntur dum dicunt naturaliter vnum salutatorem ab alijs salutatoribns dignosci, licet eum prius nūquam viderit, quod signum alicuius notæ illius á dæmone impressæ, quale vestigium S. Catherinæ, de quo supra, vel stigmatis, *vt in d. cap.* † Quarto falluntur dum putant contra morsus rabidorum canum, & infectis toxico proficere panem à se demorsum, vt tradunt *Codronch. & Vayrus vbi supr. Raph. de la Torre tom. 2. de vitijs oppos. relig. quæst. 96. art. 4. disputatione 7.* † Quinto delirant dum putant se tractare posse carbones, & ardentem clybanum subire sine nocumento, quia naturaliter non fit, nec diuiné, quia miracula ex consuetudine, & quasi ex frequentia non fiunt: quare pacto sunt suspecta, aut impostura, præmunientes se prius lotione rerum frigidissimarum, & tunc nō nisi ad breue tempus, vt tradit *Vayrus lib. 2. de Fascinat. cap. 11.*

¶ Et ita vt plurimum tales salutatores sunt superstitiosi, ac pacto dæmoniaco suspecti, nam cum talis effectus non sit naturalis, nec diuinus, vt iam ostendimus, de necessario dæmoni est tribuēdus, vt probant *Ciruel. de superstit. par. 3. cap. 3. Victoria in relect. de Mag. num. 28. D. Anton. par. secunda titul. 12. cap. 1. §. 11. Thomas Sanchez in Summ. tom. 1. capit. 40. ex num. 39. & maximè numero 45. Petrus Binsfeld. in Confessione maleficar. prælud. fin.* † Etiā si rebus sacris vrantur, vt Euangelio Sancti Ioannis, vel reliquijs sanctorum, aqua benedicta, &c. quia pleriq́ue sua dæmon crimina specie sanctitatis obumbrat, vt incautos quosq́ue decipiat, & vt facilius deceptos, irreciatur, & in perpetua damnatione detineat, vt docet *Andr. Cæsalpin. de inuestigat. dæmon. cap. 15. & nouissime conciuis, & amicus noster Licentiatus Henrique Vaca de Alfaro, magnæ spei iuuenis, medicinæ, poetices, ac bonorum literarum gloriæ deditissimus, tract. de las heridas de cabeça (qui nunc typis excudi paratur) lib. 1. cap. 1.* † Et ita quanto sanctiores res sunt quibus vtuntur tanto superstitiosiores, & punibiliores sunt habendæ, quia tales res Deo debitæ, & dedicatæ offerunt diabolo eius hosti, vt docet *Petr. Ciruelo de superstition. par. 3. cap. 11.* † Quare quidā salutator Ipris, vt necromanticus damnatus fuit, qui recitatis sacro sanctis consecrationis verbis vulnera omnia sanabat, quia eis vtebatur ad eum finē inquem à Christo non sunt instituta, quod signum est manifesti pacti, vt tradit *Marr. del Rio lib. 3. Magic. c. 2. q. 4. sect. 2.* † Et ita eos vocantes, vel curationi eorum cō sentiētes sunt pacto eorum irretiti, vt tradit *Petrus Ciruel. dict. part. 3. cap. 3.* quod omnino fugiendum est enim si salus ex eo cōsequatur, quia vt ait D.

Chrysostom. Homil. 8. ad Colocens. *Citius mors Christiano homini subeunda, quam vita ligaturis redimenda.*

APPENDIX.

1 NEque sunt audiendi, qui ex hac de causa ab eruditione, & pietate implũbes pulli extra Ecclesiæ matris gremium euolarunt: qui diuinæ sapientiæ (cui vera iurisprudentia nititur) tam sunt expertes, quam maledicentiæ, virulentiæ periti, & superbia hæretica turgidi. Vnus de hoc grege, postquam caniniam suam facundiam ante aliquot annos venalem exibuerat, antiquitatis omnis ignoratione cerebri vesania læsus *Godelmanus lib. 1. de Lamijs, cap. 6. ex num. 21.* Præsbyteros, & Exorcistas damnare nititur: cur quæso? *quia Aretius scribit hos vt*
2 *plurimum Magos esse.* † Vah! quantæ fidei, quantæ nimirum hostis Pontificorum hęreticus Svvinglianus idoneus testis, cui credas incurato? sed adit alios eiusdem farinæ *Lauaterum, Peucerium, Bodinum, & VVierum*, intestabiles omnes, & vna linea inducenda no
3 mina. † Quorum errore obcecatus, mẽtisque lumine obtutus damnat sacrosanctam consecrationis formulã, quasi magam, *num. 26.* dicens *Ad hæc prolatione verborũ HOC EST ENIM CORPVS MEVM, cum halitu facta se panis substãtiam mutare, corpus Christi de cœlo detrahere, & in hoc illum comber re, planè Magiæ sibi, & alijs persuadent.*
4 † O linguam erradicandam stipitus! os impurũ! ergo Christus Dominus magus? qui asserit eum, quem manu reneret panem corpus esse suum, *D. Luc. cap. 22. D. Marc. 14. D. Matth. 26.*
5 *D. Ioan....* † Magi ne Apostoli D. Petrus, & D. Andræas, qui in suas *Liturgias*, siue *Missas*, verba illa obseruarũt, ac retulerunt? Magus ne D. Iacobus. dictus *Boraagines*, seu tonitrui filius, qui omnium primus Hispaniæ in Garanatensi sacro Illipulitano monte Missam Christianis celebrauit, dum rogat, *vt Spiritus sanctus faciat hunc panem corpus suum.* † Maga ne tota Ec. 6
clesia, quę ita obseruãdum statuit, ac decreuit? Appagé blasphemę.

† Quid ergo Magum? transubstantia- 7
tio? si eam halitu fieri, aut Christus de cœlo extrahi motu locali credis, stultus, & excelebratus esses, quia nullus alius afflatus necessarius, quam quod in verbis proferẽdis deferuit, nec Christus extrahitur motu locali, quia omnibus rebus sine vllo motu præsens existit, ac panem in suum corpus cõbertit, vt ex fidei articulis sub anathemate credendum constituitur in *Concilijs Romanis duobus contra Berengar. & Turonensi contra eund. & Constantiensi cõtra VVicleph & nouissime Trident. contra Lutherum, Sess. 13. cap. 2.*

¶ Pergit Leguleius ille damnare 8
Exorcismos, quasi Magica incantamenta, *d. cap 6. de Lamijs, num. 24.* de nomine ait esse Magum, sed mentitur plané, nam vox est Græca ἐξορκίζω, *Exorzizo*, quę Latinis *adiurationem* significat; Apostolis, & Sanctis recepta, Acta Apostolorum capite 19. *Adiuro vos per IESVM*, & D. Iustinus Mart. in Apoleg. *Adiurati dæmones parent.*

† Sed de potestate in alium dilabitur 9
errorem, quia non vi verborum, sed potestate diuina dæmones pelli contendimus D. Cyprian. lib. 4. epistol. 7. *Per Exorcistas voce humana, & potestate diuina dæmones flagellari, vri, & torqueri.* D. Cyril. in præfat. Cateches. *Per exorcismos spiritus immũdus pelli.* † Quia 10
exorcismi nihil aliud sunt, quam præces, & orationes ad Deum, vt tradit *D. August. lib. 22. Ciuit. Dei cap. 8.* Et imprecationes ad dæmonem, ex diuina

institu-

institutione, vt docet *Petr. Thyræus de*
11 *Dæmoniac. p. 3. c. 46.* † Quare vires natura sua non habent, sed ex diuina institutione, nam qui Sacramenta instituit Christus vim eis largiri dignatus est: Sacramentalibus verò, quæ ab Apostolica traditione recipimus, etiã moralis vis á Deo tribuitur, quia Apostoli Christi ministri, & dispensatores mysteriorum sunt, *D. Paul. Corinthiorum primo cap. 4. Tridentin. Sess. 2. Can.*
12 13. † Cætera autem verba quantumbis pia, & sacris formulis concepta, nullam ad hoc, neque ad morbos sanandos, vel vulnera curanda obtinuerunt vim, neque naturalem, neque artificialem, neque supernaturalem, vt ex multis docet *Raphael. de la Torre tomo 2. de vitijs oppos. relig. quæst. 96. artic.*
13 *4. disput. 1.* † De vi artificiali, nemo vnquam, vel suspicatus fuit, supernaturalis si foret: id gratiæ, vel miraculi foret: hoc autem dici nequit, quia Deus nil tale promisit, neque Ecclesiæ suæ reuelauit, quale Magi huiusmodi iactant, neque iubat Deus Magicas incantationes, neque in Belzebuth sic operatur, nec gloriam illi suam communicat, quale solet Angelis, & Beatis.

CAPIT. L. De maleficio ad bonum finem, & an maleficio liceat maleficium tollere.

SVMMARIVM.

MAleficij curationis nec Auicena, nec Galenus scripserunt quidquam. numero. 1.

Maleficium maleficio tollendũ contendunt hæretici. num. 2.

Hæretici cum dæmonibus commertium licitum arbitrantur. nu. 3.

Salutem ex inimitijs nostris nullo pacto debemus quærere. nu. 4.

Maleficium ope medicorum nequit adiuuari. num. 5.

Maleficium ad bonum finem Catholici licitum arbitrantur. nu. 6.

L. Eorum, C. de malef. & Mathem. *de maleficio ad bonum finem illustrata. nume. 7.*

L. 3. tit. 23. par. 7. *de malef. ad bonum finem, ex num. 8.*

Maleficijs omnibus dæmon inuocatur. numero 9.

Inuocatio dæmonis omnimodo prohibita. num. 10.

Malum non licet facere, vt inde sequatur bonum. num. 11.

Ochozias Rex morte multatus eo quod Magica quæ fuit præsidia. nu. 12.

Maleficia ad bonum finem detestantur. numero 13.

Maleficia salutem conferre nequeunt. numero 14.

Incantationes medicinis non sunt annumerandæ. nu. 15.

Cap. Qui sine Saluatore 26. q. 2. *de maleficio ad bonum finem. nu. 16.*

Mors citius subeunda quam vita ligaturis redimenda. nu. 17.

Qui amat animam suam plus quam Deum perdet eam. nu. 18.

Præcario non licere à maleficis impetrare, sed verberibus. nu. 19.

Qui cogit imbitum iniuriam facit, & cooperatur eius malitiæ. nu. 20.

Consensum non licet præbere impeccatum alterius. nu. 21.

Malefico parato licet petere, vt maleficium tollat maleficio. nu. 22.

Maleficus, haut dubie potest induci, vt per modum licitum tollat maleficiũ. nu. 23.

Fornicans cum meretrice non escusatur, quod sit parata peccare. nu. 24.

Actum per se malum nemo vnquam licite facit. nu. 25.

Peccat non minus qui orat paratum, quam

qui cogit imbitum. nume. 26.
Iudices errant, qui cogunt maleficas maleficium maleficio tollere. nu. 27.
Curatio maleficij à malefico semper illicita. num. 28.
Leges prædictas de maleficio ad bonum finem errare. num. 29.
Peccatum non possunt Principes dispensando licitum facere. num. 30.

1 I Cinquã de singulis delictis, quæ opę dęmonis patrantur peracta disputatione, de remedio, & curatione, restat dicere pauca, quia vt ait Paracelsus lib. Hyperphis. *De tali curatione nec Auicena, nec Galenus scripserunt, aut sciuerunt quidquam, neque in Academijs omnibus discitur.* † Vnde ad Magos, & Sagas
2 occurrendum esse, vt maleficium altero maleficio tollant multis argumentis cõtendunt. *Appollonius Magus, VVierus Medicus, Gollelmanus Iurista.* † Hæretici omnes vt pote commertium licitum cum dęmonibus existimantęs ex
3 illo Magico eiusdẽ Paracelsi Aphorismo lib. de morb. caduc. *Nihil refert an Deus, an Diabolus, an Angeli, an immũdi spiritus ægro ferãt opẽ modo morbus curetur.* † Vnde apud nos Hispanos probertbium inualuit, *hagase el milagro, i haga lo el diablo*, quod eiusdem impietatis
4 vitio laborat, quidquid dicant *salutem ex inimicis nostris*, quod in alio sensu dixit Ecclesia, ipsi vsurpant ad suam ipsorum perditionem, *Triden. Sess. 4.*

5 ¶ Maleficium opę Medicorum ne qui adiuuari docent Pontifices in *cap. ex literis de frigid. & malefic. cap. nec mirum h. 26. q. 5. Grilland. de sortileg. q. 2. num. 2. & 3. Codronch. lib. 3. de morb. venefic. cap. 11. 12. & 13. Cæsalpin. de inue-*
6 *stigat. dæmon. ex cap. 22. cum seqq.* † Vnde altero maleficio esse tollendum iã nõ hæretici modo, sed Catholici asserunt, quia licitum maleficium ad bonum finem arbitrantur *Albertus Magnus in Luc. cap. 9. Guill. Parisiens. in Sum. de vniuers. Codron. lib. 4. de morbis venefic. cap. 9. Grilland. de sortileg. q. 2. nu. 3. & 4. Petr. AErodius lib. 8. rerum iudic. tit. 7. cap. 6. Binsfeld. in confess. malef. p. 1. dub. 3.* † Quod tribunalium legibus est 7
approbatum, in l. eorum, C. de malefic. & Math. *Nullius verò criminationibus implicanda sunt remedia humanis quæsita corporibus, aut in agrestibus locis innocenter adhibita suffragia.* † In quo, & Re 8
ges nostri veniunt in l. 3. tit. 23. par. 7. *Pero los que fizieren encantamento con intencion buena assi como de sacar demonios de los cuerpos de los homes, ò para desligar los que fueren marido, è muger, ò para desfatar nube, que echa granizo, porque no corrõpa los frutos, ò pata matar langosta, ò pulgon, que daña el pan, ò para otra razon prouechosa semejante destas, no deue auer pena, antes decimos que deue recebir galardõ por ello.*

¶ Implicatior res est, quam vno 9
verbo queat enodari, nam primo sententia ista, & decisiones expressẽ sunt contra Apostoli authoritatem ad Corinth. 1. cap. 10. *Nollo socios vos fieri dæmoniorum*, nam ad omnia maleficia tã mali, quam bonis finis dæmon inuocatur secundum *D. Thom. in Senten. 4. dist. 34. q. 1. art. 3.* † Quod semper fuit 10
prohibitum Leuit. cap. 19. *Non declines ad Magos, neq; ab Ariolis aliquid scisciteminine poluamini per eos*, & pœna mortis multatũ, idem Leuit. cap. 20. *Anima, quæ declinauerit ad Magos, & Ariolos, & fornicata fuerit cũ eis, ponã faciẽ meã contra eam, & interficiam illam in medio populi sui.* † Neque excusari pos- 11
sunt quod ad bonum faciant finem, quia vt ait Apostol. ad Roman. cap. 3. *Non licet malum facere, vt inde sequatur bonũ*, cum alijs per *Mantam de iurisdict. par. 2.*

12 *p. 2. cap. 12. ex num. 14.* † Et ita pro salute etiam obtinenda Rex Ochozias, qui magica, quę fuit præsidia morte fuit multatus Reg. 4. cap. 1. *Nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulendum Beelzebut Deum Accaronitis? quā obrem hæc dicit Dominus de lecto super quem ascendisti non descendes, sed morte*
13 *morieris.* † Et pro morbos pellendos, & tẽpestates arcendas maleficia exercentes iure canonico excommunicātur, *cap. non licet h. 26. q. 5. cap. admoneāt, cap. non obseruetis d. 26. q. 7.* Et pro rebꝰ etiam Ecclesiasticis inueniendis *cap. 2. de Sortileg.*

14 ¶ Quinimo per maleficia salus, aut quid boni generi humano non comparatur, *cap admoneat h. 26. q. 7.* cuius hæc sunt verba, *Nouerint magicas artes, incantationes quę quibuslibet, infirmitatibus hominum nihil remedij pos-*
15 *se conferre.* † Et ita merito incantationes medicinis annumerandas negauit *Vlpian. I. C. in. l. 1. D. de extrahord. cognit*, & validis rationibus probat *Dan. Heurnius in Prax. medic. lib. 3. cap.*
16 28. † Nam vt ait tex. in cap. qui sine Saluatore, h. 26. quæstione 2. *Qui sine Saluatore salutem vult habere, & sine vera sapientia æstimat prudentē se fieri non sanus, sed æger, non sapiens, sed stultus in*
17 *damnatione æterna permanenit.* † Et quāuis salus aliqua his incantationibus posset adferri, debemus eam potius renuntiare, quam æterna subire pericula, Diuus Chrysostomus Homil. 8. ad Colocens. *ciciis mors homini Christiano subeunda, quam vita ligaturis redi-*
18 *menda.* † Quia ex diuino Oraculo, *qui amat animam suam plusquam Deum perdet eam*, sic recte Iacob. Gandensis testatur.

Si qua valetudo fato grasante siniſtro
Corpora curari nescia rrijtis agam,
Nulla fides vnquam tamen est adhibēda Magis,
Et temere infandum hanc nemo requirat opem.

¶ Neque audiendus est *Remig. lib. 3.* 19
dæmonolat. cap. 3. dum asserit *Precario non licere à Maleficis impetrare, sed licere vi, & verberibus ea extorquere.* † Nā 20
qui cogit inuitum, iniuriam facit, & simul cooperatur cum eo, quia eius consentit malitię, quod semper est illicitum, vt docet *D. Thom. tract. de malo. 13 q. 4.* † Quia non licet præbere cō 21
sensum in peccatum alterius secundum *Apostol. ad Rom. cap. 1.* † Nec mi- 22
nus errat *Petr. Aureolus in Sent. 2. dist. 34. q. 2.* dum asserit, *licere à malefico parato petere, vt maleficium maleficio tollat.* † Quia haut dubiē potest maleficus in 23
dui, vt per aliquem modum licitum tollat maleficium, vt tenet *Doctiss. cōciues mei Cardinalis D. Franc. Toledo, & P. Thomas Sanchez vterque ex Societate IESV, ille in Summ. lib. 4. cap. 16. hic vero tract. de Matrim. tom. 2. lib. 7. disput. 96 num. 7. & 19. D. Thom. Scot. & alij in Sent. 4. dist. 34. q. 1. Sprenger. in Mall. p. 3. q. 16. Castro de hæret. lib. 1. cap. 1.* † Quare errat similiter *Niderius in Formicar.* 24
cap. 3. ad fin. dum secutus opinionem Aureoli ponit exemplum de meretrice, quod est addere errorem errori, nam qui fornicatur cum meretrice, non excusatur, quod sit parata peccare quia tunc non faceret, nisi inducta. † Quia vt actum per se malum nemo 25
vnquam licitē facit: sic neque ad eū licite poterit induci, *D. Thom. 2. 2. q. 78. art. 4. Soto de Iust. & iur. lib. 6. quæst. 1. art. 5. Turrecrem. in cap. moueat te 22. quæst. 1.* † Vnde manifestum est nō mi- 26
nus peccare, qui orat paratum, quam qui cogit inuitum, vt elegāter docuerunt *D. Thom. d. q. 78. art. 4. Auulens. in Matth. cap. 19. q. 90. Castro vbi sup. d. lib. 1. cap. 15.* † Et ita teneo grauiter errare Iudices, qui ex horū delira opinione decepti cogunt maleficas benedi- 27

ctio nihil aliud est, quã formula, qua ex pacto dæmon cessaturus promisit, *Raph. de la Torre to. 2. de vitijs oppos. relig.* 28 *q. 95. art. 4. disp. 2.* † Quibus omnibus pactum intercedit, vt in curatione illa Iurisconsulti apud *Grilland. de sortileg. q. 8. nu. 16.* Votule apud *Godelman. lib. 1. de Lamijs cap. 8.* & aliorum apud *Mart. del Rio lib. 3. Magicar. par. 2. q. 4. sect. 9.* 29 † Quare præfatas leges (ex sui sæculi ignorantia) errare manifestum est, dũ putant maleficia esse licita ad bonum finem, cum in eis omnibus pactum interueniat, vt probant *Doctiss. Thomas Sanchez in Summ. tom. 1. libr. 2. capit. 42. Mart. del Rio lib. 6. Magic. Bapt. Codrõch. de morbis venefic. lib. 4. cap. 2. Maiol. tom.* 30 *1. canicular. colloq. 3.* † Ideó grauissimũ est peccatum, vt cõmunis Theologorũ schola definit, quod Principes dispensando licitum facere non possunt, *cap. etsi Christus, de iure iuran. cap. super eo de vsur. cum alijs per Ludou. Gomez in reg. Chancell. de impetrat. benef. vacant. quæstione tertia.*

CAPIT. LI. De curatione maleficij.

SVMMARIVM.

Maleficij curatio ex causa naturali. numero 1.

Maleficij curatio ex Deo in veteri lege. num. 2.

Matth. cap. 10. de electione dæmoniorum exornatus. nu. 3.

Dæmoniorum stractio per radicẽ Salomonis ad nares applicatam videtur superstitiosa. num. 4.

Christus Dominus per se multos ab immũdis spiritibus sanauit. nu. 5.

Dæmonis pellẽdi potestate Apostoli à Christo præficiuntur. nu. 6.

Apostolis dæmonia subijciebantur. num. 7.

Christi potestate dæmones fatentur torqueri, & deici. num. 8.

Christus Dominus ex dæmonis electione Messias arbitratur. nu 9.

Dæmones inferiores per superiores coguntur locum diserere. nu. 10.

Magi, qua virtute dæmones eiciant. nu. 11.

Magi in nomine Christi quandoque dæmones eiciunt. nu. 12.

Magi seorsum à Christo eius nomine inuocato dæmonia eiciunt. nu. 13.

Affricani superstitiosis ritibus dæmones eiciunt. num. 14.

Iurisconsulti veteres incantationibus dæmones pelli fatentur. nu. 15.

Dæmones inferiores per superiores nõ coacte pelluntur, quam sponte discedunt. num. 16.

Morbos incantationibus curari. nu. 17.

Hadrianus Imperator aquam intercutem incantationibus eduxit. nu. 18.

Sanguis incantationibus sistitur. nu. 19.

Hipericon, & Pendactis herbas certis ritibus dæmones pellere. nu. 20.

Buphtalmi, Peoniæ, & Mandragoræ fructum, certis incantationibus dæmonia pellere. nu. 21.

Cyphi suffitu certis ritibus Lunaticos sanat. num. 22.

Res naturales quando certis ritibus operantur habent effectum diuinum, vel dæmoniacum. num. 23.

Res naturales, quæ maleficia læniuntur vel misiuè. num. 24.

TRIPLEX causa est sanandi malefi- 1
cium, atque pellendi dæmones, vna Naturalis, altera Diuina, altera Dæmoniaca. Naturalis est ad maleficij curationem bomitus prouocatoria, balnea tepida, suffitus, & alia remedia naturalia, quę vim habent corrigendi humores, &

maximè

maximè atrambilem, in qua dæmon perſæpe reſidere ſolet, vt docent *Andræas Cæſalpin. libr. de inueſtigat. dæmon. cap. 22. Bapt. Codronch. lib. 2. de morb. veneſic. cap. 8.* † Diuina autem eſt quãdo opus totum expectatur immediatè à Deo, etiam cauſis naturalibus adhibitis, vt de vetere lege narrat teſtis oculatus Ioſeph. libr. 8. antiq. cap. 2. *Vidi enim quendam Eleazarum de gẽte noſtra, præſente Veſpaſiano, & eius filijs, & tribunis, cliõque ſimul exercitu, curantem eos, qui à dæmonibus vexabantur: Modus autem medicinæ fuit huiuſmodi; intullit naribus eius, qui à dæmonio vexabatur, annulũ habentem ſub ſigniculo radicem à Salomone demonſtratam, deinde per nares odorãtis dæmonum abſtraxit.* † Ad quam quidẽ poteſtatem dæmonis pellendi videtur Dñs reſpexiſſe, dum ad arguendos Iudæos, qui eum pacto dæmoniaco contaminatum blaſphemè aſſerebũt dicentes, *In Belzebuth Principe dæmoniorum eicit dæmonia*, reſpondit apud D. Luc. cap. 1. Matth. cap. 10. *Filij veſtri in quo dæmonia eiciunt?* † Quaſi dictæ curationi aliquid ſuperſtitioſum extra diuinum numen admiſceatur, nam modus euellẽdi radicem, & alia, quę ad id cõmendat *Ioſeph. d. cap. 2. & lib. 7. de bello Iudaico, cap. 23.* rem quodammodo ſuperſtitioſam redunt, vt tradit *Piẽtorius in Epitome de Mag. cap. 26. & 27.*

¶ Quod tamẽ omni ſuperſtitione vacat remedium diuinum à Chriſto Domino oſtenſum eſt, qui per ſe multos ab immundis ſpiritibus vexatos, ſanauit, ac dæmones inuitos locũ diſſerere coegit, atq; imperauit alio abire, vt affirmãt *D. Luc. cap. 4. & 8. Marc. 6. & 9. Matth. 8. & 15.* † In qua quidẽ poteſtate diſcipulos ſuos præfuit, vt teſtantur D. Luc. c. 9. *Cõuocatis duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutẽ, & poteſtatẽ ſuper omna dæmonia*, Math. c. 10. *Dæmones eicite*, Marc. cap. fin. *In nomine meo dæmonia eijcient.* † Qui ea virtute ſe prędi- 7
ditos affirmant apud D. Luc. cap. 10. *Domine in nomine tuo dæmonia ſubiciuntur nobis*, nam ad imperium Pauli dæmonium à pythoniſa exeuntem vidimus, *Acta Apoſtol. cap. 19.* & attactu eius ſudarij dæmonia profligata, *Acta Apoſt. cap. 15.* † Ipſique dæmones fatẽ- 8
tur à ſe contorti inuitos locum diſerere, vt teſtãtur apud *D. Math. capit. 17. Marc. cap. 9, Luc. 9.* Exclamantque dicentes. *Quid nobis, & tibi Ieſu? venisti perdere nos?* † Ex quo eum Meſsiã vni- 9
uerſa multitudo bene concludere videtur apud D. Marc. cap. 1. Luc. 4. & 9. *Quid eſt hoc verbum? quænam doctrina hæc noua? nunquam ſic apparuit in Iſrael, nunc quid hic eſt filius Dauid? Meſſias?*

¶ Dæmoniaca eſt, quæ ope ipſius 10
dæmonis fit, quando ex pacto coguntur inferiores dæmones per ſuperiores locum diſerere, vt de Apollonio Thyanæo, & Philoſtrato narrat *Euſebius in octo libros contra Philoſtr.* † Hac 11
Magi communiter vtuntur, diuinam virtutem ementiẽtes, nam vt ait Dominus per Matth. cap. 24. *Surgent Pheudochriſti, & Pheudoprophetæ, & dabunt ſigna magna, & prodigia*, &c. † Pheudos 12
Chriſtos vocat, quia in nomine Chriſti falſo has virtutes operare ſolent, vt de ipſiuſmet Chriſti tempore teſtãtur Apoſtoli apud D. Luc. cap. 9. *Vidimus quendam eicientem dæmonium nomine tuo, qui non ſequitur nobiſcum.* † De 13
hac etiam loqui videtur in Euãgelio, dum Dei nomine inuocato ſeorſum á Chriſti amicitia, & eius fide alieni dæmonia pellere ſe profitentur apud D. Luc. cap. 10. *Non ne in nomine tuo dæmonia eiecimus, &c. & reſpondetur eis, quia non noui vos.* † Hac ſimiliter vſi 14
ſunt ſuperſtitioſi Affricani, vt narrat Leo in eorum hiſtor. *Poſt ductos aliquo*

circulo

circulo, & caractere in fronte dæmoniaci, interrogantque dæmonem, eundem ab ho-
15 *minibus exigebant.* † Hac denique vsi sunt veteres nostri Iurisconsulti, authore Vlpian. lib. de varijs, & extrahor din. cognit. *Qui incantarunt, qui impræcati sunt, qui exorzizarunt, de eorum merce*
16 *de ius esset dicendum.* † Quibus manifestè constat pluribus ex causis dæmonem cogi, non solum diuina, & naturali, sed etiam dæmoniaca potestate, vt locum deserat; nam etsi Dominus alicubi probare videatur fieri non posse, vt dæmones dæmonia eijciant, significari voluit inuitos per socios numquam pelli, quia non tam expelluntur, quam sponte egrediuntur, vt probat *Pet. Thyreus in dæmoniac. par. 3. cap. 34.*

17 ¶ Sic enim morbos incantationibus curari, nemo est qui ignoret, *Plin. lib. 28. cap. 2. Cæl. Aurelian. libr. Chronic. cap. 1. Andr. Cæsalpin. libr. de inuestigat. dæmon. cap. 22.* Nam ad capitis dolorē herbam conducere (addita incātatione) scriptum reliquit *Plato. lib. 4. de Re-*
18 *publ.* † Hadrianus Imperator aquam omnem intercutem incantationibus eduxit, & legimus incātationibus cancrum mortificari, lumbricos interimi, accessionem Epilepticam sisti, magicis nominibus in aure prolatis, dentium dolores mitigari, strumas quibusdam impræcationibus sanari, au-
19 thor est *AEtius.* † Antolici filij sanguinem é vulnere manentem carmine sistebant, vt scribit *Homerus Odys.* 19. & sanguinis similiter fluxus ex Orondate carminibus, & incantationibus immobilis redebātur, vt testatur *Heliodor. lib. 9. histor. AEthiop.* Vnde Q. Seren.

Hæc simul incantans sisti debere cruorem, &c.

20 Sūt, & alia amulcta quæ certo ritu adhibita cōtra dæmonū infestationes, ac morbos ex eo probenientes, conducunt, vt Hypericone scribit *Plinius*, Artemisiam manu contractam, nocētes feras, ac dæmones fugare, docet *Fernelius*, Pendactis Solis ortu, Luna crescente, evulsam ad fascinationes, & dæmonia valere, testatur *Meßues.* † Buphtalmum collectum crescente 21
Luna, dæmones mala medicamenta, ac fascinationes demoliri, testatur *Auerroes*, Peoniam collectam antequam Sol oriatur, & suspensam, medicamentis malis, & fascinationibus esse aduersam, ac dęmonis incursuq; nocturnos expellere, affirmat *Auicenna*, Mandragoram ad id conducere contendit, *Plinius*. † Cyphi suffitu 22
malum spiritum abigere, Lunaticos restituere, si cum spuma tauri ab ortu Solis, vsque ad ortum Lunæ diebus triginta adhibeātur, recolit *Nicol. Myrepsius sect. 2. antid. 298.* qui recēset simi liter adiurationem quandā ad fluorē sanguinis nariū, *antid. 405.* † Quæ ex- 23
superstitioso ritu, ac vano applicandi modo pacto demoniaco prorsus sunt suspecta, nam adhibita simpliciter cū virtutem non habeant, sequitur virtutem esse supernaturalem, non diuina, quia Deus his vanitatibus non delectatur, ergò diabolica, & vt pacti signa, vt diximus *supra libr. 2. capit. 9. de signis quibus pact.* † Nam de alijs, quæ simpli 24
citer adhibētur, alia ratio est petenda, nempé naturalis ad humores corrigēdos apta, quorum temperie dæmones conatu frustantur, vt de lapidibus varijs, herbis, plantis, animalium fibris, atque vermiculis tradiderunt *Dioscorides, Plinius, Trallianus, AEtius, Chyrannus, Rhases, Theodorus, Piscianus, qui sub nomine Quinti Horatiani in lucem prodijt Marcelus Empiricus.*

CAP.

CAP. LII. De remedijs naturalibus contra maleficia.

SVMMARIVM.

NAturales res in dæmones virtutem non habent secundum alios. nu. 1.

Naturalia remedia quare illicita ad maleficia. num. 2.

Res naturales quia non adhibentur vt causæ sunt vt signa pacti occulti. nu. 3.

Dæmones alliciuntur naturalibus non vt animalia ciuis, sed vt spiritus signis. num. 4.

Dæmones non minus quam lapides naturalibus alliciuntur. nu. 5.

Dæmones quando rebus naturalibus pelluntur. nu. 6.

Dæmones quando inferenda mala naturalibus vtuntur, naturalibus pelluntur. numero 7.

Bomitoria cur in dæmoniacis conducant. nnmer. 8.

Balnea, & suffumigationes cõtra dæmones operantur. nu. 9.

Dæmones, quãdo humore melãcholico commiscentur, quibus rebus pællantur. numero 10.

Naturales res dæmones non cogunt, sed indirecto. nu. 11.

Piscis hepar super prunas assum, fugauit dæmonem. nu. 12.

Iob. cap. 8. de fugatione dæmonis explicatus. num. 13.

Daniel quare rebus naturalibus dæmonem pellit. nu. 14.

Naturales res secundariam, & indirectã virtutem habent dæmonem pellendi. numero 15.

Dæmones fugantur rebus naturalibus quãdo sunt irrisibilia, & fœtida. nu. 16.

Cornium fussitu, & stercoris caprini quare dæmones fugentur. nu. 17.

Dæmones fugantur naturalibus ex quadã hypothesi. nu. 18.

Ruta agrestis quare dæmonem pellat. numero 19.

Adamas, cur dæmonem eiciat. nu. 20.

Sulforis odore quare dæmon fugatur. numero 21.

Dæmones fugantur ex atrabilis excessus curatione. nu. 22.

Dæmoniacus sanatus atrabili purgata. numero 23.

Dauid malum spiritum Saulis cythara abegit. num. 24.

Reg. 1. cap. 16. de musica Dauid contra dæmones explicatum. nu. 25.

Musica vulnera sanat. num. 26.

Maleficia curantur rebus naturalibus quãdo ad ea inferenda Magus naturalibus vsus est. num. 27.

Energumenis quare res naturales portare permittantur. nu. 28.

Res naturales quando pie adhibentur, vt instrumenta diuinæ iustitiæ possunt maleficia impedire. nu. 29.

D. Hierem. c. 8. de remedijs naturalibus contra maleficia explicatus. nu. 30.

Dæmones vibratione aeris quare fugantur. num. 31.

Aeris sonitus quare dæmones fugat. numero 32.

Campanæ sonitu dæmones vaiulantes deiecerunt Sagas. nu. 33.

Gladij vibratione quare dæmones fuguentur. num. 34.

Plumbeum liquefactum in scutella ad maleficij curationem superstitiosum. nu. 35.

Plumbei huiusmodi superstitio deserbit ad maleficij indagationem. nu. 36.

Manum ablutio ad maleficia impedienda superstitiosum. num. 37.

Superstitiosæ verborum formulæ remissiue. numero 38.

Nomina Ephesia, & alia huiusmodi superstitiosa. nu. 39.

Sigillum, signum, caracter, & simile ad maleficij curationem superstitiosum. numero 40.

Numeror. capite 21. de serpente aereo

Moisis

Moysis explicatum. num. 41.

Phylacteria Iudæorum ad maleficia, vt superstitiosa damnantur. nu. 42.

Signi amotio maleficium impedit. nu. 43.

Maleficia plura curata per signi amotionem. num. 44.

Amotione signi miscetur pacto secundum alios. num. 45.

Amotione signi collitur diabolus secundū alios. num. 46.

Amotione signi dæmon non pellitur, quia non ligatur signis. nu. 47.

Signi amotio non annumeratur inter remedia licita. nu. 48.

Signi amotio superstitiosa censetur, secundum alios. nu. 49.

Signa maleficii tollere licitum est, vt opera diaboli destruantur. nu. 50.

Signum maleficij tollere licet, vt idolatricū in cloaca proicere. nu. 51.

Signa maleficij tollere negantibus irridetur. num. 52.

Magus compelli potest, vt signa maleficij tollat. num. 53.

Magus licite adhiberi potest, vt signa maleficij tollat. nu. 54.

Signa maleficij tollere licitum, & meritorium est. nu. 55.

Signa maleficij tolli possunt cum spe cessationis. nu. 56.

Signi amotione non collitur dæmon, sed destruitur. num. 57.

Signi amotione non miscetur pacto, sed impeditur. num. 58.

Dæmoni per maleficos, & signa malefica multa permittūtur, quæ immediate prohibentur. nu. 59.

1 NATVRALES res videntur in dæmones agere nō posse, quia directo, & per se potestatem non habent dæmonem cogēdi, vt accedat, appareat, fugiat, aliquid faciat, vel facere desinat, vt docet *D. Thom. in Sent. 4. distin. 7. art. fin.* † Ideo naturalia re- 2
media illicita esse ad maleficia docēt *D. Thom. 2. 2. q. 96. aat. 2. & contra Gent. 4. cap. 104. & 105. Vvipina de superstit. cap. penult. Nauarru. in Manual cap. 11. & cap. 25. Sprenger. in Mall. p. 1. q. 8. & p. 2. q. 6. Thom. Sanchez de Matrim. tom. 2. dispos. 95. ex num. 2. vsque ad num. 6.*

† Nam cum res istæ nō adhibeantur, 3
vt causæ, quia nulla virtus ad eum effectū operādū illis inest; ergo adhibētur, vt signa, nō diuina, quippè nō sūt sacramēta, nec sacramētalia, ergo vt signa pacti occulti, cum dæmone initi.

† Et ita licet testetur Porphyri⁹ apud 4
D. August. lib. 21. ciuit. Dei cap. 6. *dæmones alliciuntur per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, animalium, carminum, rituum,* ligantur sané, sed vt ipse met Augustinis testatur, *non vt animalia ciuis, sed vt spiritus signis, in quā tum ei exhibentur in signum diuini honoris, cuius ipse cupidus est.* † Nam dæ- 5
mones non minus, quam lapides his naturalibus rebus alliciūtur, aut etiā superstitiosis, quibus licitum esse maleficia tollere, vt vana vanis confundantur imprudenter asseberant *Hostiens. in cap. fin. de frigid. & malefic. Syluest. in Summ. V. maleficium. n. 9.*

¶ Sed cum dæmones pessimis humoribus delectentur in eisq; resident, 6
vt in proprio loco, rebus naturalibus expelli possunt, quibus prædicti humores læniātur, vt docet *And. Cæsalp. de inuestig dæmon. c. 22.* † Nā vt ait Bapt. 7
Condroch. de morbis venef. li. 4. c. 2. *Dæmones ad inferēda mala per sæpè rebus naturalib⁹ vtuntur, varias obstructiones, ac intēperies modo mitiores, modo validiores procurando, continuum fol vēdo, noxios humores concitādo, vel vtiles putefaciēdo, ac delateria, prauaque qualitate coinquinando, ac ad principalia, vel ignobilia traducendo, poterit, & medicus obstructiones*

nes tollere, intemperiem corrigere, vnitatem restituere, humores compescere, quod putidum est educere, & prauam, ac venenosam qualitatem deuelere. † Sic bomitoria ad 8
id maximé iubant, vt tradit *Codronch. vbi sup. d. lib. 4. cap. 4.* nam bilem expurgant, vt docent *Hippocrat. lib. 7. Epidemiar. Galen. 2. de antidot. cap. 7. & lib. quos purgare* 9
oport. Dioscorid. lib. 4. c. 169. † Balnea quoque, & suffumigationes ad id commendat *idem Codronch. dict. lib. 4. cap. 5. & 6.* & maximé fumus lauri, iuniperi, ros marini, saluiæ, thuris, mirrhæ, verbenæ, cupressi, vt tradit *Mengus in Flag. dæmon.* Vergil. Ecclog. 8.

Verbenasq; adole pingues, & mascula thura.

Et quia dæmones humori melancholico facile commiscentur, qui cum amarus, tristis, ac turbulentus sit, locus dæmonum naturæ congruere arbitratur, prodest eius maleficio sena, lapide Lazuli, veratro, vel alio simili medicamẽto humor ille ex toto educi, vt contendit *Bap.* 10
Codronch. vbi sup. d. c. 2. † Et ita probatur 11
dæmones naturalib⁹ adstringi causis, nã & si directo dæmonẽ nõ cogãt, possunt tamẽ indirecto efficere, vt locũ deserat, vt docent *Victoria in relect. de Magia, q. 6. Valles de sacra Philos. cap. 28. Raph. de la Torre d. q 96. art. 2. disp. 12.* † Ita legimus pis- 12
cis hepar super prunas assum fugasse Asmodæũ, qui septẽ viros Sarræ necarat, Tob. c. 6. *Cordis eius particulã, si super carbones imponas fumus eius extricat omne genus* 13
dæmoniorũ. † Fum⁹ enim ille tãquã instrumentũ diuinę iustitiæ fuit; nã Angelus vna cum virtute naturali operatur, Tob. c. 8. *Recordatusq; Tobias sermonũ Angeli protulit de casidili suo partem iecoris possuitque eã super carbones viuos. Tunc Raphael Angelus apprehendit dæmoniũ, & relegauit illud* 14
in deserto superioris AEgypti. † Ita & Daniel in Regis Babylonis præsentia dæmonẽ fugauit (qui sub dracone inerat) massa confecta expice, adipe, & pillis, Daniel. c. 14. *Tullit ergo Daniel picem, & adipẽ, & pillos, & decoxit pariter, fecitq; massam, & dedit in os Draconis & diruptus est.*

¶ Nõ enim assentior ijs, qui omnẽ omnino efficatiã rebus corporeis in dæmones tollũt, nec ijs etiã, qui directã vllam vim naturalem in dæmones concedunt; sed ijs assentior, qui secundariam, & indirectã tantum tribuunt, vt præter supradictos Theologos, & Medicos tradunt *Dionys. Carthusia. in Tob. c. 8. Parisien. p. fin. de vniuers. Leuin. Lemnius lib. 2. de occultis natur. Cæsalpin. lib. de inuestigat. dæmon.* † Nã 16
primo fugantur dæmones rebus naturalibus indirecto, quando sunt irrisibilia, & fœtida, quia omnia, quæ fiunt circa corpora obsessa dæmones accipiunt, vt facta, & vergentia in eorum despectum, ac ludibrium, nam cum sint intolerantis iniuriæ, malunt fugere, quam eam pati. † Et ita compertum est fugari dæmo- 17
nes *cornium suffitu, stercoris ve caprini, dictamo, galuano, onagri vngula, & similibus,* vt ex Dioscoride, Galeno, Plinio, & alijs tradit *Mart. del Rio lib. 3. Magicar. cap. 2 sect. 2. §. 1.* Nec non asini pelle Marbod lib. de gemm.

Infantum cunas pellis bilosa defendit.
Horrificosq; metus pellit, & ista simul.

¶ Secundo fugantur dæmones rebus 18
naturalibus ex quadam hypothesi, quia signa videtur recordatoria, & penarum, quas luũt, memoriã ingerant, quę dæmones valde abhorrẽt, & detestãtur secũdũ *D. August. lib. de natura dæmon.* † Ita ru- 19
ta aggrestis dæmonem fugat, *Aristot. problem. 34.* quia signum est amaritudinis Christi, qui generis humani redemptionem est operatus. Similiter *gagas* ad hoc commendat *Galen. lib. 9. Simplic. capit. 8.* quia tristitiam denotat, in qua dæmõ ad finem, vsque est detrusus. † Necnõ *Ada-* 20
mas, quia obstinati eius animi duritiam portendit Marbod. *vbi sup. cap. 1.*

Ad Magicas artes idẽ lapis aptus habetur.

Sulphur ad hoc cõducere docet *Auicena* 21
Fen. 1. tract. 1. li. 5. quia carceris infernalis

figura, ac signũ est, cui ipse, est adict⁹, atq; emancipatus, Tibul. lib. 2. Eleg. 5.

Ipseque ter circũlustrauit sulphure puro,
Carmine cũ magico præcinuisset anus.

22 Tertio fugantur dæmones rebus naturalibus quãdo eis atræ bilis excessus, ac cæteri humores sedãtur, quibus dæmon inhæret, eo quod ægrè ferat hãc sui domicilij, quasi turbari possessionem per meliorẽ hamorũ temperiẽ, vt docet *Andr.*
23 *Cæsalpin. lib. de inuestig. dæmon. cap. fin.* † Sic enim contingit quændã dæmoniacũ sanatũ atrabili purgata apud *Bap. Codronch.*
24 *lib. 2. de morb. venef. cap.* 8. † Et sic intelligitur, quod Dauid malum spiritum Saulis cythara abegit, *Reg. 1. c.* 16. cuius hęc sunt verba. *Quandocunq; spiritus Dñi malus arripiebat Saul, Dauid tollebat cytharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & lenius habebatur, recedebat enim ab eo spiritus*
25 *malus.* † Quia nõ dulce melos directo dæmonem pellit, sed harmoniæ concentu humorẽ pessimũ deliniuit, quo Saul lenius habere contingit, vt docet *idem Cæsalp. vbi sup. Petr. Thyræus de dæmoniac. p. 3.*
26 *cap.* 48. † Et ita musica vulnera dicuntur sanari, *Plin. lib.* 28. *cap.* 2. *Tiraq. de Nobilit. cap.* 31. *ex nu.* 301. nam vt ait Horat. lib. 2. epist. 1.

Auertit morbos, metuenda pericula pellit.

27 ¶ Item rebus naturalibus maleficia curantur, quando ad ea inferenda dæmones naturalibus, & physicis vtuntur causis, nihil adens ex sua malitia, quia tunc nihil vetat, quim contrarijs noxa pellatur, vt docent *Codronch. dict. lib. 4. de morb. venefic. cap. 4. Cæsalpin. de inuestigat. dæmon.*
28 *cap fin.* † Et ita Energumenis permittuntur portare lapides, herbas, & alia naturalia, *cap. dæmonium h. 26. quæst. 7.* Peoniã enim ad id conducere tradit *Plin. lib. 25. cap. 4.* Hipericontum, & Veruenã, *Dioscorid. lib. 4. cap. 56.*
29 † Nam si pie, & deuotè adhibeantur tanquam instrumenta diuinæ iustitię, possunt maleficia impedire, & noxam pellere, quia Deus simul cum virtute naturali operatur, vt docet *Richard. quodlibet. 3. quæst. 8.* † Et ita intelligitur quod de Verbasco tradit *Apuleius lib. de virtut. herbar. cap. 71.* de aliis innumeris *Dioscorid. Plinius, Aetius, Rhases, & alij.* Nam vt ait Hierem. cap. 8. *Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi?* De spina alua, Ouid. lib. 6. Fastor.

Spina, qua tristes pellere posset
Aforibus noxas (hæc erat alba) dedit.

¶ Quarto fugantur dæmones rebus naturalibus ex quadam necessitate, scilicet vibratione aeris, quia eius cõqualatione continuus aer dissipatur, quo corporis assumpti compago (in quo dæmones grasantur) dissoluitur, & ita euenit, vt dæmones arceantur. *Petr. Thyræus p. 3. de locis infest. cap.* 53. † Ita aeris sonitu dæmones fugari docet *Machrob. lib. 5. Saturnal. cap.* 19. Ex quo in Ecclesia campanarum vsus contra tempestates (præter quam quod sanctum, & pium) ad hoc naturaliter conducere tradit *Stephan. Durand. lib. 1. de ritibus Eccles. ist. cap. 21. Ioan. Andr. in cap. 1. de offic. custod.* † Et exemplis comprobatur earum, quæ ad campanæ sonitum dæmones vaiulantes dieceorunt, vt tradit *Grilland. de Sortileg. quæst. 7. Remig. lib. 1. dæmonol. cap. 26. Petr. Binsfeld. in confess. malefic. par. 2. dub. 6.* † Ex quibus apparet quam docte acie gladij spectra fugari docuerit *Homer. Odyss. 7.* non quod illam timeat, sed quod pœniteat corpus assumptum dissolui, vt Sibyla docet Aeneã apud Vergil. lib. 6. Aeneid.

Tu que inuade viam, vagina eripe ferrum, &c.

¶ Cætera de plumbo liquefacto in scutella aquæ plana infundendo ad maleficij curationem, vt superstitiosa tradiderunt *Sprenger. in Mall. par. 2. cap. 1. q. 12. Petr Gregor. lib. 13. de Repub. cap 1. ex num. 2. Bapt. Codronch. lib. 2. de morb. venefic. cap. 2. & libr. 3. cap.* 13. † Licet hoc ad maleficij indagationem magis conducat, & plura ad id docte, & accurate congesse-

congeſſerunt *Cæſalp. de inueſtig. dæmon. cap. 22. Codronch. de morbis benef. libr. 3.*
37 *cap. 11. 12. & 13.* † De ſuperſtitioſa ablutione manuum ad maleficia impedienda *Remig. lib. dæmonolat. cap. 1.* de lotione humana *Annan. lib. 4. de natura dæmon.* quæ damnat *Ioann. Salisberienſ.*
38 *lib. 1. Polycrat. cap. 8.* † De ſuperſtitioſis verborũ formulis plura *Myreph. ſect. 2. antid. 298. & 405. & ſect. 12. antid. 405. Teophraſt. Paracelſ. lib. hyperphyſ. & de morb. caduc. Agrypa, VVierus, Pomponatius, Mizaldus, VVecherus, Roger⁹, Godelmanus, Riplaus, Eſculanius, Melanchthonius, Sabellius, Aphroſideus, Trieteius,* & ſimiles, quorum omnia damnamus
39 *ſupra cap. 9. ex num. 4.* † Qualia puto nomina illa Epheſia per quæ à dæmone obſeſsi liberabantur teſte, *Plutarch. in Sympoſiac.* & conuitia, & Iædoriæ, quas commendat *Appollon. apud Philoſtrat. lib. 2.* de quibus *Thyræus de locis infect. p. 3. c. 56.* † De ſigillo, ſigno, imagine, ca-
40 ractere, & ſimilibus tanquam vana, & ſuperſtitioſa tradidere *Mart. del Rio li. 1. Magicar. cap. 4. q. 1. Suarez de Relig. lib. 2. cap. 12. Raph. de la Torre d. q. 96. art. 2.*
41 *diſp. 2.* † Quidquid Aphroſidæus, Paracelſus, Porphyrius, Pomponatius, & ſimiles contendant ex illo ſerpente aere o Moyſis, qui á ſerpentibus morſos ſanabat *Numer. cap. 21.* quia eius vis, atque poteſtas ſupernaturalis á Deo fuit his delirijs minime commu-
42 nicanda. † Ex quo perperam emanarum philacteria Iudæorũ, vt de Chryſolito mulieris figura naturaliter formato tradit *Thetelm. Iudæus lib. de ſculptilib.* de aureo ſigilo Marbod. vbi ſup.

Eſſe phylacterium fixus prohibetur in auro,
Contra nocturnos fortis tutela timores.

43 ¶ Vnicum tamen remedium naturale contra maleficiũ habetur per amotionem ſignorũ maleficij, quę ex pacto Magus adhibuit, vt donec eſſent appenſæ dæmon malum cõtinuaret, vt de vidua, & præsbytero ſigna concremantibus, quo maleficia ceſſarunt, narrat *Codronchus lib. 1. de morb. benefic.* † De comitte ollã maleficij amouen- 44
te, refert *Sprenger. in Mall. p. 2. q. 1. cap. 1.* de loci amotione *Cæſalpin. lib. de inueſtig. dæmon. cap. 17.* de nodi diſſolutione *Ronſeus in medit. venat. c. 50.* † Quidquid 45
illicitum videatur, primo ex eo, quod qui talia ſigna amouet, cũ ſpe ceſſationis, miſcet ſe pacto, quod Magus, cum diabolo celebrarat, vt ſigno poſito ipſe noceat, ſigno amoto nocere deſinat, quia non debemus præſtare conſenſum in peccato alterius, *Apoſtol. ad Roman. c. 1.* † Secundo, quia amouere 46
ſigna, eſt collere diabolũ, quia eſt proteſtari, quod poſsit nocere, quibus, & quando voluerit, quaſi ab alio nõ pẽdeat, & quod ſit fidelis, & verax, quod pactũ ſeruat cum ſuis, ac pariter illum timere, contra regis vatis doctrinam, *Pſ. 90.* † Tertio, quia dæmon ſignis nõ 47
ligatur, vt diximus, nec poteſt diutius, nec fortius hominem affligere, quam Deus ei permiſſerit, qui pactis huiuſmodi non aſtringitur, quare illa amouere ſuperſtitioſum eſt, quia & aliqui ſunt dęmones, qui non ejiciuntur, niſi in oratione, & ieiunio, *D. Matth. c. 17.* † Et ita inter legitima remedia nõ an- 48
numerãtur huiuſmodi amotio ſigni, *c. ſi per ſortiarias 33. q. 1.* vt cõcludit *And. Ceſalpin. vbi ſup.* † Quibus, & alijs ratio- 49
nibus argumẽtatur *Ioan. Haſſelſ. in præ. lect. li. 4. Sent.* vt hoc remediũ tãquam ſuperſtitioſum impugnet, quibus nobis implicari non licet, nam accurate reſpõdit doctiſsimus diuinarum, & humanarum literarum gloria cõſpicuus *Mart. del Rio lib. 6. Magicar. cap. 2. ſect. 1. q. 3. ad fin.*

¶ Veriſsimum enim eſt licitum eſ- 50
ſe ſigna maleficij tollere, vt opera diaboli deſtruãtur, vt docent *Angelicus*

Diuus Thom. D. Bonauent. & eorum præceptores Alber. Magnus, & Petr. Lombar. & Gabriel. in Sent. 2. distin. 8. q. 2. Aureolus in Sent. 4. dist. 34. † Primo ex professo
51 diserens, qui tempore D. Thomæ vixit *Henr. Goethalz. lib. 5. q. 33.* qui post longam disputationem cõcludit. *Licet autem pernitiosum est operibus superstitiosis cõmunicare, Catholicum tamen est destruere opus superstitiosum dæmonis, & in hoc ei contraire, & sic dico, quod licitum est maleficiũ deponere simpliciter, quẽadmodum licitum est, idolathicũ in cloaca proijcere.*

52 † Et contrariũ sentiẽtibus irridet Scotus in Senten. 4. d dist. 34. *Ex quo patet, quod trufatica est illa quæstio, an liceat tollere maleficium intentione curandi maleficiatum? non enim solum licet, sed est meritorium destruere opera diaboli; nec in hoc est aliqua infidelitas, quia destruẽs nõ acquiescit operibus malignis.* † Etiam si ad hoc
53 Magus adhibeatur, nã vt ait Caietan. tract. 12. tom. 2. *Et hoc absque dubio licitum est, quia non est opus maleficij, vt maleficus est, sed hominis scientis impedimentũ proximi sui, quia nulla hic cuenit inuocatio dæmonis, sed sola disolutio signi, quo durãte diabolus statuerat malum alterius continuare.* † Vnde eleganter Illustrissimæ Do-
54 minicanæ familiæ alumnus, Domini Imperatoris à secretis confessionibus præpositus, litterarũ eruditione non minus, quã religione, & sanctitate clarus Dominic. Soto in 4. dist. 34 q. 1. artic. 3. *Nos posse maleficum cogere, & ab eo pecunia extorquere, vt ligaturas, quas habet sepultas, aut suspensas, aut alicubi aseruatas, illuc dimoueat, quia illud maleficum facere virtutis est, & quicunq; sciret vbi*
55 *sunt, posset illas inde subtrahere.* † Et ita hoc non solum licitum, sed, & meritorium censuerunt *Ioseph. Angles in flor. Theolog. q. de arte Mag. art. 6. diffic. 2. Castro lib. 2. de iusta hæreticor. punit. c. 15. Ledesm. p. 3. q. 58. ar. 2. dist. 8. Henric. lib. 12. de Sacram. c. 8. n. 3. Sylvest. in Summ. v. maleficium q. 7. & 8. Angel. v superstitio, §. 13. Turrecrem. in cap. moueat te, 22. q. 1. Nauarr. in Manual. d. cap. 11. Binsfeld. in l. eorum, C. de malef. & mathem. q. 5. Raph. de la Torre d. q. 95. art. 4. disp. 3. Leonar. l. lib. 2. de iust. cap. 44. dub. 6. ex nu. 36. conciuis meus Thom. Sanchez de Matrim. lib. 6. disp. 96. ex nu. 3. & in Sum. tom. 1. lib. 2. c. 41. nu. 19. Suarez de relig. lib. 2. cap. 17. ex nu. 9.* † Etiam si tollatur signum, quod 56
est pacti vinculũ, cum spe cessationis, quia licitum est vitare locum, & personas à quibus se ledi putat, & maleficos de medio tollère, ne hominibus amplius noceãt per diabolum, vt eis viua instrumenta, vt docet *Mart. del Rio vbi sup. d. q. 5. art. 5.* † Et ita dicendũ est nul- 57
lo modo cooperari pacto, non primo, quia iuxta illud non operatur: non secundo, quia illud nõ curat, sed vult facto suo destruere, quatenus signo illo seruatur; atque ita non confirmat, sed rescindit, vt docet *Auulens. in Matth. c. 19. q. 90.* † Nec opus illud amotionis 58
signorum per se est dæmonis inuocatio, vel honoratio ex natura rei, neque ex intentione signi amobentis, quia nõ inteddit hac ratione dæmonẽ honorare, vel eum inuocare, sed intendit inuocationem per Magũ signo posito factam, impedire, & anihilare, vt per *Delrium vbi prox. artic. tertio.* † Neque 59
obstat, quod dæmon signis non ligatur, quia sine signis nocere potest donec Deus ei permisserit. Quia respondeo, non ligari naturaliter, sed moraliter ex hypothesi, quod vult stare pactis conuentis, quandiu constituit non cesaturum donec tali ligula sic nodata fuerit, vel loco suspensa, vel terræ defossa; quia sæpé, imò ordinariè Deus permittit multa fieri per maleficos, & signa malefica, quæ ei immediatè prohibuit, vt docet *Victoria in relect. de Mag. ad fin.*

CAP.

CAP. LIII. De remedijs diuinis, quibus maleficia tolluntur, & dæmones fugantur.

SVMMARIVM.

Diuina remedia contra malaficia, & dæmonum poteſtates valde proficiunt. num. 1.

Diuina remedia ad maleficia conducere Apoſtoli fatentur, & ipſi dæmones. numero 2.

Diuina remedia proſunt ſemper animæ, & corpori nunquam nocent. nu. 3.

Recurrendum eſt ad Deum quando opera humana non ſufficiunt. nu. 4.

Fides vera contra maleficium efficax remedium. nu. 5.

Credenti omnia ſunt poſsibilia. nu. 6.

Baptiſmus contra maleficium valde conducit. nu. 7.

Baptiſmo quamplures à dæmonibus liberati. nume. 8.

Confirmationis Sacramentum contra maleficia conducit. nu. 9.

Prudentius de Chryſmatis virtute cõmendatus. nu. 10.

Miſſæ ſacrificium contra dæmones, & maleficia validiſsimum remediũ. nu. 11.

Peccatorum confeſsio contra maleficia prodeſt. nu. 12.

Euchariſtiæ aſſumptio contra maleficia efficax remedium. nu. 13.

Euchariſtiæ aſsumptio quare ad maleficia conducat. nu. 14.

Oleum ſanctum contra maleficia, & dæmones. nu. 15.

Oleum ſanctum à Chriſto per Apoſtolorum manus. nu. 16.

Oleum ſanctum prodeſt nõ quatenus vnctio, ſed vt Sacramentum. nu. 17.

Exorciſmi contra dæmones, & maleficia valde conducere. nu. 18.

Exorciſmi nihil aliud ſunt, quam preces ad Deũ, & imprecationes ad dæmonẽ. n. 19.

Exorciſmi per mille & trecentos annos in Eccleſia conſerbantur. nu. 20.

Exorciſmorum forma, & ritus remiſsiue. num. 21.

Exorciſmorum authoritas contra hæreticos. nu. 22.

Exorciſmis pelluntur dæmones. nu. 23.

Agnos Dei contra maleficia, & dæmones conducere. nu. 24.

Orationes tam cõmunes, quam priuatæ contra maleficia. nu. 25.

Orationibus quamplures liberati. nu. 26.

Ieiunia, & pia opera contra maleficia, & dæmones proſſunt. nu. 27.

Chriſti Domini noſtri nominis inuocatio cõtra maleficia, & dæmones valde iubat. numero 28.

Dæmoniaci liberati Chriſti Domini inuocatione. nu. 29.

Mariæ Deiparis inuocatio contra maleficia & dæmones. nu. 30.

Mariæ Deiparis inuocatio quare cõtra maleficia conducat. nu. 31.

Reliquiæ ſanctorũ contra maleficia, & dæmones proſſunt. nu. 32.

D. Pauli ſudaria, & ſemicintia dæmones pellebant. nu. 33.

Panis, & ſalis benedicti vſus contra maleficia. nu. 34.

Aqua benedicta ſimiliter dæmones fugat. num. 35.

Aqua benedicta dæmones fugari confitentur. nu. 36.

Crux ſacroſancta maleficia, & dæmones contorquet. nu. 37.

Crux telum dæmonibus formidabile. n. 38.

Crucis virtutes plures remiſsiue. nu. 39.

Crucis virtutes exẽplis confirmatæ. nu. 40.

Crucis bellicum contra ſpirituales hoſtes. num. 41.

Authoris Eccleſiaſticæ cenſuræ ſummiſsio, numero 42.

DIVINA remedia cõtra maleficia, & dæmonum poteſtatẽ valde proficere nullus eſt, 1

qui ignoret, quam Deus Ecclesiæ reliquit D. Marc. cap. fin. *Signa autem eos, qui crediderint in nomine meo, dæmonia eijcient*, & rursus *dæmones eicite*. † Cuius virtutem ad hoc efficacem esse fatentur ipsi Apostoli tanti, muneris admirati apud D. Luc. cap. 10. *In nomine tuo dæmonia subiciuntur nobis*, fatētur, & ipsi dæmones, qui diuinis verbis profligati se torqueri, ac cruciari quæruntur apud *D. Math. cap. 17. Luc. & Marc. vterque cap. 19.* † Vnde remedia diuina, atque Ecclesiastica præcætetis rebus veneranda sunt, quia carent omni peccato, atq; periculo, & prosunt semper animæ, & corpori nunquam nocent, & á morbis, alijsque maleficiorū noxis liberāt, atque præserbant, vt tradit *Bapt. Codronch. libr. 4. de morb. venefic. cap. 2.* † Quæ ad maleficij curationem maximé conducunt, nam vt ait iustus Rex Iosaphat, Paralip. 2. cap. 20. *Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te Domine.*

¶ Ex quibus quidem primū remediū est *vera, & viua fides*, cuius loricā induēdā in omni negotio docet *Paul. ad Ephes. 6. & Thesalon. 5.* & ad hoc cōmendat *D. Cyprian. ad Fortunat. de exortat. Martir. Lactant. lib. 2. cap. 16.* † Nam credenti omnia sunt possibilia, vt docet Dñs per D. Matth. cap. 17. *Amen dico vobis, si habueritis fidem sicut granū sinapis, & dicetis monti huic, transi: transibit, & nihil impossibile erit vobis.* † Secundo legitimus Ecclesiæ Sacramentorum vsus: vt pro nondū iniciatis *Baptismus*, vt docet *Dominic. Soto in Senten. 4. dist. 3. art. 9.* † Vt de Tamracunga Indorū Rege baptismo á dæmonibus liberato narrat *Petr. Chieza p. 1. hist. Peruan. cap. 11.* de Cassano Rege Tartarorum, *Bossius lib. 1. de notis Eccles.* nam vt de eius virtute ait Dñs per D. Marc. cap. fin. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.*

† Tertio iuuat Sacramentū Confirmationis, vt cui nondum recipit, consulatur eo initiari ex doctrina *Gregor. Nazian. orat. 1. in Iulian.* de cuius effectu plura *D. Clemens lib. 7. cōstit. Apostol. cap. 24. & lib. 8. c. 35.* † Nam vt ait Prudent.

Ac quis alumnus
Chrysmatis inscripto signaret tempora signo,
Qui Zoroastreos turbaret fronte susurros.

Quarto sacrificium *Missæ* ad hoc maximè cōducit, vt tradit *D. Aug. lib. 22. Ciuit. Dei cap. 8.* & exemplis confirmat de B. Theodoro *Metaphrast. in eius vita mense April.* de Episcopo Brixiēsi *Leon. Luxemburg. in Cathal. hæretic. lit. G.* † Pura peccatorum confessio secundū *text. in cap. si per sortiarias 33. q. 1.* de cuius ad hoc mirabili virtute plura exemplis astruunt *Cæsarius lib. 1. miraculor. cap. 6. & lib. 3. c. 13. Theod. de Apoldia lib. 6. vitæ S. Dominici cap. 3. Surius to. 2. mense Mar. 22 Metaphrast. 14. August.* † Necnon sacrosanctæ Eucharistiæ assumptio, atq; perceptio deuota, *Cæsarius lib. 9. miracul. c. 12. Metaphrast. in vita S. Auxentij 14. Februar. Palladius in Lausiaca c. 19. Vayrus lib. 3. de Fascin. c. fin.* † Nā ex eius assumptione vna caro fit cum Deo, secundum eius promissionem in Euangelio, D. Matth. cap... *Qui māducat meā carnem, & bibit meum sanguinem manet in me, & ego in illo.*

¶ Quinto prodest Oleum sanctum iuxta illud D. Marc. c. 6. *Dæmonia multa eijciebant, & vngentes ægros oleo sanabāt.* † Quod ex diuina institutione ad hoc Apostolus D. Iacobus promulgauit, *D. Matth. c. 6. D. Iacob. cap. 5.* & Ecclesia quasi a Christo per Apostolorum manus recepit, *cap. ad abolendam de hæretic. Trident. Sess. 7. Can. 1.* † Non ad peccata remittenda, vt est vnctio, secundū hæreticos, sed vt est Sacramentum secūdum Catholicos, vt tradit *D. Chrys. ſt. Homil.*

homil. 4. in Corinth. 1.

18 ¶ Sexto proficiunt *Exorcismi* Ecclesiastici, quia vt ait Dominus apud D. Luc. cap. 10. *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, &* 19 *super omnem virtutem inimici.* † Quia nihil aliud sunt quam preces ad Deum. *D. August. lib. 22. Ciuit. Dei cap. 8.* & in præcationes ad dæmonē, *Petr. Thyræus* 20 *lib. de dæmoniac. p. 3. cap. 40.* † Per mille quasi, & trecētos annos ab Ecclesia ad hoc obseruati, *vt tradit Euseb. lib. 6. hist. Ecclesiast. cap. 35. Suarez in D. Thom. p. 3.* 21 *q. 63. art. 4. disp. 15.* † De quorum forma, & ritu plura *Hieron. Mengus in Flagel. dæmon. Sprenger. in Mall. par. 2. q. 2. cap. 6.* 22 *Annan. lib. 4 de natur. dæmon.* † Quidquid fremant hæretici, quia Apostoli Christi ministri, & dispensatores mysteriorum sunt, *D. Paul. Corinth. 1. cap. 4. Trid.* 23 *Sess. 2. can. 13.* † Quare merito Prudēt. vere prudenter in Apotheos.

Intonat Antistes Domini fuge calide serpens,
Exue te membris, & spiras solue latentes,
Mancipium Christi fur corruptissime vexas, &c.

24 ¶ Septimo iuuant formæ cereæ orbiculares á Romano Pontifice benedictæ, quas vulgo appellamus *Agnus Dei* propter agnū vna in facie impressum, de cuius effectibus liber extat integer 25 *Vicentij Bonardi.* † Octauo conducunt *Orationes*, tam cōmunes Ecclesiæ, quā priuatæ Sanctorum viuorum, vt tradit *D. August. lib. 22. Ciuit. Dei,* & *lib. 2. de Symb. ad Cathecum. cap. 1. Sozomen. lib. 6.* 26 *cap. 28.* † Et exemplis astruunt *Remig. lib. 1. dæmonol. c. 13.* & *lib. 2. cap. 4. Petr.* 27 *Thyreus in dæmoniacis p. 3.* † Ieiunia, & alia pia opera, quia vt ait Dñs per Math. cap. 17. *Hoc genus dæmoniorum nō eijcitur nisi in oratione,* & *ieiunio.*

28 ¶ Nono Saluatoris nostri Dñi IESV Christi nomen, & inuocatio, D. Paul. ad Rom. cap. 10. *Qui inuocauerit nomen Dñi saluus erit*, nā vt ipsomet Domino testātur Apostoli apud D. Luc. cap. 10. *Dñe enim dæmonia subiciuntur nobis in nomine tuo.* † Et exemplis illustrant, atque 29 confirmant *Surius tom. 4. fol. 154.* & *to. 5. fol. 827.* & *to. 6. fol. 671.* & *to. 7. fol. 567. Tertulian. in Apologet. Origen. cōtra Cels. lib. 1.* & *6. D. Athanas. de Verbo incarnat. Alph. Villegas in Flor. Sanctor. p. 3. vit. 173.* † Nec non eius Sanctissimæ Matris Dei 30 parē Virginis S. MARIAE, quæ quia caput diaboli conterit *Genes. c. 3.* ad eius infestationes maximum remedium est, atque salutare, vt tradit *Cæsarius lib. 6. miracul. c. 26.* & *27.* † Nā eius 31 sola inuocatione, vt hostis validissimi, confractus diabolus metuit, aduenire oppræsorem, ita fugatur, & eius venena exarmata reddūtur, quia vt ait Prudent. Cathemer. hym. 3.

Namque Deum meritā
Omnia Virgo venena domat.

¶ Decimo iuuant *Sanctorum*, qui in 32 cœlis beatitudine perfruūtur æterna, *Reliquiæ*, vt cōtra Nouatores defendūt, *D. Hiersn. contra Vigilant. D. Chrysost. contra Gentil. D. Ambros. serm. 77. Gregor. Turonens. lib. 2. de gloria martir. c. 45. Ioan. Gibbonus disp. de sanctis ex nu. 319. Petr. Thyræus p. 3. de dæmoniac. c. 43.* & *de locis infest. p. 3. cap. 67.* † Nam vt de reliquis 33 Doctoris Gentiū D. Pauli legitur apud D. Lucam Euāgelistam in Actis Apostol. cap. 19. *Super languidos deferebātur á corpore eius sudaria, & semicinctia, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebatur.* † Panis, & salis bene 34 dictæ ad id iuuāt, vt statuitur in *Concil. Nannetensi can. 9.* de quibus plura cōgerunt *Fran. Suarez vbi sup. d. disp. 15. Stephan. Duran. lib. 2. de ritib. Eccles. cap. 58. Metaphrastr. mense Decembr. Græzer lib. 3. de S. Cruce cap. 37.*

¶ Vndecimo plurimum iuuat *Aqua benedicta*, vt decisum est in *cap. aquam* 35

de

de consecrat. dist. 2. Quam lustralem appellamus; & ad hoc maximè cõmendat *Theodoret. lib. 5. histor. Ecclesiast. cap.* 21. & eius vsum ab Apostolis desumptum probat *D. Clemes lib. 8. Constit. Apo-*
36 *stol. cap.* 31. † Et exemplis exornat *Surius in vitis Sanctor.* de efficacitate *Cretzer lib. 4. de Cruce cap.* 36. Idque cacodæmones Indijs confessos narrat *Fran. Gomera in histor. Mexican. cap.* 235.

37 ¶ Duodecimo pro coronide sit signaculum *Sanctæ Crucis*, quod aduersus omne maleficium, & venenum esse præstantissimum antidotũ docet Dñs per D. Marc. c. fin. *Signa autẽ eos, qui crediderint hæc sequẽtia, in nomine meo serpẽtes tollent, & si mortiferũ quid biberint nõ*
38 *eis nocebit.* † Quare illud tellum dæmonibus formidabile vocat *Eustathius in vita Euthych. lib.* 1. *cap.* 10. & omnem Magicam tollere affirmat *S. Athanas. lib. de incarnat. Verb.* & arma inexpugnabilia aduersus dæmones, *Metaphrast.*
39 *mense Nouembr.* † De cuius mirabilibus effectibus liber integer esset conficiendus, plura, & si non pro merito quidẽ scripserunt *D. Cyprian. sermone de Pass. Christi, Origen. lib. 3. in Iob, Lactan. lib. 4. cap. 24. Suarez in D. Thom. par. 3. quæst. 25. artic. 6. disput. 56. D. Gregor. Nazianzen. orat. 1. in Iulian. D. Chrysost. homil. 8. ad Colocens. D. August. lib. 2. de symbol. ad Catechum. D. Gregor. libr. 2. dialogor.* 40 *cap.* 10. † Quarum omnia exemplis cõfirmant *Thom. Boßius lib. de signis Eccles. iast. cap. 8. & sequentibus, Glycas Annal. par. 4. Sprenger. in Mall. part. 2. quæst. 4. cap. 1. Pet. Thyræus in demoniac. dict. par. 3. cap. 44. & lib. de locis infest. par. 3. cap.* 41 *63. Iacob. Grætzer. lib. 1. de Cruce, Surius tom. 2. Cassanæus in Cathal. gloriæ mund. par. 4. conclus. 98. & 99. Cenedo collectan. 22. ad Sext. num. 3.* † Quia verum signũ bellicum est contra spirituales hostes validissimum, quippe ex eo pendet verus, & vnicus Imperator noster Christus optimus maximus ad fugandos hostes, & incitandos suorum animos à primè necessarium, vt potè militiæ 42 nostræ vexilum. † Ad cuius gloriam, & maiorem laudem, qua potui breuitate vtriusq; Magiæ opus expleui: in quo si quid laudato dixero, quod Ecclesiæ minus probetur, pro indicto, inlaudato habeto. Dat. Granat. ex nostro Musæo xviij. Maij. M. DC. XII.

D. Franciscus Torreblanca
Villalpando V. I. Licentiat.

Hispali, excudebat Ildefonsus Rodriguez Gamarra. Anno 1618.

EPITOMES DELICTORVM IN QVIBVS APERTA, vel occulta inuocatio dæmonis interuenit.

LIBER III.

DE CRIMINIS PVNITIONE in Foro exteriori.

D. D. PHILIPPI III. HISPANIARVM REGIS Catholici iussu scriptus, ac totius Senatus Regii approbatione, ad Fiscalis instantiam vulgatus.

CAP. I. de externa criminis punitione.

SVMMARIVM.

IVdicia externa negant hæretici. n. 1.
Iudicium externum crimen esse. n. 2.
Hæreticum non occidere, sed vitare. n. 3.
Christus Apostolos compescuit, qui Samaritanos volebant perdere. n. 4.
Lutheri de iudici externi sententia. n. 5.
Hæreticorum sententia de iudicio externo detestatur. n. 6.
Iudices violetæ religionis, apud Athenienses. n. 7.
Religionis causa multi puniti. n. 8.
Crimen nullum maius quam, quod in religionem committitur. n. 9.
Delictorum punitio tendit in bonum publicum. n. 10.
Pœna vnius metus est multorum. n. 11.
Bonis nocet, qui malis pepercit. n. 12.
Hæretici Sathanæ imitatores. n. 13.
Sacræ scripturæ sensus ad Ecclesiam pertinet. n. 14.
D. Matth. c. 7. de iudicio externo explicatus. n. 15.
D. Paul. Corinth. 1. ca. 6. de Iudicio externo illustratus. n. 16.
Argumenta negatiua, neque arguit, neque probant. n. 17.
Hæretici lupi appellantur. n. 18.
Pastoris cura est prouideri gregi. n. 19.
Hæreticos scandalosos occidendos iussit dominus. n. 20.
Hæreticos puniendos esse in foro exteriori probatur ex sacris litteris. n. 21.
D. Luc. cap. 6. de hæreticorum punitione explicatur. n. 22.
Nullum cogendũ suscipere religionem. n. 23

Virga, & correctio tribuit ſapientiã. n. 24.
Libertas Lutheri magis ſeruitus cenſetur. num. 25.
Vitioſũ eſt viuere, vt vnuſquiſq; vult. n. 26
Licentia deteriores ſumus. num. 27.
D. Petr. Canr. 2. c. 2. de libertate hæretica explicatus. n. 28.
Criminis punitionis triplex cauſa. n. 29.
Pœna quæ tendit ad emendã damtaxat leuior eſt. n. 30.
Pœna damni dati reſarciendi magis conſiderabilior eſt. n. 31.
Reipublicæ intereſt ne crimina ſint impunita. n. 32.
Vnius pœna metus eſt multorum. n. 33.
Pœna delinquentiũ documẽtum aliorũ. n. 34
Reipublicæ cauſa puniuntur improbi. n. 35.
Punitur delinquens ne bonis noceat. n. 36.
Vulnꝰ immedicabile enſe reſcindi debet. n. 37.
Hæreticos puniunt non ſolum veræ religionis cultores, ſed etiam ij, qui verum Deum ignorant. n. 38.
Noua religio ſemper deteſtata fuit. n. 39.
Diopires decretum de noua religione. n. 40.
Scytæ Anacharſim Regem occiderunt propter externas ritus. n. 41.
Anaxagoras, & Diogenes propter negatã religionem puniti. n. 42.
Socrates damnatus quod nouam religionem induceret. n. 43.
Alcibiades, & Ariſtoteles impietatis dãnati. n. 44.
Violatæ religionis pœna antiquiſsima. n. 45.

1 IVDICII partes ſuſcepturus cõtra Magos, & hæreticos huiuſmodi, qui derelicto proprio creatore Deo, eius hoſtis dæmonis preſidia quæruntꝫ pactis, & ſuperſtitionibus nitẽtes, vt pro tãto crimine debitas iure pœnas præſoluant, á criminis punitione eſt exordiẽdũ, quia eã exclamãt *Ioan. de Hus, Ioan. Vvicleph, Mart. Lutherus, & omnes ferè hæretici*, vt ſibi, & ſuis contra Pontific. Max. & Poteſtates tẽporales tueantur, dũ iudicia negãt ex illo Matt. 7. *nolite iudicare.* 2 †Cõtendẽtes iuriſdictionẽ externã impiã eſſe, vt pote, quę incertis, & variabilibus teſtimonijs nititur contra diuinã Dei creaturã fragili, & caduco iudicio perdendã, ſibi crimen, dũ alios iudicãt imponentes, Paul. Corint. 1. c. 6. *iã quidẽ delictũ eſt in vobis, quia iudicia habetis inter vos.* †Nã dicunt hæreticũ non occi- 3 dere, ſed vitare dominum docuiſſe *Matt.* 18. dũ in pertinaci hæc ꝓbdijt. *Si autẽ Eccleſia nõ audierit ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus.* Apoſtol ad Tit. ca. 3. *Hæreticũ hominem poſt vnã, & ſecundam correptionẽ deuita; ſcias enim quia ſubuerſus eſt.* †Et ita dicunt quod Apoſtoli dũ vo 4 lebant ignem de cęlo deducere, & Samaritanos hæreticos perdere compeſcuit eos Chriſtus dicens apud D. Luc. c. 9. *Neſcitis cuius ſpiritus filij ſitis, non venit filius hominis animas perdere, ſed ſaluare.* † Ex quibus concludit Lutherus nõ 5 eſſe boni ſpiritus hęreticos, & magos, huiuſmodi occidere, & comburere, ſed mali ſpiritus, qui erat homicida ab initio, & filij Chaldeorũ, quorũ Deus Vꝛ ſemper vrit, & ſęuit, quia nullus eſt cogendus ſuſcipere religionem *cap. de Iudæis diſt. 45. cap. maiores §. item de baptiſm.*

¶ Quæ licet ſententia tot Sacrę ſcri 6 pturę teſtimonijs cõprobari videatur falſa nihilominus eſt, hæretica, deteſtabilis, ſcandaloſa, ac temeraria, quia hæreticos, & impios, qui in religionẽ aliquid machinantur, quales magi huiuſmodi omni cura occidendos eſſe, ac in vtroq; gladio inſequẽdos ex omni iure authoritate cõprobarũt *Alf. Caſtro li. 1.* de

10 † Qui similiter liber pater dicebatur, quia vinum libertatem significat, quã dæmon Euæ promisit Genes. capit. 2. *Eritis sicut dij.* Horat. Carm. 2.

Euoe parce Liber
Parce graui metuende Thyrso.

11 † Sed quia non fuit vera libertas, sed tantum defectio á Deo, ideo in eius sacro vinum non proprié, sed lactis nomine offerabatur, vt libertatis blanditias ostenderent; lac enim blanditię sunt Prouerb. capite, 5. *Si te lactaberint peccatores.* & capite. 16. *Vir iniquus lactat amicum.* † Nec lac proprié libabatur, sed nomen tantum, quia doctissimus author huius superstitionis intellexit in Eua non esse principium generationis, quia sanguinem á muliere non trahimus, sed à viro. *l.* 1. §. *consanguineos. D. de suis, & legit. l. non*
13 *facile.* §. 1. *D. de gradibus cognat.* † Principium enim est, quod ex se non alium dependet, quod in Eua dari nequit, quia é viri corpore educta est, *Genes. cap.* 1. & ita nil mirum si vxor in iure vicem filiæ sustineat. *l.* 1. *D. de rerum amotar.* † Vndè viri arcebantur, Propert.

Interdicta viris metuenda lege piamur.

14 Non quod virgo esset, quę mater fuit cunctorum viuentium, sed quod materia, quæ est mulier forma periclitatur, seu poluitur, siue quod maiestas superiorem abhorret, Seneca.

Nec regna socium ferre, nec tedæ sciunt.

15 † Quæ vt arcanã fierent condebantur in cista, Catull.

Pars obscura cauis celebrant Orgia cistis.

Principio singulis mensibus, quo mulieres menstrua paciuntur celebrabant à viris seductæ, per noctem concurrentes.

Et non assuetis per nox vlulauit Eleusis
Mensibus.

16 † Postea annale sacrificium in hac forma describitur ab Ouid. lib. 10. metamorph.

Festa piæ Cereri celebrant annua matres
Illa quibus niuea velata corpora veste
Primitias frugum dant spicea serta suarum,
Perque nouem noctes venerem, tactusq; viriles
In vetitis numerant.

† Nocturna enim sacra fuerunt, quia 17
religiosiora, vel quod Græci mysteria sua noctu celebrarent *D. Clemen. strom.* 4. vel vt eius antiquitatis fuisset inditium, quia nox prior est quam dies, qui actionem significat, cum prior sit status, quam motus in his sensibilibus, quia omne quod fit necesse est fieri ab aliquo principio immobili, nam si mouetur, non erit principium, *Arist. lib.* 1. *Physicor.* † Siue etiam quod nocte ani- 18
ma sensuum motu, & officio liberata ad seipsam reuoluta quiescit, Horat. in Oepod. od. 5.

O rebus meis infideles arbitræ
Nox, & Diana, quæ silentium regis
Arcana cum fiunt sacra.

¶ Putabant enim arborem vetitam 19
hominivitem fuisse iuxta illud, quod ait de huiusmodi lapsu propheta Ezechiel. cap. 15. *Filij hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna syluarum? nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricetur de ea paxillus?* &c. † Quo in loco 20
Hieronym. Prado apud auunculum meum Ioan. Bapt. Villalpando in Regio Codice, tom. 1. ad Ezech. d. cap. 15. fol. 172. *Appelles merito vitam alteram artificiatim non sine diuino auxilio á Noe inuentam, vt succederet in vicem ligni vitæ hominis vetiti.* † Quare Moy- 21
ses (qui Geneseos libros scripsit) non sine mysterio vitem auream in templo colocauit, quam Aristobolus ad Pompeium dono misit, vt tradunt *Annæus Florus nostrorum Senecarum*

origine

origine lib. 3. cap. 5. Ioseph. antiq. Iud. cap. 14. Iustus Lipsius lib. 2. Elector. cap. 5. † Et sacerdotibus non solum vinũ, sed omne vitis fructum, quasi preuaricationis causam, interdixit Leuit c. 6. *Accetum ex vino, & quidquid, quod ex vua exprimitur non bibet, vuas recentes, sicasque non comedet.*

CAP. III. de suprema Regis iurisdictione, & potestate.

SVMMARIVM.

Adamo primo parenti data est iurisdictio omnis & potestas. n. 1.
Iurisdictio omnis à Deo emanauit. n. 2.
Eccles. 17. Sap. 9. explicantur de iurisdictione. n. 3.
Regum eligendorum causa. n. 4.
Regum officium. n. 5.
Regis munus iudicare. n. 6.
Iudices Regum loco constituti. n. 7.
Imperatores iura abibant. n. 8.
Nuñus Rasura, & Laincaluus iudices. n. 9.
Iudices purpurati, & coronati, apud Hæbreos. n. 10.
Regis manu omnia expediebantur. n. 11.
Consules vnde dicti, & quare creati. n. 12.
Consulis officium iudicare fuit. n. 13.
A Consulibus ad populum prouocatio quare inducta. n. 14.
Dictatoris officium supremum fuit. n. 15
Prætor creatus vt iurisdictioni præesset. num. 16.
Quæstores parricidi, Triumviri capitales, Aediles, eralij iudices. n. 17.
C. Iulius Cæsar Imperatoris nomen primus vsurpat. n. 18.
Legis Regiæ origo. n. 18.
Legis regiæ potestas. n. 19.
Magistratus populi Romani. n. 20.
Hispani à Romanis habitum, mores, & linguam suscepimus. n. 21.
Romance dictum quasi Romanum. n. 22.
Hispanè loquẽdo latine loqui possumus. n. 23
Corduba cæteris alijs Latina lingua antecelluit. n. 24.
Cordubenses ciues Romani habiti. n. 25.
Roma quos armis subigere nequirat, sociorum nomine deuinxit. n. 26.
Roma ab Hispanis condita, & gubernata. num. 27.
Comites ex Imperio in Hispaniã missi. n. 28
Comitis efficium magis ad imperium. n. 29
Proconsulis officium ad iurisdictionẽ. n. 29
Procõsul Bæticæ iurisdictionis munus. n. 30
Comitis dignitas multis sæculis ante Romanos Hæbreis floruit. n. 31.
Comites in Hispaniæ priusquam Reges creati. n. 33.
Comites in Hispania temporales post creatos Reges. n. 33.
Comitis dignitas hodie perpetua. n. 34.
Comites sunt rectores perpetui. n. 35.
Sentẽtia Vicari Præfecti vrbis non est prouocanda ad ipsum Præfectum. n. 36.
Sententia Vicari dictarum potestatum non est appellanda ad ipsas potestates. n. 37.
Bobadilla reprehensus, qui putauit à sententijs Vicari appellari ad Comitem. n. 38.
Reges nostri non ex lege Regia, sed ex domino imperium accipiunt. n. 39.
Regum nostrorum iurisdictio non ex vsurpata Cæsaris potestate, sed ex D. Pelagi electione. n. 40.
Reges ante Pelagium eligebantur. n. 41.
Electione Reges creari iussum est. n. 42.
Lege Gottorũ ad successores Regum regnũ delatum. n. 43.
Rex nostar caput, & finis totius iurisdictionis. n. 44.
Magistratus omnes ex Rege deriuantur. num. 45.

IVrisdictio omnis, & potestas á Deo Domino data est primo omniũ parẽte ac protoplasto Adamo Genes. cap. 1. *Repletecerram, & subicite eam & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis, quæ mouentur* 1

timeant. & cap. 19. *Vt audientes cæteri timorem habeant.* & cap. 21. *Vt vniuer-*
34 *sus Israel audiens pertimescat.* † Nam pœna eorum qui delinquunt documentum, doctrina, & exemplum est aliorum, Prouerb. cap. 19. *Pestilente flagellato, stultus sapientior erit.* & cap. 21. *Dum flagelatur pestilens, etiam innocens astu-*
35 *tior fit.* † Itaque merito pro republica puniuntur improbi, vt qui semel peccauit, non peccet iterum: & qui tranquilitatem publicam perturbauit, eam deinceps promoueat, dum is, qui præbuit exemplum peccandi, præbeat alijs exemplum satisfaciendi, vt docet *Seneca lib. 1. de ira, Biesius lib. 2. de republ.*
36 † Quibus accedit alia causa ne bonis noceant. Et alios sibi similes faciat, vt dicit *Plato lib. 10. de legibus.* Nam vt ait Demosth. contra Aristogiton. *Insanabile ingenium oportet extetminare, & tollere de medio, ne eo vsque expectare, quod*
37 *accipiatis malum.* † Quare merito Cic. Philipp. 8. *In corpore si quid eiusmodi est, quod reliquo corpore noceat, vri, ac secari patimur, vt membrorum aliquod potius quam totum corpus intereat.* ex quo recte versus.

Sed immedicabile vulnus
En se recidendum est, ne pars sincera trahatur.

38 ¶ Quibus ex causis non modo veræ religionis cultores punire solent hæreticos huiusmodi, sed his etiam qui verum Deum ignorabant, nam Iulius Paulus lib. 5. Receptar. scriptum reliquit, tit. de vaticinat. *Qui nouas, & vsu,*
† *vel ratione incognitas religiones inducunt, ex quibus animi hominum moneantur honestiores deportentur, humiliores capite pu-*
39 *niantur.* † Nam omnia quæ in Deorum prouidentiam excogitabantur, aut contra receptam religionem verterentur damnauit antiquitas, authore *Plutarch. lib. de superstit.* vt sic noua religio reprimeretur, vt ait *Euseb. lib. 4. præparat. Euang.* † Sic Diopites decretum fecit, 40
vt omnium, qui de Dijs non recte sentirent, aut de rebus cœlestibus nouos sermones inducerent, nomen deferretur, & iuuente populo decretũ ratum fuit, vt narrat idem *Plutarc. in Pericl.* † Quod 41
apud alias nationes etiam inualuit, nã Scytæ Anacharsim occiderunt, & regem suum Scylam regno priuarunt, & necarunt propter externos ritus, vt narrat *Heredot. lib. 4.* † Anaxagoras impie- 42
tatis accusatus est, quod solem lapidem esse dixerit, authore *Plutarch. lib. de superst.* & Diagoras, quia opem Deorum negauit exterminatus fuit, vt tradit *Tatianus in orat. contra Græc.* † Et So- 43
crates damnatus fuit, quod nouam religionem introducere videretur, vt tradunt *Plato in Apolog. epist. 7. Cic. lib. 1. de natu. Deor. Seneca epis. 105.* † Alcibia- 44
des absens tanquam hæreticus damnatus est, vt narrant *Thucides lib. 6. & 8. & Plutarch. in eius vita.* Aristoteles impietas accusatus, quod cultus Deorum minus probaret in Chalcidem profugit, vt meminit *Laertius in eius vita.* † 45
Vt sic contra hæreticos huiusmodi, qui Magos occidi negant, non solum diuina, sed prophana testimonia aducamus, quibus videant quam antiquum, quam vsitatum, omni sæculo, & apud omnes nationes sit hæreticos punire, ac Deorum criminibus in exteano iudicio cognoscere.....

Lib. III. de criminis punitione.

CAP. II. De pœna violatæ religionis per omnes mundi ætates.

SVMMARIVM.

REligionis causa apud omnes nationes prima hauita. n. 1.
Athenienses violatæ religionis causam vindicabant. n. 2.
Eumolpides apud Athenienses qui fuerint. n. 3.
Eleusina sacra quare omnium religiosiora. num. 4.
Ciuitas sine religione stare non potest. numero. 5.
Religio necessaria ad reipublicæ conseruationem. n. 6.
Religio totius beatitudinis causa. n. 6.
Luzbel apostasiæ reus primus è cœlo eiectus. n. 7.
Ludouicus Paramo correctus. n. 8.
Adamo ex violata religione panitus. numer. 9.
Adam ex sua electione hæresim contraxit. num. 10.
Nemrot primus post diluuium induxit idolatriam. n. 11.
Nemrot turrim ædificat vt contra Deum se tueri posset. n. 12.
Laui confusio facta Nemrot in peccati pœnam. n. 13.
Abraham pro religione à Caldæis in ignem eiectus. n. 14.
Chaldæorum igne liberatur Abraham. numer. 15.
Sarra ex violata religione Ismaelē, & Agarem eiecit. n. 16.
Iacob violatæ religionis causam experitur. n. 17.
Moyses Iudæos idolatras, Chore, Datham, & Abiron scismaticos occidit. n. 18.
Abimalech idolatras ex violata religione occidit. n. 19.
Dauid Deos alienos iussit comburi. n. 20.
Manases multiplicauit Magos, & maleficios, quia Solem, & Lunam colnit. n. 21.
Iosias Magos, & idolatras exterminauit. num. 22.
Nabuchodonosor ex violata religione Iudæos puniuit. n. 23.
Nabuchodonosor inquisitoris munus exercuit. n. 24.
Esdras inquisitoris munus sustinuit. n. 25.
Mathathias idolatriam destruit. n. 26.
Iudas Machabeus Apolonium ob violatam religionem occidit. n. 27.
Ionathas, & Hircanus violatæ religionis causam fugerunt. n. 28.
Christus Iesus vt inquisitor se gessit. numer. 29.
Christus Dominus violatæ religionis causam experitur. n. 30.
Christus Dominus hæreticos Iudæos reuocat. n. 31.
Christus Dominus discipulos tarditatis vicio conpescuit. n. 32.
Christus Dominus ex violata religione varijs pœnis Iudæos punit. n. 33.
Iudæorum euersionem ob Christi mortē prædictam. n. 34.
Apostolis vt Christi successoribus causæ religionis commissæ. n. 35.
D. Petrus Ananiam, & Saphiram ex violata religione punit. n. 36.
D. Paulus Elimam obcecat. n. 37.
Hæreticos tradidit Sathanæ Apostolus. num. 37.
D. Ioannes causam violatæ religionis defendit. n. 38.
Episcopi successerunt Apostolis. n. 39.
Episcoporum munus est hæreticos exterminare. n. 40.
Violatæ religionis causa Episcopis fuit commissa. n. 41.
Inquisitores primi ex D. Bernardi familia. num. 42.
D. Dominicus de Guzman in Hispania primus inquisitoris munus exercuit. n. 43.
Dominicanæ familiæ fratres hæreditario iure in officiū inquisitoris succedere. n. 44.

S. In-

S. Inquisitionis tribunalia ante Reges Catholicos nulla. n. 45.
Inquisitorum creatio à sede Apostolica. numer. 46.
Tribunali sancti Inquisitionis propagatio. num. 47.

1 RELIGIONIS causa apud omnes nationes prima, & præstantissima hauita fuit, quia vt ait conciuis meus L. Annæus Seneca (quem sanctum appellat *D. Hieron. de viris illust.*) lib. 4. de benefic. cap. 4. *Nulla gens adeò extra leges, moresque proiecta est, vt Deum*
2 *negat.* † Quare apud Athenienſ. qui in Deorum cultu, ſtudioque religionis longe alios omnes antecelluerunt, nõ tantum Areopagitæ impios ſeueriſsime punierunt, ſed etiam violatæ religionis apud Eumolpidas agebatur, vt narrat *Demoſten. in orat. aduerſus Androt.* † Erat autem ſacratiſsimorum
3 pars Eumolpidæ, qui Eleuſinis ſacris, (omnium primis) præponebantur, ex quo apud eos impietatis cauſa tractare iuſſum fuit, qui ad auguſtiora religionis erant propoſiti, in qua paganę totius Theologiæ myſteria continebantur, vt tradit *Pauſan. Eliacor. lib.*
4 *5. & de rebus Phocenſ. lib.* 10. † Vtpote in quibus diabolus humanæ lapſus, & ruinæ triumphum ſibi inſtituit decantandum, quod ex Eua reportarat, vt tradit *Anton. Clar. Syluius, lib. 1. de legibus Rom. iuris antiq. cap.* 13. † Fuit enim
5 religionis cultus, non ſolum ad bene, beatæquę viuendum neceſſarius, ſed etiam ad externam polytiam, quia ſine religione ciuitas ſtare non poteſt, vt docet *Cicer. lib. 1. naturæ Deorum, Ariſt.*
6 *lib. 7. Polytic. cap.* 8. Nã vt ait Plutarch. lib. aduerſus Colot. *Facilius credo ſine area edificeri poſſe, quam ſine religione reſpublica gubernari.* † Vnde *Machiauellus* homo ſanè impius, ac polyticorum noſtri temporis anteſignamus *lib. 1. ſuorum diſcurſ. cap.* 11. Religionem neceſſarium eſſe ad rempublicam gubernandam affirmat, *& lib. 1. cap.* 12. certius nullus, inquit, indicium repereri poteſt ad alicuius teipublicæ ruinæ, quam ſi in ea religio, & cultus diuinus deficiat,
6 † Nam totius principatus potentiam, ſubditorum obſeruantiam, peccandi metum, ac reipublicæ tranquilitatem in religione ſitam eſſe contendit *Bodinus (eiuſdem laui homo) lib. 4. cap. 7.*

7 ¶ Vnde ſapientia æterna ante mundi creationem in illa diuina, & primeua Angelorum republica Spiritus, qui arrepta ſibi diuinitate ſimiles altiſſimo eſſe voluerunt, ipſemet Deus inquiſitoris officium fungens Luzbelem, & ſequaces hæreſis, & apoſtaſiæ reos (omnibus gratiæ bonis confiſcatis) á cœleſti ſede in inferorum perpetuo, & tenebroſo carcere detrudit, *D. Auguſt. lib. 3. de Trinitat.* † Quod adendum eſt 8
ad *Ludouicum Paramo tract. de origine & progreſ. S. offic. Inquiſit.* viro ſanè erudito, dum huius tam celebri apoſtaſis criminæ oblitus originem ab Adæ lapſum repetere inſtituit, cum prima creaturæ infidelitas Angelorum fuerit, vt tradunt *Toſtat. & alij ad illud Ezech. cap. 28. Tum Cherub extentus, & protegens poſuite in monte* Dei, &c.

¶ Poſt mundi autem creationem 9
in prima ętate, in Adamum humani generis protoplaſtom, ac vniuerſalem parentem non minori ſcelere proprio ore confeſſum, ac mulieris teſtimonio conuictum, excommunicationis ſententiam protulit Geneſ. cap. 3. *Maledicta terra in opere tuo*, ac bonorum confiſcationis, *Emiſsit eum* Dominus *de paradyſo*: ac loco ſacci benedicti, *Fecit quoque* Dominus Deus *Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.* Ex quo ſacci benedicti pœna emanauit, vulgo

Sanbenito, nam potentia peragentes apud antiquos ſacco induebantur, Eſther cap. 4. *Et indutus eſt ſacco.* † Nam Adam ex ſua electione hęreſim contraxit, vt docet *Diuus Auguſtinus lib.* 1. *aduerſus Iulian. cap.* 3. Nam vt ait Tertulianus lib. 2. aduerſus Marcion. cap. 2. *Quis dubitauit ipſum illud Adæ delictum hæreſim pronunciare, quod per electionem ſuam potiuſquam diuinæ ſententiæ admiſit.*

¶ In ſecunda mundi ætate, qui incipit illico poſt vniuerſalem cathaclyſmum, quod vniuerſam terram operuit, ab origine mundi ſecundum Hæbreos anno 1658. & ſecundum Septuaginta interprætes 2244. Nemrod filius Chus, nepos Cham, & pronepos Noe, *Geneſ. cap.* 10. primus induxit hominibus idolatriam, vt ignem quaſi Deum colerent, vt tradit *Hugo de Sancto Victor. in adnotat. ad Geneſ.* † Et fuaſit ędificare turrim, *Geneſ. cap.* 11. cuius culmen pertingeret ad cœlum, eo animo, vt inquit *Diuus Auguſtinus lib.* 16. *ciuitatis Dei cap.* 4. *vt contra Deum ſe tueri poſſet.* † In tanti ſceleris pœnam confundit Deus linguas eorum, vt nemo poſſet intelligere proximum ſuum, quo Deus ſacrilegos auſus hominum hæreticorum ſolet compeſcere; vt in varias linguas, ac opiniones diuiſi confuſione puniantur, vt tradit *Ludouicus Paramo vbi ſupra, lib.* 1. *tit.* 3. *cap.* 1. *numer.* 3.

¶ In tertia mundi ætate, quæ incipit ſecūdum Hębreos ab anno 2032. & ſecundum ſeptuaginta Interpretes 3389. Abraham primus Chaldæos exprobans quod ignem colerent ab eis in igne deicitur, vt cremarentur, ſed liberatus diuinitus Pater fuit futuri ſæculi, vt tradit *Diuus Auguſtinus lib.* 12. *ciuitatis Dei, cap.* 3. *Rupertus lib.* 3. *de Trinitate.* † Et ita intelliguntur illa verba

Sanbenito, nam potentia peragentes apud antiquos ſacco induebantur Eſter cap. 4. *Et indutus eſt ſacco.* † Nam Adam ex ſua electione hæreſim contraxit, vt docet *Diuus Auguſtinus lib.* 1. *aduerſus Iulian. cap.* 3. Nam vt ait Tertulianus lib. 2. adnerſus Marcion. cap. 2. *Quis dubitauit ipſum illud Adæ delictum hæreſim pronunciare, quod per electionem ſuam potiuſquam diuinæ ſententiæ admiſit.*

¶ In ſecunda mundi ætate, quæ incipit illico poſt vniuerſalem cathaclyſmum, quod vniuerſam terram operuit ab origine mundi ſecundum Hæbreos anno 1658. & ſecundum Septuaginta Interpretes 2244. Nemrod filius Chus, nepos Cham, & pronepos Noe, *Geneſ. cap.* 10. primus induxit hominibus idolatriam, vt ignem quaſi Deum colerent, vt tradit *Hugo de Sancto Victor. in adnotat. ad Geneſ.* † Et fuaſit ædificare turrim, *Geneſ. cap.* 11. cuius culmen pertingeret ad cœlum, eo animo, vt inquit *Diuus Auguſtinus lib.* 16. *ciuitatis Dei, cap.* 4. *vt contra Deum ſe tueri poſſet.* † In tanti ſceleris pœnam confundit Deus linguas eorum, vt nemo poſſet intelligere proximum ſuum, quo Deus ſacrilegos auſus hominum hæreticorum ſolet compeſcere; vt in varias linguas, ac opiniones diuiſi confuſione puniantur, vt tradit *Ludouicus Paramo vbi ſupra, lib.* 1. *tit.* 3. *cap.* 1. *numer.* 3.

¶ In tertia mundi ætate, quæ incipit ſecūdum Hæbreos ab anno 2032. & ſecundum ſeptuaginta Interpretes 3389. Abraham primus Chaldęos exprobans quod ignem colerent, ab eis in igne deicitur, vt cremarentur, ſed liberatus diuinitus Pater fuit futuri ſęculi, vt tradit *Diuus Auguſtinus lib.* 12. *ciuitatis Dei, cap.* 3. *Rupertus lib.* 3. *de Trinitate.* † Et ita intelliguntur illa verba

Geneſ.

Genes. cap. 15. *Ego sum Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum*, ideſt, *de igne Chaldæorum*, Eſdr. 2. cap. 9. *Tu es Deus, qui elegiſti Abraham de igne Chaldæorum.*

16 † Quim, & Sarra eius vxor Inquiſitoris officium fungens Iſmaelem idolatram cum Agare matre Aegyptia de domo expulit Geneſ. cap. 21. *Cum vidiſſet Sarra filium Agar ludentem cum Iſac.* Ludere enim idolatrare ſignificat, Exod. cap. 32. *Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexit ludere.* † Item

17 & Patriarca Iacob hoc inquiſitoris munere vſus fuit cum vocatis domeſticis ſuis monet vniuerſam ſuam familiam, vt auiciant Deos alienos, quos adora-

18 bant plures ex eis, *Geneſis cap. 34.* † Item & Moyſes, dum Iudæos vitulum adorantes á Leuitis occidi iuuet, *Exod. capit. 33.* & ſciſmaticos Chore, Dathan,

19 & Abiron, *Numer. cap. 16.* † Nec non Abimalech, cum propter idolatriam ſeptuaginta fratres ſuos occidit, *Iudic. cap. 9.* & Saul dum Magos, & Ariolos exterminare fecit. *Reg. 1. cap. 28.*

20 ¶ In quarta mundi ætate, quæ incipit ab origine mundi ſecundum Hæbreos ex anno 2929. & ſecundum ſeptuaginta Interpretes 4295. non defuerunt, qui pro religione pugnarent: nãm Dauid in octauo anno regni ſui devictis Philiſtæis, eorum Deos iuſ-

21 ſit comburi, *Paralit. 1. cap. 14.* † Et poſt mortem Manaſſes, qui adorauerat Solem, & Lunam, & vniuerſæ militiæ cœli ædificauit altaria, & multiplicauit magos, maleficos, & incantatores, ob quod captiuus in compedibns ab Aſſyrijs ductus in Babylonem, *Reg. 4. ca-*

22 *pit. 21. Paralip. 2. cap. 33. & 36.* † Eius nepos Ioſias in regno ſuccedens acerrimi Inquiſitoris officium ſuſtinuit nam altaria, & ſimulachra Baal deſtruit, lucus excidit, Soli, & Lunæ ſacrificantes occidit, fana Moloch comminuit, ac oſſa ſacerdotum ibi ſepultorum exumat, atque comburit: inſuper, & omnes magos, & idolatras in vrbibus Samariæ, Manaſſæ, Ephraim, & Simeon, vſque Nephtalim ſubertit, *Reg. 4. cap. 22. & 23. Paralip. 2. cap. 35.*

† Et anno quinto deſolationis Iudeæ Nabuchodonoſor Rex Babylonis vaſ- 23
tat Aegyptum, repertoſque ibi Iudęos partim occidit, partimque transfert in Babylonem. Et in Iudæa, & Hieroſolyma numerum ingentem occidit propter idolatriam, & quibus vitam conceſsit in captiuitatem duxit, vt tradit *Ioſeph. lib. 10. antiq. cap. 11. Hierem. cap. 52.*

¶ In quinta mundi ætate, quæ incipit ab origine mundi anno 4743. ſecundum ſeptuaginta Interpretes, & ſecundum Hębreos 3367. & ab vrbe condit. 163. in tranſmigratione Babylonis Nabuchodonoſor obſtupefactus miraculo illo fornacis ardentis relinquentis intactos tres pueros Ananiam, Azariam, & Miſaelem Inquiſitoris exercens munus edicto publico iuſsit, vt occidatur quiſquis Deum Iſrael blaſphemauerit, *Daniel cap. 3.* † Et 24
poſt captiuitatem Babylonis ſub Reſa filio Zorobabel primi Ducis Iuda Eſdras ſcriba inquiſitoris munus exercuit dum in templo é ſuggeſto legeret edictum legis Domini á mane vſque ad meridiem vniuerſa multitudine virorum, ac mulierum audiente, flente, Deumque adorante, vt habetur *Eſdr. lib. 2. cap. 8. & lib. 3. cap. 9.*

† Item, & Mathathias ſacerdos cum 26
quinque filijs ſuis Anthiocho Rege, nec ſe, nec ſuos idolis ſacrificaturus reſpondit, & Iudęum ſacrificantem occidit, idolatriam deſtruit, vindicat legem, ac reuocat Dei cultum, *Machabeorum. 1. cap. 2. & lib. 2. cap. 5.*

† Et mortuo Matharhia Iudas Macha- 27

beus eius filius succedens, non minori religione omnes impios trucidat, & Dei hostem Apolonium Cælesyriæ ducem occidit, exercitumque eius delet, *Machab. 1. cap. 3. & lib. 2. cap. 8.* ac blasphemum illum, & impium Nicanorem, & exercitum eius, & quinquaginta septem milibus bellatorum conflatum, Deo fretus fugat, *Machabeor. 1.* 28 *cap. 7. & lib. 2. cap. 15.* † Defuncto Iuda succedit Ionatas frater eius Inquisitor extrenuus, qui Azotum, & templum Dagon succendit *Machab. 1. cap. 10.* & eius nepos Hircanus ob idolatriam Samariã obsidione captã solo adæquat, vt tradit *Ioseph. lib. 1. de bello Iudaic. cap. 2.*

29 ¶ In sexta mundi ætate Christus Dominus noster primus Inquisitor fuit legis Euangelicæ, qui decimotertio suæ natiuitatis die notum fecit vniuersæ Hierosolymę per tres Reges Magos se in mundum venisse, *Matt. cap. 2.* ac in duodecimo anno decens Illos in templo præstantissimi Inquisitoris specimen præbuit, *Matt. cap. 3.* † Item, & eij- 30 ciens sacrilegos de templo flagelans eos, qui de diuina Dei puęsentia malesentientes eius domum commertijs suis fedaberant, *Matth. cap. 21. Marc. 11. Luc. cap. 19.* † Et similiter quando con- 31 uincit hęreticos Iudęos futuram mortuorum resurrectionem negantes, eos testimonio scripturę redarguens, 32 *Matth. cap. 22. Marc. 12. Luc. 20.* † Ac passim eorum peruersa dogmata corrigit, & Discipulos ad Emaus iter facientes, de sua resurrectione quod ad modo dubitantes tarditatis vitio compescit, *Luc. cap. 24.* † Et tandem in puni- 33 tionem eorum, qui non crediderunt, Iudæos priuat regno, & sacerdotio, diruit templum, ac tradidit eos in perpetua infamia, & captiuitatis gentium, a qua non liberabuntur vsque in finem mundi propter infidelitatem, & hæresim, & mortem Christi, vt tradit *Io.* 34 *seph. lib. 7. de bello Iudaic. cap. 24.* † Secundum quod eis prædictum erat per Prophetas, *D. Isai. cap. 28, 29. 42. 49. 50. 59. & 65. Hierem. cap. 3. 5. 8. & 12. Oseas cap. 3. Amos. 8. Michæ. 5. Sophon. 3. Zachar. 11. Psal. 20. 68. & 108. Luc. cap. 9. D. Petr. canon. 1. cap. 2. D. Paul. ad Rom. 9.* † Et Christi successores Apostoli, qui- 35 bus data est inquisitorum iurisdictio in causa fidei, & potestatem super omnia Magica incantamenta, D. Luc cap. 10. *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutẽ inimici.* † Passim inquisitorũ suf- 36 ceperunt officiũ, nã D. Petrus Ananiã, & eius vxorem Saphiram de Spiritu sancto mentientes, tanquã hęreticos morte afficit, *Acta Apost. cap. 5.* & Simonem ante magica volantem de medio aere vi orationis reuocat, ac contriuit, vt refert *Hegesippus.* † Et D. Paulus in Pa- 37 pho insula Elymam magum, & pseudo prophetam Iudæum suæ prædicationi resistentem dicto excecat, *Act. Apost. cap. 13.* & Hymeneum, & Alexandrum hæreticos, quos excommunicauetat tradidit Sathanæ, *ad Timoth. 1. cap. 1.* † Et fornicarium, qui nouerca 37 sua vxoris loco vtebatur, & de matrimonio male sentiebat, præcipit publico Ecclesię consensu tradi Sathanæ corporaliter, *ad Corinth. 1.* † Et D. Ioan- 38 nes Euangelista cum liberatus ab exilio redijsset Ephesum reperit Elionem, Corinthum, & Marcionem hæreticos asserentes Christum ante Mariam non fuisse, neque esse Deum aduersus quos scripsit, tam dilucide suum Euangelium, & Apostoli omnes horum hęreseos damnarunt in celebri illa Synodo, quam habuerunt in Hierusalẽ, *Act. Apost. cap. 15.*

¶ Sed Apostolis successerunt Epis- 39 copi, qui diuino iure Ordinarij fuere Inquisitores Acta Apostol. 2. *Attendite*

dite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. † Nam Episcoporum munus
40 est custodire oues sibi creditas, & hæreses extirpare, *cap. excommunicamus. §. addicimus de hæretic. cap. ad abolendam, eodem tit. lib. 6. cap. fœlices. cap. eam te de rescript. Simancas de Cathol. instit. tit. 25.*
41 *ex num. 1. Rosas. sing. 44.* † Et ideo multis synodis decisum est, vt causas omnes hæresis expedirent, & præsertim *Concilio Nicæno, relato in cap. quoniam. distinct. 18. & in Concilio generale Lateranens. relato in cap. cum ex iniuncto; & in cap. vt commissi de hæretic. & in. d. cap. ad abolendam.* † Vsque dum Albigensium errores de Trinitatis minysterio,
42 ac sacramento pœnitentiæ malesencientes, quæ adeó fideles vexabant, vt Episcoporum diligentia pro eis extirpandis non sufficeret, á sede Apostolica delegati sunt primi Inquisitores ex nobilissima D. Bernardi familia tempore D. Innocent. III. vt tradit *Ludouicus Paramo, de origine S. Inquisit. lib. 2. tit. 1. cap. 1. ex num. 7.* † Qui primordia
43 huius sacrosancti tribunalis, ac fundamenta iecerunt, & eis alij sustituentes pro emergentibus negotijs creabantur, vsque ad tempora D. Alexand. III. Pontifex max. quo Christianæ fidei vindex D. P. S. Domiuicus de Guzman Hispanus Oxonēs. dioœcesis, religione, litteris, & nobilitate clarus, nobilissimæ ordinis Prædicatorum fundator, primus Inquisitor Generalis, creatus est anno Domini M. C. LXX. sub Alphonso III. Rege Castellæ, *vt Hispaniæ testantur Chronic.* † Et postquam D. P.
44 Dominicus miraculis coruscans vltimum diem clausit, Inquisitoris officium ad suos fratres, quasi hæreditario iure translatū illud per omnes orbi partes extrenuê geserunt, ac plurimi corū pro fide, & religione tuenda, non dubitarunt impiorum gladijs in memoriam posteritatis occumbere, vt tradit *Paramo vbi supra. d. lib. 2. tit. 1. cap. 5. ex nu. 1.* † Quorum multi, ac de sanctissima 45
Franciscana religione alij, qui non minore pietate coruscant post modum in Hispaniam missi fuerunt: licet ante Reges Catholicos nullū sanctæ Inquisitionis tribunal erectum comperio; nam tempore Regis Ioan. II. ad damnandum Henricum Marchionem Villenæ Magiæ crimine diffamatum ab ipso Rege electi fuerunt iudices, quorum alter Alphon. ab Spina grauiter queritur illo sæculo nullum existere inquisitorem in *lib. in scripto fortalitium fidei in præfat.* † Reges autem Catholici 46
de fidei incremento satagentes à sede Apostolica impetrarunt, vt in Hispania vnus Inquisitor Generalis crearetur, cum potestate alios Prouinciales inquisitores instituendi, pro vt sibi videretur, & cum id obtinuisset, primus omnium creatur Inquisitor Generalis D. Thom. Turrecremata, familiæ Prædicatorum, pietate, & religione preclarus, vt tradit *Zurita lib. 1. Annal. cap. 49.* † A quo vsque in hodiernum diem sanc 47
tæ Inquisitionis tribunalia tot viris litteris, & religione preclaris distincta, ad tantum fastigium sunt euecta.....

APPENDIX.

Obiectio de Eleusinis sacris.

Bonæ Deæ sacra solis mulieribus quare data. n. 1.

Bona Dea prima materia fuit. n. 2.

Terra non solum hominum, sed Deorum præbuit materia. n. 3.

Bonæ Deæ nomen quare prodire nefas. n. 4.

Bona Dea Ena fuit. n. 5.

Sacra bonæ Deæ ad humanæ lapsus triumphum diabolo decantandum inducta. num. 6.

Serpens

Serpens in honore quare esse cœpit. n. 7.
Serpens culta in sacris Isidis, & Osiridis. num. 8.
Serpentibus coronabantur celebrantes Orgia Bachi. n. 9.
Euoi dictus Bachus. n. 9.
Bachus quare dictus Liber pater. n. 10.
Vinum quare libabatur Bacho lactis nomine. n. 11.
Sanguinem á muliere non traximus, sed à viro. n. 12.
Principium est, quod ex se non aliunde pendet. n. 13.
Materia forma periclitatur. n. 14.
Sacra bonæ Deæ singulis mensibus mulieres, quo mestrua paciebantur, celebrabãt. num. 15.
Sacra bonæ Deæ singulis annis celebrata. num. 16.
Sacra bonæ Deæ quare noctu fierent. n. 17.
Nocte animam sensuum motu liberata ad se ipsam quiescit. n. 18.
Arborem homini vetitam vitem fuisse. num. 20.
Vitis aurea in templo Iudæorum, quam Aristobolus ad Pompeium dono misit. n. 21.
Vitis fructum quare sacerdotibus vetitum. num. 22.

¶ Reprehendor quod in sacris Eleusinis dixerim paganæ totius religionis mysteria contineri, quia in illis diabolus humanæ lapsus, & ruinæ triumphũ (quod ex Eua reportauit) sibi instituit
1 decantandum. *num. 4.* † Nam dicunt sacra fuisse bonæ Deæ, solis mulieribus dedita, & noctu celebrata propter nefandissima scelera, quę nec diu, neque á viris fieri licebãt, vt tradit *Pausan. Eliacorum. 1. Prop.*

Interdicta viris metuenda lege piamur.

2 † Bona Dea, prima materia fuit in qua bonum est per se, quod in alijs mediante forma contingit *Aristot. 2. Physicorum.* Ideo Opem, Rheam, Maiam, Cererem, Tellurem, Materteram, & alia terrę nomina appellabant, vt tradit *Varro lib. 4. de lingua Latina.* † Quia ter- 3
ra non solum hominum, sed Deorum præbuit materiam *D. Augustin. lib. 6. ciuit. Dei. cap. 8.* Nam á Dijs sola potentia distinguimur, non natura, *Apolon. 1. Argonaut.* † Sed nomen prodire ne- 4
fas fuit ob inimicitas mulieris, & serpentis, quas Deus in tanti sceleris pœnam indixit *Genes. cap. 3.* Siue ob religionem, Papin. Thebaid. 4.

Et triplici mundi dominum quem scire nefactum
Illud, sed taceo.

† Nam bona Dea Eua fuit, ideo finxe- 5
runt, ei Bachũ nutriendũ traditũ, quẽ ipsa deprauauit, quia arborem vetitam primis parentibus vitem fuisse crediderunt, vel ex illo Esdræ. 4. cap. 5. *Ex omni arbore solam sibi Deus vitam elegit,* † Quã 6
postea patrem serpentis forma defloraſſe tradiderunt, quia sub his ambagibus diabolus humanæ lapsus, & ruinę sibi instituit triumphum, qui Euam sub serpentis specie corrupsit, & á iustitiã originali auertit *Genes. 2.* † Vnde ser- 7
pens in honore esse cępit, & antiqui Dei superstitio orta, qui ad populi terrorem *Domo gorgonon* dicebatur quasi dęmon serpens: nam γοργος *serpens* significat *Eustach.* Iliad. θ † Et in sacris 8
Isidis, & Osiridis serpens culta, authore *Plutarch. in eorum comment.* vnde Ouid. lib. 1. Metamõrph.

Sistraque erat, nusquamque satis quæsitus Osiris,
Plenaque somniferis serpens peregrina veneni.

† Quare celebrantes Orga Bachi ser- 9
pentibus coronabantur clamantes tota nocte, *Euoi, Euam,* teste. *Dionys. de situ Orb.* vt sit in illo mysticæ matris scelus prodirent, ex quo Bachus Eua dicebatur, Ouid. 4. Metamor.

Nictelliusque, Eleleusque, parens, & Iachus, & Euam.

Qui

de iusta hæreticor. punit. concius meus Episcopus D. Iacob. Sinianc. de Cathol. instit.
tit. 46. †Nam eos, qui religionem turbant, aut ab ea dicedunt, non solu Catholici, sed & Ethnici grauiter punierunt. Apud Athenienses iudices fuerũt violatæ religionis per duo milia annorum ante Christum natum, qui sacerdotes fuerunt sacri Eleusini, omnium sacratiores, *Pausan. Eliac. li. 5. & de reb.*
Phocens. lib. 10. †Et Prothagoras, Anaxagoras, Anacharsis, & innumerabiles alij, Græcos, Scythas, & Persas ob eam causam varijs tormentis, & supplicijs affecti sunt, vt traddunt *Ioseph. lib. 2. cõtra Apion, Plutarch. li. de superst. & in vita Niciæ, Diogenes Laert. in eorum vita, D. Chrysost. hom. 4. in Pauli Corinth. 1. D.*
Cyril. lib. 6. contra Iulian. †Nam cum nullum sit crimen maius, quam quod in religionem committitur, *Cic. li. 1. natur. Deor.* merito in hoc crimine omnes nationes excandescerunt, ac acerbissimis pœnis damnarunt, vt traddit *concius meus Episcopus Simanc. de Catbol. inst. tit.* 34. *ex n.* 1. *& tit.* 46. *ex n.* 34.
† Quia in peccatorum punitione nõ tã delinquentis correctio attenditur, sed bonum publicum, quod ex talis emenda nascitur, sine, vt ait D. Isidor. lib. 5. Ethimolog. cap. 20. relatus in cap. factæ sunt leges, dist. 4. *vt humana coerceatur audatia, tutaque sit inter improbos inocentia: & ipsis improbis formidario supplicio refrenetur nocendi facultas.* †Vt vnius pœna metus sit multorum, *Deut. cap.* 13. *&* 19. *&* 21. *Prou. c.* 19. *&* 21. nam dum flagelatur pestilẽs etiam innocens astutior fit *l.* 1. *C. ad l. Iul. repetund.* † Vnde merito dicere solebat cõ ciuis meus L. Annæus Seneca lib. de morib. *bonis nocet, qui malis pepercit*, & Lactant. lib. de ira Dei cap. 17. *bonorum salutem custodit, qui malos punit.*
¶ Neque obstant in cõtrarium aducta quibus se hæretici tuentur perperã Scripturam sacram intelligentes, atquẽ vsurpãtes, vt eorum patre Sathana sacrijs testimonijs abutens Christum persuadit, vt á templi pinaculi miteret se deorsum *D. Luc. c.* 4. † Sic nobis passim religionis veritate imbutis, ipsi hæretica vesania turgidi errores suos sacris testimonijs palliatos solent obicere, diuinam omnem, & humanam sapientiam præuertentes, dum sacram scripturam ex suo capite interprætare audent, cum sensum ad Ecclesiam pertinear, vt tradũt *Iran. lib. 3. aduers. hæres. cap.* 40. *& lib.* 4. *cap.* 43. *Origen. in Matth. homil.* 29. *Simanc. de Cath. instit. cap.* 59. *ex nu.* 4. † Et vt ad obiecta veniamus non obstat illud *Matth.* 7. quia Christus ibi iurisdictionẽ contentiosam non prohibuit, sed illos, qui temerario ausu in aliorum vitas sine lege, & potestate censores existũt, vt in sua potius vitam oculos conijciant, quam aliorum facta carpiant; nam vt ait Apostolus ad Rom. cap. 14. *Tu quis es, qui iudicas seruũ alienum.* † Nec minus obstat illud. *Paul. Corinth. 1. cap.* 6. Nam cum iudiciorum contentiones quales gentes inter se habuerant, absq; inuidia exerceri nequãt, clerici eas accipientes delictum habere profitetur, quia iurgium contentiones non sunt altitudini ecclesiasticæ dignę. D. Matth. cap. 5. *Qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimite ei, & palium.* †Neque etiam obstat illud *Matt.* 18. *& Apost. ad Tit.* 3. Nã cum argumentũ á negatiuis, neque arguat, neque probet, non sequitur hoc non reperitur, ergo non debet fieri, vt asserunt *Dialectici.* † Nam si Christus hæreticos exurendos non instituisset: nunc ob id pastor vigilans eos patietur impune in Christi gregem grasare? nam hæretici lupi apellantur, *D. Matth. c.* 7. † Ob id enim irascitur Deus in pastores suos apud Ezech. c. 34. *Quia pro eo, quod facti sunt greges mei in rapinam, &*

oues meæ in deuorationem omnem bestiarũ agri, eo quod non esset pastor (nec enim quæsierunt pastores mei gregem meum: sed pascebant pastores semetipsos, & greges meos non pascebant) propterea pastores audite verbum Domini, hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum. † Et licet in dicto loco eos occidendos non præceperit alijs locis expræsse cauit D. Matt. cap. 18. D. Marc, 9. *Væ homini illi per quem scãdalum venit: expedit enim ei, vt suspendatur mola asinaria ad collum eius, & demergatur in profundum maris.* † Et dum hæreticos vetare docuerit ipse sacrilegos ementes, & vẽdentes de templo eiecit, *D. Matth. c. 21. Mar. 11. Luc. 19. Ioan. 2.* & D. Petrus eo præsente, nec vetante quidem auriculam Malcho seditioso amputauit. *D. Ioan. c. 18.* & D. Paulus Ananiam & Saphiram hæreticos occidit, *Act. Apost. 5.*

¶ Neque etiam obstat illud *D. Luc. cap. 6.* quia eo discipuli merito á Christo reprehenduntur, quod ignem de cœlo contra Samaritanos peterentur, quia id magis ex vindicta, quam animarum salute facere videbantur, quod secus est in Magistratus, qui iure, non iniuria puniunt, vt tradit *Ioan. Rossens. tract. contra assert. Luth. art. 33.* † Neque dicendum est nullum esse cogendum ad suscipiẽdam religionem, nam illud intelligitur de illis, qui illam nunquam sunt professi, nam tamen de eos, qui iam fidem Catholicam susceperunt, quia cogẽdi sunt in ea perseuerare, ne arbitrio suo abutẽtes in hæreses in sanissimas præcipitentur, & perditi ipsi cœtetos perdant. *cap. displicet. 23. q. 4. cap. vides. 23. q. 6. cap. Iudæis, dist. 45.* † Nam virga, atque correctio tribuit sapientiam *Prouerb. c. 19.* siue vt ait D. Isai. c. 26. *Sola vexatio intellectũ dabit auditui.* & c. 28. *Misereamur impio, & non discet iustitiam facere.* † Vnde tales hæretici non sunt audiendi, nã libertas ille Lutherana, magis seruitus est quã libertas D. August. epist. 166. *Posse peccare non libertas, nec pars libertatis.* † Et Arist. lib. 5. Polyt. c. 9. *Vitiosum esset viuere, vt vnusquisque vult, viuere autem conuenienter reipublicæ non seruitutem, sed salutem esse.* † Nam vt ait D. Chrysost. ad Rom. ser. 23. *Libertas disoluta, & moderamine carens vbique mala, & confusionis causa est.* quia vt ait Comicus, *Deteriores nos omnes sumus licentia.* † Vt sic merito de his prophetico lumine testetur D. Pet. can. 2. c. 2. *In errore conuersantur, libertatem promittentes, cũ ipsi serui sint corruptionis.*

¶ In criminibus enim puniẽdis tres causæ considerantur, vna vt is, qui delinquit corrigatur, atque emendetur: altera vt ei satisfiat, cui damnum est illatũ tertia vt cæteri á similibus peccatis deterreantur, quæ omnia pereunt, si á pœna mentes arceantur *D. Thom. 2. 2 q. 10. cum seq. Cast. lib. 2. de iusta. hæretic. punit. c. 3.* † Et licet pœnam illam, quæ tendit ad emendationem dumtaxat eius, qui peccauit leuior esse soleat, cuiusmodi est castigatio parentũ, maritorũ, & dominorum. *l. 1. C. de emend. seruor. l. 1. de emendat. proping. l. item quæritur. §. Iulianus. D. locati.* † Ea vero quæ ad damnum datũ resarciendum dirigitur longe cõsiderabilior est, nam ad iustitiam commutatiuam pertinet: commutat enim multa pro culpa; quinimo iustitia ipsa punitiua est cõmutatiua pœnæ pro culpa, & nõ respicit punctum indiuisibile, *Soto in sent. 4. dist. 19.* † Et in grauioribus non tantum satisfieri debet ei, qui damnum passus est, sed etiam vniuersæ reipublicæ, cuius in primis interest, ne crimina sint impunita. *l. locatio. §. quod illicite, de publician. & vectigal. cap. vt famæ de sent. excommunic.*

¶ Quod autem pertinet ad publicũ exemplũ magis perpendi solet, vt vnius pœna metus sit multorum, nam vt legitur Deuter. c. 13. *Vt omni Israel audiẽs timeant.*

Bruel veakan 5 Bosay

tur super terram. † Nam vt ait Sapiẽs Eccles. cap. 17. *Deus creauit hominem, &c. & dedit potestatem eorum, quæ sunt super terram,* & Sapient. cap. 9. *& sapiẽtia tua constituisti hominem, qui dominaretur creaturæ.* † Quæ sanè ad iurisdictionem, & imperium esse referenda expresse docent *D. August. lib. 14. Ciuit. Dei, cap. 21. Dionys. li. de diuin. nomin. c. 12. D. Thom. p. 1. q. 96. art. 1. & lib. 3. de regim. Princip.* 1. † Sed discretis gentibus, & vrbes conditæ cum omnia vnius arbitrio regi non possent, cœperunt homines bene moratos Principes constituere, vt pœnis, & præmijs propositis corruptã naturam, & vitiosos motus licentius erũpentes in oficio continerent *l.* 1. *D. de iust. & iur.* † Nam Regis officium est vrbes, atq; homines fœlices, & beatos facere, vt docent *Socrates, & Aristoteles,* ille relatus á *Xenophon. lib. 3. de dictis, & factis Socrat. & lib. 2. & 8. de Cyropæd.* hic vero *lib. 8. Ethicor. cap. 11. Iablic. epist. ad Dyoscol.* † Vnde eorũ munus apud omnes nationes iudicare fuit Reg. 1. cap. 8. *constitue nobis Regem, vt iudicet nos, sicut vniuersæ habent nationes.* Reg. 3. cap. 10. *Constitui te Regem, vt faceres iudicium, & iustitiam.* † Ex quo apud Hæbreos Regis loco iudices constituti sunt á Moyse vsque ad Saulem, vt patet ex libris *Iosue, & Iudicũ, Ruth. cap. 1. quando Iudices præerant.* Qui rexerunt Israel per annos CCCCL. Acta Apost. cap. 13. *& distruens gentes septem in terra Chanaam sorte distribuit eis terrã eorum quasi per quadrigentos & quinquaginta annos, & post hæc dedit iudices vsq; ad Samuel propheta.* † Hinc Augustus Imper. assidue iura reddebat, vt traddit *Sueton. in eius vita cap. 33.* Vespasianus, Domitianus, Galba, Claudianus, Traian. Hadrianus, Aurelius, Cõmodus, Pertinax, Seuerus, Caracala, Iustinianus, Fredicus, & alij, quos refert *Tiraq. de Nobilit. cap. 28. ex num. 17.* † Ex quo apud nos Regis vices gerentes *Nuñus Rasura, & Layn Caluus* iudices appellati fuit. Et inuictissimi pariterque potentissimi Reges nostri hãc sibi, & posteris legem imposuerunt, vt singulis hebdomadis, semel quo ad minus subditorum controuersias proprio iudicio dirimerent *l.* 1. *l.* 2. *tit.* 2. *lib.* 2. *Recopil. Greg. in l.* 29. *tit.* 9. *p.* 2. † Vt sic quasi propriũ Regũ munus exercẽtes Iudei iudices purpurati, coronatique iudicabant, vt tradit conciuis, & præceptor meus *P. Mart. de Roa in singularibus locis, singularitate, & eruditione plenis lib. 3. c. 7. & 8.* quod Reges apud Troianos præstiterunt, Virgil. Aeneid. 6.

Hoc Priami gestamen erat, cum iura & vocatis
More daret populis.

¶ Quare apud populum Romanum licet varijs vicissitudinibus iactatum, & Magistratibus, qui supræmę iurisdictioni, & imperio pręponebãtur munus iudicare fuit, nam principio ex Romulo omnia manu Regis expediebantur *l.* 2. *D. de orig. iur. Tit. Linius lib.* 1. *ab vrbe cond. Decad.* 1. † Sed Regibus expulsis, cum nihil nocentius vnius dominationis proprio malo dedicissent, imperium duobus viris mandarunt, qui eo quod reipublicę consulerent Consules dicti sunt, vt traddit *Feuest. de Magist. Ayn. Rinal. lib. 2. hist. iur.* † Qui in eadem regiam iurisdictionem succederunt *l.* 2. *D. de orig. iur.* & iudicio præponebantur, vt ex lege XII. Tab. traddit *Ryual. d. lib.* 2. REGIO IMPERIO DVO SVMPTO: IIQVE PRAEVNDO, IVDICANDO, CONSVLENDO: PRAETORES IVDICES, CONSVLES APPELLANTO. † Sed ne ipsi, vel posteri deinceps per omnia regiam potestatem sibi vindicarent, lege cautum est, vt á Consulibus ad populũ prouocatio esset, ne ipsi iniussu populi in caput ciuis

animad-

animaduertere potuissent, vt tradd̃t *Tit. Liuius li. 1. ab vrbe cond. Decad. 1. Aymar. Riual. lib. 2. hist. Iur. Car. Sygon. de antiq. Iure Rom. lib. 1.* †Quod postea Dictatori concesserunt, quòd in summo periculo creatus libera animaduersio data est, quam (ob summam, quam habebat potestatẽ) vltra sex menses fas non erat retinere *d. l. 2. D. de Orig. iur. Tit. Liuius, & Sygon. vbi sup.*

16 ¶ Sed cum Consules finitimis vellis abocarentur, neque in ciuitate esset, qui ius reddere posset, Prætor creatus est, sic dictus, quia iurisdictioni præesset, vt constat ex l. XII. Tab. quam referunt *Riual. d. lib. 2. Alicat. lib. 3. Parerg. cap. 3. Alex. ab Alex. lib. 2. dier. Ganial. cap. 15. & lib. 4. cap. 4.* IVRIS DICEPTATOR, QVI PRIVATA IVDICET, IVDICARI VE IVBEAT PRAETOR STO.

17 †quibus Quæstores parricidij, Tricemviri capitales, Aediles, & alij iudices regio imperio successerunt, vt docẽt *Tit. Liuius lib. 3. Decad. 2. Aymar. Riual. d. li. 2. Dionys. Halicarnas. li. 1. Carol. Sygon. li. 2. Annæus Florus nostrorũ Senecarũ origine, degestis Rom. c. 2.* †vsq; dum C. Iul.

18 Cæsar in Dictatorem electus donis, & beneficijs alecto populo summam potestatem Imperatoris nomine (cũ Regis invisus esset) vsurpat: & ne amplius populo libertatis esset spes, legem Regiã tullit, vel eam populo ferre coegit, quæ lex Imperij appellatur *l. ex imperfecto C. de testam.* propterea quod de Cæsaris Imperio lata est, *Cornel. Tacit. lib.*

19 *1. Annal.* †Per quem omnis potestas in Principem translata fuit, sine reddita *l. 2. C. de vetere iur. enucl. Duaren. lib. 2. disp. cap. 19. Ioan. Corrasius lib. 6. Miscellan. cap. 8. Couarr. lib. 1. variar cap. 1. n. 3. Petr. Gregor. in syntag. p. 3. lib. 47. ca. 20.*

20 *n. 5.* †Ex cuius dignitate alij Magistratus pululare cœperunt, vt Præfectus Augustalis, Præfectus Prætorio, Præsides Prouintiæ, Proconsules, Præfectus vrbi, & alij de quibus extant, *tituli in Iustin. C. lib. 1.* de quorum singulis egerunt *Sygon. & Riual. vbi sup.*

¶ Ex quorum omniũ progressu multi polytiam nostram constare suadere conantur, vel ex Romana illa dominatione, qua subacta Hispania, in Nos habitum, mores, & linguam transmisit, vt author est in hæc verba Strabo, *Turdetani autem, maxime, qui ad Bætim sunt, plane Romanos mores assumpserunt, nec sermonis quidem vernaculi memores, ac plerique facti sunt Latini, & colonos acceperũt Romanos.* †Ex quo idioma nostrũ veteres meritó dixerunt *Romance* quasi *Romanum*, vt notat omnigena eruditione clarus amicus noster *D. Bern. Alderete lib. 2. de lorigẽ de la leng. Espan. cap. 7.*

† Quod adeo est verum vt etiam postquam Gotti, Humi, Vandali, & alij barbari plurima nobis vitia induxerint Hispanè loquendo possumus Latinè loqui simul, vt primi omnium tentarunt cõciues mei *Ioan. de Mena in cãt. & Amb. de Moral. ad Arithmeticã Silicei, & eius ex sorore nepos Ferd. de Oliua in Dialog.*

†In quo patria mea Cordubensis longe alijs anteceluit, vt de suo tempore testatur Romanæ eloquentiæ parens Cicero in Orat. pro Archia poet. *Vt etiam Cordubæ natis poetis pingue quedam sonantibus atque peregrinum aures suas dederunt.* †Et ciues Romani habiti sumus, ex Constitutione Antonini Pij *auth. vt liberi de cætero. §. fin. collat. 6.* quam somnijs inuoluit *Acursius in l. in orbe Romano C. de statu homin.* †Nam imperiosa illa ciuitas, vt omnes ad se alliceret, etiam quos armis subegit sociorum, nomine deuinxit, & ciuium Romanorum priuilegia concessit, *Machab. 1. cap. 8. D. August. lib. 5. Ciuit. Dei, cap. 17.* nam vt ait Claudian.

Matris non Dominæ ritu, ciuesq; vocauit,

Quos

Quos domuit, nexuq; pio longinqua reuinxit.

27 ¶ Sed capta á Romanis Hispania (á quibus ipsa cõdita, & gubernata fuit) vltra Prętores, qui vrbanis, & Prouinciali bus rebus præsidebant. *d.l.2.D. de orig. inr.* de quibus latè *Sigon. & Rinal. vbi sup.*

28 *Tit. Liuis lib.2. ab vrbe cond.* † Alius Magistratus introduci cępit, qui *Comes* appellabatur, & cũ supræma iurisdictione & imperio mitti consueuit, vt apparet ex inscriptione multarum legũ ad hos Comites rescriptarum, & præcipué ad *Constant. Comitem Hispaniæ in.l cũ seruum 6.C. de seruis fugiti. & ad Octau. Comitem*

29 *Hispaniæ in.l.1.C. vbi senator.* † Ad quem vt ad *Virregem* difficiliores causæ referebantur, vt apparet ex. *l. vnica. C. de offi. Comitis Orient.* quia magis ad dominatio nẽ quam ad iudiciũ præponebatur, nã ad id Proconsulis officium deseruiebat

30 *l.1.C. de offi. Procõsul. & legat.* † Qui etiã Hispaniæ non defuit, & *Proconsul Bæticæ* appellabatur, vt apparet ex. *l.2. D. de his qui sũt sui, ex rescripto D. Pij ad Aeliũ*

31 *Marcianum Procõsulẽ Bæticæ.* † Sed Comitis dignitas multis sæculis ante captam Hispaniam Hæbreis fuit â tẽpore Dauid Regis Iuda, Reg. 2. c. 20. *Qui esse voluit pro Ioab Comes Dauid.* Dauid autem regnauit secundum Hæbreos circa annos mundi 2900, Hispania autẽ capta est á Romanis ab vrbe condita anno D.XXXV. qui fuit ante natum Christũ XXVI. *vt ex Dion. Casio, & alijs tradit Bern. Alderete, lib. 1. del origen de la leng.*

32 *Espan. cap. 2.*

¶ Quod extitit in causa, vt iam Romano iugo depulso, qui supręmę iurisdictioni, & imperio Hispaniæ præponerẽtur, nõ Reges, sed Comites appellabamus, vt de Ferdin. Gonzales Castellę Comiti (á quo Reges nostri originẽ ducũt) & alijs tradũt cõciuis meus *Ambr.*

33 *de Moral. lib. 10. Marian. 8. Guardiol. dela nobleza de Espan. c. 40.* † Sed creatis postea Regibus Comites tẽporales esse cęperunt, nã á Regibus ad alicuius populi iurisdictionẽ præponebantur, nõ secus, ac hodie Rectores ciuitatuum, quos appellamus *Corregidores*, vt tradunt *Zurit. tom. 1. Annal. lib. 2. c. 64. & Amb. de Moral. d. lib. 10. c. 33.* quia in Regis Vicarij eligebãtur, *Belluga in speculo Princip. rub. 22. §. & quia. n. 56.* † Quorũ munus hodie perpetuum est, & ad successores deuenit iure hæreditario, cũ dignitate, & imperio, *Ant. Gom. in. l. 90. Tau. n. 12. Gregor. Lop. in. l. 12. tit. 1. p. 2. Molin. de primogen. lib. 1. c. 11. n. 10.* † Vnde eos Rectores perpetuos appellat *Auend. in cc. Prætor. c. 7. n. 1. Azeued. in rub. tit. 7. & 25. lib. 3. Recopil.* † Atq; ita quemadmodũ à sentẽtia Vicarij Præfecti vrbis, siue Rectoris appellari nõ potest ad ipsum Rectorem, quia vnũ, & idẽ tribunal est, & vtriusq; vna, & eadem iurisdictio. *c. Romana, & ibi omnes, de appellat. in. 6. Bart. in l. 1. D. quis, & à quo appellet. & in. l. præcibus. C. de appellat. Couar. in Pract. c. 4. n. 8.* † Ita similiter á sententijs iudicũ dictarum potentatũ, ad ipsosmet Duces, Comites, & Marchiones appellari non potest *Angel. in. l. 1. §. qui mandatã. D. de offi. eius Couarru. d. c. 4. n. 6. Capicius decis. 27. Rolan. cons. 4. n. 41. & cõs. 75. ex n. 15. vol. 3.* † Quidquid ex pragmatica Guadalaxaræ contrarium suadere conetur *Castillo de Bobadilla in Polyt. lib. 2. c. 16 n. 77.* quia in Regia nostra Granatensi Chancellaria nunquam vidi eorum sententias per dominos Auditores reuocare, vel confirmare: sed attenta solum, quæ á Vicario eorum lata est sententia ad vlteriora procedere, & reuocata, vel confirmata supplicationis libellum admittere, quod non fieret, si vterque esset valida, *ex tit. ne liceat tertio prouoc.*

¶ Et quia idẽ *Bobadi. vbi sup. lib. 1. c. 1. nnm. 19.* Regis nostri iurisdictionem ab illa Cæsaris potestate deriuari conatur persuadere, respuendus est, ne tanto

Principi, tam vitiosum principium tribuamus cũ Reges nostri, non ex lege regia, sed ex Deo imperiũ accipiũt *Prouerb. 9. Tu elegisti me Regẽ populo tuo, & iu-*
40 *dicẽ filiorum tuorũ.* † Cuius collatio facta non est ex illa vsurpata Cęsaris potestate, sed ex legitima D. Pelagi electione, qui post miserã Hispaniæ cladẽ á Gottis, qui ad Canthabros, & Astures se receperũt electus fuit summa cũ potestate, & imperio, à quo ad posteros iure hęreditario, & successiuo regnum delatũ est. *l. 2. tit. 15. p. 2. Couar. in pract. c. 1. ex n.*
41 *1.* † Nã ante Pelagium Reges Hispaniæ nullo iure sanguinis, sed per electionẽ Primatuũ, & Presbyterorũ creabãtur, vt appareat ex Cõc. Tolet. 4. can. fin. *Sed defuncto in pace Principe, Primates totius gentis cũ sacerdotibus successorem Regni cõ-*
42 *silio cõmuni constituãt.* † Idemq; statuitur in *Cõcil. Tolet. 5. can. 3. & concil. 6. pluribus locis*: & in libro antiquissimo legũ Hispaniarũ, dicto, *Fuero juzgo in Proem. l. 2* cuius hęc sunt verba: *Doncas establecemos, que de aqui adelante los Reyes deuẽ ser esleidos en la ciudad de Roma, o en aquel lugar do murio el otro Rey, con consejo de los*
43 *Obispos, e delos ricos omnes dela corte, y del pueblo.* † Post Pelagiũ tñ, quia in eo summam virtutem, & religionẽ inbditi agnouerunt, quasi eum perpetuum regnũ volentes constituere á Gottis lege generali sancitũ est, vt si Rex fuisset Catholicus, primogenitus eius ad regnum vocaretur, vt tradunt *Ioan. Lupus de obtent. Regni Nauar. §. 9. p. 6. Lud. Molin. de*
44 *primoge. lib. 1. c. 2. n. 13.* † Et ita potentissimus Rex noster nullo electionis vitio, nulla tyranica dominatione, nullo ambitu externę gloriæ, sed ex diuina dispositione iure hæreditario, & successiuo Regnum potitur, ipseq; est caput, & finis totius iurisdictionis *l. 2. & l. 5. cũ seq. tit. 23. p. 3. l. 1. 2. et per tot. tit. 1. lib. 4 Recop. Parlador. lib. 2. rer. quotid. c. 1. n. 5. Valasc. de iure emphit. q. 8. ex n. 20. Matiẽ. in. l. 1. tit. 10. gl. 21. ex n. 6. li. 5. Recop.* † Ex cuius 45 capite, vt ex limpidissimo fõte omnes Hispania Magistratus deribãtur, de quibus quia alij fusé egerunt nobis, qui ad alia properamur, remorari non licet, nam vt vere Comicus.

Non ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
Quim res, ætas, vsus semper aliquid apportet noui,
Aliquid semper moneat. &c.

APPENDIX.

1 RErpæhendor, quasi nimis iactans dixerim Romam ab Hispanis cõditam, & gubernatam, *n. 26.* quia asseruit Romã á Romulo conditam. *l. 1. D. de orig. iur. l. fin. D. de rer. diuis.* & ab Hispanis nunquam gubernatam, quia regimen vrbis non nisi ciuibus Romanis dabatur. *l. Barbarius Philippus. D. de offi. præ fid.* † De origine enim vrbis multis sæ- 2
culis ante Romulum natum, quinimo ante Aneę in Italiam aduentũ totius antiquitatis, & moris maiorũ armariũ sic testatur Virgi. Maro lib. 8. Aeneid.

Tunc manus Ausoniæ, & gentes venere Sicanæ.

Sicani isti Hispani fuerũt authore Dio 3
nys. Halicar. lib. 1. *Sicani tunc eam tenuerunt*, de Roma agit, *genus Hispanum, quod fugatum à Liguribus paulo antea ibi habitare cœperunt.* † Nã vt ait Strab. lib. 6. *Ex qui-* 4
bus fuerũt Hispani, quos Ephorus primos de barbaris, ait, istam insulem habitasse, quã Romam fuisse probat Seruius ad illud Aeneid. 7. *Rutuli, veteresque Sicani.* † Et 5
vt alios prętermittam Tucides Græcus (quem maximis laudibus extollit Cic. in Orat. lib 10. c. 1.) ille enim lib. 6. *Sicani primi demõstrãtur incoluisse, atq; vt ipsi prædicant omnium primi, quippe cum sint illius terræ indigenæ, sed veritas arguit eos Iberos esse orinndos á flumine Siccano.* † Si- 6

ue

ne malueris *Sicore*, qui transit prope Leridam, quem hodie vocamus *Segre*, vt non indigne recenset conciuis meus potis historicus; quam poeta Lucan. lib. 4. Farsal.

Super hunc fundata vetusta
Surgit Illerda manu, placidis præluditur vndis,
Hesperios inter Sicoris nõ vltimus amnis.

7 † Quibus in Romanæ monarchiæ Imperio successerunt Aborigines, qui subiũgandis finitimis, & ędificandis vrbibus á Tyberi vsque ad Lyrim, vocatiq; Aborigines vsque ad bellum Troianũ, vt narrant *Tit. Liuius lib. 1. ab vrbe condit & Annæus Florus lib 1. hist. Halicarnæus, Panuinus, Sigonius, Frosterus, & alij qui Romanam historiam conscripserunt.*

8 † Exusta Troia Aeneas ad Italiam appulit, ibique ab Euãdro hospicio receptus (qui tunc Romæ Imperio potiebatur) ad quadam polytiam Romanos redegit, vt testatur *Virgil. vbi sup.* ex quo merito Imper. Iustinianus Nouel. 47. † *Aeneas Rex Troianus, quædam nobis reipublicæ initia dedit, & nos ab illo Aeneadæ*
9 *appellamur.* † Is ex Lauinia Syluium suscepit, qui Aeneã Syluium creat, deinde Latinum Syluium, Latino Alba ortus, Alba Atys, Ati Capys, Capi Capetus, Capeto Tyberinus, Agrypa deinde Tyberini filius, post Agripã Romulus Syluius, á patre accepto imperio regnat, quibus & alijs Proca succendẽs Numitorem, & Amuliũ filios tulit, vt *nar-*
10 *rat Tit. Liuius d. lib. 1. Decad. 1.* † Ex quorũ primo Rhea filia inter Vestales cõsecrata ex milite (Martis nomine) gemelos suscepit filios, qui ob matris incestu ad Tyberim proiecti, á Faustulo Regis pecotoris magistro reperti sunt, qui Acę Laurentiæ vxori tradit educandos, quæ quia corpus venale habebat Lupa inter pastores appellabatur, factus est locus fabulę, qua creditur eos à Lupa educatos fuisse, vt narrat *Marc. Ant. Sabelicus, lib. 2. ab orbe cõd. decad. 2.* † Qui 11
ex eo quod Romæ sub Luperaculi rupe educatentur Romulus, & Remus dicti sunt, non é contra, vt falso vulgus opinarur nã Roma dicta est, siue á Romo Aeneę Comite, vt voluit *Cæphal. Gergicius*, siue a Roma, filia Athlãtis Itali, & Laucariæ matronæ Hispanæ, quã alij volunt fuisse fundatricem, *Plutar. in Romul. Fr. Ioan. de Pineda in Monarch. Eccles. p. 1. lib. 2. c. 17. §. 2.* † Siue á voce Græca 12
ῥωμαλέος quę robustum significat, vt tradit *D. Hieron. lib. 1. contra Iouin.* siue ex Hærea voce רוממה *Romah*, quę excelsum importat, eo quod excelsis collib⁹ sita esset, vt ad illud Genes. c. 26. *Vox in Romah audita est.* tradit Guil. Hamer. & ex eo diligentissimus concius, & amicus meus *Ioann. Baptist. Nauarr. in Threno. Hierem c. 1. fol. 14.* † Qui quidẽ 13
Romulus, & Remus eo quod Romã patriam muris cinxissent, ac colapsam polytiam erigerẽt cõditorum nomẽ sunt adempti, nõ alirer quam de Semirami ad Babyloniã meminit *D. Aug. lib. 16. de ciuit. Dei. c. 4.* Dé ipsa Roma quam ante Euandrum Ianus, & Saturnus moderarunt Vigil. d. Aeneid. 8.

Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit vrbem.

De ipso Euandro vbi proxime Maro.

Tũc Rex Euander Romanæ cõditor arcis.

¶ Quo ad imperiũ autẽ barbarè adu 14
citut *l. Barbarius*, quia Hispani ciues Romani erãt, vt diximus *n. 24.* & ob id Traianus natus Hispaniæ Romanũ Imperiũ obtinuit, nec non Trogus Pompeus Romanorum Imperator Hispanus fuit, natus Cordubę, *vt constat ex vitis Pontif.* † Et vt alios interim taceã L. Anneus Se- 15
neca, quẽ Reges nri Cordubẽsem fuisse fatẽtur in *l. 2. tit. 4. p. 2.* Romę publicé cõsulatũ gesit anno vrbis DCCC II. vt patet ex. l. 1. D. ad. S. C. Trebel. *Factũ est senatus consultũ tẽpore Neronis VIII. Kal. Sep. Annæo Senec. & Trebellio Max. Cõss.*

16 †Fuit enim Hiſpania apud veteres magno in pretio habita, quæ ideo πανία *Pania* dicebatur, ſeu *Panonia*, ducta voce á *Pana* filio Dionyſi, qui primus Hiſpaniam colluit *Plin. lib. 3. cap. 1.* †Siue á 17 πανα *Pana* Græcum, quod Latinè *totũ* ſignificat, ob eius diuitiarum potentia, auri, argentiquè minas, hominum ingenia, virtutem, & doctrinam, vt notat *auunculus meus P. Ioan. Baptiſta Villalpando in Regio Codice tom. 1. p. 2. ad Ezech. cap. 27.* † Poſtea autem *Spania* dicta eſt, 18 addita S. quæ litterę P. & anteponebatur, & poſtponebatur, vt notat Marc. Capella lib. 3. de ſemivocal. *S nonnulli litteram non putarunt, quam Meſſalla quændam ſibillum dixit, quæ tam vtriuſque P litteræ copulatur, vt ſpado, pſitacus.* 19 †Vnde ex ελλα dicimus *ſella*, ex ερπο *ſerpo*, ex ὑπερ *ſuper*; nam vt ait Marc. Varron, lib. 2. de re ruſt. *Sus Græce dicitur* υς & lib. 4. de ling. Latin. ερπυλλον *addita S ſerpulum.* † Nam Hiſpania ob ni 20 miam gentis virtutem, terræ fertilitatem, & metallorum copiam, adeò vetcrum animos in admirationem rapiebat, vt inter omnes Romani imperij prouintias prima, & præſtantiſsima habita eſſet ſecundũ *Plin. lib. 3. c. 3.* ideo ad dita Σ dixerunt *Spaniam*, nam Græcis Σ πανιον *Spanion* nimirum eſt, vt notat Plato in Euthyd: τογερ Σπανιον ω 21 ευθυδημετιον. † Vnde Licet aliæ prouintiæ, quæ Romano ſuberant imperio in tributo earum rerum eſſent, quibus abundabant, Hiſpania ſolũ viros dare cõſuenit (loco tributi) quibus Romana monarchia regeretur, vt notat Claudia. in laudibus Seren.

Nam aliæ gentes, quas fœdere Roma recepit,
Aut armis domuit, varios aptauit in vſus
Imperij, &c.
Sola nouum Latijs veſtigal Iberia rebus
Contullit Auguſtos.

CAP. IIII. de Pontificis iuriſdictione in temporalibus.

SVMMARIVM.

Pontifici max. iuriſdictionem hæretici negant in temporalibus, vt in ſua tueantur crimina. n. 1.
Vicari Dei poteſtatẽ Lutherus reclamat. n. 2
Hæreticorum ſententia de Pontificis poteſtate refutata. n. 3.
Concilij Florentini decretum de Pontificis poteſtate. n. 4. (*n. 5.*
Vtriuſq; gladij poteſtatẽ eſſe penes Põtificẽ.
Gladij vtriuſque poteſtatem eſſe penes Pontificem probant Patres Orthodoxi. n. 6.
Eadem ſententia probatur ex Theologis. n. 7
Iuriſperiti in eadem veniunt ſententiã. n. 8.
Pontificis iuriſdictio in temporalibus negata à Catholicis. n. 9.
Iuriſdictionem temporalem eſſe penes Eccleſiam quã tenuerint. n. 10.
Chriſtus Eccleſiæ ſuæ paſtori ſimul cum iuriſdictione ſpirituali temporalem conceſsit. n. 11.
Iuriſdictione conceſſa omnia videntur conceſsiſſe, ſiue quibus exequi nõ poteſt. n. 12
Iuriſdictionem temporalem penes Eccleſiã eſſe. n. 13. (*tati. n. 14.*
Sacramẽtari de pontificis iuriſdictione refu
Eccleſia vnica eſt, vna fides, & vnum caput. n. 14.
Eccleſiã vnicũ caput habere probatur. n. 15.
Eccleſiæ plura capita dare hæreticũ eſt. n. 16
Eccleſia militans ad normam triumphantis componitur. n. 17.
Plura dare principia abſurdum eſt. n. 18.
Vnitas Eccleſiæ in vno capite conſeruatur. num. 19. (*bus. n. 20.*
Vnitatem Eccleſiæ conſeruari in ſpirituali-
Finis iuriſdictionis temporalis in Chriſtiano homine non eſt vltimus finis. n. 21.
Eccleſiæ promiſsum per vnum paſtorem gubernari. n. 22. (*ficat. n. 23.*
Paſcere ſpiritualiter, & temporaliter ſigni-
Paſcere pro regere, et gubernare. n. 24.
Ligare, et abſoluere ad iuriſdictionem ſimul

mul temporalem expectat.n.25.
Ligare vox ad iurisdictionẽ expectat. n.26
Apostolorum potestas eadem cum Christo. num.27.
Apostoli missi sunt in eadem potestate, qua Christus à Patre missus.n.28.
Christus Dominus missus est à patre non tã tũ vt redemptorem, sed vt legislatorem. num.29.
Christus se Regem non negauit.n.30.
Christus à Iudeis Regem elegi noluit.n.31.
Iudicia dirimere ad redemptionis mysteriũ non fuit necessarium.nu.32.
Familiæ herciscundæ iudicium Christus noluit admittere.n.33.
Christus adulteræ iudicium suscepit.n.34
Christus soluit tributum ad euitanda scandala.n.35.
Deo, et sæculo non potest homo militare. numer.36.
Dominationem propter ambitionis vitium Ecclesiæ esse prohibitam.n.37.
D.Petrus, et Paulus de iurisdictione Ecclesiastica explicati.n.38.
Christus dominus in omnium Regem, et Põtificem constitutus.n.39.
Christo omnis potestas data est.n.40.
Christi vicarium in eadem potestate constitutus.n.41.
Duos gladios penes ecclesiam esse probatur. num.42.
D.Paulus externam iurisdictionem penes Ecclesiam esse probat.n.43.
Episcopale munus ad iurisdictionẽ fuit.n.44.
Sacerdotium veteris legis nostri fuit repræsentatio.n.45.
Sacerdotes legislatores, & preceptores erant.n.46.
Sacerdotis munus est lites dirimere.n.47.
Gladij temporalis potestatem quo pacto D. Petro prohibitam.n.48.
Sacerdotes veteris legis vtriusque gladij potestatem habebant.n.49.
Phineis sacerdos mechum interemit.n.50.
Samuel, & Mathathias sacerdotes, & Elias propheta gladi tẽporalis potestate vsi.n.51
Christus Dñs arreptis funiculis temporaliter eiecit ementes, & vendentes de templo.n.52.
D.Petrus ad defensionem magistri auriculam Malcho amputauit, & Annaniam, & Saphiram occidit.n.53.
D.Paulus obcecauit Elimam magum.n.54.
Imperium, & sacerdotiũ sunt velut vnius corporis duo membra præcipua.n.55.
Idem homo vtramque potestatem sustinuit spiritualem, & temporalem.n.56.
Reges, & Pontifices idem fuerunt.n.57.
Moyse viuente omnes eius iuditio iudicabantur.n.58. (*nos.n.59.*
Sacerdotium regno adiunctum apud Roma-
Reges simul, & sacerdotes apud alias nationes.n.60.
Pastoris oficium factum propter gregẽ.n.61
Romanum Pontificem esse successorem D. Petri.n.62.
Pastoris officium quale sit.n.63.
Pontifex Romanus vacante Imperio succedit in administrationem. n.64.
Romanus Põtifex Imperatorẽ iudicat.n.65.
Zacharias Papa priuauit Regem Francorum.n.65.
Innocentius IIII. Regi Portugaliæ dedit coadiutorem.n.66.
Stephanus II. transtullit imperium à Constãtinopoli ad Germanos.n.67. (*n.68.*
Innocẽtius III. deposuit Othonẽ 3. Imperat.
Innocentius VIII. deposuit Ferdinandum Apuleiæ Regem. n.69.
Iurisdictionem externam esse penes Pontificem.n.70.

HAERETICI, & nouatores in Christum, ac diuinum eius Vicarium, Ecclesiæ principem, ac omnium nostrorũ rectorem, patrem, atque pastorem canina rabie perfusi blasphemis, & conuitijs lacesere non desinunt temporalem potestatem ei denegantes, quo se in sua crimina tueri arbitrantur, quorum primus (quod ego

scio) *Ioan. de Hus, & Ioan VVitcleph* intet alia sui erroris dogmeta, hęc etiam seminarunt, quæ damnata sunt cum suis authoribus *in Concilio Constantiens. sess. 15. & fin.* † Post hæc *Martin. Lutherus* defensionem prædicti Ioannis de Hus sui præceptoris suscipiens, eo quod Pontificis iussu crematus fuisset, in ipsum Pontificem diuinę Maiestatis Vicarium, & vicês Dei in terris gerentem blasphemo ore ogganit, ac D. Petri successorem non esse, nec Vicarium Dei tam impudenter ausus est insanire, vt nec relatu dignus videatur, quem strenuè confutauit *Episcop. Ioan. Roffensis, artic. 25.* qui eo fuit ab hæreticis decollatus, vt tradit *Alphon. Castro de iusta hæretic. punt. lib. 3. cap. 4.* †Quam quidem sententiam sequuntur alij hæretici, *Caluinus lib. 4. instit. cap. 11. §. 8. q. 10. & 11. vsque ad 14. Petr. Martir ad Paul Rom. cap. 13. Magdeburgens. cent. 1. lib. 2. cap. 4. col. 435. & cent. 8. q. 10. & 11. cap. 10.* quos satis refutat *Robert. Bellarm. Cardinalis Societ. Iesu, vir omnigena eruditione clarus tom. 1. de controuers. Christ. fid. lib. 5. cap. 1.* † Ideo Concilium Florentin. sub Eugenio IIII. pro Græcorum vnione celebratum hanc protulit sententiam. *Deffinimus sanctam Apostolicam sedem, & Romanum Pontificem in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Romanum Pontificem successorem esse D. Petri principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem, atque doctorem existere.* † Idemque probatur ex verbis *Apostol. ad Rom. cap. 13. & Corinth. 2. cap. 10 & 13. cap. si quis suadente 17. q. 4. cap. ita quoudam de Iudæis, cap. con quæsti, de sent. excommuni. cap. nolentes de hæretic. cap. pastoralis de offic. Ordin. cap. quicumque de sent. excommunic. in 6. cap. fœlices de pœn. lib. 6. Clem. cupientes de pœn. & Clem. grauis de sent. excommunicat. Extrauag. vnam sanctam de maiorit. & obedient. & Extrauag. inter cũctas. §. duos de priuileg. Trident. sess. 6. de reformat. cap. 1. & sess. 8. in decreto de translat. Concil. & sess. 9. de prorogat. sessionis, & sess. 14. cap. 7. & sess. 21. cap. 2. & sess. 24, cap. 1.* † Eademque sententiam tuentur Patres Orthodoxi, *D. Gregor. lib. 4. homiliar. homil. 27. Theophylact. super Matth. 16. & super Luc. 22. Leo Papa huius nomin. 1. serm. 3. de anniuers. suæ Pontifi. D. August. tract. 56. super Ioan. lib. 2. cõtra Donatistas, serm. 124. de tempor. & serm. 26. de sanctis & epist. 157. D. Hierony. pluribus epistol. ad Damasum Pap. D. Ambros. ad Pauli Gal. lat. cap. 1. Petr. Chrysostom. homil. 56 super Matth. 16. Athanas. in epist. ad Liberium Pap. Eusebius Cæsarien. lib. 2. Ecclesiast. hist. cap. 14. Hilarius super Matth. lib. 6. de Trinit. Cyprian. epist. 3. lib. 2. & epist. 8. lib. 4. Origines super Matth. homil. 6. Irenæus lib. 3. aduers. hæreses. cap. 3.* † Defendunt etiam Theologi, D. *Thom. contra errores Græcor. opusc. 1. lib. 1. de regim. Prin. cap. 1. & 6. & lib. 3. cap. 8. 18. & 19. & in Sentent 2. dist. fin. & part. 1. q. 59. art. 2. Petr. de Palude lib. de potestate Eccles. Henriq. quodlib. 6. q. 25. Durand. de orig. iurisd. q. 3. Caietan in Apologet. tom. 1. opusc. tract. 2. cap. 13. ad Octau. & 2. 2 q. 43. art. 8. Victoria in relect. 1. de potest. Eccles. q. penult. & relect. de Indis insulam. p. 1. num. 26. Soto lib. 4. de iust. q. 4. art. 1. Bañez de iust. in præamb. de Domin. q. 4. dub. 2. Driedo lib. 1. de libert. Christ, cap. 15. & 16. & lib. 2. cap. 2. Sanderus lib. 2. de visib. Monarch. cap. 4. Ant. de Corduba in qq. Theolog. lib. 1. q. 57. dub. 3. Melch. Cano de locis Theolog. lib. 6. cap. 3.* † Et est communis Canonistarum, & Legistarum, *gl. Innocent. Abb. & alij in cap. nouit de iudic. & in cap. causam quæ, qui filij sint legit. Ancharr. in cap. 1. de constit. num. 3 glos. in Clem. ad nostram de hæretic. Innocent. in cap. ex suscepto de foro compet. Ioan. Andr. in Clem. 1. de iure iurand. Speculat. in tit. delegat. §. nunc ostendendum. v. 39. & de rescrip. §. ratione*

autem

autem. Bart. in l. 1. §. 1. D. de req. reis, & in l. fin. C. de legib. Bald. in proœm. Digestor. n. 18. & in l. non ambigitur. D. de legibus, n. 6 Oldrad. cons. 180. num. 12. Alexand. 24. num. 23. Volam, 5. Marsil. in. l. fin. D. de iurisdictione omnium iudicum. num. 148. Conrad. in templo Iud. lib. 1. cap. 1. §. 2. num. 8. & 9. Turrecremat. tract. de potestate Pap. Steph. Aufrer. in Clem. vt clericorum de of. fic. Ordin. Syluester. in summa. v. Papa. Bellarmin. in cap. futuram. 12. q. 1. Petr. de Mõte. tract. de origine iurisdi. q. 1.

9 ¶ Nam licet nullus textus de iure diuino, qui hanc potestatem Petro, & successoribus concessisse videatur aut dacter afirmet omnigena eruditione clarus *Episcopus Præses Couarru. in Pract. cap. 31. num. 2.* respondens ad illud Psal. 104. *Nolite tangere Christos meos*, & illud Matth. cap. 18. *Quemcũque ligaueris, &c.* & illud Ioan. cap. fin. *Pasce oues meas*, & alijs, quibus prefati authores hanc Pontificis potestatem tuentur, loquutos de
10 iurisdictione tantum spirituali. † In qua etiam sunt sententia, *Innocent. in cap. 2. de maiorit. & obedient. Alciat. in cap. cum non ab homine de iudic. et in l. inuenus nullum. C. de sacros. Eccles. Ital. Clar in pract. q. 36. num. 1. Boer. decis. 31. ex num. 3. & decis. 69. ex num. 1. cũ alijs per Cened. collect. 37. ad Decret. & collect. 57. ad Decretal. num. 1. Anast. sis. Germon. de sacror. immunit. lib. 3. cap. 13. num. 108. Ioan. Garsia ad l. Corduh. glos. 9 num. 12. Gregor. in. l. 56. tit. 6. part. 1. Azeued in. l. 10. tit. 1. lib. 4. Recop. Cauill. in pract, q. 550. Farinac. to.*
11 *1. q. 8. num. 2.* † Nihilominus tamen sentẽtia nostra vera est, & tenẽda, nã Christus Ecclesiæ suæ pastore prouidens iura etiam temporalia concẽsit, vnde iura diuina tueri posset, & aduersus hostes se tueretur, vt persisteret, & conseruaretur, nam vt ait Apost ad Corinth. cap. 2. *Potestas mihi data in ædificata, &*
12 *conseruanda.* † Nam cum spiritualem etiam hæretici Petro demandatam fateantur, de necessario concedere tenẽrur temporalem, quatenus conducit ad spiritualem, & ratione peccati, quia iurisdictione concessa omnia illi videntur concessisse, sine quibus ex equi non potest. *l. 2. & ibi omnes D. de iurisdict. omnium iudicum. cap. 1. cap. præterea de offic. deleg.* † Et ita iurisdictionem tempora- 13
iem pẽnes Ecclesiam esse ore pleno fatendum est: non temporaliter, vt suadere connatur, *Marta tract. de iurisdict. p. 1. cap. 18. cum seqq.* Sed ratione peccati, & in ordinem ad spiritualẽ, vtpote cui omnes Christi fideles subditi sumus de necessitate salutis, vt docet Bonifacius VIII. Pont. Max. in *Extrag. vnam sanctam inter communes, de maiorit. & obedient.* † Nam licet Sacramentarij ex hac 14
diuina constitutione potestatem tempotalem Papæ difiteantur, quia ab eo condita est: in errore suo obcecantur, quia legis ratio est æterna, D. *Thom. 2. 2. q. 96.* Ideo licet in ea non sit scripta potest allegari, *c. ratio nulla.* & ibi. DD. *de præbend. l. scire oportet. §. sufficit. de excusat. tutor.* Quin imo disponente Pontifice, de quo scriptum est. D. Luc. cap. 10. *Qui vos audit, me audit.* † Obsistant ergo 14
stelliones, et calida, quam merentur per fundam, quia Ecclesia vnica est, vna fides, vnum caput, qui Christus est, & eius nomine Petrus, & successores, quia vt ait Apostolus ad Ephes. cap. 4. *Est vnum corpus, vnus spiritus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus, & Pater omnium.*

¶ Verum enim est quod Ecclesia Catholica sit vnica, & tanquam corpus 15
quodam mysticum vnico capite præficitur, quod est Christus, cuius omnes fideles sunt membra, vt docet *Apostolus ad Colosens. cap. 2. cap. quemadmodum. cap. præterea. 23. q. 7.* Et ita in arriculis fidei vnam sanctam Catholicam Ecclesiam confitemur, & habetur in cap. *Ecclesia de consecrat. dist. 1.* † Vnde vt in corpore 16

humano monstruosum est plura alia capita quam vnum constituere, ita detestabile,& hæreticum in hac Ecclesia militante aliud caput quem Christi Vicarium constituere.*cap.* 1. *&* 2. *de sum. Trinit.& fide Cathol. glos. in cap. non autem* 7. *q.* 1.† Nã Ecclesia militans ad normã triumphantis componitur, vt docet *Apost. ad Hæbr. cap.* 3. cuius caput solus Deus est,*ad Hæb. cap.* 1. de qua D. Ioan. in Apocalyp. cap. 21. *Vidi Hierusalem nouam descendentem de cœlo.* † Quare vt absurdum est plura dare priucipia, Arist. lib. 2. Metaphys. *In quolibet genere causæ oportet vnũ principium dare ad quod posteriora reducantur.* Ita similiter in Ecclesia,quia ex pluralitate nascitur diuisio, quę in omni polytica republica est fugienda,*cap. quoniam in plerisque de offi. Ordin.* quia scriptum est, *Omne regnum in se diuisum desolabitur.*† Vnde verisimile est Deum voluisse per vnicum caput Ecclesiam suam gubernari, pro vnitate magis conseruanda, quam semper commendat Apostolus ad Ephes. cap. 3.& cap. 4. *Vt essent soliciti seruare vnitatem.* & Act. Apost. 4. *Erat multitudinis credentium cor vnum.* Ioan. cap. 17. *Vt fiãt vnum,& idem.*

¶ Nam licet quì contraria tenẽt hęc vera in spiritualibus profiteantur, nam potestas temporalis simpliciter considerata, non quatenus est in ordine ad spiritualia, sed solum vt tendit ad fœlicitatem temporalem est quid pęnitus diuisum, & separatum à potestate Ecclesiastica,&ita potest esse sub alio principe, etiam non subdito, quia per hoc non scinditur vnitas Ecclesię.† Nihilominus tamen sententia nostra tenenda est,quia finis iurisdictionis temporalis in Christiano homine non est vltimus finis, sed antecedens vltimo fini, & illi seruiens,& propterea,qui eius curam habet, subditus esse debet illi, qui præst vltimo fini. Nam si ad regimen aliorum regnorum á sapientissimis, & doctissimis viris post longas disputationes decisum est non posse ea commodius regi quam per vnum regem. *Plato de repub. dial.* 1. *Aristot. lib.* 8. *Ethicor. cap.* 10. *Homer. Iliad.* 2.

Non multi præsunt domini bone, sit caput vnum.

† Hoc multo magis conueniens, imo necessarium videtur dicendum in regime Christiani status, in qno continentur omnes fideles coniuncti tanquam in vno corpore, cui promissum est per vnum regem, & pastorem gubernari, Ezech. cap. 87. *Faciet gentem vnam, & ponet regem vnum.*& cap. 34. *Suscitabo su per eos pastorem vnum.* & cap. 37. *Pastor erit omnium vestrum.* quod Christus confirmat per Ioan. c. 10. *Et fiet vnum ouile, & vnus pastor.*

¶ Quare cum in hac potestate Christus constituerit D. Petrum in pastorẽ omnium D. Ioann. cap. fin. *Pasce oues meas*: omnium eorum potestatẽ videtur transferre, nam pascere spiritualiter, & temporaliter regere significat. Paralip. 1 cap. 11. *Tu pasces Dominum meũ Israel, & tu eris princeps super eũ.* & lib. 2. Reg. cap. 5. *Tu pasces populum meum Israel, & tu eris dux super Israel.* Micheas cap. 5. *Et stabit, & pascet in fortitudine Domini.* †Quare pascere pro gubernare, atque regere accipitur in *cap. quamuis de regular.* & pro regimini spirituali, & temporali *in cap. inter cætera de offic. ordin.* & alia aducens id tenet *Marta de iurisdict. p.* 1. *cap.* 13. *ex num.* 8. † Quod etiam insinuatur in illo Matth. cap. 18. *Quæcumque aligaueris super terram, erunt aligata, & in cœlis,*&c. Nam aligare significat legem imponere, Matth. cap. 23. *Aligant enim onera grauia* (de lege Phariseorum agit) *& importabilia humeris hominum.* & ita intelliguntur,*cap. aligant. 26. q. 7. cap. baptismus, de consecrat. dist.* 4. † Quia dicto loco dominus Petro promisit, vt *quid-*

quid

quid ipse ligaberit, id est, *quam obligationē præcipiendo ipse fidelibus imposuerit*, sit ligatum, & in cœlis, id est, *se ratum habiturum*; vel quod iudicando damnauerit se confirmaturum, nam ligari, & ad forum trahi paria sunt, vt tradit *Marta de*
27 *iurisdict. p. 4. cent. 1. cas. 55. num. 5.* † Nam in iudicio Apostolorum ipse Deus est qui ligat, ipse qui præcipit, ipse qui iudicat, ideo dicit apud D. Luc. cap. 10. *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.* quæ verba propriè ad Apostolos, & eorum successores pertinere docent
28 *D. Cypria. lib. 4. epist. 9. & D. Basil. in cōst. monast. cap. 23.* † Nam Apostoli missi sunt á Christo in eadem potestate, qua ipse á Patre missus est, D. Ioan. cap. 20. *Ecce ego mitto vos sicut misit me Pater.*
29 † At Christus Dominus missus est á Patre, non tantum vt redemptor, & hominum reparator, sed etiam vt præceptor, & legislator, D. Isai. cap. 53. *Dedi eum ducem, & præceptorem gentibus.* & Psal. 9. *Constitue legislatorem super eum.* quæ ad litteram de Christo intellexit *Clemēs Alexand. in* Pædagog.

30 ¶ Neque obstant illud *D. Ioan. cap. 18. Regnum meum non est de hoc mundo:* quia Christus se Regem non negauit, sed regnum suum non esse caducam, vt illorum, qui eum de prædicta potestate interrogabant, sed æternum, quod nullis vicissitudinibus auferetur, Daniel. cap. *2. Et regnum eius, quod non cor-*
31 *rumpetur.* † Et ita dum se regem dixisset, ne de hoc regno caduco intelligeretur fugit in mortem dum illum Regem eligere volebant Iudæi apud *Ioā. cap. 6.* vt docet *Turrecremat. q. 116. Præposit. in cap. cum ad verum. 96. dist.* Vt sic merito dicere posset apud eundē Ioan. cap. 5. *Claritatem ab hominibus non acci-*
32 *pio.* † Neque minus obstat illud Ioann. cap. 3. *Non enim misit Deus filium suum, vt iudicet mundum, &c.* Quia ad redēptionis mysterium iudicia dirimere non fuit necessarium: non quod earum potestatem non habuisset, cum controuersias dirimeret de dimittenda vxore, *Matth. cap. 19.* Et de tributo reddendo Cæsari, *Matth. cap. 22.* † Neque obstat 33
familię herciscundę iudicium non suscipere, *D. Luc. cap. 12.* Nam vt res parui momenti non debuit Dominus ea implicari, quemadmodū Principes ea non iudicant, non ex defectu potestatis, sed quia nō decet præterquā in arduis, vt Ietro consuluit Moysi *Exod. cap. 18.* † Ne- 34
quę minus obstat illud *Ioan. cap. 8.* Nam licet aducatur ad id quod noluerit Dominus adulterę iudiciū suscipere, Ego illud contra intelligo, quod Dns illud iudiciū suscepit, ac iudicando sentētiā tullit, tum cum dixit, *Qui primus vestrum*, &c. tum etiam cum adulteræ aloquitur, *Neque ego te condenabo:* quia hoc est iudicis munus, cum de delicto non constat, relaxare, *cap. graue. 11. q. 3. Couarru. lib. 1. varior. cap. 1. n. 8.*

¶ Neque etiam obstat illud Marc. 35
cap. 12. *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari*, quibus Christus á se, & Petro incipiens soluit tributum, quia id fit ad euitanda scandala cum liber esset, *Vt autē non scādalizemus vade, &c.* vt & obseruauit edictū Cæsaris, *D. Luc. c. 2.* † Neque minus 36
obstat illud Matth. cap. 19. *Nisi quis renuntiauerit terrenis*: quia potest intelligi vt actu, vel etiam vt ex animi præparatione, vt docet *D. Thom. 2. 2. q. 184. artci. 7.* vel sæculi illecebris, nam vt aliui legitur, *Qui manum mittit ad aratrum, vt respicit retro non est aptus ministerio.* quia vt ait Apostolus ad Timo. cap. 2. *Nemo militans Deo, sæcularibus negotijs se immiscet.* † Neque tandem ob- 37
stat illud Matth. cap. 20. *Principes gentium dominantur eorum, &c.* Quia dictum est ad tollendam eorum ambitionem, qui quærebant, quis eorum maior futurus esset, & sui ipsius exemplum ostendens dixit, *Filius hominis non venit*

ministra-

ministrare, quod nō inhibent potestatē, sed exercicium, *Albert. Pigh. lib. 5. cap. 1.*

38 † Et ita non obstat illud D. Petr. Can. 1. cap. 2. *Subditi stote Dominis vestris.* & illud Pauli ad Ro. 13. *Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita est.* quia solum loquuntur in priuatis, & subditis viris, non autem in sacerdotibus, vt docet *Pigh. d. cap. 1.* & ita intellegit illa verba *Innocent. III. P. M. in cap. solitæ de maiorit. & obed.*

39 ¶ Christus enim, vtpote æterni Patris filius in omnium Regem, & Pontificem constitutus fuit Psal. 2. *Et adorabunt eum omnes Reges terræ, & omnes gentes seruient ei.* & Psalm. 71. *Dominabitur à mare vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terræ.* Micheas cap. 5. *Ex te egreditur, qui sit dominator Israel.* Zachar cap. 11. *Dominium eius à mari vsque ad mare*: quod ad litteram de Christo intelligit *D. Thom lib. 3. de regim. Prin*

40 *cip. cap. 12 13. & 14.* † Et in Nouo Testamento D. Ioan. cap. 13. *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus.* Luc. cap. 10. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.* D. Paul ad Hæbr. cap. 1. *Quem cōstituit hæredem vniuersorum.* & ad Hæbr. 2 exponens illud Psal 8. *Omnia subiecisti sub pedibus eius* Apocalyp. c. 1. *Princeps Regum*

41 *terræ.* † Vnde suę potestatis constituēs Vicarium sibi Petrum in eadem quam habuit á patre potestare omnia videtur demandasse, ac cœlestis, & terreni imperij iura committere capit. omnes 22. dist. *Petro æternæ vitæ elanigero terreni simul, & cœlestis iura commisit.* facit etiam text. *in cap. tibi Domino. 63. dist. cap. alius cap. nos sanctorum. 15. q. 6. cap. quia præsulatus. 1. q. 4. cap. duo. 96. dist.*

42 ¶ Sed cum hæc sint iura positiua, ne Pontifices ex suo capite fingere hæretici agganiant, eandem conclusionem iure diuino probabo *D. Luc. cap. 22.* ex quo duos gladios ad vtriusqué iurisdictionis Ecclesiasticæ, & sæcularis potestatem Apostolis Christum concessisse apperte testantur *glos. & DD. in cap. nouit de indic. & in cap. causam quæ, qui filij sint legitim. & in cap. licet ex suscepto de foro competent. Abb. & Felin. in Extrauag. vnam sanctam, de maiorit. & obed. Ioann. Andr. in Clem. ad nostram de hæretic.* Idē *Abb. in. d. cap. nouit. ex num. 11. & consil. 82. vol. 1.* † Confirmatur præterea ex verbis Pauli hanc externam iurisdictio 43
nem penes Ecclesiam esse *Act. Apost. cap. 2.* in hæc verba, *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* † Nam Episcopus ordinariæ iurisdictio 44
nis munus fuit Cic. lib. 7. ad Attic. *Vultne Pompeius esse quem tota Campania, & maritima ora habent Episcopum.* Vnde eos Præsides sui territori dixit *Bald. in. l. sine pars D. de dilat.* quia iudices ordinarij sunt *cap. de persona. 11. q. 1.* ideo dixit, *regere Ecclesiam*, quia ad iurisdictionem preponitur Virgil. Eclog. 4.

Paccatumque reget patrijs virtutibus orbem.

¶ Neque id munus ab Ecclesiastica 45
dignitate est alienum, vt multti ex nostris sint arbitrati, siquidem sacerdotiū veteris legis, quod nostri fuit repræsētatio, Apostol. ad Hæbr. cap. 10. *Vmbram habet lex futurorum bonorum.* quia vt ipsemet Paulus ait Corint. cap. 10. *Hæc omnia in figura contingebāt illis.* ad iurisdictionem, & imperium preponebatur Malach. cap. 2. *Labia sacerdotis custodit scientiam, & legem exquirunt de ore eius.* † Nam sacerdotis munus fuit 46
lites, & controuersias dirimere, & de earum singulis iudicium inferre, Deuter. cap. 17. *Si difficile, & ambigum apud te iudicium esse prospexeris, inter sanguinem, et sanguinem: causam, & causam: lapram, & non lepram, & iudicium inter portas tuas videris verba variari, surge, & ascende ad locum, quem elegit Dominus Deus tuus: venienſque ad sacerdotes Leuitici generis, &*

ad

ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæreſq; ab eis, qui iudicauit tibi iudicij, veritatem.

47 †Quod receptum eſt *in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitim.* nam ſacerdotis munus ad iudicia præponebatur D. Hierem. cap. 1. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & regna, vt euelas, deſtruas, diſſipes, diſperdas, ædifices, & plantes.*

48 ¶ Nequé obſtat dicere hanc gladij poteſtatem eſſe prohibitam Pontifici, cum Petro iuſſum ſit mittere ad vaginam, vt tradit *D. Bernard. lib.* 10. *ad Eugen. P. M.* quia non iuſſum eſt proijcere, aut relinquere, ſed conuertere, hoc eſt ſeruare in aliud tempus, vt docet *idem Bernard. lib.* 4. *de conſid. ad Bonifacium*: & ita hanc gladij poteſtatem penes Eccleſiam eſſe fatetur idem *Bonifac. VIII. in. d. Etranag. vnam ſanctam, de maiorit.*

49 *& obedient.* †Nam ex primitiua Eccleſia, in qua promittitur Chriſtus ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec *Pſalm.* 109. Sacerdotes gladij materialis poteſtatem habebant, quippe Moyſes ſacerdos Pſal. 38. *Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus*, Aegyptum interficit *Exod. cap.* 2. & mandauit Leuitis, vt interficerent Idolatras *Exod. cap.* 32. *cap. diſciplinæ diſtinct.* 45. *cap. quod crudele.*

50 23. *q.* 4. *cap. non inferendæ.* 23. *q.* 3. † Phinees filius Sacerdotis Eleazar, & ipſe quidem Sacerdos arrepto pugione mę chum Iudæum confodit nomine Zambri, coeuntem cum ſcorto Madianitidę, & meruit pactũm ſempiterni Sacerdotij, vt legitur *Numer. cap.* 25. *& in can.*

51 *occidit.* 23. *q.* 8. † Et Samuel Sacerdos mandauit in fruſtra concidi Agag Regem, *Reg.* 1. *cap.* 15. & Elias Propheta occidit Prophetas Baal. *Reg.* 3. *cap.* 28. & duos quinquagenarios Regis Ochoziæ *Reg.* 3. *cap.* 1. & Matathias Sacerdos occidit Iudæum falſis Dijs ſacrificantẽ

52 *Machab.* 1. *cap.* 2. † Similiter poſt Chriſti aduentum, ipſimet Cpriſtus acceptis funiculis eiecit ementes, & vendentes de templo, *D. Luc. cap.* 19. *Matth. cap.* 21. *Marc.* 11. *Ioan.* 2. *cap. vendentes.* 1. *q.* 3. *cap. cũciens, diſt.* 88. † Et Petrus primus eius 53
Vicarius ad defenſionem Magiſtri auriculam Malcho amputauit, *Ioan. cap.* 18. Et Ananiam, & Saphiram occidit, *Acta Apoſt. cap.* 5. *cap. legitur, cap. occidit cap. Petrus.* 23. *q.* 8. † Et Paulus obcecauit Elymam magum, *Acta Apoſt. cap.* 14. Et alia temporalia pro rei exigentia laudabiliter obijt, nam vt ipſemet ait Apoſtol. Corinth. 1. cap. 6. *Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus, quanto magis temporalia?* 54

¶ Sunt enim Imperium, & Sacerdo 55
tium velut vnius corporis duo membra præcipua, quorum alter alterius auxilio ſemper eget, *cap. dilecto. de ſentent. excommunic.* †Vnde idem Homo vtram 56
qué poteſtatem ſuſtinuit Eccleſiaſticã nempe, & temporalem, licet duæ functiones diuerſæ non in fine, quia vtriuſque idem eſt ſcopus mandatorum diuinorum in otio, & pace conſeruatio, *Apoſt. ad Roman. cap.* 9. ſed quo ad exercitium, quia vna in diuinis, altera in humanis imperium obtinet, *cap. duo ſunt,* 96. *diſtinct.* † Hinc ſemper ijdem fuerũt 57
Reges, & Põtifices, vt tradit *Euſeb. lib.* 1 *Eccleſiaſt. hierarch. cap.* 5. nam apud Hæbreos ſacerdotium Regno iunctum fuiſſe. doctê animaduertit *Auunculus meus D. Ioan. Bap. Villalpando in Regio Codice, tom.* 1. *p.* 2. *ad Ezech. cap.* 28. *& tom.* 3. *Apparat. p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 32. † Et ita 58
licet Dominus, quo ad officia, & rerũ ſuarum, inter clericos, & laicos diſcrimen conſtituiſſet, & voluit Leuitas ſacra tractare; at tamen viuente Moyſi illius iudicio cęteri omnes, tam qui ex Leui, quam qui ex alijs tribubus deſcendebant erant iudicandi, vt optime agnouit, *Idem Genitricis meæ frater vbi prox. & tom.* 2. *p.* 2. *de extrema viſione Ezechiel. cap.* 58. † Similiter apud Ro- 59
manos probatur ſacerdotium regno

iunctum

iunctum fuisse, vel ex eo quod memoriæ protulit Tit. Liuius, lib. 1. ab vrbe condit. *Tunc sacerdotibus creandis* (de Numa agit) *quam ipse plurima sacra obibat, & maxime, quæ ad Flamminem Dialem pertinent.* † Idque apud alias nationes obseruatum testatur doctissimus amicus noster P. *Ioan. de Pineda in Iob. tom. 1. cap. 12. vers. 19. num. 1.* Nam vt de Anio Græcorum Rege memorat Virgil. Aeneid, 3.

Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbique Sacerdos.

¶ Et cum pastoris officium factum sit propter gregem dicendum non est in persona Petri expirasse, vt Lutherus & sequaces contendunt, sed eo defuncto ad successores peruenire quamdiu grex perduraberit, nam cum veteris legis Sacerdotium figura sit nostri Pontificatus extra controuersiam est defuncto Aaron successisse Eliazarum. *Numer. cap. 20.* & Eliazaro Phinees, *Iudic. 20.*

† Quod in Dei Ecclesia defuere non debebat, ne esset á cephala, & ita Romanum Pontificem successorem esse diui Petri, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, etiam si id non exprimant electores accurate probarunt *Cõcil. Nicæn. can. 6. & Constantinop. action. 4. & Synod. 6. act. 2. & Lateranens. cap. 5. & Lugdunens. Generale sub Greg. X. quod habetur in cap. vbi periculum de elect. in 6. & Trident. sess. 14. cap. 7.* † Nam pastoris officium est errantes oues reuocare, cõtagiosas abertere, innobedientes punire, & omnia alia pro rei exigentia præstare, quia pascere, tam spiritualiter quã temporaliter gubernare significet, vt docet *Marta de Iurisd. p. 1. cap. 13. ex n. 8.*

† Et ita ex hac temporali potestate vacante Imperio Pontifex in administrationem succedit, donec alius fulciatur, vt statuit *Innocent. III. in cap. licet de foro compet. & Cõcilium Vienen. in Clem. Pastoralis de re iudic. & ad id est optimus text. in Extrauag. si fratrum. § sane in nostram, ne sede vacante. & alijs relatis tenet Marta de iurisd. d. p. 1. cap. 20. ex num. 33.*

† Ac Imperatorem iudicat *cap. conuenior. 24. q. 8.* ac eius sententias nullas declarat *Clem. pastoralis 15. de re iudicat.* atque eum deponit, *cap. Apostolicæ de re iudi. lib. 6.* Vt Zacharias Papa qui priuauit Regem Francorum Chilpericum eo quod erat stupidus in regni administratione, & Pipinum Caroli Martelli filium in regno sustulit, *cap. alius. 15. q. 6.*

† Et Innocent IIII. cognoscens, quod Sanctius-II. Rex Pottugaliç erat negligens, dedit illi coadiutorem Comitem Boloeum eius fratrem, *cap. grandi de suplend. neglig. prælator.* † Et Stephan. II. transtulit Imperium á Constantinopoli ad Germanos ex causa merè temporali, *cap. venerabilem de election.* & eadẽ ex causa translatum est de Germanis ad Græcos, *Ioan. Auentin. lib. 6. fol. 636.*

† Innocent. III. deposuit Ottonẽ IIII. Impetatorem, & elegit in Regem Romanorum Federic-Regem Siciliç. Itidem, & priuauit Federic. IIII. Imperatorem, & sustituit Comitem Holandr.

† Et Innocent. VIII. Ferdinãdum Apuleiæ regem deposuit, & Paul. III. Henricum Angliæ Regem priuauit, & Pius IIII. inter Oratores Hispaniarũ, & Galiæ de præcedẽtia iudicauit. † Ex quib⁹ licet exẽplis nõ ita concinatis *D. Marta vbi sup. p. 1. c. 23. ex n. 6.* penes Pontificem externam iurisdictionem esse directo, & non ratione spiritualitatis ausus sit affirmate, si recte omnia perpendãtur causam spiritualitatis habet annexam, aut bonum publicum, aut pacẽm conseruandã, ex quibus in tẽporalibus datur Ecclesiæ cognitio *cap. nouit de iudic. c. discordantes, c. placuit, distinct. 90. c. de præsbyterorum. 17. qnæst. 4.*

CAP.

CAP. V. de iurisdictione delegata Inquisitorum.

SVMMARIVM.

INquisitorum potestas à Sede Apostolica dependet. n. 1.
Inquisitores sunt delegati à Papa. n. 2.
Inquisitores posse vires suas alteri subdelegare. n. 3.
Delegatus a Principe duplex est. n. 4.
Delegatus a Principe, aut in locum Ordinarij, aut ad causam specialem. n. 5.
Delegatus a Principe, subdelegare potest. num. 6.
Delegatus a Principe non subdelegat quando eius industria videtur electa. n. 7.
Pesquisidores subdelegare non possunt. n. 8.
Inquisitores in locum ordinarij constituuntur. n. 9.
Inquisitores constituuntur ad vniuersitatē causarum. n. 10.
Inquisitores a Sede Apostolica iurisdictionem, & potestatem accipiunt. n. 11.
Inquisitor Generalis instituitur a Papa cum authoritate nominādi Inquisitores. n. 12.
Inquisitores a Generali Inquisitore nominati à Papa videntur electi. n. 13.
Delegatus a delegato non potest subdelegare. n. 14.
Delegatus á delegato non potest sententiam suam mandare executioni. n. 15.
Executio sententiæ est meri Imperij. n. 16.
Merum Imperium non transit in delegatū. num. 17.
Iudex post sententiam functus est officio suo. n. 18.
Delegatus a Principe, siue ab inferiore sententiam suam executioni mandat. n. 19.
Leges non dedignantur sacros Canones imitari. n. 20.
Delegatus ab inferiore iure ciuile sententia mandat executioni. n. 21.
Causa in delegatū commissa plena potestas transfertur super omnibus quæ ad actum pertinent. n. 22.
Causa sine executione manca est. n. 23.
L. a diuo Pio D. de re indic. explicata de iudicibus datis. n. 24.
Iudices dati non habebant iurisdictionem, sed notionem. n. 25.
Iudicibus datis a præscripta formula recedere non licebat. n. 26.
Leges plures de iudicibus datis explicatæ. num. 27.

PONTIFICIS iurisdictiōnem in temporalibus fundatā sequitur Inquisitionis potestatem (quæ contra Magos, & hæreticos huiusmodi dirigitur) rationabilem, firmam, stābilitam esse, nam omnis Inquisitoris potestas á Sede Apostolica dependet, quoniam á quocunque eligantur semper ab Apostolica Sede habent authoritatem, vt docet, *Eymeric. in direct. Inquis. p. 3. q. 3. & 6. & ibi Pegn. com. 52. & 53.* †Et ita censentur delegati á Papa & non subdelegati ab Inquisitore Generali, qui eos nominat, *cap. ne aliqui cap. vt officium cap. per hoc de hæretic. lib. 6. cap. ad abolendam eodem tit. gl. in Clem. nolentes de hæretic. Lapus alegat. 32. Abb. in cap. causam de offic. delegat. & in cap. fin. de re iudic. Alciat. in rub. de offic. Ordin. n. 19. Simanc. de Cathol. instit. tit. 34. n. 13. Cuman. in Lucern. v. Inquisit. ex n. 5. Rojas de hæretic. sing. 44. & 97.* †Vnde plusquam manifestū est posse alteri vices suas subdelegare, (quidquid alij ogganiant) & commissarios, & vicarios ad causam mandatā constituere, vt traddunr *Eymeric. d. p. 3. q. 15. & ibi Pegn. comm. 64. Villadie. de hæretic. q. 7.* †Nō tantū fauore fidei, vt præfati testātur authores, sed ex mero iure nā delegatus á Principe duplex est, aut in locū Ordinarij cū ead iurisdemictione *l. 2. C. de offic. eius qui vicer alter. l. 1.*

§. *præfecto. D. de leg. 3.* † Aut ad causam
5 speciale, in qua maior est quocunq; ordinario *d. c. pastoralis. c. tuæ de offi. vicar.* & causas omnes meri, & mixti imperij expedit. *d. l. 2. de offic. eius.* † Quorum
6 vterque subdelegare potest. *d. c. pastoralis. c. super quæstionem. §. porro de offic. deleg. l. à iudice. C. de iudic. l. 19. tit. 4. part.*
7 3. † Nisi eius industria videatur electa, vt in *cap. fin. §. cæterum, de offic. deleg. cap. licet decimus. l. inter artifices. D. de solution. Couarr. lib. 3. variar. cap. 20. num.*
8 5. † Qualiter in regijs delegatis, quos *Pesquisidores* dicimus, *Auendan. de exeq. mandat. cap. 1. n. 26. Pet. Gregor. in syntag. p. 3. lib. 47. cap. 22. ex n. 8. Azeued. in l. 6. tit. 5. lib. 3. Recop. n. 3.*

9 ¶ At tamen Inquisitores á Papa in locum ordinarij constituũtur ad causam hæresis, quæ principio Episcoporũ fuit vt decisum est in *Concil. Nicæn. relato in can. quoniam, distinct. 18. & in Conc. generale Lateranens. relato in cap. ad abolendam, cap. cum ex iniuncto, cap. vt commissi de hæ*
10 *retic.* † Item ad vniuersitatem causarũ, vt docet *Cardinal. in Clemen. multorum de hæretic. Archidiacon. in cap. ne aliqui, eod. tit. lib. 6.* quia omnis causa hæresis commissa est, *vt per DD. in d. cap. ne aliqui, glos. in Clem. nolentes de hæretic.* † Vn-
11 de tanquam delegati ab ipso Pontifici habẽdi sunt, nam Inquisitor Generalis, qui eos nominat, solum præstat nudum ministerium, ipsi á Pontifice iurisdictionem, & potestatem accipiunt, vt docet *Pegn. in direct. d. p. 3. comm. 75.* † Quia In-
12 quisitor generalis á Papa instituitur cũ authotitate nominandi alios Inquisitores, & ita in eorum electione Papa est, qui instituit, arg. *tex. in l. pater. D. de manumiss. vindict.* vbi dicitur, quod si pater scripsit filio, vt aliquem ex seruis suis manumittat, & ille manumiserit Stichum, quod ille Stichus erit liber; solum enim electionem filio concessit, ipse vero pater manumisit. *l. item eorum. § si decuriones. D. quod quisque vni uersit.* † Quare Inquisitores nomina- 13
ti, seu electi virtute dictæ commissionis, quæ á Pontifice max. dicto Inquisitori generali cõmittitur á Papa videri electi probãt *DD. in c. is qui, de præbẽd. in 6. Eymeric. d. p. 3. q. 6. & Pegn. com. 55.*

¶ Alias enim si non á Papa, sed á de- 14
legato iurisdictionem acciperent, non solum alteri subdelegare non possent, *c. super qnestionem. §. si vero de offi. deleg. c. cum causam, de appellat. l. more. D. de iurisdict. omn. iudic. l. fin. D. de offic. eius. l. à diuo Pio. D. de re iudic. l. à iudice. D. de iudic.* † Verum etiam neque sententiam 15
suam mãdare possent executioni, quia recurrendum esset ad superiorem, hoc est, qui eos delegauit, *Bart. in d. l. à diuo Pio n. 14. Ias. 13. Alciat. lib. 2. Paradox. c. 2. n. 3.* quia nõ propria, sed mãdata iurisdictione vterentur, & vices eius, qui eos delegauit. *l. 1. §. qui mandatam. D. de offi. eius.* † Nã cũ executio sententię sit me- 16
ri imperij. *l. imperiũ. l. iuuere cabere. D. de iurisdict. omn. iud.* quod nõ transit in delegatos. *l. 1. D. de offi. eius.* † Pro eius exe- 17
cutione debo luẽdũ esse ad delegatum videtur tenere *tex. in d. l. à diuo Pio,* dum ait *iudicum à se datorum sententias exequẽ tur, ij qui eos dederunt.* † Quia postquam 18
sententiam dixit iam functus est officio suo. *l. si vt proponis. C. qnomodo, & quãdo iud. l. Paulus. l. iudex. D. de re iudic.*

¶ Quod licet tot iuribus, & rationi- 19
bus fulciatur falsum est tamen, nam delegatus, siue sit á Principe, siue ab inferiore sententiam suam executioni mãdare potest, *cap. significasti, cap. ex litteris, de offi. deleg. c. si delegatus, eod. tit. lib. 6. cap. cum Bertoldus, cap. cum veniissem, de eo qui mittit in possess.* † Quibus quidẽ 20
nonnulli superati differẽtiam inter ius canonicum, & ciuile constituunt, quos refert *Menoch. lib. 1. Arbitr. q. 74. n. 4. & 8.* refugium quidem miserorum, nã leges non dedignantur sacros canones

immi-

immitare, *cap. 1. & 2. de noui oper. nunt.*

21 †Nam etiam iure ciuili delegatus ab inferiore ſententiã ſuam executioni mãdat. *l. fin. C. de iudic. l. ſi reus paratus iuncta gl. v. præſes. D. de procurat. l. ſi ſoluturus D. ſolut. auth. de exhibend. reis. §. ſi vero collat. 5.* † Nam cauſa ſimpliciter in delegatum cõmiſſa, poteſtas plenaria tranſfertur ſuper omnibus, quę ad actum expectant. *l. 2. D. de iuriſd. omn. iudic. c. præterea de offic. deleg.* †

23 Alias enim cauſa ſine executione manca omnino relinqueretur *Ant. de Prato in l. fin. D. de offi. eius Goucan. lib. 2. de iuriſd. & imper.*

24 ¶ Neq; obſtat tex. in. d. l. á diuo Pio, *Sententiam exequantur ij, qui eos dederunt*, quia nõ loquitur in iudices delegatos, ſed datos, qui à Prętoribus, & alijs huiuſmodi Magiſtratibus ad cauſę tantũ cognitionem dabantur. l. 1. *iudices litigantibus dare.* l. imperiũ, *iudeces dandi licentia*

25 D. de iuriſdict. omn. iudic. † Qui quidem non habebant iuriſdictionem, ſed tantum notionem. *l. ait Prętor. D. de re iudic. l. fin. C. vbi & apud quem*, & notant *Rębard. pro Tribunal. cap. 11. Duaren. in*

26 *l. actiones. D. de in litem iurand.* † Ij namque ex eo ſententiam executioni mandare non poterant, quia á præſcripta ſibi formula, nec latum vngium recedere licebat, vt docte contra Bartolum, & alios defendit Pręceptor meus *Gabriel Henriq. primatius Salmant. in lec. ad d. l. à diuo Pio typis excuſa ex n. 18. Et ante eũ Longobal. in. d. l. imperiũ ex n. 170.*

27 *& alij ralati á Cauall. in Pract. q. 632.* †Et ita intelligendus tex. *l. penult. D. de confeſſ.* vbi qui condemnare poterat, abſoluere nõ potuit, & tex. l. vt fundus. D. commun. diuidund. *quod in iuditium deductum eſt*, debet enim intelligi de iudi

28 cio á Prætore præſcripto. † Et tex. *in. l. in priuatis. D. de iudic.* vbi pater in cauſa filij fuit iudex datus, quia non ſuo arbitrio, ſed formula ſibi pręſcripta iudicat non alias vt in. *l. qui iuriſdictioni. D. de iuriſd. omn. iud. l. venditor. §. iudices. D. de iudic.* vt notat *Bald. in. §. item ſi aduc, n. 18. Inſt. mandat.*

CAP. VI. de Magiæ criminis immanitate.

SVMMARIVM.

Magiæ crimi nis immanitas. n. 1.
Magiæ profeſſores quo ad primum ſunt hæretici. n. 2.
Magis vtitur dæmon ad fallendos homines. num. 3.
Magiæ crimen grauius eſt hæreſi proprie dicta. n. 4.
Dæmonum immolationes morte naturali multatæ. n. 5.
Dæmoni conſecrationes morte puniuntur. num. 6.
Dæmonum conſultationes morte vindicantur. n. 7.
Rebaptizatio primus apoſtaſiæ aditus. n. 8.
Magi Deum blaſphemant. n. 9.
Milites, qui votiuam diſerunt diſciplinam, morte puniuntur. n. 10.
Magi vt hæretici puniuntur. n. 11.
Magiæ crimina ad hæreſim expectat. numer. 12.
Magis pœnitentiæ locus iure ciuili denegatur. n. 23.
Niniuitæ, Hieroſolimytani, & Cananei ob magiæ crimen puniti. n. 14.
Saul, & Ochozias ob magiæ crimen morte multati. n. 15.
Manaſes ex magiæ crimine mortẽ oppetit. num. 16.
Manaſes de magiæ crimine teſtimonium. num. 17.
Iezabel vt benefica notata præcipitata fuit num. 18.
Numa Pompilus, & Tullus Hoſtillus magiæ crimine dediti. n. 19.
Nero, Valerianus, Iulianus apoſtata magi, num. 20.

Zoroaster igne succẽsus quod magiam secta retur.n.21.

Simon Magus ob magiæ artem præcipitatus.n.22.

Magiæ sectatores varij quam strage perierunt.n.23.& 24.

Magiæ crimen damnatur lege Moysi.n.25.

Magiæ crimen damnatur Regum edictis. num.26.

Magiæ crimen damnatur Prophetarum elogijs.n.27.

Magiæ crimen damnatur iure Ecclesiastico.n.28.

Magiæ crimen damnatur iure ciuile. n.27.

Curiositatis vitium reprehensus.n.30.

Curiosus pro malefico.n.31.

Rub. de curiosis,et stationar. explicata. numer.32.

Curiosus vnde dicatur.n.33.

1 MAgiæ crimen immane, ac detestabile est, nam ex eo offenditur Deus opt. max. Deipara Virgo, & omnes cœlites, & vniuersa Ecclesia, genus; humanum, & animata, inanimataq; omnia. † Nã eius professores, quo
2 ad primũ sunt hæretici, quibus dæmon vtitur, ad fallendos homines quasi formosis meretricibus, quibus hæresia cõparatur, *D. Isai. c.1.* † Et quẽadmodũ lænones, quãdo scorti forma defloruit: ex scorto lenã faciunt, ita dæmones cum prima illa hæresis species ita perijt, vt
3 minus homines in errore pelliciãtur, ex hæreticis magos faciũt, vt tradit *Mare. del Rio in prolog. Mag.* † Vnde hoc crimẽ
4 grauius est hæresi proprie dicta, nam in eo primo interuenit idolatria grauior quã Ismaelitarũ, nã illi aureũ vitulũ coluerunt, *Exo. c.32.* Hi vero ipsũ Cacodæmonẽ, quẽ adorant, sacrificant, obediẽtiæ omagium, & fidelitatis præstant, vt tradit *Remig. lib.1. de Dæmonol.* † Quod
5 crimen morte naturali damnatur iure diuino Exod. c.22. *Qui immolat Dijs occidetur.* Nam ex eo Rex Acab iussu Dei occiditur a Iehu, *Reg.4. cap.9.* & Ioas á suis occiditur, *Reg.4. c.12.* & Amasias, *Reg.4. c.14. Paralip.2. c.25.* † Sequé suos 6 dæmoni addiciunt, quod nõ min⁹ mortis pœna prohibetur, Leuit. c.20. *Siquis dederit de semine suo idolo Moloch morte moriatur,* vt impius Acham, & Manasses fecerunt, *Reg.4. c.21. & 23. Paralip. 2. c.28.* † Secundo tanquam Deum dæ- 7
monem consulant, ab eoq; edoceri cupiũt, & iuuari, quod pœna mortis Ochozię Regi fuit multatum, Reg.4. c.1. *Nũc quid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulendum Beelzebud Deum Accaron? quam obrem hæc dicit Dñs, de lecto super quem ascendisti nõ descendes, sed morte morieris.* † Tertio rebaptizantur, quod est pri- 8
mus apostasiæ additus, vt magis Christianæ religioni afficiãt iniuriã, *c. rebaptizare, c. ostenditur cum alijs de consecrat. distinct.4. c.1. de summa Trinit. & fide Cathol. c. fin. de baptism. Trident. sess.7. can.9.* Quod similiter pœnã mortis damnatur. l. *signis rebaptizare. C. ne sacrum baptismum iterent. l.9. tit.4. p.1.* † Quarto vt veri 9
apostatæ Deum blasphemant. *l.2. & l. 3. C. de apostat.* & exercẽt ritus, & sacrificia diabolo fœdius, quam vlli olim pagani. *l.1. & 2. l. nemo. C. de pagan. & sacrifi.* † Quod quia transfugium est de 10
Deo (cui se sacramento militiæ in baptismo adixerant) ad dæmonem eius hostem, non minus debent morte puniri, quam milites, qui votiuam deserunt disciplinã. *l. desertorẽ. §. is, qui ad hostes D. de re milit. l. aut damnum. §. hostes autem. l. si quis aliquid. §. trasfugæ. D. de pœn.* † Quę omniã, cum in vno con- 11
currant crimine, quorum singula morte naturali damnantur, manifestè apparet, quam iustissimè ignito gladio, ac alijs hæreticorum pœnis, puniantur, vt infra trademus in *cap.9. 10. 11. & 12.* † Non solum maleſici, & haruspices, 12

vt

vt in *l. 3. C. de malefic. & math.* sed etiam magos, sortilegos, incantatores, ac diuinos, quia sunt apostatæ, sunt hæretici, sunt peccantes contra naturam, quorum omnium hæc legitima poena est, vt tradunt *Abb. & Hostiens. in cap. ad abolendam de hæretic. & in cap. 1. de apostat. Brun. lib. 5. de hæretic. cap. 3. Coraſius lib. 3. Miſcellan. cap. 8.* † Et est grauius crimen hæresi proprie dicta, quia non solum Deũ renuntiant, sed dæmoni eius hosti fœderãtur, & ab eo edoceri cupiunt, quare licet hæreticis pœnitentiæ locus sit, at tamen his magis iure ciuili diserte denegatur. *l. 3. C. de apostat.* † Vt sic merito resipiscant, nam inter causas præcipuas excidij Niniuæ memorat propheta *Nahum c. 3.* quod in ea magi, & malefici magni fierent: & eam ob causam minatur Hierosolymę *Michæ. cap. 5.* & Cananei deleti, & pulsi sedibus suis, *Deuteronom. cap. 18.* † Et Saul non excidit regno, nisi postquam magiæ præsidia quæsiuit, *Regum. 1. cap. 28.* qua de causa Ochozias fuit morte multatus, *Regum. 4.* cap. 1. † Et Manasses ob maleficiorum imitationem calamitosi regis specimen fuit, *Regum. 4. cap. 21.* cuius peccatum posteri luerunt. *d. Regum. 4. cap. 25.* adeó vt nec paccari Deus potuerit Iosiæ pietate, *Regum. 4. c. 23.* † Nã vt de illo testatur Paralip. 2. cap. 33. *Obseruabat somnia, sciscitabatur auguria, maleficis artibus inseruiebat, habebat secum Magos, & incantatores; multaque mala operatus est coram Domino, vt irritaret eum.* † Quare Iezabel, vt Venefica notata præcipitata de feneſtra fuit, & lacerata á canibus, *Reg. 4. cap. 9.* idemq; finem sortiretur Ezechias, nisi pœniteret, *Reg. 4. cap. 21.*

¶ Et vt sacra prætermittam de externis Regibus idem habetur, nam omnes qui magię dediti sunt strage perierunt, vt de Numa Pompilo narrat *Plutarch. in Num.* de Tullo Hostilio *Titus Liuius lib. 1. ab vrbe condit.* † De Nerone, *Plin. lib. 30. cap. 1.* de Valeriano, *Nicephor. lib. 6. cap. 10.* de Iuliano apostata, & alijs *idem Nicephor. lib. 10. cap. 29. & lib. 7. cap. 45.* † Nam ipsius magiæ inuentor *Cham*, seu *Zoroaſter* ab ipso dęmone, quem importunius solicitabat igne succensus, & crematus fuit, vt narrat *Clemens, lib. Recognit.* † De Simone mago notissima res, quod in aere á dęmone subleuatus, præcipitatusque, fractis cruribus, cum ignominia, & dolore interijt. † Horum similia de Cynope mago narrat *Prochorus*, de Zaroe, & Arphaxat, *Abdias lib. 6.* de Odane, Hollero, Metothimo; *Magus Olaus in histor. Septentr.* † De Sopatro, *Eunapius in Aedesio*, de Orpheo, Mopso, Amphiareo, qui omnes magi fuere, & strage conciderunt, narrat *Cæl. Rodigin. lib. 19. antiq. lect. cap. 7.*

¶ Quare magiæ crimen omni iure prohibetur, & authoritate, nam primo damnatur lege Moysi Leuit cap. 19 *Non declines ad magos, neque ab ariolis aliquid sciscitemini, ne polluamini per eos.* † Secundo Regum edictis Reg. 3. cap. 28. *Saul subſtulit magos de terra, & interficit eos, qui pythonem habebant in ventre.* † Tertio Prophetarum elogijs, Hierem. cap. 27. *Nolite audire prophetas vestros, & diuinos, & somniatores, & augures, & maleficos.* † Quarto iure Ecclesiastico, *c. si quis Episcopus, c. non oportet, c. aliquãti, cap. si quis clericus, huius 26. q. 5. cap. ex tuarum de sortileg.* † Quinto iure ciuili tam Imperiali. *l. nullus. l. nemo. l. quicumque. C. de malefi. & mathem.* quam Regio, *l. 1. tit. 23. part. 3. l. 6. tit. 13. lib. 8. Recopil.* † Nam vt ait Ecclesiast. cap. 3. *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus.* † Curiosus pro malefico meminit Horatius, sed locus nõ ocurrit,

plura in id memorat, *Cuiat. li. 20. obseruat. cap. 22. & lib. 27. cap. 17.* † Iustinianus tamen curiosos dixit illos, qui pasim delicta in re militari commissa nũ
32 tiabant, vt notat *Alciatus in Rub. C. de curiosis, et stationar. lib. 11.* †Curiosus enim
33 dicitur á cura non parua, vt putat *Laurent. Valla.*, sed magna, & nimia, & ita qui de rebus vanis, & futilibus admodum satagebãt, dicebantur *curiosi*, & sic in malam partem pro malefico inualuit in. l. nemo aruspex. C. de malef. & mathem. *Sileat omnibus perpetuo diuinandi curiositas.*

APPENDIX.

1 MAgię crimen grauiorem esse hę resim proprié dictam aserui, *nu.* 4. nam qui ad magiam huiusmodi deflectuntur peiores sunt, quam qui ad cœteras diaboli sectas degerant, etiam Mahumetanas, cum illi nunquam Deũ abnegent, nec Deiparæ Virginis Mariæ patrocinia renuncient, neque alias abominationes faciant, quales isti perditi, *de quibus sup. lib 2. cap. 7. ex nnm. 6.*

2 † Nam apud Mahumetanos Christum Dominum abnegare, aut beatissimam eius matrem Mariam maledicere crimen grauissimum est, tum quia ex eorum propagine Mahumat se natũ gloriabatur, quam maledicere crimen læsæ maiestatis fuit. *l. 1. C. siquis imperatori maledix. l. quisquis. C. ad l. Iul. Maiestat.*

3 † Tum etiam quia Virginem Mariam beatissimam prædicant in Alcoram cõceptam sine peccato originali, ex qua Christus Dñs carnem suscepit, quem dicunt *Rhoh Ala*, hoc est, *Spiritu Dei*, data ad generis humani reparationẽ in
4 eius vtero, *Rhoh Ala item mortem* † Nã dicunt primo datum Moysim ad legis promulgationem, quam quia Hæbrei non perceperunt missum fuisse á Deo Spiritum eius Iesum Christum, quem Hæbrei crucifigere volentes, in cælum raptum, missum postea Mahumat, vt veritatem doceret, suadentes ex illo D. Ioan. cap. 17. *Cum venerit ille spiritus veritatis docebit vos.* †Et ita his tribus 5 appellant *Cidena*, quod significat, *Dominus noster*, legum promulgatores *Cidena Muza. Cidena Iza, & Cidena Mahumet*, ad suos stabiliendos errores vera falsis admiscentes. † Quare ad Mahu- 6 metanam sectam degenerantes Christiani non coguntur Christum Dominum abnegare, aut eius beatissimam matrem maledicere, aut fidem renunciare, sed solum dicere, *Lahidla hed Ala Mahumet arazol Ala*, quod significat, *Vnus Deus est, & hæc veritas docuit Mahumat.* † In quo tota Mahumetanorum 7 religio versatur, quia eius fide saluos fieri credunt, errantes in Trinitate, & verbi incarnatione, Mahumat prophetam Dei, & veritatis authorem confitentes, qui Sãthanæ discipulus, & pater mendatij fuit, vt de suo testatur magistro D. Ioan. cap. 8. *Cum loquitur mendatium ex propriis loquitur, quia mendax est.*

CAP. VIII. de magiæ huiusmodi qualificatione, siue de his, quæ sapiunt hæresim.

SVMMARIVM.

Magiæ crimina trifariæ sunt naturæ. n. 1.
Maleficia distinguntur in hæreticalia, & non hæreticalia n. 2.
Inuocare dæmonem ad faciendum quod facere nequit sapit hæresim. n. 3.
Credere dæmonem tanquam Deum est mere hæreticum. n. 4.
Petere à dæmone quæ non repugnant eius naturæ non sapit hæresim. n. 5.

Bar-

Barbatia de maleficiorum diferentia reprehensus. n. 6.

Inquisitores de solis criminibus, quæ hæresim sapiunt cognoscunt. n. 7.

Demonem tanquam Deum consulere sapit hæresim. n. 8.

Latriam dæmoni submittere sapit hæresim. num. 9.

Vpere à dæmone edoceri de rebus, quæ sunt Deo reseruatis sapit hæresim. n. 10.

Dæmoni petere, quæ naturæ eius repugnat sapit hæresim. n. 11.

Hæreticalia sunt omnia quæ cum mago hæreticali exercentur. n. 12.

Hostiam consecratam miscere ad maleficia sapit hæresim. n. 13.

Chrysmata sacra, aut aliud sacramentorum miscere ad maleficia sapit hæresim. numer. 14.

Verbis Euangeliorum, vel sacræ scripturæ abutere ad alium sensum quam Ecclesia instituit, est de hæresi suspectum. numer. 15.

Baptizare imagines sapit hæresim. n. 16.

Rebaptizare pueros sapit hæresim. n. 17.

Sacramentalia miscere putantes habere virtutem efficatiorem ad maleficia sapit hæresim. n. 18.

Sentire aliter de sacramentis quam Ecclesia sapit hæresim. n. 19.

Inuocare dæmonem vt amicus Dei, & charus, sapit hæresim. n. 20.

Hæreticus est qui peruersum habet dogma, aut falsas, aut nouas opiniones gignit. num. 20.

Futura contingentia petere à dæmone sapit hæresim. n. 21.

Præsentia, aut præterita petere à dæmone, vt ab ipso creatore, sapit hæresim. numer. 22.

Omnia, quæ fiunt á mago de expressa dæmonis professione, sunt hæreticalia. numer. 23.

Societas omnis cum dæmone prohibita nobis est. n. 24.

Comensis qui putauit inuocationem dæmonis licitam per modum imperij reprehensus. n. 25.

Inuocatio dæmonis ab habente pacto inter hæreticalia annumeratur. n. 26.

Hæreticalia respectu operis. n. 27.

Adoratio data Angelis, & hominibus. num. 28.

Dulia veneratio sanctis, & beatis data vt Dei charis. n. 29.

Dæmoni dulia, nec latria cultus datur etiã respectu creatoris. n. 30.

Dæmoni latriæ cultum, vel dulia exhibentes tanquam hæretici sunt habendi. numer. 31.

Hæresia non in opere, sed in mentis errore consistit. num. 32.

Factũ malum præsumitur mala intentione factum. n. 33.

Facta suapte natura hæretica. n. 34.

Præsuptiones iuris vere, & proprie probationes dicuntur. n. 35.

Facta fortiora sunt ad demonstrandum animum, quam verba. n. 36.

Animus talis præsumitur qualia facta. numer. 37.

Plus est in factis demonstrare, quam verbis enucleare. n. 38.

Omne maleficium praua intentione præsumitur factum. n. 39.

Facta maiorem animi deliberationem præsuntur, quam verba. n. 40.

Facta confessa, vel probata quæ mala sunt sua natura, non excusãtur facientes, si dicãt se praua intentione non fecisse. numer, 41.

Hæreticus non dicitur nisi qui peruersum dogma in mente recepit. n. 42.

Ecclesia non iudicat de occultis. n. 43.

Factis præsumitur de affectu. n. 44.

Facientes alia quæ magi hæreticales facere solent pro hæreticis habentur. n. 45.

Ceremoniæ, & cultus externi sunt signa ad obseruandam quempiam religionem. numer. 46.

Diabolus solet sanctissimis quoq; rebus abuti vt in errorẽ facilius homines dilabeãtur. n. 47.

Facien-

Facientes, quæ ab Ecclesia non sunt instituta fieri, valde sunt suspicti. n. 48.

Facta mala confessus, & prauam intentionem negans tanquam hæreticas puniendus. n. 49.

OMNIA magię crimina, de quibus suscipitur disputatio, trifariæ sunt naturæ: nam aut sunt *hæretica facta*, id est, qui hæresim præse ferunt, aut *hæreticalia*, siue quæ sapiunt hæresim, aut *nõ hæreticalia*, quæ peccato tãtũ aut superstitioni inuoluuntur. † In quorũ primo ab alijs discentio, qui maleficia omnia in hæreticalia, & non hæreticalia tantum distingunt, vt tradunt *Paul. Grilland. de sortileg. q. 10. ex. nu. 2. & q. 11. ex n. 1. Nicol. Eymeric. in director. Inquisit. p. 2. q. 42. Navarr. in Manual. cap. 11. ex n. 28. Iul. Clar. lib. 5. Receptar. §. hæresis, Farinac. tom. 1. q. 20. ex num. 79. Marta de iurisdic. p. 2. c. 12. n. 2.* † Inuocare enim dęmonẽ ad faciendum, quod ipse neq; scire, neq; facere potest, vt reuelare futura, & suscitare mortuum, sapit tantum hæresim manifestã *Alphon. Castro lib. 1. de iust. hæret. puni. c. 15. Cuman. in Lucerna Inquisi. v. sacra abuti, Rojas de hæretic. p. 2. assert. 12. n. 267. Grillãd. de sortileg. d. q. 10 n. 16. Farinac. d. q. 20. n. 85.* † Credere autẽ illa posse pręstare ex propria virtute non solum sapit hæresim, sed est mere hæreticum, quia tribuere creaturæ, quę sũt propria creatoris, est error in mẽte, in quo propriè hæresia cõsistit, *c. hæresis c. hæreticus. 24. q. 3.* † Petere autẽ, vt reuelet furta, aut ad libidinẽ tẽtet, aut quid aliud quod eius naturæ non repugnat, neq; est hæreticũ, neq; hęreticale, quia nullus fidei error contrarius accedit, vt tradit *Eymeric. d. q. 42. Panorm. in c. 2. de sortileg. Grillan. d. q. 10. n. 16. Oldrad. cons. 210.* † Quod quia non ita distinguit *Barbat. cõs. 55. lib. 1.* indoctè cõtendit quod dæmon inuocare ad cognoscendũ, vel faciẽdum, quod ipse facere, vel cognoscere potest á Deo non impeditus, sapit hæresim manifestã, & ideo eius cognitionẽ ad dños hæreticæ prauitatis Inquisitores pertinere, quẽ sequuntur *Pegna ad Eymeric. d. q. 42. Spina in Apolog. 4. aduersus Ponzinib.* † Sed cũ in his nullus mẽtis error sit, neq; sapit hæresim, neq; ad dominos hæreticæ prauitatis Inquisitores pertinet, c. accusatus. §. sane de hæret. lib. 6. *Inquisitores hæreticæ prauitatis á sede Apostolica deputati de diuinationibus, aut sortilegijs (nisi hæresim saperet manifestam) se intromittere non debent.*

¶ Sapęre autẽ hæresim dicitur quando actus ex se diuinitatẽ aliquam creaturæ tribuit, vt qui dæmonem tãquam Deum consulit, *c. ij qui 26. q. 2. c. igitur. d. 26. q. 4. Archidiacon. in d. §. sane, Oldrald. cons. 210.* † Vel ei submittit latriã, eum tanquam Deum adorando. *d. c. igitur. d. 26. q. 4.* nam etiã Angelos bonos, & beatos latriæ veneratione adorantes sunt hæretici, *c. quidam hæretici 24. q. 3.* Quinimo dæmones Dei hostes, prohibitum *Exod, c. 20. Leuit. 19.* † Vel ab eis edoceri cupiunt de rebus, qui sunt Deo reseruatis, vt fecit Ocozias consulens Beelzebu de morbi euentu, *Reg. 4 c. 1.* vel de futuro belli contingente, vt Saul, *Reg. 1. c. 28.* † Vel á dæmone petijt, quę sunt vltra suam naturam, vt Solem sistat sicut Iosue, *Iosue. c. 10.* mortũ suscitet, vt phytonosia putabatur, *Reg. 1. c. 28.* hominẽ trãsformet vt Nabuchodonosor, *Dani. c. 4.* Vel quid simile quod solius Dei est, vt tradunt *D. Thom, Alb. Mag, Bonauent. & alij in sent. 2. dist. 7.*

¶ Item sunt hæreticalia omnia, quæ cum aliquo dicto, aut facto hæretico exercentur, vt si quis in sortilegio etiã amatorio Deum abnegaret, vel crederet illa posse volũtatẽ cogere, vel quid simile, quod fidei repugnat articulis, quod

quod est hæresis, *c. hæc est fides 24. q. 1.*
13 †Vel misceantur aliqua Ecclesiæ sacramenta, vt hostia consecrata, *c. accusatus §. sane de hæretic. li. 6.* Nã licet nullũ hæreticũ proferat verbũ, satis suspectus est de fide, qui sacrosanctum illud Saluatoris corpus pro dæmonis respõsis offert, aut conuiciat, vt tradit *Grilland. d. q. 10.*
14 *n. 4.* †Item si misceatur sacrũ Chrysma, aut aliquid aliorum sacramẽtorũ, quia faciendo mentionẽ de corpore & sanguine Christi, & baptismo, consequens est vt etiã intelligatur de alijs sacramẽtis, quia de similibus simile est iudiciũ, *c. inter cæteras de rescrip. & ite concludit Comens. in lucerna Inquis. v. sacra abuti.*
15 † Item si abutantur verba Euangeliorũ vel sacræ scripturę ad alium finẽ quam Deus instituit, nam eo solo est sortilegiũ qualificatũ, & valde hæresi suspectum, vt tradit *Rojas de hæretic. p. 2. assert. 12. n. 167* quia hæreticorũ propriũ est verba sacræ scripturæ cõmutare, vt tra-
16 dit *D. Paul. ad Timoth. 1. c. 1.* † Item sunt hęreticalia quę prę se ferũt aliquid, quod est hæresis, vt baptizare imagines, quia est error putare illas esse capaces huius sacramẽti, vt docet, *Frãc. Pegn. in direct.*
17 *Inquis. p. 2. comm. 67.* † Vel rebaptizare pueros, vel putare formam, vel materiã baptismalẽ esse aliam, quam Christus instituit, *c. rebaptizare, c. ostenditur de consecrat. dist. 4. cap. fin. de baptism. Trident.*
18 *sess. 7. can. 11.* † Vel misceantur sacramẽtalia vt aqua benedicta, thura paschalia, ramos Dñicæ in passione, Agnos Dei, Aræ fragmentum, & alia Ecclesiastico ritu benedicta, & consecrata credens ad maleficia habere virtutẽ efficatiotẽ, vt tradit *Comens. in Lucern. Inquis.*
19 *v. sacra abuti.* † Quia cum non adhibuisset, nisi crederet habere vittutẽ ad maleficiorum operationem, hæresis est, quia aliter sentit de sacramẽtis, & sacramentalibus quam Ecclesia instituit, *c. ad abolendam de hæretic. lib. 6.*

¶ Item sunt hæreticalia omnia in qui 20
bus dæmon inuocatur, vt amicus Dei, & carus, vel si putat hoc non esse peccatum, vel saltem non graue, vt tradit *Fran. Suarez lib. 2. de releg. cap. 8.* † Quia 20
ille qui peruersum habet dogma á fide, vel falsas, aut nouas opiniones gignit, aut fouet, est hęreticus manifestus, *cap. hæreticus, cap. inter scisma. 24. q. 3.*
† Vel petat á dæmone illa, quæ ipse fa- 21
cere, vel cognoscere non potest, vt futura contingentia, secreta cordis humani, & similia Deo reseruata, quia est tribuere creaturę, quę sunt propria creatoris, quod est hæreticum. *d. §. sane de hæretic. lib. 6.* † Vel etiam illa, quæ ipse 22
valet pręstare, si tamẽ credit illa posse scite, vel facere, etiam Deo non permittente, vel petat non vt á creatura, sed vt á Deo omnino infalibiliter, vt tradit *Bart. Spina lib. de artib. magic. concl. 1. cum sequent.*

¶ Item sunt hæreticalia omnia quæ 23
fiunt ab hæretico, vel mago, qui est de expræssa dæmonis professione: nam licet non respectu operis, saltem respectu operantis hereticalia sunt, vt tradũt *Menoc. de arbitrar. lib. 2. cas. 388. n. 4. Farinac. d. q. 20. ex n. 81. Marta de iurisdict. p. 2. cap. 12.* † Non solum quando fiunt 24
per modum adorationis, sed etiam pet modum Imperij, quia omne commertium cum dæmone nobis interdictum est, vel ipso Apostolo proclamante Corinth. cap. 10, *Nolo socios vos fieri dæmoniorum.* † Vnde errat *Comens. in Lu* 25
cerna Inquisit. v. dæmones inuocare, docẽs inuocationem dæmonis per modũ Imperij esse licitam: quia cũ illud non sit per exorciseam diguitatem, omnis via percluſa est, vt docet conciuis meus *Simanc. de Cathol. inst. c. 21. n. 13.* † Et cũ ta- 26
lis inuocatio á mago fit habente pactũ expressum manifestã, sapit hæresim, licet non misceantur vetba hæreticalia, vt cõtra Grillandũ tenẽt *Castro de inst.*

hæreticor.

hæreticor. punit. lib. 1. cap. 15. Oldrad. d. cons. 210.

27 ¶ Item sunt hæreticales omnes inuocationes dæmonis etiam á non habente expresso pacto, dum dæmoni offeruntur sacrificia, adorationes, suffumigationes, sumisiones, cantus, & orationes execrabiles, vel quid aliud ex arte adhibitum, etiam si in certo numini offerant, vel alio quam dæmonis nomine, vt sacerdotes Baal, qui in ipso idolo dæmonem inuocabant, *Reg. 4. c. 18.*

28 †Nam licet adoratio absque repræhensione Angelis tribuant sancti viri, vt Abraham, *Genes. cap. 18.* Loth. *Genes. 19* & datam videamus Angelo Manue, *Iudic. 13.* Item & Regibus, vt Assuero, *Ester. cap. 3.* Dauid. *Reg. 3. cap. 1.* Prophetis, vt Ietro, *Exod. cap. 18.*

29 † In illis enim propter superioritatem, & naturæ excellentiam, qua Deo chariores præsumuntur merito ab inferioribus adorantur dulię veneratione, vt sancti, & alij beati Déo chari, quia in illis Deus veneratur, vt tradit *Pegn. in direct. Inquis. part. 2. comm. 67.*

30 † Quod sæcus est in dęmone, nam nullo modo licitum est ei latriæ cultum, vel duliæ venerationem submittere etiam respectu creatoris, nam hę est hęresis damnata ab Inquitoribus Aragoniæ de mandato Domini Papæ, vt testatur *Eymeric. vbi sup. p. 2.*

31 *q. 10.* † Quare dæmoni latriæ cultum, vel duliæ exhibentes, credentes, sacrificantes, inuocantes, vel aliquid Deo reseruatis tribuentes tanquam hæretici sunt habendi, vt tradit idem *Eymeric. d. part. 2. q. 43. & ibi Pegn. comm. 68.*

32 ¶ Nam licet nullus facto dicatur hæreticus, quia hæresia non in opere, sed in mentis errore consistit, *cap. hæresis, cap. hæreticus 24. q. 3. D. Thom. 2. 2. q. 11. art. 2. Castro lib. 1. de iusta hęrer. punt. cap. 7. Tabiena in summ. v. hæreticus, nu. 1. & copiosius. §. 25. num. 66. Simanc. de Cathol. inst. tit. 31. num. 4. Albertin. de agnoscend. assert. q. 2. n. 2. Couarr. lib. 3. variar Brun. de hæretic. lib. 1. cap. 2. Rojas. p. 1. q. 40. Cano. lib. 12. cap. 8.*

† At tamen quia 33
ex facto animi error ostenditur recté quis punitur pro hæretico, nam cum factum sua apte natura est damnatum, & malum præsumitur mala intentione factum. *l. si non conuicij. C. de iniurijs, & famos. libel. cap. 1. de præsumpt. Panormit. in cap. cum te. n. 29. de re iudic. & in cap. ad hæc. n. 1. & 3. de appellat. & facit text. in l. nam ludus, & in l. item Mela. D. ad. l. aquil.*

† Vt si quis dæmones adora- 34
ret, idolis genua flecteret, reuerentiam hæreticis scienter, & suo more, exhiberet, communionem ab eis, vel consolationem acciperet, aut se more Iudæorum circuncideret, incantationes faceret, vel similia, quæ nullo modo possunt in bonam partem accpi, vt docet *Eymeric. d. p. 2. q. 34.*

† Nam hæc facta 35
pro manifesta hæresi habentur, cum ex eis oriantur iuris præsumptiones, quæ veræ, & proprie probationes dicũtur. *l. fin. ad. fin. D. de probat. Ias. in. l. 1. n. 9. C. de militar. testam. & in. l. sicut Imperator. num. 8. D. de legat. 1.*

† Imo fortiora 36
sunt facta ad demonstrandum animũ quam verba *l. nostram prouisionem. C. de testam. l. 3. §. falsus. D. rem. ratam haber. l. fin. C. de repudiãd. hæred.* Nam ex factis, & gestis exterioribus animus, & voluntas intelligitur. *l. nutum. D. de leg. 3. cap. vidua de regul. iur.*

† Siquidem talis 37
præsumitur animus qualia facta, *cap. existiment. 11. quæst. 3. cap. cauete. 22. quæst. 5.* quia rei qualitas agentis intentionem demonstrat. *l. non codicillum. C. de testam.*

† Quia qualis est actus 38
talis est iudicandus animus. *l. si proponis. §. 1. D. de inoffic. testam.* Cum plus sit factis demonstrare, quam verbis enucleare. *l. si tamen. §. ei qui seruum. D. de ædilit. edict. l. reprehendenda. C. de instit. & substitut.*

† Quare dum factum per se est 39
damnatum, præsumitur mala intentio

ne

nē in faciente. *l. si conuitij.* C. *de iniur. c. 1. de præsumpt.* Omne enim maleficium praua intentione, & voluntate præsumitur factum. *l. nam ludus. l. item Mela*
40 *D. ad. l. aquil.* †Maiorem enim animi voluntarem, & deliberationem facta, quam verba ostendunt, *cap. filij de hæretic. cap. contra Christianos eod. tit. lib. 6. cap. delecti de appellat. cap. fin. distinct. 30. l. Paulus. D. rem ratam haber.*

41 ¶ Vnde licet talis Magus dum conuincitur magorum imagines adorasse, inuocasse dęmones, fecisse pactum, vel quid tale infidelitatis opus, non excusabitur, etiam si dicat se praua intētione nō fecisse, puta mulieris in amorem peliciędi, vel thesauros inueniendi, quod per se non est hæreticum factum, vt probat *Simanc. de Cathol. inst. tit. 30. n. 26*
42 † Nam hæreticus non dicitur, nisi qui peruersum dogma in mente recepit cōtra aliquem fidei articulum. *Imola, & Ant. in cap. firmiter de Sum. Trinit. & fide Catho. Brun. de hæret. lib. 1. c. 2. Guerrero in Thesa. relig. tit. de hæret. num. 20. Iul. Clarus in Pract. §. hæresis, Albertin. de ag-*
43 *noscend. asser. q. 6. nu. 8. & q. 23. num. 52.* † Sed quia Ecclesia nō iudicat de occultis, *cap. sicut tuis, cap. tua nos de simonia.* Nam ex his quę sunt in animo, solus Deus cognitor est, *cap. nunc quid, de pœnit. dist. 1.* nec per testes probari possunt *Innocent. in c. super eo, de renunt. Hippol. in. l. 1. §. diuus Adiran. D. ad. l. Corn. de si-*
44 *car. n. 36. & in. l. 1. C. eod. n. 28.* †Per signa exteriora animū interprætatur, nā factis præsumitur de affectu, *cap. qui viderit 22. q. 5. cap. nuper de vigam. l. dolum. C. de dolo*, quia plus est in facto, quam in verbo aliquid facere, *cap. dilecti, de appellat.* nec refert am quis voluntatem suā exprimat verbis, an factis. *l. de quibus. D. de legib.*
45 † Vnde merito talia facientes, quæ hæretici, aut magi hęreticales facere solent pro hæreticis habentur, ex iuris præsumptione, quæ liquidissima probatio est *glos. in. l. si tutor peritus. C. de periculo tutor. Bald. in rub. de præsumpt. n. 5*
† Nam ceremonia, & cultus externi, sunt mores, & ritus ad obseruandam 46
quempiam religionem, vt sic merito eā habere censeatur, cuius cęremonijs & ritibus vtitur, *cap. fin. dist. 30. cap. 2. cap. filij, cap. contra Christianos de hæretic. lib. 6. Archid. in cap. fin. de baptis. Rojas de hæretic. p. 1. num. 314.* † Etiam si talis cultus religiosissimus videatur in ieiunijs, 47
pœnitentijs, orationibus positus in quibus nihil mali habere videtur, nam solet diabolus sanctissimis quoque rebus abuti, vt in errorem facilius homines dilabeantur, nam vt ait Apostolus ad Colocens. cap. 2. *Nemo ergo vos seducat in cibo, vel potu, aut parte diei festi, aut Nęomaniæ, aut Sabathorum, &c.* † Neq; excu 48
sari possunt ignorantia, quia eo quod faciunt, quę ab Ecclesia non sunt recepta, aut instituta fieri valde sunt suspecti, quia nullus dicere, aut facere nō præsumitur, nisi quod prius mente cogitauit. *l. labeo. D. de supelect legat.* & ita licet intentionem neget, facta prædicant, *cap. caucte 22. q. 5. cap. humanæ aures. d. 22. q. 4. cap. existimant. 11. q. 3.* † Vnde dū 49
se talia fecisse profitetur, sed prauam intentionem negat, tanquam pertinax negatiuus est relaxandus curiæ sæculari ad punitionē, *Anan. in cap. excommunicamus. §. credentes de hæretic. num. 11. Turrecrem. in summ. Eccles. lib. 4. cap. 4. Imola in Clemen. 1. §. fin. de vsuris. Rojas de hæretic. part. 1. ex num. 276. & max. num. 311. Albertin. de agnoscend. assert. q. 32. num. 17. & q. 34. num. 53. & q. 36. num. 18. Simanc. de Cathol. inst. tit. 24. & 47. n. 22. & in Enchirid. tit. 40.*

CAP.

CAP. VIII. de sortilegijs non hæreticalibus.

SVMMARIVM.

Hæreticalia non sunt, quæ fiunt à non habente pactum expressum, dum nullus fidei error contrarius accedit. n. 1.

Dæmonem inuocare vt reuelet præsentia, aut præterita, rem loco moueat, in secta vinentia producat, & alia quæ suæ naturæ sunt, non est hæreticale. n. 2.

Inuocare dæmonem vt spiritum scientem, & valentem ex diuina permissione ordinaria, non est hæreticum. n. 3.

Respondetur ad obiecta de pacto habente cum dæmone. n. 4.

D. Thomas de sortilegijs hæreticalibus explicatus. n. 5.

Apostasia non semper hæresim continet. num. 6.

Inuocatio non semper exhibet actum latriæ. n. 7.

Inuocare in iure pro implorare auxilium. num. 8.

Diuinationes, quæ vanas obseruationes continent, non sunt hæreticalia per se. numer. 9.

Eymericus de chiromantia reprehensus, qui putauit indistincte damnari ex pacto. mer. 10.

Chiromantia in multis casibus naturalibus permissa. n. 11.

Sortilegia quæ tendunt ad occulti indagationem non sunt hæreticalia, etiam si dæmonis expectetur auxilium. n. 12.

Dæmonem inuocare vt mulierem in amorẽ pelliciat, non est hæreticale. n. 13.

Sortilegia, & imagines facere ad procurandum amorem mulieris, vel morbum curandum per se non sunt hereticalia, numer. 14.

Sacramentalia admiscere dum non credit ad maleficia habere virtutem, non est hæreticum. n. 15.

Sanctorum reliquias vti ad maleficia nõ est hæreticum. n. 16.

Imagines sanctorum conuiciare non est hæreticum. n. 17.

Hostiam non con consecratam admiscere licet sacerdos super eam plures missas celebrauerit, non est hæreticum. n. 18.

Hostiam non consecratam populo adorandã proponere non est hæreticum. n. 19.

Expoliare altaria, & consueta luminaria extinguere non est hæreticum. n. 19.

Missas celebrare super hostiam litteris inscriptam, aut super cuticulam panis apta ad sortilegia, non est hæreticum. numer. 20.

Hæreticum sola mens facit dum in ea quæ sunt fidei errat per intellectum. n. 21.

Nullum opus externum quantumuis horrendum, est hæreticum. n. 22.

Error solus in eo, qui paratus est corrigi, non facit quempiam hæreticum. numer. 23.

Marcellinus Pont. max. de hæresi excusatus. n. 24.

Diuus Cyprianus de hæresi excusatus. numer. 25.

Osius Episcopus Cordubens. de hæresi excusatus. n. 26.

D. Paulus reprehendit D. Petrum principem Apostolorum n. 27.

D. Augustinus, & D. Hieronymus contrarias sententias protulerunt.

NON hæreticalia autem 1 sunt omnia, quæ fiunt á non habente pactum expræssum cum dæmone, dum nullus fidei error contrarius accedat, vt si inuocarerur dæmon ad faciendũ, vel cognoscendum, quod ipse facere, vel cognoscere potest á Deo non impeditus, vt docẽt *Menoch. de Arbitrar. cas. 388. Oldrald. cons. 210. Farinac. q. 20.*

tom.

tom. 1. Tiraq. de pœn. caſ. 4. n. 3. Grillard. de ſortileg. q. 10. n. 13. & q. 11. num. 19. & 20.

2 † Vel reuelare præſentia, & præterita, res loco mouere, in ſecta viuentia producere, tempeſtates excitare, & ſimilia quæ dæmoni naturæ non repugnant, de quibus in ſuis locis fuſe á nobis

3 actum eſt *lib. 1. & 2.* † Nam inuocare dæmonem ad quocumque opus naturæ, non vt dæmonem, ſed vt ſpiritum ſcientem, & valantem ex diuina permiſsione ordinaria præſtare, non eſt hæreticum, quia nullum errorem in mente fouet, in quo hæteſia conſiſtit, *cap. hæreſis, cap. hæreticus 24. quæſt. 3.*

4 † Neque in contrarium facit *Nicolaus Eymericus in direct Inquiſit. part. 2. quæſt. 43.* dum poſt annumeratis multis caſibus, in quibus hæreſis intercenit, hęc ſubdijt ex D. Thom. *In alijs operibus magicis, in quibus complementum operis ex virtute dæmonis expectatur, in omnibus enim eſt apoſtaſia à fide propter pactum initum cum dæmone, vel verbo tenus ſi inuocatio interſit, vel facto aliquo, etiam ſi ſacrificia deſint.*

5 † Quia ibi *Diuus Thomas*, ex quo prædicta verba refert, *ex Sentent. 2. diſt. 7. art. fin.* de ſortilegiis agit hętetiealibus, in quibus á dæmone quæritur aliquid quod eſt extra ſuam naturam, per meram inuocationem virtute præcedentis pacti, quod ſatis hæreſim ipſomet Eymercio docente, & *Pegna. commentario 68.*

6 ¶ Neque minus obſtat *Albertus Magnus, vere magnus, & omni commendatione dignus in Sentent. 3. diſtin. 7. art. fin.* dum ait, *Si autem non ſit* (de inuocatione agit) *niſi opere ſimplici tunc eſt apoſtaſia*, nam apoſtaſia non ſemper hæreſim continet, nam quandoque tranſgreſsionē pręcepti ſignificat, *cap. ſi quis venerit, cap. illud, de maioritate, & obedientia, gloſ. in cap. 1. de apoſtat.* quæ in quocumque magiæ opere intercenit, vt tradit *Petr. Binsfeldus in cõfeſsionibus maleſi. parr. 1.* † Nec inuocatio ſemper exhibet actum latriæ, vt docet *D. Auguſtinus tom. 3. lib. 1. locution.* cuius hæc ſunt verba; *Iacob benedicens nepotes ſuos filios Ioſeph, ait inter cætera: inuocabitur in his nomen meum, & nomen patrum meorum: quare notandum non ſolum exauditionem, ſed etiam inuocationem dici aliquando, quæ non Dei, ſed hominis ſunt.* Et in iure inuocare accipitur pro implorare auxilium, ſeu gladium ciuilis Magiſtratus, *l. Epiſcopale. C. de Epiſcopale audientia, capite primo de officio Ordinarij, Baldus in l. 1. D. ſi quis ius diſcreti non obtemperauerit.*

7

8

¶ Item non ſunt hæreticalia per ſe Aſtrologia, Phyſiognomia, Chironantia, Augurium, Sortilegium, & ſimilia, in quibus vanæ ſunt obſeruationes, aut ſuperſticioſæ vanitates, vt tradūt *Eymeric. in direct. Inquiſit. p. 2. q. 42. & ibi Franc. Pegna comm. 67. Marta de iuriſd. part. 2. cap. 12. num. 6. Farinac. tom. 1. quæſt. 20. Menoch. de arbitr. caſ. 388.*

9

10 † Dum tamen caueas ab *Eymerico. part. 2. quæſt. 43.* dum de chiromantia agens, hæc generalia verba ſcripta reliquit: *Quidam ſunt ſortilegi, & diuinatores meri, vt qui ex manus delineamentis diuinant, & iudicant de effectibus naturalibus, & conditionibus hominis.*

11 † Nam chiromantia in multis caſibus naturalibus permiſſa eſt, vt diximus *lib. 1. cap. 9.* quam licet ſuperſtitioſi homines ſomnis ſuis deprauauerunt, non propterea, quæ naturalem habent cauſam, reſpuenda ſunt, quia propter malos pices non rumpimus retia, nec debemus occidere impium cum iuſto, *Geneſ. capite 18.*

12 † Item non ſunt hæreticalia ſortilegia omnia, quæ tendunt ad alicuius occulti cognitionem, etiā ſi dęmonis expectetur auxiliū, vt qui per inſpectionē

Astrolabij furtum indagare procurat,
13 vt in *cap. ex tuarum, de sortileg.* † Ita de monem inuocare, vt mulierem ad libidinem tentet, vel in amorem pelliciat, non est hæreticum per se, quia Dñs eũ vocat tentator, *Matth. c. 4.* & ita tenent *Panorm. in cap. in tabulis, de sortileg. Comens. in lucerna Inquis. v. sortilegia, D. Thomas 2.2.q.92.art.2.*
14 † Neque etiam sortilegia, quæ imagines faciũt ad procurandum amorem mulieris, vel alicuius morbi curationem (nisi in professoribus, & pactum expressum habentibus) vllo modo hæresim sapiũt per se, quia magis est superstitiosum, quam hæreticum, vt docet *D. Augustinus lib. 10. ciuitatis Dei, cum alijs per Oldr. cons. 208. Geminianus in cap. accusatus de hæretic. in lib. 6.*

¶ Item non est hæreticale admisce-
15 re sacramentalia, dum nõ credit habere virtutem ad maleficia, quia actus nude, & per se nõ est hæreticus, sed superstitiosus, vt tradit hæreticæ prauitatis Inquisitor *Paul. Grillan. de sortile. q. 10. n. 15*
16 *16. 17. & 18.* † Nec non etiam miscere reliquias sanctorum, aut eas disoluere ad maleficia, non est hæreticum, quia nõ est contra latriam, sed contra dulię venerationem, vt tradunt *Veracruz lib. 1. de adorat. disp. 6. c. 8. Suarez de Relig. lib. 3. cap. 6. Valent. tom. 3. disp. 1. q. 24. pun. 2.*
17 † Et sic similiter nõ est hæreticale imagines beatæ Virginis (etsi ei maxima veneratio debeatur) vel aliorũ beatorum terra prosternere, aut ausu temerario cõpungere, vel cõuiciare, licet grauissimum sit peccatũ, *c. si canonica. §. fin de offi. ordin. lib. 6.*
18 † Itẽ admiscere hostiã non consecratam, licet sacerdos plures Missas super illã celebrauerit, quod putatur aptũ ad amorem consiliandum, non pertinet ad hæresim, *c. de homine de*
19 *celebrat. miss.* † Item nec clericus dicitur hæreticus, qui talem hostiam non consecratam populo adorãdam proponit, nec qui causa doloris expoliat altaria, & consueta luminaria extinguit, vel celebrat Missas defunctorum, pro viuis, vt citius moriantur, *c. quicumque h. 26. q. 5.*
† Similiter si super hostiam litteris inscriptam, quę putãtur apta ad sortilegia Missas celebrauerit, aut super cuticulam panis, vel quid simile aptum ad malificia, non est hæreticus, *c. si quis Episcopus. d. 26. q. 5.* 20

¶ Hæreticum enim sola mens fuit, 21
dum in ea quæ sunt fidei erant per intellectum, & pertinaciter adhæret errori, per voluntatem approbans falsa pro veris, & vera pro falsis, vt docent *D. Thom. 2.2.q.11.art.1. Alexand. de Ales p. 2.q.181. memb. 1. Albertin. de agnoscend. assert. q. 2. n. 12. & q. 6. n. 8. & q. 23. n. 52. Palac. Rubeus in allagat. de hæresi. §. 3. &* 4. † Itaquẽ nullum opus exterius quan- 22
tumuis horrendum est hæresis absque errore in intellectu, siue in eo, vt moto á voluntate eligente, taliter quod in hęretico requiratur falsa ctedulitas ex parte rationis, & peruersa voluntas ex parte concupiscibili, *cap. dixit Apostolus 24. q. 3. cap. excommunicamus. §. credentes de hæretic. cum alijs per Ioan. Rojas de hæretic. p. 1. c. 1. ex n. 34.* † Neque si paratus 23
est corrigi, pro hærerico est iudicãdus, quia error solus non facit hæreticum, sed iunctus cum pertinatia, vt tradunt *Cardinal. Turrecrem. in summ. Eccles. p. 2. lib. 4. c. 1. & Archiepis. Florent. in sum. p. 2 tit. 12. cap. 5. Episc. Simanc. de Catho. inst. c. 31. n. 7. & c. 25. n. 2. & in Enchirid. tit. 49. n. 4. Albertin. vbi sup. & tract. de hæretic. in rub. lib. 6. q. 1. n. 19. & q. 13. n. 14.* Nã vt ait D. Augustinus lib. 1. de Trinit. *Errare potero, sed hæreticus non ero.* † Nam eo ex- 24
cusatur Marcellinus Pontifex max. qui tempore Domitiani, & Maximialini á paganis cõpulsus idolo thurificauit, vt habetur in *c. nunc autem. dist. 21.* † Et san- 26
ctissimus Ossius Episcopus Codubẽsis, qui Nicęnę synodo pręfuit, Illiberitano

Arela-

Arelatensi,& alijs multis á Pagano cõ pulsus idolis flectit genua, menre tamẽ intacta, vt multis aductis comprobat omnigena eruditione clarus amicus noster. *D. Bern. Alderete lib. 1. de las antiguedades de España, ex cap. 4.* † Et D. Cyprianus in errore, quod profitebatur de baptismo, *cap. si quis inquit. 1. q. 1. cap. quomodo exaudit de consecrat. dist. 4.* † Et D. Paulus doctrinam D. Petri principis Apostolorum repræhendit, ex eo quod D. Petrus sentiebat legalia non esse seruanda, vt patet ex eleganti disputatione D. *Paul. ad Galat. c. 2.* † Et Ecclesiæ doctores D. Augustinus, & Hieronymus passim sibi inuicem fuerunt contrarij,& contrarias sententias protulerunt, vt habetur in *cap. 1. dist. 26. vbi glos.* inquit, *male sentiebat hic Hieronymus, late D. August. lib. de bono coniug. cap. 18. Villadiego de hæretic. q. 7. n. 7.*

26

27

28

CAP. IX. *de iudice competente in vno quoque Magiæ crimine.*

SVMMARIVM.

Iudex vniuersalis omniũ solus Deus. n. 1.
Deus per seipsum iudicia exercuit. n. 2.
Iudicia constituta à Deo humana, ob frequẽtes hominum controuersias. n. 3.
Adam iudicem vniuersalem creatus. n. 4.
Reges constituti à Deo ad iurisdictionẽ. n. 5.
Lege naturali, & scripta vnius iudicio omnia iudicabantur. n. 6.
Iurisdictio spirirtualis, & temporalis post aduentum Christi distinctæ. n. 7.
Magiæ hæreticalis cognitio ad Episcopos fuit principio delata. n. 8.
Magiæ hæreticalis punitio hodie ad Inquisitores pertinet. n. 9.
Inquisitores ex causa hæresis tam aduersus clericos, quam laicos cognoscunt. n. 10.
Magiæ crimina dũ sapiunt hæresim specialiter ad Inquisitores sunt demãdata. n. 11
Inquisitores maiores sunt quocumque ordinario. n. 12.
Inquisitores possunt quoscumque indices cõpellere, vt ad se acta contra magos hæreticos mittat. n. 13.
Reus subesse debet iudici, vel ratione originis, delicti, vel domicilij. n. 14.
Magus de hæresi suspectus, potest à iudice loci, in quo reperitur, puniri. n. 15.
Hæresis crimẽ habet causam continuã. n. 16
Magia hæreticalis non præscribitur viginti annis. n. 17.
Sortilegia non hæreticalia viginti annis præscribuntur. n. 18.
Maleficia coniuncta hæresi nullo tempore præscribuntur. n. 19.
Hæresis causa etiam post mortem instituitur. n. 20.
Sententia in mortum directo lata est nulla. n. 21.
Sententia in mortum ferri potest si cum eo lis cœpta sit. n. 22.
Pœna pecuniaria sententiæ latæ in mortum ab hæredibus exigitur. n. 23.
Hæredes rei in crimine læsæ Maiestatis quinquenio præscribunt. n. 24.
Sortilegij non hæreticalis reus discutitur à laico, vel Ecclesiastico comuniter. n. 25
Clericus sortilegij reus ab Ecclesiastico solo discutitur. n. 26.
Clericus gaudet foro Ecclesiastico etiam si post commissum delictum ordines assũpserit. n. 27.
Tempus commissi delicti non attenditur in clericis factis post delictum. n. 28.
Laicus factus clericus post commissum crimen apud laicum, quo ad bona respondere tenetur. n. 29.
Ecclesia delinquentibus fouet, qui se ad eam recipiunt. n. 30.
Clerici apud temporales iudices etiam volẽtes litigare non valent. n. 31.
Clericus nullo modo forum suum renutiare valet. n. 32.
Fori priuilegium concessum est in fauorem totius ordinis clericalis. n. 33.

Tonſura gaudet priuilegio clericali iure cõmuni.n.34.

Tonſura in criminalibus, & ciuilibus gaudet foro clericali.n.35.

Tonſura verus ordo Eccleſiæ eſt.n.36.

Tõſura clericos efficit vere, et realiter.n.37

Tonſura recipientibus liberat à poteſtate ſæculari, & conſtituit in Eccleſiaſtica.n.38.

Tridentina diſpoſitio de clericis primæ tonſuræ.n.39.

Authoris ſententia circa intellectum concilij Tridentini de clericis primæ tonſuræ. n.40.

Prænomen is, ea, id, quando facit relationẽ vires ſumit relatiui quis, vel qui.n. 41.

Prima tonſura pupilis confertur, et quibus ſolum legere, & ſcribere norunt. numer.42.

Sacerdotium ſcientiæ, & virtutis culmen requirit.n.43.

Minorum ordinũ vita debuit Eccleſia, aut ſchola emancipari, vt maioribus capaces fierent.n.44.

Concili Tridentini mens in non admittendo ad fori priuilegiũ, eos, qui Eccleſiæ, aut ſcholæ non deſeruiunt.n.45.

Quaſi *particula denotat in proprietatem. nu.45.*

Laici non admittuntur ad minores ordines, qui iudicij ſæcularis fraude veniunt.numer.46.

Concili Tridentini mens in ſtatuendo clericis minorum aſsignationem Eccleſiæ, aut ſcholæ.n.47.

Clerici minorum litteris, nec virtute condecorati, dum Eccleſiæ, aut ſcholæ non aſsiſtunt, ſunt foro priuati.n.48.

Tonſurati à laico puniri nõ poſſunt ſine præuia degradatione.n.49.

Concili diſpoſitio circa clericos minorum ordinum quos debeat comprehendere.n.50

Clerici ad hoc vt à laico puniantur, neceſſaria eſt trina monitio.n.51.

Monitio quæ præcedere debet ad priuandũ vnicuique foro particulariter fieri debet. num.52.

Clericus minorum, qui habitum dimiſit, niſi moneatur non priuatur foro.n.53.

Communem doctorum de Concilij intellectu circa clericos minorum ordinũ. n.54.

Doctorum ſententia probabilis tantum eſt non neceſſaria.n.55.

Iuriſconſulti nullam iuris condendi poteſtatem habent.n.56.

Communis ſententia non eſt ſequenda quando eſt ratio in contrarium.n.57.

Leges generaliter loquentes, ita intelli, quomodo accipiatur.n.58.

Leges interpretantur ex ratione poſita in legibus.n.59.

Legis verba cui non conueniunt, neque eius debet conuenire diſpoſitio.n.60.

Legis interpretatio magis fauorabilis quæ nos reducit ad terminos iuris communis.n.61.

Leges nouæ ſemper intelliguntur, vt minus ius commune lædant.n.61

Concilium Tridentinum conuocatũ eſt ad bonorum morum reductionem.n.62.

Clericos minorum, qui ſecundum ius commune vitam duxerant Concilium non videtur defraudare.n.63.

Concilium Tridentinum confirmat priuilegia omnia data clericis minorum ordinũ ex iure commune.n.64.

Concilij diſpoſitio circa clericos minorum ordinũ quare iaceat ſub epigraphe de reformatione.n.65.

Authoris ſententia circa obſeruationẽ Concilij ad intellectum.l.1. tit.4.lib. 1. Recopil.n.66.

Lex temporalis inter Eccleſiaſticas perſonas diſponere nequit.n.67.

Iure canonico deficiente recurritur ad ius Regium.n.68.

IVDEX competẽs in omne crimine ſolus Deus eſt, qui ſcit reddere vnicuique mercedem pro merito *Gen. cap. 18. Deuter. 10. Iob.*

34. *Psalm.* 7. 61. & 93. *Isai. cap.* 11. *Eccl.* 35. *Hierem.* 17. *Matth.* 16. & 25. *Acta Apost.* 17. *Apostol. ad Rom.* 2. *ad Timot.* 2. *cap.* 4. *ad Hebr.* 12. †Et ita per se ipsum primum illud Apostasiæ crimen in primo omnium parente, ac protoplasto Adamo compescuit *Gen. cap.* 3. & alia multa hominum scelera in generali cathaclysmo puniuit *Genes. c.* 6. & primos diuinitatis opugnandæ conatus in Nemrod *Genes. c.* 11. & efrenatã libidinem in Sodoma *Genes. cap.* 19. & alia multa iudicis officia frugit *Genes.* 28. *descendam & videbo vtrum clamorem quem venit ad me opere compleuerint.* †Sed cum ad frequentes hominũ controuersias non par esset Deum descendere, aut ex eius benignitate delinquendi homines ocasionem arriperẽt, quia semper tando gradu procedit Oseas cap. 11. *non conuertam vt disperdã Ephraim, quoniam Deus ego, & non homo.* † Necesse fuit adeatum componendarum hominum constituere, vt vitiosos hominum motus licentius erumpentes in officio contineret, quorum primus fuit Adam *Genes. cap.* 1. nam vt legitur Sapient. c. 9. *& sapientia tua constituisti hominem, qui dominaretur creaturæ.* †Et post eũ alios Reges, & Principes in eadẽ iurisdictionẽ prouectos Prou. c. 8. *per me Reges regnant*, varios eiusdem potestatis ministros creare, nã propagata natura vnus omnia expedire non poterat *Exod. c.* 18. †Qui licet principio vnus fuisset, & Adamus, & eius successores in lege naturæ omnium causas expediret, & in lege Scripta cæteri omnes tã, qui ex leui, quã qui ex alijs tribubus descenderãt Iudicio Moysi etãt iudicãdi, *vt diximus sup.* † Post aduẽtũm Christi iurisdictiones distinctæ sũt, & Põtifices ad spiritualẽ, Reges ad tẽpotalẽ creati de iurisdictionis cõpetentiæ lites oriri cœperunt quas cõponere nostri non est institutũ, sed cuiusque Magię crimis cognitionẽ ad quẽ pertineat ostendere, secundũ vnuscuiusq; naturam de qua in præcedenti capite actum est.

Quando enim crimen est hæreticũ, aut hæresim sapit, licet principio ad Episcopũ diæcesaneũ eius pertineret cognitio *cap. ad abolendam cap. excomunicamus de hæretic.* †Nunc ad Inquisitores hærcticę prauitatis pertinet priuatiuè *cap. accusatus* §. *sane de hæretic. lib.* 6. quia ad id á Sede Apostolica hodie sunt deputati *c. Inquisitores, de hæret. lib.* 6. † Et ita aduersus omnes tã clericos, quám laicos hodie priuatiuè cognoscunt, *cap. vt officiunt de hæret. cum aliis per Eymeri cum & Pegn. in direct. Inqis. Siman. de Cathol. instit. cap.* 34. *ex n.* 1. *Ioan. Rojas de hæret. p.* 2. *assert.* 12. *n.* 267. *Conrad. in tẽp. Iudic. lib.* 1. *cap.* 1. §. 3. *ex n.* 1. †Quod speciáliter in hoc Magiæ crimine dum sapit hæresim eis demandarunt SS. D D. *Innocent.* VIII. *Iul.* II. *Leo X. Hadrian.* VI. *Põtt. Maxx.* vt apparet ex eorũ bullis, quas referunt *Syluest. lib.* 3. *de strigimag. c.* 1. *Binsfeld. in confess. malefic. Sprenger. in Mall. ad princip.* †Qui cũ sint delegati à Papa ad causã specialẽ maiores sunt quocunq; Ordinario, *cap. pastoralis, c. tuæ, de offic. vicar.* & causas omnes meri, & mixti imperij expediuntur *l.* 2. C. *de offi. eius.* † Et ita possunt, quoscunq; iudices compellere, vt ad se acta contra huiusmodi magos facta mittãt *cap. præsidentes, cap. vt officium.* §. *denique, cap. vt commissi, de hæretic. lib.* 6. *cap. cum Bertoldus, de re iudic.* †Etiã si reus talium Inquisitorum iurisdictioni non subiciatur, nec ratione originis, nec delicti, nec domicilij, vt necessarium est ad cognoscendũ de quocunque crimine *l.* 1. C. *vbi de crimine agi potest cap. si. diligenti de foro compet. Couarr. in Pract. cap.* 11. *ex numer.* 3. †Nam reus de hæresi suspectus in quacunque parte reperiatur potest iure optimo per iudicẽ quoque loci puniri,

ex communi ſententia praxi recepta, vt per *DD. in cap. vt commiſsi de hæretic. lib. 6. Guido Pap. q. 202. Duen. reg. 378. n. 7. Couar. d. c. 11. ex n. 12. Flamin. Carthar.* 16 *de execut. ſent. c. 1. ex n. 245.* †Quia hęreſis crimẽ habet cauſá continuã,& ſucceſsiuã,&ideo vbicũq; hæreticus verſabitur, ibi delinquere cẽſetur, vt reſoluũt *Arnal. Albertin. de agnoſcend. aſſert. Catho. q. 25. Fran. Pegna in direct. Inquiſit. Schol.* 17 *45. Farinac. d. tom. 1. q. 7. limit. 9.* † Etiam ſi á crimine deſito viginti anni ſint tranſacti, quo ſpatio ſortilegia omnia, & maleficia pręſcribuntur, vt ex communi ſententia ſolita etuditione docet 18 *Farinac. d. tom. 1. q. 10. n. 28.* † Nam id procedit in ſortilegijs non hæreticalibus, in quibus reus poſt viginti annos (niſi in foro conſcientię) non tenetur reſpondere *glo. in cap. admonere 33. q. 2. Abbas, & Felin. in cap. fin. de præſcrip.* 19 † Dum enim maleficium coniunctum eſt cum hæreſi, quamdiu quiſque venit accuſari,& puniri põteſt, quia nullo tẽporis ſpatio præſcribit, vt tradit *Gigas de crimine læſæ maieſtat. lib. 1. tit. qualiter in crim. proced. q. 14. & q. 29. & cum alijs* 20 *Farinac. d. q. 10. ex num. 29.* † Imo, & poſt mortem ratione hęreſis poterit aduerſus eos inquiſitio inſtitui, & eorum cadauera exhumari, & comburi, vt tradunt *conciuis meus Epiſcopus Simanc. de Cathol. inſt. cap. 18. ex num. 7. Alphon. Caſtro lib. 2. de iuſt. hæretic. punit. cap. 18. Fran. Pegn. vbi ſup. p. 3. Schol. 102. & alij relati à Cenedo collect. 16. ad ſex.* 21 *num. 1.* † Sed non citatur reus, ſed hæredes, & ſententia fertur, in memoriam eius, ne in mortuum directo feratur,& ob id eſſet nulla, vt tradit *Sebaſt. Medicis* 22 *tract. mors omnia ſoluit. concl.* † Niſi cum eo lis cæpta ſit, vt ex communi ſanctæ Inquiſitionis practica reſoluunt *Zanchin. de hæretic. cap. 41. ex num. 3. Gigas crimine læſæ Maieſt. tit. qualiter procedatur,* 23 *lib. 1. q. 20. vſque ad 28.* † Et tunc pœna pecuniaria ab hæredibus exigitur, vt ex multis firmat *Peregrin. de iure fiſc. lib. 4. tit. 5. num. 31*, quo puto vſque ad annũ quadtageſimum: nam minori ſpatio non præſcriberent hæredes, *cap. 2. de præſcrip. lib. 6.* † Quantumuis in crimine læſæ Maieſtatis humanæ quinquenio præſcribãtur. *l. 2. l. apoſtatarum. C. de apoſtat. cum alijs per Ant. Gomez tom. 3. Variar. cap. 11. n. 12.* 24

¶ In alijs autem, quæ non ſunt hæretica, neq; hæreſim ſapiunt, vnuſquiſquę á ſuo iudice diſcutitur, laicus á Laico,& Eccleſiaſtico camulatiuê: ita vt qui prius capiat rerum, illum puniat, quia delictum eſt mixti fori, *Abb. in c. 1. de ſortileg. ex n. 3. Paul. Grilland. q. 11. n. 4 Iul. Clar. in Pract. §. hæreſis. v. ſucceſsiue quæro, Simanc. in Pract. cap. 8. & cap. 11. Marta de iuriſdict. p. 2. cap. 12. num. 10.* † Clericus vero ab Eccleſiaſtico tantum priuatiue, nam laicus in clericum nullam habet cognitionem, *cap. 1. & 2. de foro comper. cap. decernimus, cap. at ſi clerici, cum alijs de iudic. cap. qualiter, & quando de accuſat. cum vulgat.* † Etiam ſi poſt commiſſum delictum, & nomen receptum inter reos ordinem aſſumpſerit, *Stephan. Aufrer. in Clement. 1. fallen. 11. num. 19. de offi. ordia. Plaza de delict. cap. 32. num. 2. Flamin. Carthar. de execut. ſent. cap. fin. num. 308. Farinac. d. q. 8. num. 107. Couarr. in Pract. cap. 32. n. 4. Marta de iuriſdict. p. 4. cent. 2. caſ. 121. ex n. 11.* † Nam ratione excommunicationis non attẽditur tempus cõmiſsi delecti, vt in. *l. 1. D. de pœnis*, ſed ſententiæ, vt ex multis reſoluunt *Gutierrez in Practic. lib. 1. q. 5. ex num. 1. Iul. Clar. lib. 5. receptar. §. fin. quæſt 36. ex n. 43. Rob. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 4. de attent. litepend. limit. 20. ex num. 16. cũ alijs per Cened. collect. 23. ad Decretal. ex nu. 1.* † Licet quo ad bona capta reſponderé teneatur, vt tradunt *Ant. Scapus de iure non ſcript. lib. 1. cap. 1. ex n. 6. Anaſt. Germon.* 25 26 27 28 29

mon. de sacror. immunit. lib. 3. cap. 15. ex n. 77. Tiber. Decian. lib. 4. Criminal. cap. 9. ex
30 *60. Azeued. in l. 1. tit. 4. lib. 1. Recop.* †Nã si Ecclesia delinquentibus fouet, qui se ad eam recipiũt ex sacri loci immunitate, quanto magis fabere debet eos, qui ex eius gremio effecti sacrum ordinem recipiunt? vt coligitur ex *cap. bene quidẽ cap. denique, cap. si Imperator. 96. dist.*
31 †Tanta est enim iudici laici incapacitas circa res, & ecclesiasticas personas, vt neque volentes, apud temporales iudices tanquam eorum lege diuina incapaces clerici vllatenus agitari valeant *cap. 2. cap. significasti de foro compet. cap. ad audientiam, de consuetud. cap. quamquã de censib. lib. 6. cap. 1. & per tot. 11. q. 1.*
32 *Trident. sess. 25. cap. 3.* †Quia neque tacite, neque expresse, neque Episcopi cõ scusu accedente, neque fatendo se laicum, neque iureiurando forum suum vllatenus renunciare valent *d. cap. significasti, cap. si diligenti de foro compet. cum alijs per Gutierr. de iuram. confirm. p. 1. c.*
33 *16. n. 13.* †Quia priuilegium fori non vnicuique cletico in particulari concessum est, sed toto ordini clericali, ideoque particularis renunciatio cum tolli nequit, cum iuri publico nitatur, quod priuatorum pactionibus derogari non debet *l. ius publium. §. paciscar D. de pact. l. neque pignus. §. priuatorũ D. de reg. iur.*
34 †Etiamsi clerici sint minorũ Ordinum quia sola prima Tonsura gaudet priuilegio Ecclsiastico, vt ea iniciati priuilegiũ ab Ecclesiæ prælatis discuciatur, *cap. 2. de foro compet. & ibi* DD. *& in cap. qualiter & quando, de iudic. & in cap. vnico de cleric. coniugat. lib. 6. Bart. & alii in authent. præsbiteros, & in auth. statuimus C. de Episc. & cleric. Roland. à Valle cons. 4. vol. 1. n. 17. & cons. 16. vol. 4. n. 12. Ioan. Garsia de Nobilit. ad l. Cordubæ gl. 9. n. 50. & testatur communem Vivius in suis commun. opin. v. clerici à potestate Farin.*
35 *tom. 1. q. 8. n. 5.* †Non in criminalibus tãtum, vt voluit *Garsia, & Farinac. vbi sup.* sed etiam in ciuilibus, vt ex generalitate *d. cap. 2. de foro compet.* deffendit *Doctiss. Lusitanus Pet. Barbos. in l. Titia D. soluto matrim. & Cardinal. Thuscus tom. 1. Pract. lit. C. concl. 285. n. 14.* †Quia prima tõsura verus ordo Ecclesię est, *cap.* 36
cleros 21. dist. cap. duo sunt genera 12. q. 1. l. 1. tit. 6. part. 1. Trident. sess. 21. de reform. cap. 1. & sess. 23. cap. 2. & de reformat. cap. 10. †Quæ clericos efficit verę, & 37
realiter, *cap. cum contingat de ætate, & qualitate ordin. Albert. Trotius de vero, & perfecto cler. cap. 2. Flamin. lib. 4. de benefic. q. 2. n. 56. Nauarr. in Manual c. 22. n. 17. Couarr. in c. quia nos §. 4. de testam. & lib. 1. viriar. c. 10.* †Ita vt eius assumptio recipientibus liberet â potestate sæ- 38
culari, & constituat eos in Ecclesiastica *Bart. & Horosc. in l. cum quædam puella ex n. 15. D. de iurisdict. omn. iudic. Auend. de exeq. mandat. cap. 22. n. 12. Tiraq. de pœn. cas. 25. n. 8. Aufrer. de potestate secular. reg. 1. & in d. Clem. 1. d. fallen. 11. Gutier. in Pract. d. q. 5. Cauall. q. 563. n. 5. Marta de inrisd. p. 4. cent. 2. cas. 121. ex n. 11.*

Quod quidẽ de iure communi abs- 39
que dubio procedit, nam hodie obstat grauiter Trident. sess. 23. de reform. cap. 6. *Is fori priuilegio non gandeat, nisi beneficium ecclesiasticum habeat: aut clericalem habitum, & tõsuram deferens alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiat, vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur.* † Nisi vellis Concilium om- 40
nes minorum Ordinum clericos non comprehendere, sed eos duntaxat, qui ante quatuordecimum ætatis annum versabantur, de quibus in præcedentibus verbis fit mentio, *vt olim in primaria Granatensis Academiæ catedra (disputationis causa) primus communi aplausu diserui in lectura ad cap. decernimus, de iudi-*

cijs, quæ typis excusa est anno 1609. & ætatis nostræ XXVI. †Nã prænomen is, ea, id (per quod *dicta* verba enunciantur) quando facit relationem, vt hic, vices sumit relatiui quis, vel qui, Cic. ad Attic. *Venit mihi obiam puer tuus, is mihi litteras abs te reddidit:* & est demonstratiuum: & præteriti repetitiũm. *l. si seruus legatus. § si ita scriptum. D. de leg. 1. l. nuper. D. de legat. 3.* † Nam cum regulariter minores ordines pupilis tantum confe rantur: *c. 1. & 2. de ætate, & qualit. ordi.* & ijs maximè qui tantũ legere, & scribere norunt, quæ solum requiruntur, vt prima Tonsura inicientũt. *d. sess. 23. de reform. c. 4.* & alij minores Ordines ijs qui saltem Latinam linguam nouerũt conferantur. *d. sess. 23. de reform. cap. 11.* † Sacrosanctum sacerdotij munus, ad quod per minores ordines, tanquam per gradus quosdam ascenditur. *d. sess. 23. cap. 2. & de reform. d. cap. 11.* altiorẽ scientiam requirit Malach. cap. 2. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt de ore eius.* nec non virtutis culmen, quia vt legitur Trident. sess. 22. de reform. cap. 1. *Cum à rebus sæculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos, tanquam in speculum, reliqui oculos conijciunt ex eis sumunt quod imitentur.* † Operępretium fuit eos, qui in beneficij colatione vita, & mores probatę nõ erãt, in Ecclesia, aut scola constituere, vt in virtutis, & litterarum fontes ad ministerij apicem informentur, vel ex eo quod ipsamet synodus subdijt d. sess. 23. de reform. cap. 18. *Quod adolescentiũ ætas nisi recte instituatur prona sit ad mundi voluptates sequendas, nisi á teneris annis ad pietatem, & religionem informetur.* † Vnde quia de his pupilis agit litterarum, & virtutis destitutis, nisi Ecclesiá, aut scholã versarentur, vt in eis litteris, & virtute induantur, tanquam suo ministerio non deseruientes, ad forum noluit admittere, & ideo de his agens dixit, *quasi in via ad maiores,* †nam alij ętate, litteris, & virtute proiecti, non sunt *quasi in via*, sed in ipsa via ad maiores, quia in his sine assiguatione vlla conferuntur. *d. sess. 23. de reformat. cap. 13. 14. & 15.* nam dictio *quasi* denotat improprietatem. *l. 2. C. de inoffi. testam. principio Institut. de obligat. quæ ex quasi delict.*

Nisi malueris Concilium de incorrigibilibus, & facinerosis, & qui se immiscent sæcularibus agere, nam cum hij causam dedissent dispositioni, ex quo eos ordinari vetuit. d. sess. 23. de reformat. cap. 4. *De quibus probabilis coniectura non sit, eos non sæcularis iudicij fugiendi frande, sed vt Deo fidelem cultum præstent hoc vitæ genus elexisse.* † Ita eos nisi rẽsipiscant, & in Ecclesia, aut schola de mãdato Episcopi (quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versentur) ad Fori priuilegium noluit admittere, ne Ecclesia productitia peccati, videatur, *cap. nuper de regularib.* † Nam cum huiusmodi clerlci, qui nec litteris, nec virtute illustranrur in Ecclesia, aut schola non assistuũt, præsummuntur in eadẽ persistere contumatia, recte eos fori priuilegio non gaudere decernit, donec ea versare prægogniti pietate, & claris moribus conspicui, præclarum bonorum operum exemplum ab eis possit expectari, vt habetur. *d. sess. 23. de refor. c. 14.* † Nam Tonsurati puniri nõ possunt á laico sine præuia degradatione, vt etiam extante Concilio Tridentino defendunt *Couarru. in cap. alma mater. p. 1. § 1. n. 9. de sent. ex communicat. & in 4 p. 2. cap. 6. num. 3. Nicol. Plotus de censur. § 6 ex num. 1. Petr. Dueñas reg. 99. Hieron. Gõzalez in reg. 8. Chancell. glos. 5. § 6. ex n. 6. & gl. 38. n. 55. Marta de iurisdict. p. 4. cent. 2. cas. 121.* † Ideo necessariũ videtur vt Concilij dispositio (quæ nulla præuia degradatione clericos huiusmodi ipso facto á laicis voluit discuti)

quod

quod de illis intelligatur, qui sunt ipso facto fori priuilegio priuati, quales incorrigibiles, & qui se immiscent sæcularibus, *cap. 1. de apostat. cap. quisquis 84. dist. omni Ecclesiasticæ dignitatis priuilegio nudetur.* cap. ex litteris de vita, & honest. cleric. *Mandamus quatenus si talis tertio à te commoniti ab huiusmodi nō resi puerint, sed prætermissis diuinis officijs negotiationibus institerint sæcularibus, cum facto priuilegium abiciant clericale.* †Nam ad hoc vt clerici defacto á laico puniãtur nõ expectata Ecclesiastici degradatione, necessaria est trina monitio, & quod ipsi nihilominus in eadem persistant contumatia, *cap. in audientia de sententt. excommuni. cap. contingit, cap. fin. de vita, & honest. clericor. glos. in cap. ex parte de priuileg. Couarru. in Pract. cap. 31. numer. 6. & cap. 32. num. 1. Farina. tom. 1. q. 8. num. 60. Barbos. in l. Titia. D. solut. matrim. num. 35.* † Vbi communiter tenet non sufficere monitionem factam in synodo, sed particulariter fieri deberi ad priuandum vnicuique foro, etiam in delictis reiteratis, *Cardinal. Thuscus in Pract. tom. 1. lit. C. conc. 377. num. 9.* & quamuis segerant, vt laici, & habitum, & tonsurã dimiserint clericalem, *Decius in cap. at si clerici de iudic. Roland. cons. 4. vol. 1. num. 28.* † Nam hoc ptiuilegium fori clericis competit ratione Ordinis, & non habitus, dum illum ex malitia deferre non despexerint, vt tradit *Capella Tholosana decis. 104.* & ita cum non portantes, dum se enormibus non immiscent, aut moniti neglexerint, non priuantur foro, vt docent *Farina. d. q. 8. num. 68. Marta de inrisdict. p. 4. cent. 2. cas. 135 n. 18.*

¶ Neque obstat communem corũ, qui huc vsque Concilium absque vlla distinctione acceperunt *Couarr. in Pract. cap. 32. Ant. Gomez tom. 3. variar. cap. 10 num. 13. cum alijs per Cenced. collect. 105. ad Decretal. num. 4.* & vltra ab eo relatis *Anastas. Germon. de sacror. immunit. lib 3. cap. 15. num. 49. Ioan. Garsia de nobilit. ad l. Cordub. glos. 9. num. 50. Belluga in speculo Princip. rub. 11. §. videndum, fol. 54. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 246. Perez in l. 2 tit. 18. lib. 8. Ordin. Azeued. in l. 1. tit. 4 lib. 1. Rec op. Salcedo ad Diaz in Prax. ca. 62. num. 9. Auend. de exeq. mandat. lib. 2. cap. 22. num. 12. Iul. Clar. in Prax. §. fin. q. 36. num. 13. Gutierrez in Pract. lib. 1. cap. 7. & de iuram. confir. p. 1. cap. 17. nu. 13. Paz in Prax. tom. 2. prælud. 2. num. 6.* † Nam doctorum sententiæ probabiles tãtum sunt non necessariæ, vt defendit *Marius Salomonius in §. responsa prudentum Insti. de iure natural.* quia eorũ munus in interprætando, cauendo, & respondendo consistit, vt tradit *Cic. in orat. pro Muren.* † Cum nec veteres iurisconsulti, quos legum conditores iura appellant. *l. fin. C. de legib. l. nulla. C. de procurat. l. si furiosi. C. de nup.* nullam iuris statuendi potestatem habuissent, vt ex multis probant *Salomonius, & Balduin. in d. §. responsa prudentum, & nouissime præceptor meus nulli postponendus D. Ant. Pichardo ibi. ex num. 1.* nam ad id solum constituebantur, vt de iure publico consulerentur. *l. 2. §. iuris ciuilis. D. de orig. iur.* †Vnde cõmunem sententiam sequendam non esse vbi est ratio in contrarium ex multis probat *Hieron. Zauall. in Pract. communes contra com. in præfac. ex n. 22.* nam vt ait Imperator in l. 1. §. sed neque. C. de vetere iure encul. *Sed neq; ex multitudine authorum, quod melius, & æquius est iudicatore, cum possit vnius forsam, & deterioris sententia multos, & maiores aliqua ex parte superare.*

¶ Neque etiam dicendum est legẽ non distinguere, neque nos debere, ex vulgata *l. de prætio. C. de publician. & vectig.* quia leges generaliter loquentes ita intelliguntur. *l. 1. §. generaliter. D. de leg. præstand.* Nam id non procedit vbi iura corriguntur, aut resultat absonus intellectus,

lectus, quia tunc iura iuribus sunt concordanda, vt euitetur legum corruptio *l. vnica. C. de inoffic. donat. cap. cum expe-*
59 *diat, de election. lib. 6.* † Et cum illud dicatur esse in mente legis, quod ex eius verbis deducitur *l. nominis, & rei. §. verbum D. de verbor. signif. l. 3. D. de legit. tutor.* quia ex ratione posita in lege lex ipsa debet intelligi, & interpretari. *l. libertum. D. de ritu nupt. l. statu liberi. §. Quintus Mutius. D. de statu liber. cap. 1. de tem-*
60 *porib. ordin. lib. 6.* † Hæc opinio magis fauorabilis videtur; tunc quia magis Concilij dispositioni quadrat, quam alia, nã cui non conueniunt verba legis, neque eius debet conuenire dispositio. *l. 4. §. totius. D. de damno infecto. l. hoc accessare §. omnibus. D. de accusa. cap. in omnibus. §.*
61 *fin. de elect.* † Tunc etiam quia nos magis reducit ad terminos iuris communis, quia facilius reuertetur res ad suam naturam. *l. si vnus. §. pactus ne peteret. D. de pact. l. fin. C. de sponsal. larg. cap. ab exordio. dist. 25.* Et ita leges nouæ semper intelligi debent, vt minus ius commune lædant. *l. 2. C. de noxal. l. sancimus. C. de rest. et l. præcipimus. C. de appellat. auth.*
62 *quas actiones. C. de sacros. Eccles.* † Idque maxime Concilium Tridentinũ, quod conuocatum fuit, vt constat ex bulla suæ Indict. XI. Kal. Iun. M. D. XLII. *ad bonorum morum reductionem*, vel vt in bulla cõfirma. VII. Feb. M. D. LXIII. *& restituendam Ecclesiasticam disciplinã.* vel vt sess. 1. *ad reformationem cleri*, quorum causa fuisse congregatam, aperte fatetur sess. 3. *& moribus reformandis, quorum causa est congregata.* & sess. 16. *vt abusus, & mores corruptissimos emendaret.* & sess. 18. *vt mores, qui à veteri instituto defluxerant ad meliorem vitæ ratio-*
63 *nem reuocaret.* † Quare minorum ordinum clericos, qui ex iure communi erat in possessione fori, & secundum eius dispositionem vitam duxerant, eos defraudare non videtur dicendum, cum illos de quibus agit ad eorum nor man vellit reuocare. d. sess. 23. de reformat. cap. 17. *vt sanctorum Ordinum à Diaconatu ad Ostiariatum functiones ab Apostolorum temporibus in Ecclesia laudabiliter receptæ, & pluribus in locis aliquamdiu intermissæ in vsu iuxta sacros canones reuocẽtur.* † De quorum priuilegijs agens sanc 64
ta synodus sacrorum canonũ cultrix, non solum ea non reuocare, se expresse confirmare voluntatis suę intentionem fuisse aperte declarat pluribus in locis, maxime *sess. 22. de reform. cap. 1. & sess. 24. de reformat. cap. 21. & sess. 25. de reformat. cap. 20.* quorum vltimi hæc sunt verba, *Decernit itaque, & præcipit sacros canones, & Concilia generalia omnia, nec non alias Apostolicas sanctiones, in fauorem Ecclesiasticarum personarum, libertatis Ecclesiasticæ, & contra eius violatores editas, quæ omnia præsenti etiam decreto innouat, exacte ab omnibus obseruari deberi.* † Ex quibus omnibus videtur 65
dicendum Tridentinum. *d. cap. 6. de pupilis*, aut malis clericis loquutum, quos reformare intendit, nam ideo eius dispositio inscribitur sub epigraphe *de Reformatione*, vt ad eam reducatur, quia leges debent intelligi sub titulo, sub quo iacent. *DD. in l. princeps legibus. D. de legibus, Duaren. lib. 2. disputat. Cuiat. lib. 15. obseruat. cap. 30. cum alijs per præceptorẽ meum Ioan. Pareja in otio quadrimestr. ad l. Papiam popeam. p. 2. ex n. 41.* Reformare enim nihil aliud est quam in pristinum statum restituere, Ouid. lib. 1. Metamot.

Sed prome quid quid erit, dum quod fuit ante reformet.

¶ Quod licet tot iuribus, & rationi- 66
nibus fulciatur, quibus olim adductus in primaria Granatensis academię cathedra hanc sententiam contra communem defenderim, nunc maturiori studio, donec aliud ab Ecclesia statuatur á communi non discederem, nam in ea

venium

veniunt Reges nostri in *l. 1. & fin. tit. 4.*
67 *lib. 1. Recopilat.* † Nam licet lex temporalis de re spirituali inter Ecclesiasticas personas disponere nequit *Auth. cassa, et irrita. C. de sacros. Eccles. cap. Ecclesias. Mare, de constit.* † Vt quæ tot sapientissimorum virorum (quales omnes qui Regio nostro assistunt) consilio, & consultatione Episcopi de Cariate Nuntij Apostolici factæ sunt ad consilij mentem plurimum conducunt, quia deficiente iure canonico recurrendum est ad ius Regium *DD. in c. 1. de noui oper. nunt. Rod. Suarez in. l. post rem iudicatam ex n. 8. D. de re iudi. Couarru. in Pract. cap. 8. num. 5. Paz in Praz tom. 2. part. 2. cap. 1. num. 1. & 3.*

APPENDIX.

1 POstquam hæc scripsi incidi in bullam S. D. N. D. Sixti V. data Romæ apud sanctum Petrum anno salutis M. D. LXXXVI. Nonis Ianuar. pōtificatus sui an. I. qua indistincte cauetur, vt de omnibus maleficijs, sortilegijs, mathematicis, & alijs quibuscumque magię criminibus eognoscatur per dominos hæreticę prauitatis Inquisitoribus cumulatiue cum Episcopis locorū ad præuentionem, nulla facta veteris iuris distinctione inter hæreticalia, & nō hæreticalia, quæ ideo omnia debet cōplecti, quia indefinita æquipollet vniuersali, *Etrauag. vnam sanctā de maiorit. & obedient.* † Quæ licet aliquamdiu vsu
2 intermissa sit, hodie à supremo sanctæ Generalis Inquisitionis Senatu in viridi obseruantia est reuocata, & hoc anno rescriptum est vniuersis sancti Officij Inquisitionibus, vt eam obseruari faciant; cuiusmodi decretum vidi, & alia in proposito collegi *lib. 1. de magia diuinatrice, c. 8. de vanitate astrolo.* & bullā in serui, vt non habentibus subueniatur *in appendici ex n. 19. d. cap. 8.*

CAP. X. *de sententia excommunicationis in magiæ crimine promulgata.*

SVMMARIM.

Magiæ crimen omnibus hæreticorum pœnis punitur. n. 1.

Magiæ criminis diuersa capita ad vnum crimen subordicantur. n. 2.

Magiæ crimen hæreticale comprehenditur excommunicatione contra hæreticos promulgata. n. 3.

Excommunicatio hæreticorum continetur in bulla cœnæ Domini. n. 4.

Hæreticorum excommunicacatione, tam occulti, quam manifesti incurrunt. numer. 5.

Hæretici incurrunt in excommunicatione à die commissi criminis. n. 6.

Hæreticos vitare non tenemur antequam ab Ecclesia denuncientur. n. 7.

In pœnis ipso facto incurrendis necessaria est sententia saltem declaratoria. numer. 8.

In hæreticis notorijs non est necessaria declaratio. n. 8.

Magi qui hæreticalia non conficiunt, non sunt excommunicati, sed veniunt excōmunicandi. n. 9.

Anathema sit, *declaratur sentētia ipso facto incurrenda. n. 10.*

Anathema sit, *loquitur de sententia ferenda. n. 11.*

Capitula obscura per alia eiusdem authoris declarantur. n. 12.

Magi non solum, sed Fautores, Receptores, Consultores, Consiliarij in excommunicatione incurrunt. n. 13.

Magi hæreticales absolui nequeunt, nisi à Romano Pōtifice, aut dūis Inquisitoribus. n. 14.

Magi

Magi hæreticales in mortis articulo absolui possunt à quocumque præsbytero. numer. 15.

Hæretici occulti absolui possunt ab excommunicatione per Episcopos locorum. numer. 16.

Absolutio hæreticorum Inquisitoribus demandata. 17.

Hæretici in mortis articulo absolui possunt à quouis præsbytero etiam sine bulla Cruciata. 18.

Tridentin. sess. 14. capite. 7. explicatus. numer. 19.

Hæreticus occultus, qui signis exterioribus crimen manifestauit, tenetur illud confiteri Inquisitoribus. n. 20.

Hæreticus mentalis à proprio confessario debet absolui. n. 21.

Magum mentalem negatum. n. 22.

Magus mentalis dari potest. n. 23.

Errorem in mentem fouens licet occultissime in censuram incurrit. mer. 24.

MAGIAE crimen quãdo sapit hæresim, licet in eo repertus, non hæreticus, sed magus dicatur: omnibus hæreticorum pœnis punitur, vt statuerunt Pontifices Ioann. XXII. *in Extrauag. super specula.* Innocent. VIII. *in Extrauag. cum accepimus*, quæ ponuntur ante *Malleum*, *Paul. Grilland. de fortileg. q. 10. ex nu. 4. Fran. Pegua in direct. Eymerici.* † Nam licet capita diuersa habeant ad vnum tamen crimen subordinantur, vt notat *Eymeric. in direct. q. 2 fol. 109.* siue vt ait tex. in cap. excommunicans de hæretic. *Facies quidem diuersas habentes, sed caudas ad inuicem colligatas, quia in vanitate conueniunt in id ipsum* † Vnde primo comprehenduntur in excommunicatione contra hæreticos promulgata in *cap. canonica* 11. q. 3. *cap. sanæ.* 24. q. 3. *cap. ad abolendam, cap. accusatus, cap. excommunicamus, de hæretic, cap. noueris, de sent. excommunicat. Iul. Clar. lib. 5. Receptar. §. hæresis, Castro de iusta hæret. punit. lib. 1. cap. 13. Eymeric. d. p. 2. q. 92. Comens. in Lucerna Inquisit. v. sortilegio, Grilland. q. 11. Simãc. de Cathol. instit. tit. 21. & 62.* † Quæ maior excommunicatio est quotannis in bulla cœnæ Domini publicata, de qua *Soto in 4. dist. 22. q. 2. art. 3. Episcop. Simãc. de Cathol. instit. cap. 3. & 27. & 42. ex numer. 1. Castro de lege pœnal. lib. 2. cap. 15. & de iusta hæret. punit. lib. 2. cap. 28. Aragon 2. 2. q. 11. art. 3.* † In qua non minus oculti, quam manifesti incurrunt *Nauarr. in Manual. cap. 11. num. 17. Iul. Clar. lib. 5. Receptar. §. hæresis, num. 23. & §. fin. q. 91. num. 1. Rojas de hæretic. p. 1. ex num. 240. & p. 2. assert. 37. num. 319. & singul. 17. num. 133. Gutierrez lib. 1. cononic. qq. cap. 13. ex num. 5. Couarru. in reg. peccatum, p. 2. num. 7. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 1. Ordinam, & in l. 3. tit. 4. lib. 8. fol. 83. Menoch. de Arbitrar. cas. 360. ex n. 6.* † Quia ipso iure sunt excommunicati. *d. cap. excommunicamus, de hæretic. Clemen. 1. eod. tit.* & á die commissi criminis adhæret eis excommunicatio, sicut lepra leproso, & homini vmbra, vt dicit *Gutierrez vbi sup. cap. 2. ex num. 9.* † Licet eos vitare non teneamur antequam ab Ecclesia denuntientur, vt ex Concilio Constantiensi aducunt *Nauarr. in Manuel, cap. 27. num. 35. notab. 3. Couarru. in cap. alma mater, de sent. excommunic. p. 1. §. 2. num. 9. Gutierrez d. cap. 1. ex num. 7.* † Nam in pœnis ipso facto incurrentibus necessaria est saltem declaratio, qua talem incursum denuntiet Ecclesia, *cap. cum secundum leges de hæret. lib. 6. l. eius, qui delatorem, & ibi Bart. D. de iure fisc. Ant. Gomez, variar. 3. cap. fin. num. 3.* † Nisi adeó notorius sit, quod nulla possit tergiuersatione celari, *Abb. in c. cum non ab homine, n. 29. de iudic. cum aliis per Gutierrez vbi sup. n. 3.*

¶ In

9 ¶ In alijs autẽ qui hæretica non cõficiunt, neq; quæ hæreſim ſapiunt non eſt indicta excommunicatio ipſo iure, ſed veniunt excõmunicandi per ſentẽtiam, c. aliquanti, *ab Eccleſia habeatur extraneus*, c. ſi quis clericus, *ab Eccleſiæ cõmunione pellatur*, c. ſortes. 16. q. 5. *ſub anathematis interdicto prohibemus*, quæ omnia jura nõ loqũtur de ſentẽtia lata, ſed ferẽda, vt docet *Suarez de Releg. li. 2. c. 19.*

10 † Neq; obſtat tex. in c. ſi quis ariolos. d. 26. q. 7. ibi; *Si quis ariolos, aruſpices, incãtatores obſeruauerit, aut phylacterijs vſus fuerit, anathema ſit*, quibus verbis declarari ſolent cenſurę ipſo facto incurrẽdæ, vt

11 tradit *Suarez de cenſur. diſp. 3. ſect. 3.* † Nã verbum illud *ſit*, quia eſt de futuro, nõ indicat ſententiã latã, ſed ferendã, ſecundũ *gl. in c. ſi quis clericus de vita, & honeſt. cleric.* nã cũ ibi dicat text. *anathema ſit*, exponit, *id eſt, fiat, non enim eſt excõmu*

12 *nicatus ipſo iure.* † Quorũ vterq; textus cũ deſumptus ſit ex Cõcilio Romano ſub Grego. II. qui vixit ad annũ ſalutis DCC. XV. eadem in vtroq; ratio debet militari, & intelligi de ſentẽtia ferẽda, cuius ſimilis eſt *gl. in c. ſi quis, diſt. 30. & Nauar. in Manual. c. 27. n. 12.*

13 ¶ Et in prædicta excõmunicatione ipſo iure, non ſolũ magi hęreticalia cõficientes incurrunt, ſed etiã fautores, receptores, conſulentes, & cõſultores, *c. vt cõmiſſi, c. priuãdi de hæretic. li. 6. Pegn. in direct. Inquiſi. p. 3. com. 155. Simãc. vbi ſup. & in Enchird. tit. 63. n. 9.* nã vt ait de iure nro Regio *l. 5. tit. 3. lib. 8. Recop.* † *Porque herejes aquel Chriſtiano, y deue ſer*

14 *por tal juzgado q̃ va alos adiuinos.* † A qua quidẽ excõmunicationis nota abſolui non poſſunt, tã ipſi, quã huiuſmodi fortilegi (etiã virtute bullæ Cruciatæ) niſi á Romano Pontifice, vel hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus, vt tradũt *Nauar. Pegna, & alij vbi ſup. Couarr. in c. alma mater. p. 1. §. 11. n. 15. conciuis meus Ant. Corduba in ſum. q. 8. Medices in ſum. peccat. p. 2. tit. 9. q. 66. Viuald. in Cãdelab. Eccleſ. tit. de abſolut. ex n. 9. & in explicat. bullæ Cœnæ Dñi, n. 134.* † Qui id limitat tantũ in 15 mortis articulo: ſed in hoc caſu etiam abſq; bulla Cruciata abſolui poteſt á quocũq; præsbytero, *c. fœlicis de pœn. lib. 6. c. paſtoralis, de offi. ordi. c. cupientes. de pœn. in Clemẽt. c. inter cunctia. §. duos in Extrauag.*

† Quod alij dicũt locũ habere dum cri 16 men eſt occultum. ſed in eo caſu nõ expectato mortis articulo ab Epiſcopis loco rũ poſſunt abſolui. Tridẽt. ſeſ. 24. de reformat. c. 6. *Idem in hæreſis crimine in eodẽ foro conſciẽtiæ eis tantũ*, ſcilicet Epiſcopis, *ſit permiſſum.* † Et quãuis hæc Cõ 17 cilij diſpoſitio reformata ſit á Pio V. & Gregorio XIIII. Põtt. maxx. & dñis Inquiſitoribus ea poteſtas demandata, vt tradũt *Viual. vbi ſup. ex n. 13. Gutierrez in d. c. 13. n. 30.* † Quod ad mortis tñ articu 18 lũ nulla patet dubitatio quin in eo magus hæreticalia conficiens á quocumq; ſacerdote habente poteſtate poſſit abſolui, etiã ſine bulla Cruciata, vt in Cõcilio Trident. ſeſſ. 14. c. 7. *Vt nulla ſit reſeruatio in mortis articulo.* † Et ita prædic- 19 ta intelligunt, & reſolvunt *conciuis meus Epiſcopus Simãc. vbi ſup. c. 51. n. 6. Rojas de Hæreti. p. 2. aſſert. 38. n. 320. Gutier. d. li. 1 c. 1. n. 59. Lucerna Inquiſi. v. excõmunicatus.*

¶ Et quia quæri ſolet *ex prima Inſt. Hiſ* 20 *pal.* an magus huiuſmodi hæreticalia in occulto cõficiẽs, vt plena probatio haberi nõ poſſit, in hãc incidat excõmunicationẽ, & dico, quod ſi talis magus illã ad actũ externũ erupit, quãuis occultiſsimé fecerit, debet reconciliari, illã proprijs Inquiſitoribus confitendo, quod ſi 7 tantũ mente concepit á proprio cõfeſſario, poterit abſolui, *vt in d. inſtruct. c. 5 fol. 159. gl. & DD. in Clem. 1. de hæretic.*

† Nã in hoc æquiparantur hæretico mẽ 21 tali, qui abſolutione Inquiſitorũ nõ indiget, vt tradũt *Petr. de Palud. in Sent. 4. diſt. 13. & ibi Soto diſt. 22. q. 2. a. 3. Anto. in ſumm. p. 3. tit. 24. c. 4. Angel. in ſum. v. hæreticus. n. 2. Sylueſ. v. excõmunicatio. 7. Caſtro lib. 2. de iuſt. hæreticor. punit. c. 12. & lib. 2.*

de lege pœnal. c. fin. Hermas li. 2. de instaur. relig. c. 6. † Nam licet nullo modo hęreticum mentalem inueniri posse negauerit *Albert. Pighius lib. 6. hierarch. Eccles iast. cap. 6.* & multo minus Magus quia hæresis eius quodammodo facto committur, vt diximus *sup. cap. 7. de Magiæ huiusmodi qualific. ex n. 32.* † Nihilominus tamen Magus mentalis dari potest quando quis cogitat in corde Magiam esse licitam, vel credit dæmon habere potestatē ad ea quæ sunt Deo reseruata, &c. nam vt fides vera perficitur interius, sic ex oposito intimé hæresis consumatur solo diſensu interiori, cum cō ſensu in piæ voluntatis, *Caiet. 2. 2. q. 11. art. 3. Ananias in cap. ſiquis Episcopus de hæretic. Albertin. de agnoscend. assert. Cathol. q. 25. Bald. in l. ſiquis non dicam rapere C. de Episcop. & cleric.* † Sed ſi talē errorem quod talis Magus mente concepérat verbo, aut ſcripto peperierit, vel dæmonem inuocauerit, vel quid aliud magicum quanuis clanculum, vel occultiſsimé fecerit: nihilominus eo ipſo in ſententim excommunicationis incidit, & alijs pœnis hæreticorum obnoxius eſt, *cap. porro de ſent. excommunic. gl. & DD. in Clem. 1. de hæretic. §. verum & ibi Imol. n. 18. & Cardinal in §. fin. Abb. & Filin. in cap. vlt. de hæretic. Tiraq. in l. ſi vnquam C. de reuoc. donat. v. reuertantur n. 240.*

CAP. XI. *de bonorum confiſcatione.*

SVMMARIVM.

Bona externa ſine virtute non modo non iuuant, ſed quodāmodo ſunt damnoſa. n. 1.
Bona publicantur in Magiæ crimine. n. 2.
Bonorum confiſcatio intelligitur de Magia hæreticale. n. 5.
Magia hæreticalis pro vera hæreſi reputatur. n. 4.
Bonorum confiſcatio in hæreſi crimine de ſuetudine tolli nequit. n. 5.
Magos hæreticos bona confiſcari ſecundum authoris ſententiam. n. 6.
Bonorum confiſcatio in hæreticali crimine fit à die commiſſi criminis. n. 7.
Donationes, & venditiones in fraudem fiſci factas reuocantur. n. 8.
Alienatio bonorum ante condemnationem regulariter tenet. n. 9.
Alienatio poſt commiſſum crimen (etiam læſæ Maieſtatis) ſuſtinetur ante bonorū interdictionem. n. 10.
Alienatio pro cauſa neceſſaria etiam eius, qui in vinculis detinetur, valet. n. 11.
Alienationis reuocatio per Fiſcū fit ſoluto prætio. n. 12.
Bona etiam fraudulenter vendita non reuocantur à Fiſco ſine prætij ſolutione. n. 13
Fructus rei poſſeſſæ mala fide non cedunt poſſeſſori. n. 14.
Bona reſtitutioni ſubiecta nō cōfiſcātur. 15.
Bona prohibita alienari non tranſeunt in Fiſcum. n. 16.
Læſæ Maieſtatis crimen, non occupat bona reſtitutioni ſubiecta. n. 17.
Priuatorum pactionibus ius publicum non derogatur. n. 18.
Maioratus clauſula, vt ante commiſſum crimen ad ſucceſſorem transferatur impedit Fiſci ingreſſum. n. 19.
Clericorum bona Eccleſiæ intuitu obtenta non confiſcantur. n. 20.
Fructus beneficiorum non poſſunt confiſcari ob hæreſi poſſeſſoris. n. 21.
Fructus adquiſiti ex quotidianis diſtributionibus non confiſcantur. n. 22.
Bona clericorum ob hæreſim confiſcantur ſiue patrimonialia, ſiue aduentitia ſint, vel ſuo labore comparata. n. 23.
Fœudalia poſt commiſſum crimē ſtatim ad directos dominos reuertuntur. n. 24.
Fructus fœudi viuente poſſeſſore Fiſcus ſuccedit. n. 25.
Vſusfructus peculi aduentitij ex delicto patris conſolidatur in filio. n. 26.
Vſusfructus dotalium ex delicto mariti remanent penes vxorem. n. 27.

Ius patronatus non confiscatur. n. 28.
Filij hæreticorum priuantur legitima. numer. 29.
Bona damnatorum ex iure communi reseruantur filijs. n. 30.
Iura quæ bona dumnatorum adiudicat filijs Orthodoxis reuocata sunt. n. 31.
l. 2. & l. 3. tit. 26. p. 7. corriguntur. n. 32.
Filij nati antequam eorum parentes in hæresi laberentur, succedunt patribus suis. n. 33.
Legis odium non idem est in filijs natis quã nascituris. n. 34.
Filij solum nati post patris crimen ex infesta radice proueniunt. n. 35.
Hæresis crimen licet sit mere spirituale ad instar carnis vitia regulatur. n. 36.
Clericorum bona propter hæresim confiscata ad Ecclesiam pertinent. n. 37.
Clericorum bona ex nouiore iure diuiduntur inter Episcopum, Ecclesiam, & dominum temporalem. n. 38.
Bona huiusmodi clericorum per varias Extrauagantes diuiduntur inter camaram Apostolicam, & Inquisitores. n. 39.
Bonorum confiscatorum applicatio fit secundum consuetudinem loci. n. 40.
Hispaniæ bona hæreticorũ applicantur Fisco Regio ex causa fidei defensionis. numer. 41.
Fidei defensio Hispaniæ munus est. numer. 42.
Fiscus capit bona cũ suis honeribus, vt erant apud indignum. n. 43.
Fiscus succedit in bonis delinquentis vt hæres extraneus. 44.
Fiscus tenetur soluere debita delinquentis. n. 45.
Filij hæreticorũ dum paruuli sunt à Fisco alendi n. 46.
Fiscus tenetur dotare filias deliquentis in cuius bonis succedit. 47.
Fiscus tenetur dotẽ vxori delinquentis restituere, & dũ non restituit eã alere. n. 48
Doscõfessata fiscus nõ tenetur soluere. n. 49
Arrhas vxóri delinquentis tenetur Fiscus soluere. n. 50.
Arrhæ non dantur in præmiũ virginitatis. n. 51.
Mulier in actu concupiscentiæ deseruit viro in viliori officio quam potest præstare. n. 52.
Arrhæ dantur, & viduæ. n. 53.
Fiscus tenetur vxori delinquentis soluere donationes propter nuptias, & alia quæ a marito sanæ mentis accepit. n. 54.
Fiscus tenetur ad dimidiam partem lucratorum. n. 55.

BONA externa sine virtute, quia nõ modo iuuãt, 1
sed sunt quodammodo dãnosa, vt inquit *Plato li. 4. de leg.* in delictis enormibus merito publicãtur, quia sceleratis hominibus nihil aliud sunt quam paratissima flagitijs, malisque omnibus instrumenta, vt docet *Aristot lib. 2. Moral.* † Et cum nullum 2
sit immanior quam magię crimen, merito in illo bona publicari, & Fisco addici *Constant. Impe.* decreuit *in. l. nullus haruspex. C. de malefi. & math.* quam ita obseruari testantur *Cassan. in Consuet. Burgun. rub. 2. §. 1. num. 21. Fran. Lucan. de Fisc. p. 2. nu. 33. Sebast. Guazzinus de confiscat. bonor. ampl. 26. concl. 13. n. 7.* † Et licet legis dispositio sit generalis, magos omnes, tam hæreticalia quã 3
nõ hæreticalia cõfintes, & eorũ Receptatores: in nõ hæreticalibus verius admissibona nõ publicari, nã ex solo sorti legij crimine bona non confiscantur, vt ex Senatus Mediolani sententia resoluit *Iulius Clarus lib. 5. Receptar. §. hæresis, num. fin. ad fin.* † In hæreticalia au- 4
tęm conficientes id absque dubio admiserim, vt eorum bona publicentur, vtpoté qui hęretici reputantur, *cap. accusatus. §. sane de hæretic. lib. 6.* eorum pænas subire debẽt, quia nihil in terest mentis errorem verbis manifestare, an

rebus ipsis, & factis *l. de quibus D. de legib. l. nostram prouisionē C. de testam.* †Nā licet hæc pœna hodie in huiusmodi Magos non practicetur, qui frequenter publica infamia notati, cū mithra carthacea fustigantur, vel ad trirremes mituntur nulla facta bonorum confiscatio, in pœna imposita ipso iure, nō obstante desuetudine exigitur, vt tradunt *Tiraq. l. si vnquam v. reuertatur n. 350. priuil. 24. Sebast. Guazzinus de confiscat. bonor. concl. 15. n. 34.* †Et ita huiusmodi Magos, & sortilegos hæreticalia conficientes, quia ipsis hæreticis peiores sunt, bona confiscari censeo ipso iure, vt ipsismet hæreticis, quibus hęc pœna ipso iure est indicta, *cap. vergētis cap. excomunicamus §. damnati de hæretic. cū secundū leges eod. tit. lib. 6. l. Manicheos l. Gazzaros C. de hæretic. l. 2. tit. 2. & l. 19. tit. 31. par. 7.*

Et cū huiusmodi bona á die cōmissi criminis sint cōfiscata ipso iure omnes donationes, venditiones, filiarū dotes, permutationes, distractiones, & quascūq; alienationes, etiā titulo honoroso factas, post cōmissum crimē á Fisco reuocare etiā prætio non soluto tenent *Conrad. in Prax. §. 3. tit. de bonor. publ. nu. 14. Boss. eod. tit. n. 76. Carpan. super nouam Constit. Mediol. tit. de bonor. cōfisc. c. omniū, n. 610. Thomas Sanchez in summ tom. 1. li. 2. c. 22.* †Quod verū intellige, dum sit dolus, & reo sit bonorū administratio interdicta per sentētiā, aut sit super crimine formata accusatio, aut ipse in vinculis detineatur, ex quib⁹ præsumi possit in fraudē Fisci factū, vt per *DD. in l. post contractū, de donat. Pereg. de iure Fisc. lib. 5. n. 180.* †Quia regulariter tenet huiusmodi alienatio post cōmissum crimen ante litis contestationē, *Bart. in l. siquis post C. de bon. proscrip. Iul. Clar. q. 78 Carpan. in d. cap. omniū n. 79. Ant. Gom. to. 3. c. 14. n. 4. Mazol. cons. 48. n. 32. Thom. Sanchez in Summ. d. c. 23. ex n. 31.* †Etiam in crimine lęsæ Maiestatis, vt tenet *Pereg. d. lib. 5. n. 152. Alciat. in d. l. post contractum, n. 8. & cū aliis late Prosp. Farin. tit. de crimine lęsæ Maiest. q. 116. §. 2. ex n. 59. Guazzin. de confiscat. bonor. limit. 13. concl. 13. ex n. 3.* †Idque maxime si talis alienatio fiat pro causa necessaria, puta alimētorū, &c. quia etiā post sententiā tenet, *Carpan. in d. c. omniū ex n. 826. Peter. Surdus de aliment. priuileg. 35. n. 4. Peguera decis. 151. n. 12. Ant. Gom. to. 3. d. c. 14. n. 3. Thom. Sanchez vbi sup. d. c. 22. ex n. 14.* †Et quando alienatio reuocatur per Fiscū, tenetur soluere prætiū emptori ex bonis cōfiscatis, *Iul. Clar. q. 78. n. 15. Pereg. d. lib. 5. n. 158. Surd. vbi prox. tit. 8. d. priuil. 35. n. 2. Guazzin. vbi sup. limit. 14. d. concl. 13. n. 1.* †Etiā si bona fraudulenter emerit *l. 1. §. siquis in fraudē D. si quis in fraud. Boss. tit. de bonor. publ. n. 45. Decian. tom. 1. lib. 5. c. 44. n. 4. Peregr. d. n. 158. Guazzin. d. limit. 14. n. 2.* †quoad fructus autem perceptos secus est, quia vt eos faciat suos necessaria est bona fides: & ea interueniente si locupletior factus est, restituere tenetur, *Vazquez 1. 2. q. 96. art. 5. Valēt. 2. 2. disp. 5. q. 6. Toledo in summ. lib. 5. c. 17. Leonard. lib. 2. de iust. ca. 14. d. rub. 1. n. 7. Nauarra de restit. li. 3. c. 4. Thom. Sanch. vbi sup. c. 23. ex n. 3.*

¶ Bona autē, quę sunt restitutioni subiecta nō cōfiscantur, sed deferūtur ei, qui post mortē erāt restituēda *l. Imperator D. de fidei cōmiss. libert. l. Statius Florus §. Cornelio fœlici D. de iure Fisc. Alexan. cons. 23. lib. 1. Ruin. cōs. 124. lib. 2. Cassan. in Consuet. Burg. rub. 2. §. 2.* †Quod intellige verū quādo talia bona sunt prohibita alienari atestatore, quia nec etiā pendente conditione possunt transire in Fiscū, vt late per *Bern. Diaz in Prax. c. 124. n. 19.* Neque quo ad vtile dominium durante vita delinquentis *Ant. Gom. in l. 40. Taur. n. 91. Marsil. sing. 314.* †Etiā in crimine læsæ Maiestatis *Pereg. lib. 5. n. 103. Sfort. Odd. cōs. 53. n. 1. Gigas de crim.*

crim. læsæ Maiest. tit. per quos crim. Farin. tract. de crim. læsæ Maiest. q. 150. Guazzi. de confis. bonor. limit. 17. concl. 13. ex n. 18. Michael. Crass. de succeß. §. 1. nu. 10. Bard. ad Clar. d. q. 78. n. 39. † Nam licet priuatorum pactiones ius publicũ derogari non possint. *l. ius publicum. §. priuatorum. D. de pact.* ex quo in causa maioratus, quando fundator cauit, quod hora ante cõmissum crimẽ ad successorẽ deueniat, respondit confiscari *Episc. Simã. de Cathol. inst. tit. 9. ex n. 271.* † Fallitur sane (licet alias sit vir eruditus, & omni honore cõmẽdãdus) quia per dicta verba impeditur Fisci ingressus, eo quod testatoris dispositione legis ministerio in successorem dicta bona deferantur, vt præter Gigan. & Farin. vbi prox. tradũt ex nris *Ant. Gom. in. d. l. 40. Taur. n. 91. Molina. de primog. li. 4. c. 10. ex n. 5. Pelaez de Mieres p. 1. q. 40. Guazzi. d. limit. 17. conc. 13. ex n. 19. & limit. 31. n. 3.*

¶ Quod si clerici sunt huiusmodi delinquentes bona eorũ, quæ ex Ecclesia, vel respectu eius adquisiuit, cõfiscari nõ posse, sed esse Ecclesiæ restituenda tenent *Nicol. Eymeri. in director. p. 3. q. 112. Conrad. Brun. de hæret. lib. 5. c. 6. Ber. Diaz in Pract. c. 106. Couar. lib. 2. variar. c. 9. n. 12.* † Idq; dicendum in redditibus beneficiorum, nam cum verum dominiũ eorum nãsciscantur *Ioã. Maior, & Gabriel in Sent. 4. ille dist. 24. q. 20. hic vero dist. 15. q. 8. Couarr. in c. cũ in ecclesijs. de testam.* Sane quidem non possunt cõfiscari ex hæresi posessorum, vt probat *Simanc. d. tit. 9. n. 90.* † Idem similiter in bonis adquisitis ex quotidianis distributionibus Ecclesiastici beneficij, nam similiter earũ habent plenum dominium *c. vnico, de cleric. non residentib. Soto lib. 10. de iust. q. 4. art. 3. conc. 3. Decius cons. 280. Paris. 33. vol. 4.* † In alijs autem bonis, siue patrimonialibus, siue quæ ab amicis, vel cõsanguineis, vel suo labore, vel industria adquisiuit, minor est dubitatio, quin ob hæresim eorũ confiscentur *Oldrad. cons. 17. Bened. in c. Raynutius de testam. v. & vxorẽ n. 242. Bosius tit. de hæret. n. 33. Couarr. d. c. 9. n. 12. Simanc. d. tit. 9. n. 92.* † Secus tamẽ in fœudalibus nã statim ad directos dominos reuertũtur, *Hostiẽ. in c. excõmunicamus. §. hæretici § moneamur, n. 12. de hæret. Gigas de crim. læsæ Maiest. lib. 2. tit. de pœna crim. q. 5.* † Licet quo ad fructus fœudi viuente reo Fiscus succedat, *Andr. de Isernia in cap. 1. §. præterea, tit. quæ sit prima caus. benefic. amitt. & §. denique, cod. tit.* quem refert, & sequitur *Gigas. d. q. 5. num. 4. & 7.* † Secus in vsufructu peculij aduentitij, quia ob delictũ patris cõsolidatur in filio, cũ sui iuris efficiatur *Ant. Gom. variar. 2. c. 15. n. 18. Gigas vbi sup. tit. de pœna cõm. crim. q. 13. n. 4. Carpan. in. d. c. omnium, n. 204. Farinac. q. 24. n. 29. Peregrin. d. lib. 5. n. 129.* † Idemque dicendum est de vsufructu, quod maritus habet in bonis vxoris *Iul. Clarus. d. q. 78. nu. 14. Pereg. d. lib. 5. num. 82. Farinac. q. 25. num. 111. Boss. tit. de honor. publ. num. 651. Guazz. in. vbi sup. limit. 35. concl. 13. ex num. 1.* † Ius autem patronatus, quia similiter non confiscatur eius emolumentum, neque ad Fiscum transit, neq; ad hæredes transmittitur, cui bona denegantur, ideo Ecclesia remanet libera sub potestate Episcopi, vt ex Lãbertino, Molina, & alijs probat *Petr. Cabalcan. in qq. criminal. cas. 40. n. 8. Farinac. d. q. 25. ex n. 153.*

¶ Filij autem Magorum huiusmodi propter hæresim parentũ priuantur legitima iure naturæ debita, & alijs emolumentis, quos ex paterna hæreditate expectabantur, *cap. vergentis, de hæreticis, Iul. Clarus lib. 5. Receptar. §. hæresis Grilland. de heretic. quæst. 4. Pegna in direct. Inquis. part. 2. schol. 6. Simanc. d. tit. 9. ex num. 3. Tib. Decian. tom. 1. lib. 5. cap. 45. Farinac. q. 24. nu. 44. Guazzin. vbi sup. limit. 23. nu. 29.* † Nam licet regulariter bona damnatorum reseruentur filijs,

ex dispositione *Auth. bona damnatorum C. de bonis proscrip.* in hæresis crimine locum non habet, etiam si filij sint Catholici, *cap. 2. §. hæretici. d. cap. vergentis, cap. statutum, de hæretic. lib. 6.* † Nã 31
licet de iure ciuili eorum bona non solum reseruarentur filijs orthodoxis per *l. Manichæos. C. de hæretic.* sed etiam agnatis, & cognatis Christianę fidei sociabus *l. cognouimus. C. eod. tit.* hodie reuocatæ sunt ex *l. Gazzaros. C. eod. tit.* † Et 32
similitet correctæ sunt *l. 2. & 3. tit. 26. part. 7.* quæ hæreticorum bona non extantibus filijs ad Regem pertinere decreuerunt: & si hæreticus clericus esset Episcopo, quia hodie indistinctè eorũ bona, siue clerici, siue laici ad Regem pertinent *l. 1. tit. 3. lib. 8. Recopil.* † Præterquam quod in filijs, qui nati sunt antequam patentes eorum, in hæresi laberentur, vt ex multis firmat *conciuis meus Episcopus Simanc. vbi sup. tit. 29. ex num. 22. Castro de iusta hæretic. punit. lib. 2 cap. 26. & lib. 1. de potestate leg. pœn. cap. 7. Iul. Clarus. d. §. hæresis. n. 17. Tiraq. de primogen. q. 31. ex num. 4. Rojas de hæretic. d. p. 2. assert. 44. ex n. 354. Anto. Gomez varia. 3. c. 2. n. 16. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 1. Ordin. & in l. 1. tit. 7. lib. 8. fol. 197.* † Nam 33
ratio propter quam priuantur filij hæreticorum omnibus paternis emolumentis non eadem est in filijs, natis, & nacituris, vt tradit *Simanc. vbi sup. n. 25.* vbi ait nullam legem esse, quæ filios natos excludat á paterna hæreditate, imo multę hanc distinctionem suffragantur. *l. 2. C. de libertin. & eorum fil. l. 6. tit. 27. p. 2. l. 4. & 5. tit. 1. lib. 4. Ordin. l. 3. tit. 9. cod. lib. 4. Concil. 13. Toletan. cap. 1. Valer. Max. lib. 2. cap. 1.* † Solum enim nati post commissum crimen ex infecta radice proueniunt: nam filius antequã generetur dicitur esse in patre secundum corporalem substantiam, & secũdum potentiam generationis actiuã, quem admodum Leui dicitur decimatus in lumbis Abrahæ, *D. Augustin. super Deuter. q. 42. & ad Hæbr. 7. D. Ambros. Cathari. de peccato orig. disp. 6.* † Nam 34 35 36
licet hæresis sit vitium mere spirituale, nã minus, quã aliæ carnis vitia trãsmittitur; & sic inter carnis opera hæreses posuit *D. Paul. ad Galat. cap. 5.* & fornicationem appellant *D. Iſai. c. 1. & 57. D. Ierem. 3. Ezech. 6. & 16. Oſſ. 1. & 2. Apocalyp. 18.* Vnde recte poeta.

Qui viret in foliis venit à radicibus humor;
Et patrum in filios transeunt cum semine mores.

¶ Quibus tamen huiusmodi bona sic confiscata applicentur, non potest 37
vno verbo (vt mos nostra est) enodari, nam de iure communi bona clericorũ tam mobilia, quam immobilia ex crimine hæresi proscripta ad Ecclesiam suam pertinebant, *cap. excommunicamus §. damnati, de hæret. lib. 6. Peregrin. de iure Fiſc. lib. 4. tit. 5. ex nu. 32.* † Et in terris 38
imperij seruatur distributio *Innocent. in Clem. IIII.* quod vna pars assignetur domino temporali, alia Episcopo loci, alia Inquisitoribus, *Extrauag. statuimus, §. teneantur insuper, de hæret.* quem obseruari in in Italia testatur *Zanchin. de hæret. c. 26. ad fin.* & in statu Mediolani *Iul. Clar. lib. 5. Receptar. §. hæresis, num. 11.* † In alijs autem locis per varias Extra- 39
uagantes Pontificum aliter diuiduntur aliquando inter Cameram Apostolicam, & Inquisitores, vt tradit *Zanch. in. d. cap. 26. Decian. lib. 5. cap. 44. num. 3.* Aliquando solis Inquisitoribus reseruantur, vt ijdem testantur *Decian. & Zanchi. vbi sup.* † Aliquando talia bona 40
inter Romanam Ecclesiam, Episcopum, & Inquisitores diuiduntur, æqualis portionibus *Felin. in cap. irrefragabili. §. cæterum, num. 5. de offic. ordin.* In quibus omnibus seruanda est consuetudo loci, vt tradit *Iul. Clar. d. §. hæresis, n. 15.*
† In his autem Hispaniæ regnis talia 41

bona

aplicantur regio Fisco, siue delinquentes sint laici, siue clerici ex particulari rarione defensionis fidei, ac eius tribunalis conseruatione, vt tradit *Episcopus Præses Couarru. lib. 2. Variar. cap. 9. num. 12. Iul. Clar. d. §. hæresis, num. 11. Bursat. cons. 43. vol. 1. Peregr. de iure Fis. lib. 4. tit. 5. num. 31. Guazz. in. de confiscat. bonor. cõ-*
42 *clu. 31. num. 20.* †Nam fidei defensio proprium Hispaniæ munus est, vel ex eo quod regnum istud datum est Christo á Patre in hæreditatis suæ meliorationem, Psalm. 2. *Postula á me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Nam sub illis *termi nos terræ* intelligitur Hispania, in qua positi sunt orbis termini, *D. Leand. in homil. ad Concil. 3. Tolet.*

43 ¶ Et quia Fiscus capit bona cum omnibus oneribus, & honoribus, vt erant penes indignum *l. quod dicitur. C. de iure fisc. l. cum fisco, ad Sylan. auth. hoc amplius*
44 *C. de fidei comm.* † Quia per confiscationem succedit in bonis delinquentis vti hęres extraneus *Cæsan. in consuet. Burg. rub. 2. §. 1. de confiscat. v. & apperuant, ex num. 3. Fachin. lib. 6. controuers. cap. 21. Petrus Surdus de Aliment. tit. 8. priuileg. 59. & tit. 1. q. 31. ex num. 5. Farinac. q. 25. num.*
45 169. † Tenetur soluere omnia debita delinquentis, quia omnia quæ transeũt in hæredem extraneum transeunt etiã in Fiscum, *Peregri. de iure Fis. lib. 5. ex numer. 68. Carpan. d. cap. omnium, num. 118. Baiard. ad Clar. q. 78. num. 113. Honded. cons. 95. num. 109. vol. 1. Rainus Iun. consi.*
46 *131. nu. 4. vol. 2.* † Et quia nullum maius debitum est quam filiorum educatio, nam qui alimenta negat, necare videtur. *l. necare. D. de liber. agnoscend.* cautũ est vt dum paruuli sunt à Fisco alantur, *in prima instruct. Hispal. cap. 22. Ioan. Lupus in cap. per vestras. §. 72. Quemada, q.*
47 *24. Plot. cons. 30. ex n. 83.* † Item & dotare filias, *Plot. d. cons. 30. num. 84. Carpan. in d. cap. omnium, num. 531. Surdus de Aliment. q. 31. num. 15. tit. 1. Guzzin. de confis. bonorum, limit. 4. concl. 13. & concl. 20. numer. 17.* †Dotem vxori restituere, *Iulius* 48
Clar. q. 78. num. 14. Farinac. q. 25. nu. 111. Boss. de bonor. pub. num. 651. Plot. d. consil. 30. num. 50. Peregri. de iure Fis. d. lib. 5. numer. 82. & dum non restituitur, eam alere, *Boss. de aliment. vxori præstan. Baiard. ad Clar. q. 78. num. 88.* †Dum vera sit dos 49
non confessata. l. si quis post hac. C. de bonis proscrip. *Dos, etiam non quæ aliquoties inaniter dotalium instrumentorum tenore conscribitur, sed quam se corporaliter tra didisse docuerit*, nisi per lapsum decennij exceptio non numeratæ dotis spiret, † *Auil. quod locum. C. de dote non mun. Farinac. q. 25. n. 122.* †Arrhas similiter, quas 50
in præmiũ virginitatis dari existimant *Gomez Arias in. l. 49. Taur. n. 8. Ioannes Lupus rub. de donat. §. 12. num. 1. Padilla in auth. res quæ. num. 31. C. commun. de leg. Couarru. in 4. p. 2. cap. 3. §. 7. num. 12. Rojas de succession. cap. 33. num. 35.* † Sed falsum 51
est, nam cui virgo non fuisset Fiscus restituere non teneretur, neque ipsa petere posit in conscientia, quorum neutrum dici potest, & ita arrhas dari existimo in præmium pudicitiæ, quam viro prostituit mulier, ut ex multis comprobat conciuis & amicus meus *Thomas Sanchez de matrim. lib. 6. q. 27. n. 4.* †Nam 52
deseruiẽs in vilissimum actum concupiscentię obsequitur viro in viliori officio, quam potest prestare, vt norat alter conciuis, meus *Ioannes Baptista Nauarrete (maioris iudicij quam ostentationis) in Ierem. Tbrenor. cap. 5. fol. 339.* † Nam ar- 53
rhæ dantur, & viduæ *l. 1. tit. 2. lib. 3. Fori, Gregor. in. l. 87. tit. 18. p. 3. & in. l. 1. tit. 11. p. 4.* & ita omnibus deberi á Fisco restitui decreuit l. 2. C. ne vxor pro marit. *Comprehendas arrhas, & alia munuscula, quæ ab sponso data sunt osculis interuenientibus cum primum copulantur: hæc enim nõ confiscantur, quia pudititiæ præmio cedunt.*
† Donationes propter nuptias, annul- 54

los, monilia, & alia quæ á marito sanę mētis accepit. d. l. si quis post hac. *Et iam, quæ ab inoxio adhuc marito ante nuptias titulo donationes accepit, vel durante matrimonio largitione viri ad eā ante proscriptionem peruenerint, apud eam firmiter permaneant.* ‡ Dimidiam partem lucratorum (vbi illa habere vxores consuetudo est) quia indignum visum fuit, vt bona lucrata ex parte vxoris non cōmittētis delictum Fisco cedant. *l. ob maritorū. C. ne vxor pro marit. Palat. Tub. in rub. de donat. inter*, præterquam in Corduba patria mea, vbi vxores dimidiam lucratorum non percipiunt, *Simanc. de Catho. instit. tit. 9. n. 74.*

CAP. XII. de infamia iuris, & facti.

SVMMARIVM.

Magi hæreticales infames sunt ipso iure. n. 1
Credentes, fautores, defensores, & receptores magorum infames sunt. n. 2.
Filij magorum infames sunt vsque ad secundam generationem. n. 3.
Filij nati ante patris delictum non notantur infumia. n. 4.
Filius non gaudet honore patris ante natiuitatē adāptā, neq; infamia ex crimine. n. 5
Filius natus dum pater erat sanæ mentis, nō est infamis. n. 6.
Filius non tenetur portare iniquitatem patris. n. 7.
Vnusquisq; debet pro peccato suo puniri. n. 8
Filij hæreticorum ex causa sine proprio scelere puniuntur. n. 9.
Filij parentū pleriq, sunt immitatores. n. 10
Filios pro parentum scelera punire solet diuina iustitia. n. 11.
Deus visitauit peccata parentum in filios. n. 12.
Nobilitas generis non amittitur propter parentis hæresim. n. 13.
Pater hæreticus non nocet filio Catholico in successione dui. n. 14.
Crimina suos tantum debēt tenere authores. n. 15.
Nobilitatis causa virtus est. n. 16.
Virtus sola confert nobilitatem. n. 17.
Nobilitas sine virtute maca censetur. n. 18.
Magi hæreticales, & eorum filij ad officia publica non admittuntur. n. 19.
Magi, & eorum filij ad beneficia Ecclesiastica non admittuntur. n. 20.
Magi hæreticales, & eorum filij, fautores, & receptatores sunt beneficiis suis ipso iure priuati. n. 21. & 22.
Magi huiusmodi, & eorum filij, & fautores non sunt ipso iure beneficiis suis priuati, sed veniunt priuandi. n. 23.
Authoris sententia circa priuationem beneficiorum hæreticorum, & eorum filiorū. n. 24.
Hæreticorum beneficia à die commissi criminis amittuntur per ipsos. n. 25.
Receptatores, fautores, & defensores per sententiam sunt beneficiis priuandi. n. 26.
Filii hæreticorum ad beneficia adquirenda excluduntur. n. 27.
Filii hæreticorum beneficia obtenta retinent. n. 28.
Beneficiis Ecclesiasticis non priuantur filii hæreticorum, quæ obtinent tēpore delicti. n. 29.
Magi hæreticales etiam pœnitentes honoribus, & beneficiis priuantur. n. 30.
Magi hæreticales quamuis non sint ipso iure priuati, priuandi veniunt. n. 31.
Deponatur, *significat in perpetuum. n. 32*
Magis hæreticalibus pœnitentibus bona solent restitui. n. 33.
Hæretici, qui absque misericordia in manus iustitiæ temporalis decesserunt, pro pertinacibus habentur. n. 34.
Pertinaces non sunt, qui delictum agnoscūt, & misericordiam petunt, etiam si ei ex alia causa non concedatur. n. 35.
Authoris sententia circa pertinaces negatiuos. n. 36.
Relapsi licet pœniteant, non dicuntur Ecclesiæ reconciliati. n. 37.

Ecclesiæ

Ecclesiæ reincomparati. n. 38
Filij suspectorum de hæresi. n. 39.
Filij contumacis infamiã contrahunt. n. 40.
Contumax pro hæretico habetur. n. 41.
Filij spuri, noti, bastardi hæreticorum. n. 42
Filij hæreticorum ad pœnam post crimen patris. n. 43.
Infamia hæreticorum notantur eorum filij tam nati, quam nascituri. n. 44.
Legis ratio eadem militat in filiis hæreticorum natis, & nascituris. n. 45. 46. & 47
Filios natos ante patris crimen verius est legem non comprehendere. n. 48.
Filij hæreticorum non solum ad officia, & beneficia adquirenda esse incapaces, sed ademptis priuari. n. 49.
Authoris sententia de inhabilitate filiorũ hæreticorum. n. 50.
Inhabiles ad obtinenda beneficia, non priuãtur obtentis. n. 51.
Lex pœnalis non debet extendi. n. 52.
Cap. Fœlicis de pœnit. in 6. illustratur. n. 53.

1 ET quia huiusmodi proprio creatore derelicto dæmonis eius hostis auxilia petunt infami, lege astricti diuino honore se indignos iudicauerunt, infames sunt ipso iure, atq; ita vt ipsismet hæreticis portæ dignitatũ omni iure claudũtur, *auth. Gazzaros. C. de hæretic. l. isti quidem. D. quodmet. cauſ. c. alieni. 2. q. 7. c. infames. 6. q. 1. c. infamibus, de reg. iur. c. 2. §. hæretici, de hæretic. lib. 6. Brun. lib. 5. de hæretic. c. 8.* † Itẽ Credentes, Fautores, & Receptorẽs, & defensores, *c. vt inquisitionis §. prohibemus de hæretic. lib. 6.* de quorũ singulis tractarunt *Episcopus Simanc. de Cathol. instit. tit. 15. Repertor. Inquisit. v. credentes, &c.* † Item, & eorum filij vsq; ad secundam generationẽ. *c. quicũq; de hæret. lic. 6.* quod intellige per lineã paternam vsq; ad filios, & nepotes: permanere autem filios nõ excedere, *Hostiẽs. in c. vergentis de hæret. n. 4. Ant. Gom. variar. 3. c. 2. n. 4.* † Dũ tamẽ tales filij nati sint post parentum suorum delicta, nõ tamẽ antea, quia nulla lex est, quæ illorum filios, nisi natos post crimẽ puniat, vt probat *Simanc. vbi sup. tit. 29. ex n. 30 Tho. Sanchez in summ. tom. 1. lib. 2 cap. 16.* † Nã si filius natus ante dignitatem patris, nõ cõsequitur prærrogatiuas, & honores eius, multo minus illi nocere debet crimen á patre post eius natiuitatẽ cõmissum. *l. si quis decurio. l. neque Dorotheum. l. neminem. l. diuæ memoriæ. l. fin. C. de Decurion. lib. 10. l. senator. C. de dignit. lib. 12. l. emancipatum. D. de senatorib.* & eo maxime cum odia restringi, fauores cõueniat ampliare, *c. odia, de regul. iuris. l. si quis in suo §. 1. D. de inoffic. testam.* † Quare filios tãtũ cõprehẽdere videtur post patris natos delictã, quos infames esse omni iure tradunt *Calderin. tit. de hæret. cons. 3. Cyn. & Angel. in l. quisquis. C. ad l. Iul. Maiest. Dominic. in c. 2. §. hæretici, de hæret. lib. 6. Alf. Carthagena in Concil. q. 7. Tiraq. de iure primog. q. 31. n. 4.* † Nã etsi filius non teneatur portare iniquitatem patris, *Ezechiel. cap. 18. vbi multa collegit Pradus apud Aununculum meum Ioã. Bapt. Villalpando in Regio Codice, tom. 1. fol. ... & ipse Aununculus meus, siue Genitricis meæ frater, tom. 2. p. 2. de externa visione Ezechiel. c. 42.* † Quia vnusquisque debet pro peccato suo puniri, *Genes. c. 18. l. sancimus. C. de pœn. l. crimen. C. eod. c. 2. de Const. c. quæsiuit, de his quæ fiunt à maiore par. c. Romana ad fin. de sent. excommunic.*

¶ Nihilominus tamẽ quamuis absque propria culpa, & causa nullus sit puniendus, quandoque etiam ex causa sine proprio scelere multi puniuntur, *c. quoniam frequentor, §. si vero, vt lite non contestat, cap. renouantes. & ibi glos. 22. dist. cap. antiqua, de priuileg. glos. in d. cap. 2. de Constit.* † Idque specialiter in hoc magiæ crimine propter eius deformitatem, ac detestationem, vt in viuo filio patris memoria damneter, & facta

eius

eius extirpentur, quia plerumque filij parentum sunt immitatores, vt post alios tradiderunt *Conciues mei Simanc. vbi su. ex n. 1. & Regius Cõsiliarius Lara de Corduba in. l. si quis â liberis. §. itẽ rescripsit. D. de liberis agnoscend. num. 6. Castro de iusta hæreticor. punit. lib. 2. cap. 10. ex numer. 11. Couarru. lib. 2. variar. cap. 8. ex numer. 1. Anton. Gomez. tom. 3. cap. 13. nnm.* 11 † Nam & in hoc immitantur diuinam iustitiam, quæ in euersione Sodomæ, & Gomorrę, ptopter parentum scelera, paruuli etiam combusti sunt igne, *Genes. cap.* 19. & Dathan, & Abiron idẽ contingisse scribit sacra pagina. *Reg. 2. cap.* 12. & filijs Acan cum patre morte 12 absorti sunt, *Ios. cap.* 6. † Nam similiter etiam in sacra pagina legimus Deum visitasse peccata parentum in filios vsque in tertiam, & quartam generationem, *Exod. c....* & apud externos plura huiusmodi, *Plutarch. lib. de seranum. vind. Iustinus Philos. q.* 138. *Cœl. Rodigin. lib. 6. c.* 14.

13 ¶ Infames quidem sunt quia ab infame parente procreantur: sed si quam habent generis nobilitatem non amittunt, nam ea, quę proueniũt ab auis, & attauis, & maioribus nõ auferuntur nepotibus, & alijs descendentibus propter parentum suorum crimina, vt docet *Simanc. d. cap.* 29. *num.* 18. † Et hoc 14 iure vtimur, quia pater hæreticus non nocet filio Catholico in successione aui paterni. *l. cum pater. §. hæreditatem D. delegat.* 2 neque in iure elegẽdi, quia non sunt nominatim iure electionis priuati *Abb. & alij in cap. excommunicamus. §. credentes de hæretic. Cassan. in consuet. Burgun. rub.* 3. §. 5. *num.* 69. † In hoc 15 enim iura suos tantum tenent authores, vt ille qui crimen commisit omni honore, & nobilitate priuetur, quia vt ait Dominus Reg. 1. cap. 2. *Quicumque honorificauit me, glorificabo eum, qui autẽ* 16 *contemnent me, erunt ignobiles.* † Quia totius nobilitatis causa virtus est, vt tradunt *Bald. in. l. si qua. C. de secund. nup. Salicet. in. l. prouidendum. C. de postulan. Sarmient. lib. 1. selectar. cap.* 15. *num.* 6. *Azeuedo in. l.* 8. *tit.* 7. *lib. Recopil. num.* 1. *& in Curia Pisan. lib.* 1. *cap.* 12, *num.* 13. *Tiraq. de nobilit. cap.* 4. *& cap.* 22. *Tapia Aldana de triplici bono. lib.* 1. *per tot.* † Nam vt ait 17 conciuis meus L. Annæus Seneca lib. 3 de benefic. *Eadem omnibus principia, eademque origo est, nemo alter nobilior, nisi cui rectius ingenium.* ad quod plura congeserunt *Luc. de Pena in. l. mulieres. C. de dignitat. lib.* 12. *Ioan. Neuizan. in Sylua nup. lib.* 4. *ex num.* 127. *Matth. de Afflict. in cap.* 1. § *si vero de controuers. inuest. in vsibus fœudor.* † Siquidem nobilitas sine vir 18 tute manca debet, vel potius nulla iudicari, vt docet *Tiraquel. vbi sup. cap.* 22. *ex num.* 2. nam vt ait Iuuenal satyr. 8.

Stemata quid faciunt, quid prodest Pontice longo.
Sanguine censeri, pictosque ostendere vultus
Maiorum; si coram Læpidis male viuitur.

¶ Et tam hæretici quam eorum fi- 19 lij ad officia publica non admittuntur, *l. cap. nulla officia* 54. *dist. cap. infames.* 6. *q.* 1. *cap. alieni.* 2. *q.* 7. Imo non possunt esse iudices, neque aduocati, nec vllam dignitatem obtinere, maioriæ, Patronatus, fęudi, vel similium, vt tradit *Simãc. de Cathol. instit. tit.* 46. *ex nu.* 52. † Neque 20 ad beneficia Ecclesiastica obtinenda, & obtentis priuantur, cap. statutum 15. de heretic. lib. 6. *Ne videlicet hæretici, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filij vsque ad secundam generationem ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, seu publicum officium admittantur, quod si secus factum fuerit, sit irritum, & inane. Primum, & secundum gradum per paternam lineneam comprehendere declaramus, per maternam vero ad primam dumtaxat volumus hoc extendi. Hoc*

sane

ſane de filijs, & neporibus hæreticorũ crẽdentium, & aliorum huiuſmodi, qui tales eſſe, vel tales deciſiſſe probetur, non tamen illorum, quos emendatos eſſe conſtiterit, & reincorporatos Eccleſiæ vnitati, & pro culpa huiuſmodi ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam receperint. † In quo ab interpretibus dubitari ſolet an huiuſmo, credẽtes, & receptatores, & eorũ filij ſint ipſo iure ſuis beneficijs priuati, an veniãt priuandi per ſententiam, cuius dubitationis anſam dedit Bonifaci reſcriptũ *in cap. vt comiſſi de hæreticis, lib. 6.* in illis verbis, *Priuandi prætereà, vel priuatos nũciandi.* † Et quod ſint ipſo iure priuati notat *gloſ. in cap. quo iure 8. diſt. Ioan. Andreas, & Præpoſ. in. d. cap. vt comiſſi Felin. in cap. 2. Abb. in cap. inter dilectos, de reſcrip. Bern. Diaz in Prax. cap. 106.* Nam vt ſint ipſo iure infames, & excommunicari, ipſo quoque iure ſint ſuis beneficijs priuati, vt notat *Salced. ad Diaz. d. cap. 106.* † Contra tamen Magos, & hęreticos huiuſmodi non eſſe ipſo iure ſuis beneficijs, & officijs publicis priuati, ſed poſtquam per ſententiam fuerint condemnati, tenent *Alphoſ. Caſtro de iuſta hæreticor. punit. lib. 2. c. 9. Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 46. n. 72.* † Mihi tamen prior ſentẽtia verior videtur, quod Magi huiuſmodi ſint ipſo iure priuati, nã dicta verba declarriue accipiuntur in d. cap. vt commiſſi, *priuandi, vel priuatos nunciandi*: quod ſi nollis, debes admittere, vt dictio *priuandi* referatur ad hæreticorum fautores, & receptores, dictio vero *priuatos denunciandi* ad ipſos hæreticos, vt exponit *Couarr. lib. 2. variar. cap. 8. nu. 4.* † Nam quidquid ſit de iure veteri, de iure tamen nouo nullo pacto negare poſſumus, quod hæretici, & magi huiuſmodi ſint ipſo iure á die commiſſi criminis ſuis beneficijs priuati, quia vt ait Pius V. Pontif. max. in bulla data Romæ apud S. Petrum VI. Kal. Febr. M. D. LXVI. *Vacantia beneficia ob hæreſis crimen ſedis Apoſtolicæ ordinationi reſeruari.*

21 22 23 24 25

¶ De hæreticorum vero receptoribus, defenſoribus, & fautoribus, minor eſt dificultas, quod non ſint ipſo iure beneficijs priuati, ſed pre ſentẽtiã fore priuandos, cap. excommunicamus. § credentes, de hæretic. *Si vero clericus fuerit, ab omni officio, & beneficio deponatur*, vt notat optime *Couarru. d. c. 8. n. 4.* † Filij tamen licet ad officia, & beneficijs huiuſmodi non admittantur, *cap. omnipotens de accuſat. gloſ. in cap. cum inter canonicos de Electio. Hojeda de benefi. p. 1. cap. 23. ex num. 79. & cap. 24. num. 6. Rojas de hæretic. p. 2. aſſert. 42. ex num. 336. & ſingul. 66.* † Iam obtenta retinent *Couarru. d. cap. 8. num. 4. Menoch. de recuper. remed. 1. ex num. 342.* Quia inhabilitas ad obtinenda regulariter non impedit obtentis *gl. in Clem. 1. §. ipſius, de pœn.* † Quare neque ipſo iure, neque per ſententiam beneficijs Eccleſiaſtis, quæ tẽpore paterni criminis obtinebant non erunt expoliandi *Panormit. in cap. vergentis, de hæretic. Villadiego, q. 23. Simancas de Cath. inſtit. tit. 29. n. 30.*

26 27 28 29

¶ Altera dificultas, quæ ex *d. cap. ſtatutum. 15.* ſuboriri ſolet, an prædicta infamiæ, & priuationis pœna locum habeat in pœnitentibus, & conuerſis, & ait quod non *Fyricus in director. Inquiſi. p. 3. q. 113.* † Quod ſi intelligatur de ipſis hæreticis, & magis huiuſmodi, anceps mihi videtur controuerſia, nam licet non ſint ipſo iure priuati, omnino priuandi veniũt, vt in Concilio Illiberitano, c. 51. *Ex omni hæreſi, qui ad nos fidelis venerit, minime eſt ad clerum promouẽdus, vel ſi qui ſunt in prætcritum ordinati ſine dulio deponantur.* † Nam cum ſimpliciter dicat deponantur, in perpetuum ſignificat, *gl. in cap. 1. 50. diſtinct. Bernar. Diaz in Prax. cap. 127. & faciunt, quæ tradunt Brun. lib. 3. de hæreti. cap. 7. Simanc. vbi ſup. cap. 47. n. 76.* † Ita vt ſi aliquando

30 31 32 33

do-

dominis Inquisitoribus videatur ex æquitate, & misericordia sua beneficia restitui, propter pristinā rei dignitatē, aut reipublicæ vtilitatem, aut ipsius pœnitentia, quia sponte conuersus est, id caute considerare debent, & Pontificem, aut Senatum consulere, quia non nisi ex dispensatione agere valent, vt tradunt *Zanch. de hæretic. cap. 16. numer. 9.*

34 ¶ Et cum ex text. decisione *in d. cap. statutum*, filij solum, & fautores hæreticorum, comprehendantur, qui absque misericordia pertinaces in manus iustitię temporalis decesserunt, disputari solet an relapsorum pœnitentium, qui curiæ seculari traduntur, & moriūtur Catholici comprehendātur, & partem negatiuam tenuerunt *Gemin. in d. cap. Statutum. §. hoc sane, Repert. Inquisit. v. filij. §. nunc videndum Montaluus in l. 2. tit. 26. p. 7. & Decanus Segouiens. tract. de*
35 *hæretic. cap. 18.* † Quoniam eorum parentes non videntur hęretici decessisse, cum pœniteant, & ad sacramentū pœnitentię, & Eucharistiæ admittātur: *c. super eo, de hæret. lib. 6.* quia ex eo quod parentes eorum sacramenta recipiunt reincorporati videri possūt Ecclesię cū ea non tribuantur, nisi fidē habētibus,
36 *cap. extra Catholicam. 1. q. 1.* † Contrariū tamen, scilicet, quod filij relapsorū inhabiles sint, & infames, quamuis parentes eorum conuertantur, & admittātur ad Ecclesiæ sacramēta tenuerunt *Ioan. Andr. in d. cap. statum, super gl. v. reincorporatos, quem sequuntur ibidem Philip. Franc. in fine, Simanc. in Enchirid. violare relig. tit. 63. num. 2. & in Cathol. instit. ti. 29. num. 17. Ioann. Rojas tract. de hære-*
37 *tic. p. 2. assert. 42. in. 337. & seqq.* † Quare licet prior sententia mitior sit in hanc vltimam me libentius subscribo, quia de iure veriore puto, quia tales relapsi quātūs pœniteāt, non dicuntur Ecclesię reincorporati, nam vt tradunt *Ioan. Monach. & Geminian. in cap. accusatus. §. si vero, de hæretic. lib. 6. n. 14.* † Illi dicuntur 38
ptopric Ecclesię reincorporati, qui per Inquisitores absoluti, & ad gremium Ecclesiæ pro debita absolutione, & obedientia reducti, vt in inuctam pœnitentiam peragant, admittuntur; quod cum relapsis conueniri non possit, non poterit eorum filijs aptari dispositio. *d. cap. statum, de hæretic. lib. 6.* † Et an filij 39
suspectorum de hęresi hanc etiam pœnām infamiæ, & inhabilitationis luant quæsitum est, *& Zanchin. tract. de hæretic. cap. 28. num. 4. & Repert. Inquisit. v. filij. §. item filij*, in hæc verba definierunt, *In filiis eorum, qui fuerunt suspecti propter fautoriam, & defensoriam, receptatoriam, vel similia, bene habet locum dicta pœna, vt non possint Ecclesiastica beneficia obtinere, si modo isti parentes decesserunt tales, cap. statum. 2. §. fin. de hæret. lib. 6.* † Nam 40
filios damnati ob contumetiam infames, & inhabiles fieri iura profitentur, tum quia contumax habetur pro conuicto, *glos. in cap. contumacia de hæretic. lib. 6.* tum quia ex eo, quod per annum perseuerauit præsumitur pertinax *Ioan. And. in d. cap. cum contumacia, & ibi Gemin. num. 11.* & argumentum de pertinace ad contumacem valet. *Albert. tract. de agnoscand. assert. Cathol. q. 29. num. 9.* † Cum itaque iudicio Ecclesię contu- 41
max pro hæretico habeatur, ac velut hæreticus condemnetur, consequitur plane vt in filios contumacis pœnæ inhabilitationis, & aliæ descendant, vt velle videtur *Hieron. Gigas tract. de crimine læsæ Maiest. lib. 3. tit. de pœnis quas filij. q. 13.*

¶ Et infamia, & inhabitatione, & 42
alijs pœnis hæreticorum filijs eorum impositis à iure incurrunt, non solum legitimi, sed etiam spurij, noti, bastardi, & alij etiam ex punibili complexu procreati, ne peioris conditionis sit castitas quam vitium, *auth. de restit. & ea*

quæ par. §. fin. & ita docent *Gregor. in l. 2. tit. 2. part. 7. Couarru. lib. 2. variar. cap. 8. num. 3. Menoch. de præsumption. lib. 5. præsump. 33. num. 11. Zanchin. de hæretic. cap. 28. Thom. Sanchez in summ. tom. 1. lib. 2. cap. 27. ex*

43 *num. 1.* †Dum modo post crimen parentum nati sint, vt docent *Cyn. in l. quisquis. C. ad l. Iul. Maiest. Præposit. in cap. quo iure 8. dist. cum alijs per Simanc. d. c. 29. ex n. 23.* quibus astipulatur de iure tegio l. 6. tit. 27. part. 2. *pero no se entiẽde de los yerros que obierẽ fecho antes que*

44 *eran, mas de los que despues fizieren.* †Cõtra tamen vt tam filios natos ante patris delictum, quã post eius crimen nascituros compræhendat prædicta infamia tenent *Alberic. & Salyc. in d. l. quisquis § fin. gl. in cap. siquis cum militibus 6. q. 1. Palat. Rub. tract. de regno Nauarr. p. 5. §. 8. Angel. de maleficijs. v. che hai adulterato la mia dona. Ant. Gomez tom. 3. cap. 2. n. 16. Castro de potestate leg. pœn. lib. 1. cap. 7. & de iusta hæretic. punit. lib. 2. cap. fin. Greg. in l. 2. tit. 2. p. 7. Hieron. Gigas vbi sup. tit. de pœn. quas*

45 *filij. q. 5.* †In quorum quidem sententiam libentius inclino tum propter rationes, & fundamenta eorum, tum etiam quia tex. *in d. l. quisquis in § fin.* in cuius decisione se fundat, *& in c. statutum, & in c. quicunque §. hæretici, de hæret. in 6.* indistinte locuntur de filijs natis, & nascituris, atque ideo indistincte sunt intelligendi *l. 1. §. generaliter D. de leg. præstand. l. 3. D. de offic. præsid.*

46 *l. depretio D. de public. & vectigal.* †Tũc etiam quod prædicta infamia, quæ ex peccatis parentis descendit in filios, ideo imposita est, vt parentes á peccato abertantur, & cœteri in eis respiscant, vt docet *glos. in Extranag. Ioan. XXII. de pœn. §. filij eius, Castro de potestate leg. pœn. lib. 7. cap. 7. & de iusta hæretic. punit. lib. 2. cap. fin.* † Quæ

47 quidem ratio, tam reperitur in filijs ante delictum natis, quam nascituris, cum vtrosque parentes diligant, & in vtrosque eorum memoria conseruetur; & sic ad vtrosque debere extendi tradidderunt *Doctores a nobis supra relatis hoc capite 12. numero 37.*

† Sed verius est natos non com-
præhendi, vt ex multis resoluit doctis- 48
simus conciuis, & amicus noster *P. Thomas Sanchez in summ. d. cap. 27. ex num. 9. Didac. Perez in l. 3. tit. 9. lib. 4. Ordin. Cauarr. lib. 2. variar. cap. 8. num. 5. Rota in nouissimis volum. 3. lib. 2. p. 3. decis. 114. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 33. ex num. 17. Gutierr. Canon. qq. lib. 2. cap. fin. ex num. 37.*

¶ Et quod multi docti viri tenue- 49
runt, filios huiusmodi, non solum ad
ofícia, & beneficia obtinenda esse incapaces, sed etiam obtentis priuari, idque multis rationibus, & iuribus fundarunt *Ioan. Andr. in cap. vt commissi de hæret. lib. 6. & ibidem Geminian. in §. priuandi n. 4. Annanias in cap. vergentis n. 13. de hæretic. Præposit. in cap. satis peruersum 56. distinct. Immol. in l. in insulam. D. solut. matr. Hieron. Gigas vbi sup. d. tit. de pœnis quas filij q. 11. n. 3. Palat. Rub. tract. de regno Nauarr. p. 5. §. 8. Eymeric. in direct. p. 3. q. 114.* †Verior mihi vi 50
detur, neque esse ipso iure priuatos, vt multi eorum voluerunt, neque per sententiam priuandos, sed solum ad recipiendos de nouo fieri inhabiles, tex. in cap. quicunque §. hæretici de hæretic. lib. 6. *ipsorum quoque filijs vsque ad secundam generationem ad nullum ecclesiasticum beneficium, seu officium publicum assumantur.* †Nam cum verba 51
illa de futuro sint, præteritum non comprehendunt, atque ita inhabilis ad obtinenda benefficia non priuatur obtentis, *glos. in Clem. 1. §. ipsius de pœn. quam sequuntur ibi Zabarella, Imola, & Bonifac. numer. 54.*

52 † Et quamuis ex iure defendi posit hæreticos, credentes, fautores, & cæteros huiusmodi inhabiles effectos ad obtinenda beneficia, obtentis etiam priuari ipso iure, in filijs tamen alia ratio militat, quia illi propio scelere puniuntur, his tamen alterius culpa inhabiles damnantur, & ideo cum sit pœnalis
53 non debet extendi, ... † Neque obstat *tex. in cap. fœlicis* §. *quod siquis, de pœn. in* 6. quia respublica sæpe minora crimina varis ex causis maioribus ratiouibus insequitur, ob euitandam delinquendi audatiam, vt tenet *Couarruu. lib.* 2. *variar. c.* 8. *n.* 4.

CAP. XIII. *de poena mortis imponenda in Magiæ crimine hæreticale.*

SVMMARIVM.

Malefici morte damnantur iure diuino. 1.
Legis veteris moralia obseruantur ad decisiones causarum. n. 2.
Magiæ crimina omnia morte multantur, num. 3.
Maleficij vox non solum ad venenarios restringitur, sed ad omne Malefici genus. num. 4.
Mechasephim vox apud Hæbreos quid significet. n. 5.
Maleficia ad omnia Magiæ crimina sunt amplianda. n. 6.
Diuinationis crimina omnia morte multantur. *n.* 7.
Maleficijs mors æterna parata in stagno ardenti. n. 8.
Magos huiusmodi non esse morte multandos affirmant non solũ hæretici, sed Catholici. n. 9.
Magi fatentur impossibilia ab eis patrata quia per somnis excessum deludũtur. 10.
Somnijs, quæ fiunt, nec meremur, nec demeremur. uum. 11.
Cogitationis pœnam non meretur n. 12.
Magiæ crimina negare verè peracta nihil aliud quam insanire. n. 13.
Magiæ crimina non pro illusionibus tãtum, sed pro veris, & nefarijs excessiuus puniuntur. n. 14.
Magiæ crimina vera esse negare hæreticũ est. n. 15.
Magiæ crimina morte multantur iure positiuo. n. 16.
Magiæ crimina morte multantur ex communi praxi ecclesiastica. n. 17.
Magiæ crimina morte multantur ex totius orbis consuetudine. n. 18.
Magiæ criminis pœna ignis fuit. n. 19.
Feralis pestis quid significet apud Imperatorem. n. 20.
Feralis pestis de morte cruẽta, potius quam de mortis genere dictum. n. 21.
Feralis pestis de morte cruenta dicitur. 22
Christianos tanquam Magos sub Neronis tẽpore igne crematos. n. 23.
Hispaniæ Magiæ crimina ante regem Ra. Ramirum ignis coercuit. n. 24.
Italiæ Magorum & Hæreticorum pœna ignis fuit. n, 25.
*Magiæ crimina non mulierc*ularum *tãtum, sed virorum, & nobilium. n.* 26.
Hæretici hodie pertinaces viui, pœnitentes compressis faucibus igni mandantur. n. 27.
Magi morte tradendi, nulla dissimulandi facta licentia. n. 28.
Reos morte dimittẽtes in diuino iudicio pro eis morte affiguntur. n. 29.
Pœna à lege præfinita à iudice retractari nõ potest. n. 30.
Rei vita quando reipublicæ valde vtilis ei condonatur. n. 31.
Sortilegi crimen ad curiæ sæcularis traditionem non sufficit. n. 32.
Sortilegi crimen quando non progreditur ad pactum cum dæmone non multatur morte. num. 33.
Degradari pro curiæ sæculari tradi accipitur. num. 34.
Degradatio nõ nisi pro tria crimina expressa permititur. n. 35.

Magiæ crimina non expectata incorrigibilitate morte multantur. n. 36.
Grauissima crimina sũt qualificata, & valde reipublice damnosa. n. 37.
Magi non solum, sed credentes, fautores, & receptores iure diuino morte puniuntur. num. 38. & 39.

1 QVIBVS, & alijs Hæreticorum pœnis Magi huiusmodi inusti ad mortẽ vsque deueniũt terribilium omniũ malorum secundum *gl. in l. qui vltimo D. de pœn.* quæ eis lege diuina inflingitur Exod. cap. 22. MALEFICOS NON PACIARIS
2 VIVERE. †Quæ non solum iudicialis positiua est, sed iudicialis iuris diuini, & naturalis, quæ á Deo minimè est per legem Euangeli sublata, & ideo allegari potest ad decisiones
3 causarum, vt tenet *Lancellot. de attentatis in præfat n.* 60. †Etiam si hominem nullũ veneno necauerint, etiamsi segetibus, & animantibus non nocuissent, neque alia patrauerint crimina, nam eo ipso quod Dæmoni fœderati
† sunt interfici, & necari debent, siue sint *Malefici*, siue, *Magi*, siue *Sortilegi*, siue *Veuenari*, siue *Incantatores*, siue *Nicromantici*, siue qui alij, nullo eorum facto discrimine, vt ex VViero hæretico, conatur defendere *Eicardus cons.* 112.
4 † †Nam ipsa vox latina satis patens est, non solum ad ipsos venenarios restringenda, sed ad omne maleficij genus amplianda, vt non minus de Græca, & Hæbrea docet *Marr. del Rio lib. 1. Magicar. cap. 2. & lib. 5. sect.* 16. †Quia
5 vox *Mechaſſephim* in Hæbreo fonte habet originem á *chaſaph*, quæ non solum significat toxico perimere, sed aliquod Magorum ludibrium exercere *Exod. cap. 7. & cap. 22. Paralipom. 2. cap. 33. D. Isai. cap. 47. Daniel. 2. Micheas cap. 5. Malach. 3.* †Ex quo Nahum prophe- 6
ta cap 3. *& habebitis malificia*, ad omnia maleficorum crimina extendendũ docent ibi *Origen. & Ambros. Syluestr. lib. 1. de strigib. c.* 9. †Nam etiã Diuini, 7
Arioli, Aruspices, Augures & qui somnia fingunt, vt Malifici, ex lege diuina morte naturali multantur Leuit. cap. 20. *vir siue mulier, in quibus pythonicus, vel diuinationis fuerit spiritus morte moriatur, lapidibus obruãt eos, sanguis eorũ sit super eos.* † Quibus post hanc vitã æterna mors paratur in inferno, Apocalyp. 8
Sap. 21. *Beneficijs, & idolatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est mors secũda*: nã vt ait Alcim. lib. 2. carm. 15.

Damnabitur ille peremni
Iudicio, quisquis vetitum cognoscere tentat.

¶ Contra tamen Magos huiusmodi 9
non esse morte naturali multandos affirmant non solum hæretici *Danæus, dial. de Sorciar. Bodin. lib. Dæmonom. Pictorius in resolut. an sagæ igni multan.* Sed etiam Catholici, *Volder. Molitor. de Pythonib. mulier. cap.* 8. *Leonar. Vayr. lib. 2. de Fascin. cap.* 13. *Ioan. Salisberiens. lib. 2. Polycrat. cap.* 17. *Alciat. lib. 8. Parerg. cap.* 22. *& in cap. pernicioſa num.* 66. *de offic. Ordin. Petr. Erodius lib. 5. rerum iudic. cap.* 14. †Quia fatentur impossibi- 10
libilia, nempe se volasse ad conuentus, libidinem cum Dæmone expleuisse, tempestates excitasse, & alia huiusmodi peccata, quæ magis ad delusionem, quam ad verum, & realem actum videntur referenda, quasi per somni excessum peracta, in quo á Dęmone deludũtur, *c. Episcop. h.* 26. *q.* 5. †Nã ex eis, quę 11
in sõnijs fiũt nec meremur nec demeremur *cap. maiores §. verum de Baptism. Clem. 1. de pœnit. D. Thom. in 4. dist. 5. art. 4. Iaſ. in l. vt vim D. de iust. & iur.* †quia cogitationis pœnam non meretur *Reg. 1. c. 16. Apost. Cor. 1. c. 4. c. cogita-* 12

tionis de pœnit. dist. 1. *l. cogitationis D. de pœnis.* † Sed cum ista negare non 13
tantum in somnijs, verum etiam vere, & realiter peracta cum iam sit insanire, vel ex eis, quæ congessimus *lib.* 2. *cap.* 33. *de translatione corporali ex num.* 4. *ad interpretationem dict. cap. Episcopi.* † In Magos huiusmodi 14
non pro illusionibus, sed pro veris, & nefarijs excessibus animaduertendum est, tex. cap. peruenit, *districta vltione h.* 26. *q.* 5. *cap. contra idolorum d.* 26. *q.* 5. *& Extrauag. Ioann. XXII. & Innocent. VIII.* & aliæ variæ *Alexand. VI.* quæ incipit *cum accipimus*, & *Leo. X.* quæ incipit *honestium petentium votis*, & *Hadrian. VI.* quæ incipit *dudum visi votis.* † Quod cum Ecclesia tot, 15
ac tantis Constitutionibus confirmet, qui iam dixerit Magos huiusmodi non esse morte naturali multandos sit tanquam Aethnicus, & publicanus: quia Ecclesiæ non obedientes sunt hæretici, nec non illi, qui ab eius decretis sine causa recedit, aut aliter putat quam quod Ecclesia instituit, *cap. hæc est fidem* 24. *q.* 1. vel se melius sentire arbitratur, cum illa non possit errare, *Matth. cap.* 27. *cap. violatores* 15. *distinctione.*

¶ Confirmatur hæc conclusio iure 16
sæculi Imperiali in l. nemo, *supplicio capitis ferietur gladio*, l. multi *ferialis pestis absumat*, l. nullus, cum alijs, *C. de malefic. & mathem.* quibus respõdet de iure nostro regio l. 3. *deue morir por ende*, tit. 23. part. 7. l. 6. *que los maten por ello*, 17
tit 3. lib. 8. Recopilat. † Quod similiter communi Praxi comprobatur, non solum sub sellis sæcularibus, sed etiam in tribunalibus Ecclesiasticis; qui solẽt tales delinquẽtes brachio sęculari tradere, vt in *Lucerna Inquisit. Viatorium Inquis. Directorio. Inquisit. Sprenger. in Mall. Iaquerus in Flagell. Simãc. in Prax.* 18
Castro lib. 1. *cap.* 16. † Et iudicio sæculari, qui solet sic relaxos, absque alia causæ cognitione morti tradere, vt apud nos Hispanos testantur *Couarruuias, Gregorius, Simancas, Rojas, Villalpando, & alij*: apud Italos *Grillandus, Clarus, Bossius, Carerius, Decianus, & Farinacius*, apud Gallos, *Remigius, Foller, Iaquerus, & Binsfeldus*, apud Germanos *Damhauder, Godelmanus, & Ficardus.*

¶ Cuius quidem suplicij genus ante 19
Diocletiani tempora ignis fuit, vt constat ex Codice Gregoriano *lib.* 7. *tit. de Malefic.* & in Theodosiano l. 1. ibi. *Flãmis ignibus exurendos*, & in Iustinianeo l. 3. de malef. & mathe. *concremãdo haruspice.* † Neque in contrarium facit d. 20
l. multi, *feralis pestis absumat*, quod ad bestias obijciendos interpretantur *Odofredus, & Cuiac.* sed causam non docent, cur sententiam mutem. *Feralis* enim pro *ferino pastu* á nullo Clasico receptum video authore. † Quare fe- 21
ralem accipio potius, vt Constantinus maleficos vltimo supplicio affligẽdos decernat, quam vt pœnæ genus exprimat. *Feralia* enim *dira* appellantur, & sic *ferales flammas*, funestas atque lætales *Minutius* dixit. † Sic & etiam *feralis* 22
pestis, de morte cruenta intelligitur, quia de Dijs Manibus, quibus feralia sacrabantur accitis arte Magica locutus fuit, vt narrat *Rœbard. lib.* 5. *varior. cap.* 3. † Quod neque á Neronis tempore af- 23
fuit, qui Christianos, taquam Magos huiusmodi flammis tradebat, aut stantibus ad palum destinatis vnco gutturi suffixo é lamina ardente pix, aut vnguentum in caput liquefiebat, Iuuenal. Satyr. 1.

Pone Tigillinum, tæda lucebis in illa,
Qua stantes ardent, qui fixo gutturi fumant.

Apud nos Hispanos iam ante ann. 24
DCCC.XL.IIII. á regno Ramiri regis Magiæ sacra, cantionesque ignis coercuit,

nit, vt traddit *Ioan. Marian. lib. 7. de rebus Hispan. c. 13.* postea Alfonsus IX. programmaris sanctione cauit in l. 1. tit. 1. lib. 4. Forij *la tal sea de fuego.* †In Italia Imperator Fredic. II. rex Neopolit. lege sanxit, vt hæretici viui comburerentur an. M. CC. XXII. vt testantur *Repert. Inquisit. v. comburi, Matth. Afflict. in Constit. Neap. tit. 1. num. 43. Ludou. Caerius in Pract. tit. de hæret. n. 132.* †A temporibus D. Gregori quãdo Romæ Basilius quidã senator Magus fiãmis absumptus fuit, *Cassiodor. li. 4. variar. epist. 23. & 24.* Vt videas hoc crimen non mulierecularum tãtum, & viliũ, sed virorũ etiam, & nobiliũ fuisse, quidquid VVierus, & similes ogganient.

¶ Hodie tamen ex cõmuni praxi receptum est, vt contumaces viui, pœnitentes vero cõpræsis faucibus igni mãdentur, vt traddunt *Paul. Grilland. de hæretic. q. 3. Zanchin. q. 9. Rojas p. 2. assert. 4. ex n. 137. Couarr. lib. 2. variar. c. 10. n. fin. Simanc. de Cathol. inst. tit. 46. ex n. 45. & tit. 48. ex n. 1. Castro de iusta hæret. punit. lib. 1. cap. 9. & lib. 2. cap. 12.* †Nulla iudici conniuendi, aut dissimulandi permissa licentia, nisi ipse pati velint, quod in alijs connibendo indulserat *l. nulli hæreticorũ C. ne sacrum baptis. iteret.* Nam vt ait Cassiodorus lib. 9. varior. *Impium est iudices illis esse indulgentes, quos cœlestis pietas non patitur impunitos.* †Caueãtque ne fiant socij furum, & cum Iosaph his, qui oderunt Dominum amicitias iungantur iram Domini concitentur *Paralipom. lib. 2. cap. 19.* videant ne audiant terrificum illud dictum Regi Achaz Reg. 3. cap. 20. *quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima illius.* †Nam pœna á lege præfinita á iudice retractari non potest, quia vt ait diuinus Plato (quem á D. Hieremia in Aegipto sacris litteris edoctum testatur *D. August. lib. 2. doct. Christian. cap. 28.*) in Apolog. Socrat. *Non enim ad hoc sedet iudex, vt per gratiam concedat, sed vt iudicet secundum leges.* †Nisi quando crimen non est enorme, & vita rei valde sit vtilis reipublicæ, ac necessaria, & non adsit accusator, quia tunc benè poterit supræmus iudex pœnam debitam relaxare, inferior tamen minimé, *D. Thom. 2. 2. q. 67. art. 4. Soto lib. 5. de iust. & iur. q. 4. art. 4.*

¶ Neque obstat ad hanc curiæ sæcularis traditionem, siue relaxationẽ sortilegij crimen non sufficere, vt quibusdam canonum locis inixus defendere conatur *Abb. in cap. ad abolendam de hæretic.* † Quia illa loquuntur quando sortilegij crimen intra suos cancellos continetur, hoc est, non progreditur vltra illicitam diuinationem, nõ coniunctam cum expresso pacto apostatico, vt sunt pleraque Astrologorum, & similium, de quibus loquuntur, *cap. vnico, huius 26. q. 1. cap. siquis Episcopus d. 26. q. 5.* †Nam de alijs quando incantationes etiam medicamentis ad malorum remedium adhibitæ alius canon ex D. Augustino expræssé iuuet clericos degradari, *cap. admoneant d. 26. q. 7.* vbi degradari ponitur pro curiæ sæculari traddi, vt notat *Anton. de Butrio in cap. at si clerici de iudic.* †Quidquid de verbali tantum depositione accipiat *Abb. in d. admoneant*, quia degradatio non nisi propter tria crimina expræssa iure canonico permittatur, *cap. cum non ab homine, de iudic.* †Quia id procedit in criminibus tantum grauibus, non tamen in enormibus, & grauissimis vt omnia Magiæ crimina censentur, in quibus nõ expectata incorrigibilitate pro vnico tantũ crimine debent clerici degradari, & traddi curiæ sæculari puniẽdi, vt docent *Guil. Benedict. in cap. Raynutius de testament. Bern. Diaz in Prax. cap. 33.*

& 90. *Felician. lib. de depoſit. & degrada.*
37 *cap.* 12. & 14. †Quod & fatetur *idem Abb. in cap. tuæ, de pœn.* & inter grauiſſima collocat, quæcunque ſunt qualificata, & valde pernicioſa reipublicæ, pro quibus puniendis, quia ius canonicum non habet condignam pœnam, introductum eſt, vt iudices Eccleſiaſtici tales reos puniendos curiæ ſæculari traddant *cap. nouimus de verbor. ſignif. cap. penult. de hæretic.* †Non ſolum ipſos criminis reos, ſed etiam credentes, conſultores, & fautores; nam & hij pro hæreticis reputantur *cap. vt commiſſi cap. priuandi de hæretic. lib. 6. Pegna in direct. Inquiſ. p. 3. com. 188. Simanc. de Cathol. Inſtit. cap. 3. & 27. & in Enchirid. violatæ Relig. tit. 63. n. 9. collega meus, & amicus Pelaez de Mieres p. 1. q. 1. n. 66.*
39 † Nam vt ait Leuit. c. 20. *Anima quæ declinauerit ad Magos, & fornicata fuerit cũ eis, ponam faciẽ meã contra eam, & interficiam iam in medio populi ſui.* Sicuidem atteſtante Apoſt. ad Rom. cap. 1. ad fin. *Quoniã, qui talia agunt digni ſunt morte, non ſolum, qui ea faciunt, ſed etiam, qui conſentiunt facientibus.*

CAP. XIIII. *de pœna Magiæ non hæreticalis.*

SVMMARIVM.

Magiæ nõ hæricalis in foro pœnitentiali pœna. n. 1.
Pœnitentiæ põſſunt à confeſſario moderari. num. 2.
Publico crimine olim imponebatur publica pœnitentia. n. 3.
Laicus pro prima vice excommunicatur pro ſortilegio. n. 4.
Incorrigibilis in foro Eccleſiaſtico *fuſtigatur. n.* 5.
Clerici ſortilegi ad bonum finem, ſuſpendun tur per annum. n. 6.
Clerici ſortilegi ſi dolo faciunt deponuntur ab ordine. 7.
Clericus celebrans ſuper rebus aptis ad ſortilegia deponitur. n. 8.
Clericus, qui conſueta luminaria extinguit, deponitur. n. 9.
Sæculari foro tam hæreticalia, quam nõ hæreticalia conficientes morte multantur. num. 10.
Sortilegij pœna quæ hodie ſit in foro ſæculari. n. 11.
Iudicis arbitrio pœnæ ſunt remiſſæ. n. 12.
Iudex debet ſic arbitrio vti vt legibus, canonibuſque ſe accomodet. n. 13.
Iudex non debet legis præceptum temere tranſgredi. n. 14.

ON hęreticalis Magię Pœna varia eſt de iure Canonico, nã olim in foro pœnitentiali, tam clericus, quám laicus quadraginta dierũ pœnitentiam ſubijt *cap.* 1. *& ibi omnes, de ſortileg.* †Quæ hodie á confeſſario poſſunt moderari, quia omnes pœnitentię eius liberæ ſunt arbitrio, *Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 388. n. 6. & 7.* †In foro fori ſi publicum etat crimen, olim imponebatur publica pœnitentia, quã ſi detractaret, vel non compleret á communione fidelium arcebatur *cap. pro dilectione, de conſecrat. diſt.* 2. †Hodie ſublata illa publica pœnitẽtia laicus pro prima vice erit excommunicandus, *cap. ſiquis Epiſcopus cap. aliquanti huius 26. q.* 5. †Si monitus perſeuerat, & vilis eſt perſona in foro Eccleſiaſtico publicé eſt fuſtigandus: ſi honeſtior relegãdus, vel perpetuo carceri mancipandus, *cap. contra idolorum d. 26. q. 5. Abb. in cap.* 1. *& 2. de ſortileg. Felin. in cap. cum ſit generale, de foro compet. n.* 20. *Roman. ſing.* 660. *Grillaud. de ſortileg. q.* 11. *num.* 4. & 10.

Clerici

¶ Clerici autem non hæreticalia cõficientes si bono zelo, & simplicitate cordis faciunt, & ad bonum finem, á diuinis, & altaris ministerio suspendũtur per annum, & vltra iudicis arbitrio, *cap. 2. de sortileg. Grilland. vbi sup. q. 14. num. 3.* †Si dolo malo fecerit deponuntur ab ordine sacro, & omnibus beneficijs priuantur, & in monasterio perpetuo detruduntur, & degradãtur *cap. siquis Episcopus huius 26. q. 5.* †Veluti si celebrat super rebus profanis, quæ putantur apta ad sortilegia, vt cuticula, qua infantis caput nascentis est inuolutum, panis incoctus, siue massa cruda, hostia sanguineis literis circunscripta, &c. *Bern. Diaz in Prax. cap. 39. Grilland. d. q. 14. Menoch. d. cas. 388. ex n. 10 Farinac. q. 20. n. 107.* †Idem dicendum si cõsueta luminaria extinxerit *cap. quicunque huius 26. q. 5.* si vasibus, aut vestibus sacris abutatur, vel missas defunctorum pro viuis celebrauerit, vt citius moriantur *cap. quisque 2. q. 8. cap. de benedictione 32. q. 1. cap. admoneant d. 28. q. 7. Farinac. q. 19. n. 49. tom. 1. Grilland. de sortileg. q. 16.*

¶ In foro sæculari tam hæreticalia, quam non hæreticalia conficientes morte naturali damnantur *l. nemo l. si excepta cunseqq. C. de malefic. & math.* cum alijs *per Farinac. d. q. 20. n. 88.* †Hodie tamen solent virgis cœdi, & ad triremes, vel in exilium mitti, & interdũ pecunia multari, vel alia extraordinaria, (pro iudicis arbitrio) pœna; vt de vtroque iure receptum testantur *Abb. in cap. 2. de sortileg. Grilland. d. q. 11. ex num. 7. Farinac. d. q. 20. num. 84. 89. & 94. Did. Perez in l. 9. tit. 1. lib. 8. Ordinam. Salcedo ad Diaz in prax. cap. 107.*

† Nam hodie omnes pœnæ iudicis arbitrio sunt remissæ *l. hodie l. in metallum l. aut facta D. de pœn. l. quid ergo §. pœn. grauior D. de ijs, qui notant. infam. cap. nõ afferamus 24. q. 1. cum alijs congestis à Farinac. d. tom. 1. q. 17. ex n. 4.* †Dum tamen iudex arbitrio sic vtatur, vt canonibus, legibusque se accommodet, nam licet facti quæstio in arbitrio sit iudicantis, pœnæ vero persecutio non eius voluntate, sed legis authoritate definitur *l. si operam l. ordinem D. ad municipal. l. si qua pœna D. de verb. signif.* †Neq; eorum præscriptum transiliat temere, nisi qualitas facti, conditio personarum, animus delinquentis, scandalum inde exortum, similia ve suadeant pœnam intendere, vel minuere, *DD. in d. l. siqua pœna, & in d. l. aut facta, & in l. respiciẽdum D. de pœn. & in l. militis C. de custod. reor. Farinac. d. tom. 1. q. 18. ex n. 63. Grilland. d. q. 11. n. 7. Simanc. de Cathol. inst. tit. 46. ex n. 78. Segura Daualos in director. p. 2. cap. 11.*

CAP. XV. de libris Magorum.

SVMMARIVM.

Libri Magorum, vt eorum authores sunt vitandi. n. 1.

Ephesi ad fidem conuersi superstitionis libros concremarunt. n. 2.

Honor Imp. exterminandos decreuit, qui libros Magos non comburerent. n. 3.

Libri Magorum debent, vt eorum authores igni ardere. n. 4.

Libri damnati censentur eorum, qui damnati sunt authores. n. 5.

Libros noxios damnare solent etiam Gentiles. n. 6.

Athenienses in concione conbuserunt libros Pithagoræ, qui de religione parum sentiebant n. 7.

Augustus Cæsar duo milia Fanaticorum libros combusit. n. 8.

Libros vaticinos apud Romanos iussos ardere. n. 9.

Antiochus libros veteris testamenti combusit, quod noxios, & hæreticos putauit. n. 10.

Domitianus sacra volumina iussit ardere, quod noxia putauit. n. 11.
Libros hæreticorum vt ipsosmet hæreticos vitandos. n. 12.
Principes, qui religionis cælo impiorum libros interdixerunt. n. 13.
Libros Arrij combussit Cõcil. Nicæn. & D. Cyprian. libros Magicos. n. 14.
Hæretici libros sacros deprauant. n. 15.
Euangelia, & Apostolorum scripta ab hæreticis deprauata. n. 16.
Sacra scriptura ab hæreticis deprauata laceranda est. n. 17.
Libros Magorũ, etsi multa bona contineãt, comburi palam. n. 18.
Poetarum volumina, quasi hæretica damnata. n. 19.
Libros priuatos legere interdictũ, nisi Episcopi, & Inquisitorum licentia. n. 20.
Libros hæreticorum non sunt legendi, nisi diuina reuelatione. n. 21.
Libros hæreticorum legentes ex curiositate grauiter peccant. n. 22.
Hæreticos non debemus audire etiam vera loquentes. n. 23.
Diabolus plerique vera falsis admiscet. 24.
Libros hæreticos legere nulli permissum est sub excomunicationis pœna. n. 25.
Originis libri permissi quãuis author damnatus. n. 26.
Libros hæreticos legi possunt Inquisitores, vel Commissarij pro tempore, & qui hoc à Sede Apostolica obtinuerunt. n. 27.
Lectionem hæreticorum librorum solus Pontifex concedere potest. n. 28.
Eius est dispensare, cuius prohibere. n. 29.
Excommunicatio ex lectione librorum prohibitorum est reseruata Sedi Apostolicæ. n. n. 30.
Libri hæretici apud aliquem reperti eo ipso faciunt eum suspectum de hæresi in eis contenta. n. 31
Christianus ex ficta præsumptione impietatis non damnatur. n. 32.
Authoris sententia circa suspicionem de hæresi ex libris damnatis. n. 33.
Honorij, & Arcadij de librorum hæreticorum retinentium pœna. n. 34.
Constantini, & Theodosij pœna circa libros hæreticorum. n. 35.
Libri hæretici suspicionem gignunt si ille, apud quem reperiuntur sit author. n. 36.
Libri hæretici conscripti, & reperti apud authorem nõ excusantur ignorãtia. n. 37.

MAGIAE libros, vt eorum authores esse vitandos *Iul. Paulus lib.* 5. *Recep.* reliquit scriptum *in tit. ad l. Cornel. de Sicar.* & Vlpian. in l. cœteræ 4. D. familiæ herciscund. *tantundem debebit facere in libris improbatæ lectionis Magicis forte, vel his similibus: hæc enim protinus corrũpenda sunt.* †Qua propter Ephesi, qui Magiæ crimine contaminabantur Apostolorũ prædicatione conuersi ad eorũ pedes scelera sua patefacientes, libros artis publice concremarunt, Acta Apost. cap. 19. *eos, qui fuerunt curiosa sectati contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus.* †Ex quo merito Impp. Honorius, & Theodosius é dictione Romana exterminandos Magos statuerunt, qui libros suis erroris in omnium oculos coram Episcopum nõ combuserint *in l. Mathematicos* 11. C. *de Episcop. aud.* †Nam cum pro hæreticis habeantur, debent vt ipsi eorũ scripta ardere, vt in sexta synodo Generali historias ab hæreticis confictas igni ardere iusserunt Patres, *can.* 63. & Leo ille magnus præcipit, vt hæreticorum Codices interdicantur, & ignibus concrementur, quod in Concilio Constantien. comprobatum est dum Apostoli ipsi libros hæreticorum damnarunt, *can.* 59. †Quia damnati authores, libri quoque illorum damnati intelliguntur, atque omnia eorum opera, *cap. fraternitatis, de hæretic. & ibi omnes, & in cap. damnamus de summ. Trinit. & fide catho-*

1 2 3 4 5

Cathol. Zanchin. de hæretic. cap. 7. Campeg. ad Zanchin. cap. 34. Castro lib. 2. de iusta hæreticor. punit. cap. 15. 16. & 17. Albertin. de agnoscend. assert. q. 12. ex nu. 13. & q. 28. Rojas sing. 224.

6 ¶ Et non solum verę religionis cultores, verum etiam qui peruersa dogmata susceperunt, libros noxios damnare solent, nam Plato ille diuinus libros poetarum, qui de religione sua parum sensérant repudiandos, & extirpā-
7 dos docet *lib. 7. de legib.* †Et Prothagoræ libros quos de diuinitate male conscripsit Athenienses in contione combusérunt, sub prędonis voce à singulis, qui illos habebant, inuestigati, vt traddūt *Cic. lib. 1. de natura Deor. & Lactant. lib. 1. de Ira Dei, & Laert. lib. 9.* Et Augustus Cęsar duo milia Fatidicorū librorū concremauit: vt referunt *Suet. in Aug-*
8 *ust. & Dion. lib. 54.* . . . . †Et libri religionis Numę Pompilij á Prætore in Senatu delati, quia leues quasdam sacrorum causas continebant, ex Patrum authoritate cremati sunt, vt narrant *Plutarch. in Num. Plin. lib. 13. natural. histor. cap. 13. Tit. Liuius lib. 40. Lactant. lib. 1. de diuin. instit. cap. 22. Valer. Max. lib. 1. cap. 1. D. Augustin. lib. 7. Ciuit. Dei c. 34.* †Et vt ad rem redeamus
9 idem *Liuius lib. 39.* ita scribit *quoties hoc Patrum, auorumque ætate negotium est magistratibus datum, vt vaticinos libros conquirerent, comburerentque*, & lib. 25. *vt quicunque libros vaticinos, præcationes ve, aut artem sacrificandi conscriptam haberet, eos libros omnes litterasque ad se de-*
10 *ferrent.* †Et Rex Antiochus putans libros Veteris Testamenti, noxios, & reprobos esse, edicto pœnali eos prohibuit: & milites eius, libros legis Dei cō busserunt igni; & apud quemcunque inueniebant eos trucidabant, vt legi-
11 tur *Machab. 1. cap. 1.* †Et eodem errore atque impietate infectus Domicianus edictis iussit, vt sacra omnia volumina igni concremarentur, vt traddunt *Eusseb. lib. 8. Ecclesiast. histor. cap. 2. Nicephor. lib. 7. c. 3.*

¶ Ex quibus satis perspicuum est sa- 12
pientes homines iure quodam Gentiū, vt susceptam quisque religionem tueretur, eius contrarios, ac noxios libros dannasse: quod multo magis fieri debet in veræ religionis cultoribus, ne in explicabiles errores in rempublicam Christianam inducerentur: namsi vitare debemus impiorū colloquia, multo magis corū libros, qui tanquā perennes fontes perpetuum virus scaturiētes euo munt. Librienim fontes appellantur, *vt per DD. in psalm. 67. Pierus in Hieroglif. Castro lib. 2. cap. 15.* †Vt sic merito 13
multi religiosi Principes impiorum libros dānaueriht, vt Constantinus magnus Arrij libros: Theodosius, & Valentinianus libros Nestorij: Valentinianus, & Martianus libros Eutychetis, & Apolinarij: Honorius, & Theodosius libros Mathematicos: Arcadius, & Honorius, & Iustinianus libros omnes hæreticorum publicé comburi iusserunt *in l. damnato l. quicunque C. de hæretic. l. fin. tit. 16. lib. 9. l. 24. tit. 4. lib. 16. C. Theodos. 5. Synodo Constant. act. 1. Nicephor. lib. 8. hist. Ecclesiast. cap. 25. & lib. 17. cap. 9.* †Et in concilio Nicæno 41
libros Arrij combusti sunt, vt testatur *Socrat. lib. 1. cap. 9.* & D. Cyprianus libros Magicos palam combusit, vt author est *Gregor. Nazianz. orat. 19.* quod & ipse Theodas quoque fecit, sicuti in historia retulit *Damasc.* Simachus, Gelasius, & Ormisma Manicheorum libros exuri fecerūt. Et qui olim arte Magica insignes erant ad Christianam religionem conuersi, impiæ vanitatis libros incendijs tradiderunt, vt memorat *Athanas. lib. de Incarnat. Verbi.*

¶ Et non solum in suis scriptis virus 15
erroris immiscent, sed etiam sanctorū volumina deprauant, atque corrum-

punt,

punt, vt in suos sensus trahant, qualiter olim Euangelia ipsa, & Apostolorum scripta ab hereticis fuisse deprauata testatur *Tertullian. contra Marcion.* †Et libri Clementis, Dionysij, Originis, & aliorum corrupti fuerunt, & demum Synodum Calcedon. & acta quintæ Synodi, & capita quędam Ephesini Concilij adulterata fuisse, tradunt, *Euseb. lib. 4. Ecclesiast. histor. cap. 23. & lib. 5. ca. fin. & lib. 6. cap. 10. Rufinus lib. de adulter. librorum Orig. & D. Isidor. lib. 3. de summo bon. cap. 12. Ioan. Picus in Apolog. q. 7. Brunus lib. 6. de hæret. cap. 7.* †Quæ quidem eo lacerandasunt, & combu-
renda, quia plus magis quam libri hæreticorum nocere possunt, dum illos bona fide legunt, nam vt ait Leo magnus epist. 91. *vt pietate sanctorum voluminum deprauata, non quod Spiritus sanctus docuit, sed quod diaboli Magister inserit legatur, & prædicetur.* †Et ita potiori ratione ipsos Magorum, siue hæreticorum libros lacerandos, & concremandos esse etiam si multa bona contineant, docet, *Hostiens. in d. cap. fraternitatis num. 1.* nam vt ait Irenæus lib. 3. aduersus hæres. cap. 4. *non oportet quærere apud alios veritatem, quam facile est ab Ecclesia discere*, quia sapientia in ore fidelis complanabitur *Ecclesiast. c. 34.* †Timendum enim est ne dulcedine veritatis lectores allecti, impietatis venenū incauti liguriant, ideo Platonis lex Poetarum volumina nisi á ciuitatis Rectoribus, & legum custodibus approbata á nullo priuato legi prohibuit *lib. 7. & 8. de legib.* nam Athenienses philosophiæ libros Carminibus componebant, ex quo poesiam á sapientia non differre dixit *Tycius Platonic. serm. 29.* † Et in Concilio Lateranens. sub excommunicationis pœna fuit interdictum priuatos libros legere si Episcopi, & Inquisitoris iudicio non approbentur, *sess. 10.* quod renouatum est in *Synodo Trident. sess. 4.* & Regijs pragmaticis maiori cura cautum, ac pœnis grauibus sancitum *in l. 24. tit. 7. lib. 1. & in l. 48. tit. 4. lib. 2. Recopil.*

¶ Nam licet Ethnicorum libros legendos esse, & siquid recte dixerint ab eis tanquam ab iniustis possessoribus in nostrum vsum vindicandum docuerint *D. August. lib. 2. doctrin. Christ. ca. 40. & tex. in cap. turbat, cum seqq. dist. 37. Niceph. lib. 10. cap. 26.* nam vt ait *Dionys. Alexand. lib. 3. de baptis.* se ad huiusmodi lectionem diuina visione fuisse monitum, & ei obsecutum fuisse, quia Apostolicæ sententiæ congrue bat, dicenti, *omnia probate, quod bonum est tenete.* †Id non procedit in hęretico rum libris, vt sine delectu ad omnibus legantur, quia non omnes sunt Augustini, aut Dionysij, nec diuinam de illo habent reuelationem, imo dum ad id curiositate mouentur, grauiter peccāt, quia Pontificum præcepta contēnunt, de quibus scriptum est, qui vos spernit, me spernit *D. Luc. cap. 10.* & similiter se exponunt periculo probabiliter, de quo etiam extat apud Eccles. cap. *3. qui amat periculum peribit in illo*, & Ecclesiast. cap. *13. qui tetigerit picem coinquinabitur ab ea.* †Nam inter vtilia errores plerique latent, vt tenent *D. Gregor. lib. 5. Moral. cap. 10.* quæ etiam doctos secum, quandoque trahunt, & ita Christus seruator noster dæmonium dicentem veritatem tacere iussit, ne Iudæi in omnibus alijs ei fidem adhiberent, vt docent *Theophylact. & Euthym. super Marc. cap. 1.* siue quod neque veritatē ex ore peccatoris Deus vellit, psal. .... *Quare tu enarras iustitias meas per os tuū.* † Improbus enim Magister est Diabolus, qui falsa veris sæpe permiscet, & specie veritatis testimonium fraudis obtexat, & ideo etiam Paulus compescit Dæmonium viam salutis prædicā-

tem,

tem, *Acta Apost.* 16. quia vt ait Poeta

† *Ne corrumpantur amari*
Melle doli, si vera canit, qui falsa ministrat.

¶ Vt sic nullus quantumuis litteris
25 prouectus, aut in dignitate constitutus sibi licere putet vllo pacto hæreticorũ libros legere, scribere, retinere, sub excommunicationis maioris pœna, *vt per DD. in cap. fraternitatis, & in d. cap. damnamus, cap. excommunicamus* §. *credentes de hæretic.* †Nisi libri sint recepti,
26 quamuis author damnatus, vt Originis libros quos permisit *Gelasius in cap. sancta, distinct.* 15. qui ideo legi possunt,
27 *cap. sane profertur* 24. *q.* 2. †Aut talis, qui legit, aut retinet sit Inquitor, vel Commissarius pro tempore existens, aut á Sede Apostolica habeat rescriptum, & non alius etiam si Episcopus sit vt traddit *Franc. Pegna in Director. p.* 2.
28 *cap.* 4. *comm.* 3. †Nam licet plerique vellint hãc potestatem posse dominos Inquisitores concedere, licet amplasit eorum potestas, in hoc tamen verius est, non posse, quia Romanus Pontifex ex supræma potestate hoc sibi reseruauit,
29 *gl. in d. cap. excommunicamus v. Apostolica, de hæretic. & apparet ex litteris Iulij III. relatis à Pegna vbi sup.* †Nam cum ipso facto in anathematismos bullę Cænæ Domini incurrãt, ipso Romano Põtifici reseruatos, ab alio quã ab eo dispensatio concedenda non videtur, quia eius est dispensare, cuius prohibere *l. fin. C. de legib.*

30 ¶ Vt sic interim caueant, qui sacras confessiones audiunt neminem eorum posse reum ab hac excommunicatione absoluere, vt impræfata bulla cauetur § illos autem. ibi. *& audiendi confessiones officia interdicimus: ac nunciantes eisdem, & declarantes aperte, non grauius contra eos spiritualiter, & temporaliter processuros.*

31 ¶ Ex quo disputant doctores quapœna sint huiusmodi afficiendi, & nõnulli iurisperiti non admodum perité aiunt, quod si libri hæreticorum, apud aliquem reperiantur, hoc ipso probatum erit illum hæreticum esse; atque ideo, vt conuictum puniri posse, *Archidiac. in cap. sæpe profertur* 24. *q.* 2. *Ioan. Andr. in ca. filij, de hæretic. lib.* 6. *Roman. sing.* 326. *Marsil. cons.* 52. *& in l. qui falsam D. de falsi. & in Pract.* §. *diligenter, Ananias in cap. siquis Episcopus de hæret. Gratus cons.* 151. *lib.* 2. *Carerus, de hæretic. n.* 125. †Quod nunquam aprobaui, 32
quia ex sola presumptione, siue ficta probatione neutiquã impietatis Christianus homo damnari potest, vt lege Pontificia nominatim vetitum est *c. litteras, de præsumpt.* †Sed solũ hæresi suspectos esse, & ita ex personarũ, & librorũ 33
qualitate, alijsq; circunstãtijs causa cognita iudices in vnaquaq; specie ex æquo, & bono statuant, *Ioan. Andr. & Dominic. in cap.* 2. *de hæretic. lib.* 6. *Albertin. de assert. Cathol. q.* 28. *Godrophed. in l. damnato C. de hæretic. Repert. Inquis. v. libri* §. 1. *Cassanæus in Consuetud. Burgũd. rub.* 1. *des Iustices, super tit. es droicts d' icelles n.* 53. †Nam licet primã sen- 34
tentiam tueatur in hæc verba, Honorius, atque Arcadius *Codices, hæreticorum doctrinam continentes, summa sagacitate quæri, ac prodi mandamus, sub aspectibus iudicantium incendio mox cremandos: ex quibus siquid forte aliquis, qualibet occasione, vel fraude occultasse neque prodidisse conuincitur, sciat se velut noxiorum codicum retentorem capite esse plectendum.* †Quibus astipulatur lex quędam Mag- 35
ni Constantini, cuius hęc sunt verba; *Siquis conscriptiones Arrij celasse comperiatur, & non repente proferens igne consumpserit mortis supplicio subiaceat.* vt habentur in C. Theodosiano *in l.* 24. *tit. de his, qui super religione contend. & in Iustiniano l. quicunque C. de hæretic.* † In foro Ecclesiastico (vbi de his cognosci- 36

tur)

tur) prædictæ leges non habent authoritatem, *Auth. cassa, & irrita. C. de sacros. Eccles. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de Constit.* Ideó sententiam non mutor, nisi talis Codicis (eius apud quem reperitur) sit author, siquidem non minus hęreticus est, qui hæreses dicit, quã qui scribit, imo deliberatione maiori libri scribuntur, quam verba enunciãtur, *l. lex Cornelia §. si quis librum D. de iniur.*

37 † Sunt enim hæreticorum libri in diuinum Dei Vicarium, & totam Ecclesiã, ac diuos omnes impij famosique libelli, ideó ei, cui reperiuntur maximè suspectum reddunt, *l. 1. C. de famos. libell.* etiam si non contumatia, sed per ignorantiam disputet, vt contra Pelagium scribit *D. August. epist. 96. cap. fin. 24. qnæstione 2.*

CAP. XVI. De processus fulminatione in Magiæ crimine.

SVMMARIVM.

Magiæ crimen extraordinarium. n. 1.
Magiæ crimine seruatur processus ordinarius. num. 2.
Criminibus priuilegiatis, quædam sant cõmunia. nu. 3.
Ordo Iudiciorum est de substantia iudicij. numer. 4.
Ius publicum non derogatur priuatorum pactionibus. num. 5.
Iudex non seruans iuris formam, facit actus nullos. num. 6.
Iuris forma seruanda est in possessorio, & iudicio summario. num. 7.
Iniustitia ex ordine plus inficit, quam iniustitia ex causa. nu. 8.
Ordo Iudicorum obseruandus est a quocunque Iudice. num. 9.
Ordo substantialis Iudicij obseruandus etiã a Principe. num. 10.
Princeps plerique iuris rigorem relaxat. num. 11.
Princeps ad hoc, vt absque iuris ordine procedere valeat, debet exprimere. nu. 12.
Princeps non præsumitur iura derogare, nisi expresserit. nu. 13.
L. 2. & l. 10. tit. 17. lib. 4. Recopil. explicantur. num. 14.
Forma substantialis iudicij dicitur, quæ a lege, vel statuto est indicta. num. 15.
De corpore delicti primo constare debet in actis externis. num. 16.
Delictis incorporeis proceditur ex indicijs vrgentibus. num. 17.
Delictis occultis proceditur coniecturis. numer. 18.
Fatentis se ad conuentus delatum imponitur pœna, vt si omnia Magiæ crimina commesisset. n. m. 19.
Accusatio debet adesse vt Iudex tuto procedat. nu. 20.
Inquisitio remedium est extraordinarium. num. 21.
Inquisitio in exceptis ex mero Iudicis officio. num. 22.
Inquisitio hodie remedium est ordinarium. num. 23.
Diffamatio delicti in omni processu debet præcedere. num. 24.
Diffamatio criminis non debet præcedere in hæresi. num. 25.
Iudex procedens sine criminis diffamatione facit actum contra charitatem. n. 26.
Delinquentem non diffamatum inquirere, est eum sine causa diffamare. nu. 27.
Iudicium sine diffamatione criminis, est iudicium temerarium. nu. 28.
Iudicium sine diffamatione, est contra ius naturale, & diuinum. nu. 29.
Procedere in delicto sine diffamatione, est genus proditionis. nu. 30.
Inditia alia debent concurrere præter diffamationem. nu. 31.
Inditia debent præcedere etiam in causa ex mandato Principis. nu. 32.
Iudex procedens sine inditijs multatur in Syndicatu, & tenetur parti damno illato. num. 33.

Inditia ad procedendum debent esse legitima, & quæ de iure subsistant. num. 34.

Inditia grauia necessaria sunt ad reum publicandum. n. 35.

Inditia leuia non sufficiunt ad capturam. num. 36.

Captura non fit ex inditiis leuibus, etiam in atrocissimis. n. 37.

Captura non fit etiam in casu ne reus fugiat ex leuibus inditijs. n. 38.

Capitur reus ne fugiat præcedentibus grauibus inditijs, & postea informatio sumitur. n. 39.

Captura continet in se iniuriam personalem, & præiudicium irretractabile. num. 40.

Captus iniuste potest se defendere etiam percussis satellitibus. n. 41.

Captus iniuste fugiens, non videtur crimen confiteri. n. 42.

Fugiens à carcere, in qua iniuste detinebatur, non tenetur de dolo. n. 43.

Captus iniuste si non fugit, dignus est pœna. num. 44.

Iniuste captus tenetur fugere, & non expectare iniquam iudicis sententiam. num. 45.

Iniuste captus si nõ fugit, dum potest, peccat mortaliter. n. 46.

Inditia grauissima debent præcedere ad torturam. n. 47.

Inditia ad torturam ea debent esse, vt nil aliud iudici desit ad condemnationem, quam rei confessio. n. 48.

Tortura fit expleníjs indicijs, condemnatio ex plenis probationibus. n. 49.

Indiciorum grauitas iudicis arbitrio est remissa. n. 50.

Iudicij arbitrium debet se legibus, & canonibus acommodare. n. 51.

Inditia debent esse, quæ de iure subsistũt. num. 52.

Iudex præsumptionibus non magis, quam leges credit. n. 53.

MAGIAE crimen licet extraordinarium sit, & ex exceptis, eo quod quædam continet peculiaria, quæ non cõtinentur sub legis generali dispositione: vt sunt crimina apostasiæ, hæresis, sacrilegij, blasfemiæ, homicidij, & cõcubitus contra naturã, & cũ creatura spirituali, & odij in Deũ, quibus nil potest esse atrocius. †In eo tñ ordinè proceditur, & seruatur ordo, & processus ordinarius, siue generaliter promotore fiscale, siue particulariter ad instãtiam partis, vel officio iudicis inquisitio instituatur, quia publicum est crimen, & habet nomẽ certum, & pœnã præfinitam in iure, *DD. in l. fin. C. de accusat. Ant. Gom. li. 3. varior. c. 13. n. 6. Gigas de crimine læsæ Maiest. tit. per quos crim. q. 15. n. 6. Farinac. tom. 1. q. 18. n. 60.* †Iudicẽ tñ non arctari ad priscas illas solemnitates sequendas neq; ordinẽ illud publicorũ iudiciorũ antiquũ, quod exoleuisse scribit *Paul. 1. c. lib. 8. de public. iudic.* sed teneri sequi cum ordine, quĩ ætati naturæ consentaneũ est, quia in criminalibus priuilegiatis, siue exceptis iura quædã sunt cõmunia, qua quĩ turbet, aut negligat eius iudicialia acta nulla forent, *Farinac. tom. 1. q. 30. n. 120.* †Nã cũ ordo iudiciorũ sit de substantia iudicij á lege in fauorẽ publicũ introductũ, vt tenet *Cardinal. in Clem. sæpè de verbor. signif. q. 12.* á iudice tolli nequit, *l. 1. §. 1. D. de feriis l. formã C. de officii præfecti præter.* †Neq; etiã partiũ consensu quia priuatorũ pactiones iuri publico derogare non debẽt *l. iuspublicũ §. priuatorũ D. de pact.* quia vt ait tex in l. testãdi C. de testib. *nã iurisdictionis mutare formã, vel iuri publico derogare, nõ est cuiquã permissũ* †Et ita iudex, qui iudicij formã nõ seruat facit actus nullos *l. prolatã C. de sentent. &*

re iudic. lege 1. C. de execut. rei iudic. cap. ad petitionem §. fin. de accusat. cap. veritatis de dolo, & contumac. † Nam etiam in iudicio summario; & possessorio iuris formam obseruandam esse docuerunt *Bart. in l. naturaliter §. nihil commune D. de acquirend. possess. Abb. & Felin. in cap. consultationibus de offic. delegat.*

8 † Quia plus inficit in iusticia ex ordine, quam ex causa, siquidem prima reddit sententiam nullam, secunda non, vt traddit *Panormit. in cap. cum olim de re iudic. Ancharan. consil. 269.* † Ideo talis ordo á quocunque iudice obseruandus est, siue ordinario, siue delegato, *Bald. in l. proscriptione C. si contra ius, vel vtilit. Decius consil. 483. lib. 4.*

10 † Quantumuis superior censeatur, quia ordo substantialis iudicij etiam á Principe obseruandus est, *cap. licet causam, quia nolumus à iuris tramite declinare, deprobat. cap. veritatis cap. cum dilecti de dolo, & contum. cap. cum olim de election. cap.*

11 *cum ad sedem de restit. spoleat.* † Nam licet plerique Princeps iuris rigorem relaxet, & causas de plano, & sine figura iudicij dicernat, *Clement. sepe de verbor. significat. Clem. dispendiosam de iudicijs.*

12 † Hoc intelligitur quando ipsemet Princeps declarat se velle sine iuris ordine procedere, vt per *Doctores in dict. cap. cum dilecti de dolo, & contum. & in*

13 *l. ex imperfecto D. de leg. 3.* † Quod non præsumitur nisi expræserit *Abb. & Felin. in dict. cap. licet causam, & in cap. 1. de Constit.* quia non videtur tot constitutiones sine causa subuertere *cap. Ecclesia vestra de Election.*

14 *l. si quando C. de inoffic. testam.* † Neque obstant Regni *l. 22. tit. 4. & l. 58. tit. 5. lib. 2. & l. 10. tit. 17. lib. 4. Recop.* quibus cauetur iudicibus, vt procedant absque iuris scrupulitate, sola facti veritate inspecta, quia illud intelligitur, quoad pronunciandum, non quoad substantiandum, quia dum non obseruatur forma iudicij substancialis actus corruit, quia forma dat esse rei, *l. 3. quæsitu D. ad exhibend.* † Et

15 illa dicitur forma substantialis iudicij, quę á lege, vel statuto est introducta, *c. cum delicta de rescript. cap. venerabili de offic. delegat. Bald. in l. prolatam C. de sent. & in l. 1. D. de liberis, & posth.*

16 ¶ Quando enim delictum ad actum externum erumpit, vt infanticidium, cadaueris delaceratio, & similia, primo constare debet saltem ingenere delictum esse commissum, *l. 1. §. item aliud D. ad S. C. Syllania. l. vnde Neratius §. fin. D. ad l. Aquil. l. Diuus Traianus D. de militar. testam. l. si quis legatum §. cæterum D. ad l. Cornel. de Sycar. l. eius qui delatorem D. de inoffic.* † In alijs autem, quę

17 consistunt in intellectu, vt hæresis: vel in occulto, vt pactum cum diabolo, comestationes cum eo, colloquia, concubitus, & alia huiusmodi difficilimæ indagationis, si inditia sunt vrgentia, licet nonconstet de corpore delicti, procedi potest, *Bern. Comensis tract. de strigib. num. 14. qui est post Lucernam Inquisit.* † Nam in

18 ijs, quæ fiunt in occulto, & secreto proceditur coniecturis, & præsumtionibus *l. fin. C. de procurator. tutor. vbi glossa notat, & Bald. in l. quicunque C. de seru. fugitu. & in rub. C. de probat.* † Aut quando dicunt se

19 ad conuentos delatos, quia eo solo puniuntur tanquam si supradicta omnia commisissent, vt docent *Arnald. Albert. de agnoscend. assertione Catholic. quæstione 25. dub. 1. ex*

num

num. 1. Ponz inibius tractat. de Lamijs ex num. 70. Conrad. in Pract. tit. de Inquisit. num. 26.

¶ Dum tamen ad procedendum aliqua adsit accusatio, quia sine illa non videtur Iudex posse procedere, *cap. vt nostrum, vt Ecclesiast. benefic. l. liberorum. D. de accusat.* ad quod facit illud Christi responsum adultæ apud D. Ioan. cap. 8. † *Mulier quis te accusat? neque ego te condemnabo.* † Quia Inquisitio remedium est extraordinarium, *l. rescripto, § si quis accusatorem, D. de muner. & honor. l. fin. C. de in ius vocan. capite 1. & ibi Doctores de accusat. & in l. 3. C. eodem tit. capite Quisquis, 22. quæst. 4. glos. in l. 2. §. si publico, versic. Sine accusatore, D. de adulter. Iulius Clarus, in Practicis, quæstione 3. Bernardus Diaz, regul. 336.* † Quod licet in alijs criminibus procedat, in exceptis tamen, vt in hoc Magiæ crimine dubium non est, quod etiam sine accusatore, ex mero iudicis officio inquisitio instituatur, *gl. & Bart. in l. 2. §. si publicum. D. de adulter. Maranta de ordine iudicior. par. 6. tit. de Inquisit. ex num. 16. Iul. Clar. in Pract. §. fin. quæst. 5. Menochius cons. 100. ex num. 260.* † Et maximè hodie quando inquisitio iam remedium est ordinarium, quia inquocunq; crimine Iudex sine accusatore ex mero eius officio procedit, ne delicta maneant impunita, ex communi sententia praxi recepta, *Bald. in l. ea quidem, C. de accusator. num. 44. Iul. Clar. vbi sup. quæst. 3. Ant. Gomez dict. tom. 3. cap. 1. nu. 49. Conrad. vbi sup. num. 2.*

¶ Hoc tamen obseruato quod ad procedendum, præcedat criminis diffamatio, quæ vicem accusationis obtinet, *Genes. cap. 18. D. Luc. cap. 16. cap qualiter, & quando, cap. inquisitionis, de accusat. cap. 1. & 2. eod. tit. in 6. cap. licet Hely de simonia, cap. Deus omnipotens, 2. quæst. 1. Angelus de malef. vers. Fama publica ex num. 2. Maranta de ordine iudic. par. 6. tit. de Inquisit. num. 19. Marsil. in Pract. §. Constante. num. 12. Menoch. de Arbitrar. lib. 1. quæst. 78. nu. 1. Farinac. d. p. 1. quæst. 1. num. 50. & par. 2. quæst. 72. ex num. 4.* † Nisi Magiæ crimen sit hæreticum, nam in hæresi procedi potest ad Inquisitionem ex indicijs, & præsumptionibus verosimilibus, etiam si infamia non precedat. *cap. excommunicamus. §. adicimus de hæretic. & ibi Cardinal. Anania; & Felin. in cap. Vt officium, in princip. dict. tit. lib. 6. Bartol. in l. congruit, de offic. Præsid. Bald. in l. inuenus, C. de probat. Alciat. in cap. 1. de offic. ordinand. num. 49.* † Nam in alijs procedere sine diffamatione, & dirigere inquisitionem in peccatorem occultum, & ad detegendum eius peccatum interrogare testes est omni iure prohibitum, quia est contra charitatem, qua tenemur diligere proximum, sicut nos metipsos *D. Matth. cap. 7. & 25. Leuitic. cap. 19. cap. 1. dist. 1. D. Thom. 2. 2. quæst. 25. D. Anto. tom. 4. summ. tit. 6. cap. 4. & 5.* † Quia inquirere delinquentem non diffamatum est illũ sine causa diffamare, & proculdubio grauissimam ei irrogare iniuriam, cum bona fama sit bonum inæstimabile, Ecclesiast. cap. 41. *Cura de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam multi thesauri prætiosi.* & Prouerb. cap. 22. *Melius est bonum nomen, quam diuitiæ multæ.* † Et est iudicium temerarium iure diuino prohibitum, Matthæi capite 7. *Nolite iudicare.* Prouerbiorum capite 24. *Ne insidieris, & quæras iniquitatem in domo iusti.* Apostol. Corinthio. 1. capite 4. *Nolite ante tempus iudicare*, & reddit rationem, *Quousque veniat Dominus, qui illuminauit abscondita tenebrarum, & manifestauit consilia cordium.* † Et similiter est contra ius naturale reuelare secreta. *cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnitent. & remiss. cap. Sacerdos. de pœnit. dist. 6. cap. Dilectus*

filius de excesib. prælator. Nam vt ait Prouerb. cap. 11. *qui ambulat fraudulenter reuelat arcana, qui autem fidelis est celat amici commissum.* † Et est proditionis quodam genus occulta reuelare, & contra humanam naturam, quod vt ostenderet Martialis sic cecinit 30

Quæque tibi quondam tenero ducenda palato
Plena dedit nutrix vbera, tygris erat.
Aut mala nostra minus, quam non aliena putares,
Duritiæque mihi non agerere reus.

31 ¶ Et præter famam concurrere debent alia indicia, etiam ad inquirendum, alias inquisitio nulla erit, & processus, & omnia inde secuta, *l. milites, D. de qq. l. iustissimos C. de offic. rector. l. siquis alicui C. ad l. Iuliam Maiest. Anton. Gomez in l. 80. Taur. num. 20. Cened. collectan. 34. ad Decretal. num. 3. Palat. Rub. in cap. per vestras de donat. inter. §. 21. ex num. 11. Aluarado de coniectur. men. lib. 2. cap. 3. num. 73. Farinac. tom. 1. p. 1. q. 1. ex num. 40.* †Etiã 32 si fiat ex mandato Principis, quia debet intelligi, præcedentibus indicijs, *glos. & Bald. in cap. licet vndique, de offic. deleg. Boss. tit. de Inquisit. num. 25. Roland. à valle cons. 94. numer. 11. vol. 4. Tiber. Decian. tom. 2. lib. 6. cap. 21. ex num. 37. Farinac. vbi sup. q. 1. & 36. ex num. 51.* †Alias iudex multabitur in 33 syndicatu, & tenebitur ad interesse, & actione iniuriarum *Bald. in l. sancimus, C. de iudicijs, & in Rub. C. de pœna iudic. qui male iudic. & in l. seueriter C. de accusat. Plot. in l. si quando C. vnde vi, numer. 630. & 635. Bossius titul. de accusat. num. 21. Paris de Puteo in syndic. rub. de Barrataria, Ossasc. cons. 64. num. 6.*

34 ¶ Inditia autem ad inquirendum licet leuia dicat sufficere *Bossius vbi sup. num. 8.* quem reprehendit *Iul. Clarus in practic. q. 20.* ea debent esse legitima, & quę de iure subsistant, vt excommuni fiant *Menoch. de Arbitrat. lib. 1. q. 78. num. 1. Mascard. de probat. lib. 1. q. 351. num. 1. Flamin. Carthar. de execut. sent. cap. fin. num. 59.* †Ad transmi- 35 tendam tamen reo inquisitionem, siue ad eum denunciandum, vel publicandum necessaria sunt indicia grauia, vt tanent *Ossascus d. cons. 64. num. 5. Menoch. d. q. 78. ex num. 1. & cum alijs Farinac. d. q. 1. num. 45. & q. 36. num. 52.* †Vnde ad capturam leuia indicia non 36 sufficere contendunt *Neuizan. in Sylua lib. 5. num. 68. Marsil. in pract. §. constante num. 1. Angel. de Malefic. v. quod fama num. 4. Iul. Clar. d. §. fin. q. 28. Cæphal. cons. 93. num. 6. lib. 1. & cons. 166. ex num 17. lib. 2.* †Etiam in crimini- 37 bus læsæ Maiestatis, *gl. & Bald. in l. siquis alicui C. ad l. Iul. Maiest.* & in atrocissimis, *Conradus in pract. tit. de captura num. 2.* † Et quamuis fiat ne reus 38 fugiat, nam in hoc casu, licet possit à captura incipere, *arg. l. ait prætor §. si debitorem D. de ijs, qnæ in fraud.* †Non 39 tamen sequitur, quod non debeant præcedere indicia, sed quod possit absque fulminatione processus delinquentem capere, & postea informationes summere, *Paul. de Castro in l. si longius §. si filius familias num. 3. de indicijs, Brunus de indicijs p. 2. q. 9. num. 5. Paris de Puteo in synd. verb. captura, cap. 2. ex num. 12. Nouel. in pract. §. 1. num. 23.* †Nam captura continet in 40 se iniuriam personalem, & præindicium irretractabile, vt traddunt *Bald. in l. per diuersas C. mandat. & in l. si clericus C. de Episcop. & cleric. Iaff. in l. 4. §. siquis condemnatus D. de qq. Neuiz. consil. 52. numer. 8. Roland. 17. numer. 1. vol. 3. & consil. 40. numer. 10. volum. 4.* †Quare iniuste captum, 41 posse se deffendere, etiam perculsis sotellitibus, & carcere rupto fugere

gere, si aliter se liberare nequit *glos. & DD. in Clem. pastoralis verb. per violentiam D. de sentent. & re iudic. Bart. in l. vis eius C. de probat. Ripa in l. admonendi D. de iure iurand. Marsil. in pract. §. diligenter numer. 50. & in §. attingant numer. 37. Tiraquel. de vtroque retract. in præf. num. 64. Menoch. de Arbitrar. lib. 2. cas. 301. num. 14. & lib. 1. de præsumpt. q. 89. ex num. 43. Couarr. lib. 1. variar. cap. 2. num. 11. Prosp. Farinac. d. tom. 1. q. 27. num. 111. & q. 30. ex num. 120. & q. 32. ex num. 97.*

42 †Neque per hoc videtur crimen confiteri, vt tradunt *Alberic. in l. in eos D. de custod. reor. & Foller in pract. p. 4. principal. p. 3. v. etsi confitebuntur, num. 52.*

Vt etiam in crimine hæresis tenent *Rojas de hæretic. p. 2. assert. 15. num. 185. Franc. Pegn. in Direct. Eymeric. p. 3. schol. 47.* †Neq; tenetur de violentia, aut carcere rupto, vt traddit *Menoc. de arbitr. lib. 2. cas. 585.* quia id magis ad iniuriæ, damnique pro pulsionem, quã ad fraudem, & vim pertinent *Neuizan. cons. 52. num. 11. & cons. 161. num. 37.* † Et ita per hoc non debet puniri *Marsil. in pract. §. attingam num. 42. & tract. de Bannit. v. carcerati num. 44.* imo si non fugit dignus erit pœna, *arg. l. non omnis §. qui captus D. de re milit. Luc. de Penna in l. prohibitum D. de iure fisc. num. 11. Paris de Puteo vbi sup. v. resistentia cap. 1. num. 6.* †Quia tenetur fugere & non expectare iniquam iudicis sententiam vt colligitur ex *D. Thom. 2. 2. q. 69. ar. 4. Archidiac. in cap. cum homo 23. q. 5. cum alijs per Couarr. d. cap. 2. num. 12.* †Et in foro animæ peccat non fugiendo, quia sui ipsius humicida est, vt de communi tenent *Petr. Plaza de delict. lib. 1. cap. 32. num. 6. Iul. Clar. in pract. §. fin. q. 21 Couarr. d. cap. 20. num. 9. & 10.*

¶ Ad torturam autem non sufficiũt quæcunque indicia, sed grauissima, vrgentia, & vero similia; non præsumpta, sed certa, & luce (quod aiunt merediana) clariora, vt traddunt *Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 270. ex num. 5. & de præsumpt. dicta q. 89. numer. 3. & consil. 283. volum. 3. ex num. 2. Mascard. de probat. conclus. 385. num. 20. Iul. Clarus in pract. q. 64. ex numer. 63. Rolan. à Valle cons. 24. volum. 1. num. 23. Bursat. cons. 336. numer. 16. volum. 3.* †Ita vt ad condemnationem nil aliud iudici deesse videatur, quam rei confessio *l. milites*, ibi, *veluti certis indicijs adducti, D. de qq. iuncta l. 1. D. de custod. reor.* ibi, *vt sola rei confessio deesse videatur.* †Nam quando iudex putat se habere plenã inditia, procedit ad torturam, quando vero plenas probationes, ad condemnationem, *l. adictos l. fin. D. de custod. reor. cum alijs per Osascum decis. 79. num. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 91. ex num. 1.*

¶ Quæ autem inditia dicantur leuia, quæ grauia, quæ grauissima, iudicis arbitrio remittuntur, *Bartol. in l. fin. D. qq. numer. 5. per tex. in l. 3. §. eiusdem quoque D. testib. l. de minore §. plurium D. de qq. Angel. de Malefic. verb. quod fama publica num. 9. Marsil. in Pract. §. diligenter, num. 32. Anto. Gomez variar. 3. cap. 13. num. 13. Bursat. cons. 201. num. 50. volum. 2. Menoch. de Arbitrar. d. cas. 270. ex num. 3. Mascardus de probation. libro 1. quæst. 15. num. 15. & libro 2. conclus. 859. num. 7. & libro 3. conclus. 1385. ex numer. 16.* † Dum tamen arbitrio sic vtatur, vt legibus, canonibusque se accommodet, aut vt inquit textus *in l. 1. D. de vsurijs*, vt legem non offendat, *capite cum autem, distinct. 22. capite iudicet 3. quæst. 7. glossa in l. eas causas D. de condit. & demonstrat. Marsil. in pract. d. §. diligenter, ex numer. 24. Carthar. in pract. interrogandor. reor. lib. 4. cap. 1. Baiard. ad Clarum dict. quæstion. 64. ex numer. 56.*

52 †Nam inditia ad hoc, vt admittantur ea debent esse, quæ de iure subsistant, vt tradunt *Marsil. in d. §. deligenter num. 30. Foller. in Pract. v. quod suffocauit, num. 25. & de communi Bonacos. p. 2. commun. verb. inditia, Roland. à Valle consil. 57. ex numer. 31. vol. 4. Hondedeus cons. 17. ex num. 24. & cons. 100. num. 5. Hip. Riminald. cons. 361. num. 53. vol. 4. Osasc. decis. 79. ex num. 13.*

53 †Quia iudex præsumptionibus non magis credere debet, quam leges ipsæ credunt: etsi enim vehementer putet præsumptione aliquam esse veram, quia ex propria conscientia, etiam sibi certa, iudicare non debet, *l. illiciras §. veritas D. de offic. præsid. cap. litteras de præsumpt. Simanc. de Cathol. instit. tit. 50. num. 3.*

CAP. XVII. *de inditijs leuibus, grauibus, & grauissimis.*

SVMMARIVM.

Inditia leuia, quæ sint. n. 1.
Comuenticula Magorum frequentans facit inditium leue. n. 2.
Magos asocians indicium est generale. num. 3.
Fama per se sola indicium non facit. n. 4.
Famæ nihil incertius. n. 5.
Popularis vox inanis, & falsa. n. 6.
Popularis applausus malis artibus quæritur num. 7.
Omnes qui secundum carnem nati sunt persequuntur spiritualem. n. 8.
Famæ nemo credit nisi inconsideratus. num. 9.
Fama ab vnius dicto sæpe incipit. n. 10.
Fama iudicium non facit ad torturam. n. 11
Fama neque in ciuilibus, neque in criminalibus probat. n. 12.
Fama non facit semiplenam probationem nisi alijs indicijs adiuuata. n. 13.
Fama debet procedere ex causa certa, & verosimili. n. 14.
Testes deponentes de fama debent reddere rationem de ortu, & origine. n. 15.
Fama non probatur si dicant se publice, vel à mille audiuisse. n. 16.
Famæ authores debent nominari in eius probatione. n. 17.
Testis deponentes de fama debent concludere de authore quod sit honestus, &c. num. 18.
Fama debet esse solida, non leuis, varia, aut decrescens. n. 19.
Fama incontinenti debet oriri. n. 20.
Fama, quæ his non probatur, vt vanus populi rumor debet contemni. n. 21.
Fama legitime probata nihil aliud facit quâ semiplenam probationem. n. 22.
Famæ peior testis reperiri non potest. n. 23.
Fama nec plene, nec semiplene probat, sed coadiuuat alia inditia. n. 24.
Fama per se nihil probat, sed iuncta cum alijs. n. 25.
Minæ iunctæ cum fama probant, illius, qui solet illas exequi. n. 26.
Fuga iuncta cum famæ probat. n. 27.
Fuga ante inquisitionem facit iudicum, non secus. n. 28.
Fugiens è manibus satellitum non probat de delicto. n. 29.
Fugiens captus nec semiplene probat. n. 30.
Inditium ad torturam non facit fuga post acusationem. n. 31.
Inditia grauia sunt, quæ delicto facile, & frequenter solent adesse. n. 32.
Repertus in loco maleficij indicium graue facit. n. 33.
Repertus circa patibula expoliando cadauera, indicium de Magia facit. n. 34.
Repertus in nocte S. Ioannis colligens grana fœlicis, de Magia suspectus. n. 35.
Maleficii quisquiliæ indicium graue faciũt vbi reperiuntur. n. 36.
Medicamenta venena sunt. n. 37.
Magiæ instrumenta parata iudicium graue faciunt. n. 38.

Libri Magorũ, laminæ barbaris litteris inscriptæ, vel quidquid indiciũ faciunt. n. 39.

Magos consulens, occultans, munera mittens suspectum reddit. n. 40.

Vocatus vt de fide respondeat sisse occultat, vel subterfugit, damnatur vt suspectus. num. 41.

Inditium graue est quando ad iudicis præsentiam loquitur quis tremens, pallidus, varians, &c. n. 42.

Oculus, & vultus sunt animi indices. n. 43.

Pusillanimitas hominis facit loqui pallens, & varians. n. 44.

Interrogatus de crimine si non respõdit, vel non apte respondit inditium facit. n. 45.

Iurare de calumnia tenetur reus in criminalibus. n. 46.

Respondere nollens iudici indicium graue facit contra se. n. 47.

Inditia grauissima seu violenta, quæ dicantur. n. 48.

Inditia proxima delicto dicuntur, quæ respiciunt veritatem delicti. 49.

Inditia indubitata dicũtur quia arctant mẽtem iudicis. n. 50.

Inditia iuris, & de iure tenetur sequi iudex. n. 51.

Præsumptionibus iuris, & de iure, vt legi crimen patet, ita etiam debet patere iudici. n. 52.

Probationes non admittuntur contra inditia iuris, & de iure. n. 53.

Probationes admittuntur contra præsumptiones iuris, & de iure. n. 54.

Magiæ criminis præsumptiones inris, & iure. n. 55.

Fugiens de loco cum instrumenta magicæ noxæ. facit indicium grauissimum. 56.

Pallor, & trepidatio in delinquente indicium facit. n. 57.

Vlisis homicidium quod Aiaci imputabatur ex qua de causa. n. 58.

Delictum manifestum dicitur commitere etiam in actu proximo deprehensus. 59.

Inditia grauissima probata per duos testes omni exceptione maiores pro plena probatione sunt. n. 60.

Condemnatus ex inditijs grauissimis debet in mitiorem damnari. n. 61.

Iudex condemnas ex præsumptionibus debet sententiam temperare. n. 62.

Pœna pecuniaria imponitur in grauissimis præsumptionibus. n. 63.

Iudex ex grauissimis præsumptionibus potest reum in pœnam ordinariam damnare. n. 64.

Præsumptionibus in hæresi crimine non imponitur pœna ordinaria. n. 65.

Hæreticus vehementis præsumptionibus diffamatus, compellitur iurare de vehementi. n. 66.

Hereticus recusans iurare de vehementi traditur curiæ sæculari. n. 67.

Hæreticus nollẽs iurare cẽsetur impœnitẽs, & tanquam negativus damnatur. n. 68.

Violenta præsumptio ad condemnandum sufficit. n. 89.

Inditium grauissimum probatum per vnum testem omni exceptione maiorem sufficit ad torturam. n. 70.

Indicium vnum proximum delicto probato per vnum testem facit semiplenam probationem. n. 71.

Inditia plura quando necessaria ad turturã intelliguntur de remotis. n. 72.

Inditia remota non solum debent esse plura, sed probari per duos testes omni exceptione maiores. n. 73.

Testes singulares etiam in exceptis non admittuntur. n. 74.

Testes infames admittuntur in causa fidei. num. 75.

Testes omni exceptione maiores debent esse ad torturam. n. 76.

Testes nisi conteſtes non admittuntur ad torturam. n. 77.

Inditia varia non admittuntur nisi ad vnum crimen subordinata. n. 78.

Inditia varia, neque in hæresis, neque in læsæ Maiestatis crimine admittuntur. n. 79

1 INDITIA leuia illa dicuntur, quæ sola suspitione, siue leui iuris præsumptione nituntur, vt conuersatio cũ malis hominibus, *arg. l. 3. §. nullus putet D. de excus. tutor. l. itẽ apud Labeonem §. item adiuxisse D. de in-*
2 *iurijs, & famos. libell.* † Veluti siquis reperiatur conuenticula Magorum, vel hæreticorum frequentando, *c. excommunicamus in fine, de hæretic.* aut eos associãdo, vel quid simile: nam qui á recta ratione dignoscitur quantulumcunque debiare, pro hæretico, & Mago habe-
3 tur *l. 2. C. de hæretic.* †Quod licet ad torturam sufficiens tenere videatur *Mascard. de probat. lib. 1. concl. 452. num. 4.* Indicium satis remotum est, & generale, quod solum coadiubat alia inditia secundum *Prosp. Farinac. d. tom. 1. q.*
4 *52. num. 88.* †De cuo genere est *Fama*, quæ etsi in omni crimine probanda sit, adhoc vt iudex tuto possit procedere, numquam tamen per se sola indicium
5 facit *l. 3. §. eiusdem D. de testib. c. testes c. sæpe etiam, & ibi glos. 4. q. 3. Dueñ. reg. 299. & refertur communem Mich. Crassus in suis commun. lib. 2. cap. 16. q. 1. Rota*
6 *Rom. tit. de præbend. decis. 16.* † Nam eũ fama ex populi rumore oriatur, nihil ea incertior est, quia vt ait Herodot. in Thalia, *Plebi enim suum est nihil intelligere, quo enim pacto sciat, qui neque edoctus est, neque honestum nouit, ne domesticum quidem, quia ad res agendas sine consilio præceps ruit, torrenti fluminis similis.*
† Siue vt ait Plato in Axiocho, *populus ingratus est, morosus, crudelis, inuidus, immodestus, vt qui sit ex collubie turbæ, & stultis insolentibus collectus*, quam ob rẽ eius electio iure damnatur, qui vocibus populi postulatus est, *l. decurionum filij C. de pœn. l. si constat, de appellat. cap. 2.*
7 *de Election.* †Ex quo merito Apostolum dicere cõstat apud Gratianum in cap. fin. distinct. 47. *si hominibus placerem Christi seruus non essem*; nam vt ait conciuis meus L. Annæus Seneca, eius familiaritate deuinctus epist. 29. *Malis artibus popularis fabor quæritur, similem te illis facias oportet, alioquin non pronabunt.*
†Nam cum populus constet ex perditis hominibus, inuidis, desidiosis, ignaris, ac fraudulẽtis, vt ait *Phalaris in epist. ad Aegesipp.* omnes, qui sibi non cohærent odio habent *D. Ioan. cap. 15.* & sic dicunt apud Ecclesiast. cap. 33. *circumueniamus iustum quoniam contrarius est operibus nostris*, nam omnes qui secundum carnem nati sunt persequuntur spiritualem *cap. qui secundum 23. q. 4.* † Vt sic videas quam futilis, & inanis sit fama, Tertullian. in Apologet. cap. 8. *Fama incerta est, cui nemo creddit, nisi inconsideratus, quia sapiens non creddit incerto. Mendatium ab vno seminatur, aut ingenio emulationis, aut ambitio suspicionis, aut ingenita mentiendi volantate.* †Vt pote, quę ex vnius dicto, & is ignaro, invido, inimico, ac malcuolo, sæpe incipiens, in altum se extollit, seu vt ait Virgil. Aeneid 4.

Vires acquirit eundo,

Nam vt ait Ouid.

Hinc narrata ferunt, alio mensuraque ficti
Crescit, & auditis aliquid nouus addicit author.

¶ Vnde famam indicium non face- 11
re ad torturam (contra vulgatam *Bertoli opinionem in l. de minore §. plurium D. de qq. secutam à Claro in Pract. q. 21.*) eleganter defendunt *Angel. de Malef. v. quod fama publica, Iaſs. in l. admonendi num. 251. de iure iurand. Bern. Diaz reg. 333. Petr. Ducãs 301. Simanch. de Cath. instit. cap. 65. num. 36. Foller in pract. v. dentur capitula, Mascard. de probat. cõcl. 754. Menoch. de præsumpt. d. q. 89. ex num. 29.* † Nam fama neque in ciuili- 12
bus, neque in criminalibus per se sola

vnquam

vnquam probat *gl. in l. 3. §. eiusdem D. testib. cap. si testes cap. sæpe etiam 4. q. 3. cap. illud, de cleric. excommun. Felin. & Decius in cap. veniens*, ille *n.* 11. hic vero *n.* 23. *de testibus, Rota Rom. d. tit. de præbend. decis.* 19. Et dicit communem *Michael Crassus in suis commun. lib. 2. c.* 16. *q.* 1. *Dueñas reg.* 299. *Couarr. in 4. p.* 13 *2. cap. 8. §. 3. num. 3.* †Neque facit semiplenam probationem nisi alijs inditijs adiubetur, & probetur, quo ad minus per duos testes omni exceptione maiores, *Bart. in l. de minore §. plurium* D. *de qq.* quia socij criminis non admi tuntur, *l. 4. C. de qq. cap. fin. 15. q. 3. l.* 14 *fin. tit. 7. lib. 2. For.* †Et quod á causa certa, & vero simili proficiscatur *l. decurionum filij, & ibi gl. C. de pœn. l. si priuatus* D. *qui, & á quib. l. diuo Marco* C. *qui manumit. non poss. l. milites §. penult.* D. 15 *de adulter. cap. Ofsius, de elect.* †Et ita testes deponentes de fama, etiam non interrogati, debent reddere rationem de ortu, & origine famæ, vt docent post *Bart. in d. l. de minore, Roland. cons. 3. ex num. 51. lib. 1. Mascard. de peobat. lib. 2. concl. 749. ex num. 11. & lib. 3. concl.* 16 1369. *num.* 8. †Neque sufficit quod dicant se audiuisse publicè á multis personis, vt tenet *Grammat. cons. 42. num. 2.* etiamsi dicant á mille audiuisse, *Mascard. de probat. concl. 749. num. 7.* aut sæpe, ac sæpius, *Hipp. Riminald. cons. 59. num. 34. lib. 1.* quia debent depone quo ad minus á maiore parte populi, *Marsi. in d. l. de minore §. plurium num. 49. &* 17 53. *Mascard. d. concl. 749. num. 2.* † Et debent similiter nominare authores, á quibus fama habuit originem, vt per *Bart. & Marsil. in d. l. de minore*, nec sufficit, quod dicant se non recordari, *Decius in cap. veniens num. 38. de testib.* 18 †Quia debent concludere specialiter in eo, qui famam seminauit, quod sit honestus, & fide dignus, non accusati inimicus, neque alius improbatæ vitæ, *cap. qualiter, & quando d. cap. inquisitionis, de accusat.* †Solida, non leuis, neque 19 varia, aut decrescens, vt per *Angel. de Malefic. v. quod fama publica num. 45. Brun. de indicijs p. 1. q. 3. nnm. 32.* non contraria, nec diuisa', sed constans, vniformis, eadem in toto populo, vt traddunt *Roland. d. cons. 3. num. 49. lib. 1. Tiraq. de pœn. cas. 27. num. 4.* †Et quod 20 simul incontinenti oriatur, nam tunc delicto inesse videtur, *l. quod ait lex D. ad l. iul. de adulter. l. 3. §. cum igitur D. de vi, & vi armat.* †Alias neque ad in- 21 quirendum sufficere, sed vt vanus populi rumor debere contemni, ex multis docent *Farinacius dicta p. 2. q. 47. ex num. 43.*

¶ Et quando ita probatut fama ni 22 hil aliud facit quam semiplenam probationē in delictis occultis, quę sunt difficilis probationis, ita vt eo transferatur onus probandi in aduersarium, *Menoc. de arbitrar. lib. 2. cas. 89. ex n. 87. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 253. n. 22. & lib. 3. concl. 1124. num. 9.* †Nam in 23 alijs delictis non difficilis probationis, peior testis quam fama reperiri non potest, vt traddunt *Roland. cons. 77. num. 6. lib. 3. & cons. 447. num. 10. lib. 4.* †Qui nec plenè, nec semiplene probat, 24 sed tantum coadiubat alia inditia, *Mascard. vbi sup. lib. 1. concl. 11. num. 6. in præf. & lib. 2. concl. 748. num. 9. & concluf. 753. num. 5.* †Quia non per se, sed 25 iuncta cum alijs probat: vt si accedant iactantiæ, vel minarum verba, *DD. in l. fin. D. de qq. Menoch. de præsumpt. lib. 1. concl. 89. num. 28. Farinac. d. tom. 1. p. 2. q. 50. ex num. 5.* †Illius, videlicet, qui 26 solet minas exequi. *Farinac. tom. 2. q. 50. ex num. 22.* †Vel fuga sit secuta, vt 27 per *Farinac. vbi sup. q. 48. ex n. 2.* .....
†Quod intellige quando fuga accidit 28 ante inquisitionem, secus post formatam accusationem, vt traddit *Bartolus iuris nostri lucerna in l. 1. D. de bonis eor.*

Iaf.

Iaſ. in l. admonendi, D. de iureiur. nu. 169. *Felin. cap. nullus de præſumpt. Menoch de præſumpt. d. q.* 89. *nu.* 39. † Nam poſt formatam accuſationem, etiam ſi captus ê manibus ſatellitum ſe eripiat, ac fugiat, nihil probat cõtra eum de delicto, quia non ex criminis conſcientia, ſed carceris timore, fugiſſe creditur, vt contra Follerũ, Carerum, & alios animaduertit *Proſp. Farinac. d. q.* 48. *ex num.* 14.

30 † Quia tunc nec ſemiplene probat *gloſ. in l. in bonæ fidei, C. de rebus cred. & in l. admonendi, de iureiuran. vbi Ripa teſtatur cõmunem, Bart. in l.* 1. *de bonis eorum. Oldrald. conſ.* 65. *Decius* 234. *Boer. deciſ.* 215. † Et ideo ex ea torqueri non poſſe teſtatur Iuriſcõſultus in *l. Fulcinius ius. §. quid ſi autem latitat, D. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eatur. cap. accedens, vt lite non conteſt. Bald. in d. l. bonæ fidei.*

32 ¶ Inditia grauia ſunt vehemẽtia, magna, & fortia, quæ dicuntur veroſimilia, quia ad delicti perpetrationem facilé, & frequenter ſolent adeſſe, *Bald. in l. in hoc, C. vnde cognat. Cyn. in l. merum. C. de dolo.* † Vt in illo qui reperitur in loco

33 maleficij *arg. l.* 1. *§. quid ergo, & §. hoc autem, ad S. C. D. Syllan.* .....

34 † Qualis eſt ille, qui in tempeſtę noctis ſilẽtio reperitur circa patibula mortuorum expoliando cadauera, vel circa cœmenteria, vel alia loca inſueta colligendo oſſa, capillos, dentes, laqueos, tunicam, & alia huiuſmodi, in quo (non ſolum de ſepulchro violato tenetur) ſed etiam Magię crimine grauiter eſt ſuſpectus, quia mortuorum fibris Magi vti ſolent ad maleficia conficienda, *vt diximus lib.* 2. *de Magia operatiue cap.* 36.

35 † Vel reperiantur in nocte S. Ioannis colligendo grana herbæ *felicis*, vulgo *helecho*, qua Magi ad maleficia ſua vtuntur, vt tradit *Raph. de la Torre tom.* 2. *de vitijs oppoſ. Relig. quæſt.* 69. *art.* 3. *diſp.* 2.

36 † Vel in eius domo reperiantur, vel alię herbę peſtiferę, vnguenta, ſerpentes, pixydes, bufones, laqueos, dẽtes ſuſpẽdiõ ſorũ, vel quid ſimile ad maleficiũ aptũ, *arg. l.* 1. *§. poſſidere. D. de vi, & vi armat.* † Quia non ſufficit, quod ſit venenatũ ad hoc, vt indicium faciat, ſed quod ad Maleficia ſoleat comparari, quia ex herbis peſtiferis conficiuntur medicamenta, vt docet conciuis meus *Auicena, in Anthidotario*, ex quo medicamenta venena dixerunt *II. CC. in l. quod ſæpe, D. de contrahen. emptione, l. venenum. D. de verbor. ſignif.* † Vel reperiantur inſtrumenta Magicæ noxæ, vt bufones tranſfixi, & in loco abſcondito ſuſpenſi, oſtiæ circunſcriptæ, vel imagines præter Dei, & ſanctorum ex cera, lana, vel argila, quia hæc ad maleficia comparantur, vt Canidia, apud Horat.

Lanea effigies erat, alterа cerea maior
Lanea quæ pœnis compeſceret inferiorẽ.

Vel laminæ varijs carracteribus inſignitæ, vel barbaris litteris notatę, aut noctis: libri Magorum, quibus ex officio, vel priuilegio eos retinendi cõceſſum non eſt, nam eo ipſo criminis ſunt ſuſpecti, vt traddunt *Pegna in Director. p.* 2. *comm.* 42. *Simanc. in prax. c.* 39 *ex num.* 3. † Vel quos ſciunt eſſe Magos occultant, munera mittunt, viſitãt, vel defendunt *capit. accuſatus §. ille vero de hæretic.* vel conſilium, faborem, vel auxilium præſtãt, *cap. vt inquiſitionis §. fin. de hæretic.* † Vel vocatus, vt de fide reſpondeat, comparere ſubterfugit, aut contumaciter ſe abſentat, neque cõparet intra deſignatum tempus, *ca. cum contumatia de hæretic. lib.* 6.

¶ Dicitur ſimiliter indicium graue quãdo ad Iudicis præſentiam loquitur quis tremens, trepidans, vel varias, pallens, vel ſudans per anguſtia timoris, quod ſæpe ex criminis conſcientia delinquentibus ſolet adeſſe, vt tradunt *Bart. in l. de minore. §. plurium. D. deqq. Brun. de inditijs p.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 38. *Menoch. de Arbitrar. lib.* 1. *q.* 89. *nu.* 173. † Quia oculus & vultus

& vultus ſunt animi indicij, *Eccleſiaſt. cap. 13. Prouerb. 10 Sapient. 17. Iob. 15. Cicero pro Roſcio Amet. & lib. 1. de legib. Ariſtot. lib. 9. Ethicor. cap. 4. Plutarch. lib. de tranq. anim. & lib. de ſera numin. vind. D. Chryſoſtom. in Geneſ. homil. 20. & in Actibus Apoſt. homil. 47. D. Gregor. in Iob. 12. cap. 19.* nam vt ait Iuuenal. Satyr. 13.

Hoc tu euaſiſſe putes, quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cœdit

44 Licet hoc aliquando ex naturali homi
nis puſillanimitate, vel alia ex cauſa naturali ſoleat accidere, vt tradunt *Boſſ. in Pract. tit. de inditijs ex num. 40. Menoch. de præſumpt. d. q. 89. ex num. 71. & teſtatur communem Bonacoſ. in ſuis cõmun. p. 1. v. indicium, Simancas de Catholic. inſtit. tit. 65. ex num. 33. Iul. Clar. in pract. q. 21. num. 88.* † Vel quando quis
45 interrogatus de crimine non reſpon-
det, vel non aptè, nec directo reſpon-
det, vt ſi dicit *neſcio*, vel, *non recordor*, nã & hoc caſu, nullo alio inditio poterit torqueri, vt reſpondeat confeſſando,
vel negando crimen, *Bald. in l. accuſationum C. de accuſat. num. 6. Paris. de Puteo in Syndic. verb. tortus, cap. 7. num. 16. Brun. de inditijs, p. 2. q. 5. num. 4.*
46 † Nam etiam in criminalibus reus te-
netur iurare de calumnia, & medio iuramento reſpondere poſitionibus datis, vel ad inſtantiam partis, vel officio iudicis interrogatis, vt de communi traddit *Iul. Clar. d. lib. 5. q. 45. num.*
47 4. *& ibi Baiard.* † Quare non reſponden
do, etiam articulis ad inſtantiam partis contrariæ præſentatis, indicium grave facit contra ſe, vt traddit *Maſcard. de probat. lib. 3. concl. 1385. num. 15.*

48 ¶ Inditia autem grauia dicũtur ma
xima, & violenta, & quæ ſunt proxima delicto, *cap. cum contumatia cap. accuſatus de hæretic. DD. in l. 1. D. de qq. Brun. de Indicijs p. 2. q. 5. num. 8.* † Próxima 49
delicto dicuntur, quæ reſpiciunt veritatem rei, & tangunt delictum, vt ex multis probat *Proſper. Farin. vbi ſupr. q. 37. ex num. 10.* † Quæ dicuntur in- 50
ditia indubitata, *l. ſciant cuncti C. de probat.* quia arctant mentem iudicis, vt omnino creddat, & non poſsit in contrarium declinare *Paul. de Caſtrõ in l. fin. C. de probat. num. 5. Maſcard. lib. 3. de probat. concl. 1222. num. 67.* † Qualia 51
ſunt inditia iuris, & de iure, in quibus quia ius præſumit, & ſuper præſumptionem ſtatuit firmum ius, debet iudex tanquam in aliquo propoſito exiſtente quieſcere, & plus inueſtigãre deſinere *Bart. in l. ea quidem C. de accuſat. num. 8. Angel. de Malef. v. quod fama publica num. 9. Brun. de Inditijs, q. 1. numer. 3. Gandin. tit. de præſumpt. & inditijs in dub. num. 9. Alciat. de præſumpt. in præ-*
lud. ex num. 3, Menoch. eod. tract. lib. 1. q. 3. num. 18. & q. 7. num. 16. Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 15. num. 11. † Quia 52
vt ex tali præſumptione crimẽ legi patet, ita etiam debet patere iudicij *Boſs. in pract. tit. de conjectur. ex num. 29. Ant. Gomez tom. 3. cap. 12. variar. num. 25. Tiraquel. de pœn. caſ. 27. num. 10. Iul. Clar. in pract. §. fin. q. 20. Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 196. num. 4. & lib. 3. concl. 1221. ex num. 41.* † Adeo vt nec 53
probationes in contrarium admittuntur *cap. afferte mihi gladium, & in cap. litteras de præſumpt. DD. in l. fin. C. ad Macedon. & in l. antiquæ C. ad vellian. l. ſi ij, qui C. ad l. Iul. de adult. gl. in l. fin. D. de eo quod met. cauſ. & in l. ſiue poſſideris C. de probat.* Verius tamen eſt 54
aduerſus præſumptiones iuris etiam & de iure probationes in contrarium admitti, vt traddit *Menoch. de præſumpt. lib. 2.* quia nullus ex præſumptionibus debet damnari ..... † Vt ſiquis inue 55
niatur Magiæ caracteres circulos, annulos, ſchedulãs, nomina, imagines,

vel

vel quid simile ad maleficium aptum confitiens, vel adorans Magos, vel idola, vel consolationem á Magis petens, vt solent hæretici, *cap. filij, cap. accusatus de hæretic. lib. 6.* †Vel visus de loco exire fugiens, ac pallens, & cum instrumento Magicæ noxe in quo loco tunc inuentus est aliquis læsus, vel maleficiatus, *Bald. in l. neque naturales D. de probat. Angel. in l. fin. D. quod metus caus. num. 6. Brun. de indicijs p. 1. q. 4. ex num. 9. Anton. Gomez variar. 3. cap. 13. num. 11. Menoch. de Arbitrar. lib. 2. cas. 270. ex num. 13.* †Nam pallor, & trepidatio in delinquẽte indicium est à iure approbato, *l. de minore §. tormenta D. de qq.* & ex instrumentis magicis lex male præsumit *cap. illud h. 26. q. 2.* & fuga de loco vbi res est maleficiata, maleficiũ arguit, quia ex singulis facti qualitatibus sumitur coniectura, *l. vtrum D. de donat. inter.* †Quemadmodum in homicidio Aiacis, quod ea de causa Vlixi imputabatur, quod de loco exiret cum gladio sanguine madido, vbi cadauer repertum est, tradunt *Anton. Gomez d. cap. 13. num. 11. Mascard. de probat. d. concluſ. 1222. Menoch. de præſumption. lib. 1. q. 89. num. 117. & de Arbitrar. d. cas. 270. num. 19.* †Nam delictum dicitur manifestum non solum quando deprehenditur quis in ipso delicto, sed etiam in actu proximo *Bart. in l. fur est manifestus D. de furt. Abb. in cap. 3. de probat. num. 10.*

¶ Quod quidem quando probatur legitimé, quoad minus per duos testes de visu omni exceptione maiores, reus vt conuictus ex concludenti probatione damnatur, vt traddunt *Osasc. decis. 79. num. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 91. num. 1. Farinac. d. tom. 1. p. 2. q. 52. ex num. 51. & tom. 3. q. 36. ex num. 55.* †Licet reus quando damnatur ex tali præsumptione, siue probatione in mitiorem pœnam debeat damnari, voluerũt *Angel. de Malefic. a. fama publica n. 22. Marsil. in rub. de probat. n. 238. Iul. Clar. in Pract. q. 21. & ibi Baiard. dicit cõmunẽ: Bonacos. in suis cõmun. p. 1. Mascar. lib. 1. concluſ. 867. n. 26. & lib. 3. concl. 1220. num. 12. & concluſ. 1221. num. 58.* †Quia iudex quando reum condemnat ex præsumptis probationibus debeat sententiam suam temperare, *Marsil. d. rub. de probat. ex num. 241. & in l. repeti D. de qq. Plaza de delict. cap. 14. num. 3.* †Et pœnam esse pecuniariam dicit post *Marsilium vbi prox. num. 238. Mascard. d. concl. 1221. num. 38.* & corporalem non ordinariam, *idem Mascard. d. concl. 1220. num. 2.* qualis est damnatio in metalum, ad triremes, in exilium, & fustigatio. † Quamquam haut negem posse si vellit in pœnam ordinariam delicti iudex reum damnare, vt multis relatis conprobat *Petr. Cenedo collect. 62. ad Decretal. num. 4.* & vltra ab eo relatis *cognatus meus Iacob Garsia Villalpando in l. 22. tit. 1. p. 7. §. 9. Simanc. de Cathol. instit. tit. 50. num. 21. Anton. Gomez variar. 3. cap. 12. num. 25. Farinac. vbi sup. d. q. 86.* † Nisi crimen sapiat hæresim, in quo propter eius atrocitatem non condẽnatur reus in pœnam ordinariam quantumuis vehementis, & magnis præsumptionibus sit difamatus, *c. litteras 14. de præsumpt. Palat. Rub. in allegat. de hæres. §. Ll. Loan Roxas sing. 165. Simanc. de Cathol. instit. tit. 51. num. 11. Imola in clem. 1. de hæretic. Oldrad. cons. 110. Butrius in cap. asserte de præsumpt. Innocent. in cap. quia verisimile, eod. tit.* †Nam quando contra hæreticũ sunt inditia grauissima adeo, vt indiccant vehementem suspitionẽ, reus non damnatur, sed compelitur iurare de vehementi, vt traddunt *Nicol. Eymeric. in Direct. Inquis. p. 2. q. 42. &* 55. †Si tamen nollit abiurare traddendus est Curiæ sæculari animaduersione delita puniendus *cap. ad abolendam*

§. 1.

68 §. 1. *de hæretic.* †Si tamen non fatetur crimen postquã est conuictus, nec cõ fentit abiurare, est vt hęreticus impœnitẽs condẽnandus, *ex d.c. ad abolẽdam.* 69 †Violẽta enim suspicio ad cõdemnandũ sufficit, quia ea conuictus pro hæretico habetur, *cap. excõmunicamus §. quia vero, cap. vt officium de hæret.*

70 ¶ Et hoc sané verũ est quando tale inditiũ per duos testes legitimos probatur, nã si per vnum tantũ, quanuis sit omni exceptione maior, iudex nõ procedit ad condemnationẽ, sed ad torturã, vt per *DD. in l. 1. §. idẽ Cornelio & in l. maritus* D. *de qq. gl. & Angel. in l. 3. C. ad l. Iul. Maiest. & in l. fin. C. familiæ herciscund. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. n. 21. Mascard. d. l. 1. q. 15. n. 12. & lib. 2. cõcl. 894. n. 5. Ant. Gom. d. c. 13. n. 7.* †Etiãsi nulla alia inditia concurrant, *Bart. in l. fin. D. de qq.* quia vnũ inditiũ proximũ delicto per vnũ testem probatũ facit semiplenã probationẽ *Mascar. d. lib. 1. q. 4. ex n. 11.* quę est necessaria ad torturã, *gl. in l. siquis C. ad l. Iul. Maiest. Farinac. d. q. 36. n. 220. et q. 37. n. 43. & 55.* †Nã quando plura inditia sunt necessaria ad torturã intelligũtur de remotis, *Menoch. d. casu. 270. n. 32. Baiard. ad Clar. q. 64. n. 60. & cons. 213. n. 8. vol. 1. Carrer. in Prax. tit. de inditijs §. sed ad vnum, & de cõmuni firmat Bonacosa in suis cõmun. p. 2. v. tortura non potest.* †Quæ non solũ debent esse plura, sed probari etiã saltẽ per duos testes omni exceptione maiores, *Iul. Clarus in Pract. d. q. 64. Bonacos. d. p. 2. v. inditia remota Bursat. cons. 35. n. 2. vol. 1. et cons. 316. n. 25. vol. 3. Ossascus decis. 79. n. 15.* †Nam in nullo casu, etiã in exceptis testes singulares de inditijs remotis admituntur, vt probant *Bald. cons. 515. n. 2. vol. 5. Marsil. 18. n. 12. & cons. 41. n. 10. & cons. 59. num. 6. Farinac. tract. de opposit. contra test. q. 62.* †Et licet fabore fidei testes infames, & socij criminis admitantur, *cap. in fidei fabore, de hæretic. lib. 6. cap. litteras de præsumpt. Salycet. in l. quoniã liberi, C. de testib. Boher. decis. 319. n. 2. Menoch. de Arbitr. d. casu. 474. n. 28. Simanc. de Cathol. instit. tit. 35. n. 18. Mascard. de probat. li. 1. concl. 35. n. 7. & lib. 3. concl. 1311. n. 22* †In alijs delictis reus non torquetur nisi testes sint omni exceptione maiores, vt traddunt *Marsil. in l. 1. §. Dius D. de qq. & in Pract. §. diligenter n. 60. & sing. 209. Menoch. de Arbitrar. li. 2. casu. 474. n. 25. Mascar. de probat. cõcl. 1311. num. 13.* †Nec plures sufficiũt nisi conteſtes, quia plura inditia nõ debent coniungi ad efectum torquẽdi, nisi singula sint specifice probata, vt traddunt *Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 91. n. 4. Bursat. cons. 35. num. 1. Farinac. de opposit. contra testes, q. 64. ex n. 57. & tom. 3. q. 86. n. 95.* †Aut talia inditia ad vnũ crimẽ subordinentur, vt traddunt *Simanc. vbi sup. tit. 35. ex num. 34. Ant. Gomez variar. 3. cap. 12. n. 12. Mysinger. obseruat. 100. cent. 2. Mascard. d. lib. 3. conclus. 1223. ex num. 32. Farin. d. q. 37. num. 39.* †Quod in crimine etiam hæresis verum putat idem *Ant. Gomez d. cap. 13. nu. 18. Ioannes Rojas de hæretic. p. 2. assert. 6. ex num. 121.* & in crimine Magiæ *Pegna in Direct. comm. 55.* & in crimine lesæ Maiestat. *Mascard. de probat. d. lib. 1. concl. 462. num. 19. & lib. 2. concl. 894. num. 4. & lib. 3. concl. 1385. n. 32.*

71 72 73 74 75 76 77 78 79

CAP. XVIII. de Tortura, & rei confessione.

SVMMARIVM.

TOrtura qua de causa inducta. n. 1.
Tortura in omni crimine imponitur. num. 2.

Tortura in Magiæ crimine. n. 3.
Tortura non imponitur quando pœna est pecuniaria. n. 4.
Tortura in ciuilibus non imponitur ob euitanda absurda. n. 5.
Tortura est pœna corporalis, & ea quidē grauissima. n. 6.
Pœna omnis corporalis maior est omni pecuniaria. n. 7.
Magiæ crimine omnes admittuntur ad torturam. n. 8.
Milites, Doctores, & Aduocati ratione ordinis non torquuntur. n. 9.
Clarissimi, & Decurionum filij ratione dignitatis non torquentur. n. 10.
Magiæ crimine omnes priuilegio suo expoliantur. n. 11.
Clerici, vel Monachi lenior torquuntur. num. 12. & 13.
Clericos, & Monachos grauior torquendos. n. 14. & 15.
Minores 14. annorum sunt tantum terrēdi, non torquendi. n. 16.
Minores 25. annorum maiores tamen 14. torquendi sunt. n. 17.
Senes pro vniuscuiusque viribus sunt torquendi. n. 18.
Debiles torqueri possunt dum absit mortis periculum. n. 19.
Pregnantes ratione partus non torqueri, nec terreri, n. 20.
Pregnantes torqueri nō possunt post partū in dies XL. n. 21.
Mutus & surdus a natura torqueri nō possunt. n. 22.
Frustra expectatur euentus cuius effectus nihil operatur. n. 23.
Reus priuilegiatus si fatetur crimen in tortura non potest damnari. n. 24.
Confessio extorta sine plenijs inditijs non probat. n. 25.
Confessio extorta sine plenijs inditijs non validatur si noua superueniant. 26.
Tortura sine plenijs inditijs inferri non potest in exceptis. n. 27.
Iudex faciens cōtra legē omnia irritat. 28
Confessio ex torta contra legem dicitur facta metu tormentorum. n. 29.
Confessio facta metu tormentorum inualidatur. n. 30.
Confessio facta repetita quæstione, in quo casu inualida. n. 31.
Confessio extorta negatis reo defensionibus est nulla. n. 32.
Defensiones nulli sunt denegandæ. n. 33.
Reo confesso, & conuicto adhuc termini dandi sunt. n. 34.
Confesso, & conuicto multæ possunt esse defensiones per quas non debeat damnari, n. 33.
Confessio extorta per iudicem non habentem poteſtatem est nulla. n. 36.
Confessio facta pendente appellatione a sententia torturæ est nulla. n. 37.
Confessio facta promissa reo impunitate est nulla. n. 38.
Mentiri iudici non licet, cōtra Bodinū. 39
Mentira est res plane mala, quæ licita fieri nequit. n. 40.
Iudex torturam inferens, quo casu teneatur actione iniuriarum, & damni. 41.
Iudex dolo faciens grauius est puniendus. num. 42.
Dolus non præsumitur in iudice, nisi probetur. n. 43.
Sententia in dubio potius præsumitur lata ob ignorantiam, quam ob dolum. n. 44.
Iudex procedens iuris ordine non seruato, non præsumit lex pro eo. n. 45.
Iudex procedēs sine ordine punitur. n. 46.
Iudex male iudicans tenetur infamia. 47.
Iudex male iudicans punitur officij amissione. num. 48.
Iudex male iudicans tenetur ad damna, et litis expensas. num. 49.
Iudex male iudicās tenetur Tallionis pœnam subire. num. 50.
Iudex male iudicans damnatur perpetuo exilio. n. 51.
Iudex male iudicās capite plectitur. n. 52.
Iudices superiores male iudicantes grauius sunt puniendi. n. 53.

Tor-

1 TORtura iure inducta est, vt ait D. Cyprian. tract. contra Demetr. *vt facinoris veritas, quæ indice voce non promi-*
2 *tur dolore corporis exprimatur.* † Quæ hodie in omni crimine imponitur, *l.* 1. *D. de qq. l. milites*, C. *eod. tit.* tam publico, quám priuato; *Ghirland. tract. de qq. & tort. q.* 5. *n.* 1. Et in omnibus casibus, nisi aliter de iure statutũ sit, *Brun.*
3 *in Pract. de inditijs p.* 3. *q.* 3. *n.* 1. † Quod ad hoc crimen dubiũ non est admitti, cum sit grauissimum, & atrocissimum, & is quidẽ ex exceptis: nã ad inferẽdam torturam regulariter necesse est, quod delictum sit capitale, *l. edictum D. de qq.* & quo ad minus pœnã
4 habeat corporalẽ, *Peguera decis. crim.* 16. *n.* 3. *Ant. Gomez variar.* 3. *c.* 13. *n.* 2. † Nam quãdo pœna est pecuniaria regulariter tortura non infertur, DD. *in d. l. edictũ* D. *de qq. Iul. Clar. in Pract.* §. *fin. q.* 64. *Plaza de delict. li.* 1. *c.* 3. *n.* 3.
5 † Quia plura sequerẽtur absurda, quæ in proposito cõsiderãt *Hyp. Marsil. in Pract.* §. *expedita ex n.* 57. D. *de qq. Farinac. tom.* 1. *p.* 2. *q.* 42. *ex n.* 9. † Cũ tortu-
6 ra nõ solũ sit pœna corporalis, sed ea quidem grauissima, & maiorv triusq; manus abcisione, *Auth. vt nulli iudicum* §. *fin. & ibi* DD. *collat.* 3. *Marsil. in*
7 *l. diuus* D. *de qq. ex n.* 2. † Et omnis pœna corporalis, licet minima, maior est qualibet pœna pecuniaria quãuis magna, *l. in seruorum* D. *de pœn.*

8 ¶ Quo ad personas autem: crimẽ istud est exceptũ, ideo priuilegio suo omnes expolliãtur, vt per DD. *in l. si quis alicui, & in l. nullus* D. *ad l. Iul. Maiest. & in l. proditores* D. *de re militar. Simãc. in Prax. c.* 54. *Ant. Gom. variar.* 3. *c.*
9 13. *n.* 3. † Diuersi mode tñ. Nã qui sunt priuilegiati ratione ordinis, vt Milites, Doctores, & Aduocati, qui regulariter torqueri non possunt, *l. milites* D. *de qq.* Nobiles *l. nullus C. ad l. Iul. Maiest.* † Vel ratione dignitatis, vt Clarissimi. & Primates, *l. Seueram* C. *de dignit. li.* 12. Decuriones, & eorũ filij, & 10
nepotes, *l. fin. C. de Decurion. li.* 10. *l. Diuo Marco, l. decuriones* C. *de qq.* † Illi pla 11
ne priuilegio suo omnes expolliãtur, vt traddunt *Simanc. de Cath. inst. tit.* 65 *Marsil. in l. edictum* D. *de qq. n.* 31. *Ghirl. de tortur. q.* 6. *n.* 10. † Etiã si clerici sint, 12
vel monachi in quos lenior tortura, quã in alijs dixit, *Iul. Clar. in Pract.* §. *fin. q.* 64. per tex. in *c. illi, qui* 5. *q.* 5. ex illis verbis, *religiosus tortor.* † Et sane 13
quidẽ tũ propter periculũ excommunicationis, si forte torturæ modus excedit, tũ propter dignitatẽ Sacerdotis, cui summa semper, & vbiq; reuerentia habetur, vt traddit *Simãc. de Cathol. inst. tit.* 65. *n.* 49. † Licet contrariũ 14
teneri videatur *Eoller. in Pract. c.* 31. *v. tortus. n.* 7. dicẽs quod imo acrius torquendi sunt clerici, quam laici, quia eorũ delicta grauiora, & punibiliora sunt, quam delicta laicorum, *l. præsbyteri C. de Episc. & cleric. c. præsbyteri* 5. *q.* 5. † Nec contrariũ suadetur ex illis 15
verbis *religiosus tortor*, quia non indicant, quod tortura lenior habeatur, nec ex eius cõtextu potest colligi, cũ postea dicat, *diuersis cruciatibus*, sed quia vt Iudex, sic & tortor dicitur religiosus, *l.* 1. §. *Diuus Seuerus* D. *de qq.*

¶ Quo ad alios tñ, qui sunt exẽpti ra 16
tione ætatis, puto si sint minores ann. XIIII. tantũ esse terrendos etiam terrore reali, vt nudando, ligando, & ad aculeum aducendo, non tñ imponẽdo, *l. ex libero* §. 1. D. *de qq.* sed habenaminando, vel ferula cœdẽdo, *l.* 1. §. *im puberi* D. *ad Syllan.* † Si minores ann. 17
XXV. maiores tñ an. XIIII. torqueri posse puto contra *Bald. in l. quicunque, deseruis de fugitiu. n.* 17. *& Ant. Gom.* 3
mez dict. cap. 13. *num.* 13. & ad id moueor ex tex. in *d. l. de minore* D. *de qq.* vbi de illis loquens sic ait, *omnes omni*

no si ad testimonium prouocetur, cum res
18 exegerit, torqueantur. †Senes vero pro cuiuscumq; viribus, minus tñ acriter, quam viri, DD. *in l. quæstionis modum*, §. *ignoscitur* D. *de qq. Simanc. de Cath. inst. tit. 52. Iacob. Portius cons. 99. Farinac. d. tom. 1. p. 2. q. 41. n. 103. Flam. Carthar. in Pract. interrog. reor. lib. 4. cap. 1.*

19 †Idē de cæteris priuilegiatis ratione debilitatis, qui torqueri possunt moderatius, dū tamen absit omne mortis periculum, vt traddunt *Carer. in Pract. tit. de inditijs tract. 2. §. quæ personæ n. 37. Plaza de delict. lib. 1. c. 32. nu. 12. Fran. Personal. tract. de inditiis, n. 15*

20 †Excipiendæ tamen prægnantes, fabore partus, donec pepererint, *l. prægnantes* D. *de pœn.* quas ideo, nec terrere posse affirmat *Ant. Gomez d. ca. 13. n. 4.* †Nec post partum in dies XL. *Iul. Clar. in Pract. §. fin. q. 64. Carer. tit. denegat. crim. n. 34.* Nec postea si pueram lactāt, *idem Clarus d. q. 64. & ibi Baiard. Marsil. in l. edictum* D. *de qq. n.*

22 24. †Item mutus, & surdus â natura, nec torqueri possunt, nec terreri, vt traddunt *Ghirland. tit. de qq. & tort: c. 7. n. 8. Carer. in Pract. tit. de inditis, & tort. §. circa tertium, qnæ pers. n. 4. Ant.*

23 *Gomez d. tom. 3. c. 1. n. 69.* †Nam cum non possint ex sua confessione signis manifestata damnari, frustra expectaretur eius euentus, cuius effectus nihil operatur, *l. hæc stipulatio* §. *Diuus*, D. *vt legator. nom. caueat.*

24 ¶ Iudex tamen, si quos ratione priuilegij, aut ætatis, vel alia causa de iure torqueri non potest, si aculeo subijciat, & reus in tortura fateatur crimen, de quo accusatur, teneri, ex tali confessione non potest damnari, *Hipp. Marsil. in l. edictum* D. *de qq. ex n. 25. Brun. de inditiis p. 2. q. 3. Duen. reg. 190. Foller. in Pract. p. 3. princip. p. 3. v. etsi confitebuntur, n. 75. Ant. Gom. d.*

25 *cap. 13. n. 4.* †Idem dicendum si fiat sine plenijs inditijs, *gl. & DD. in l. penult.* D. *de qq. cum aliis per Roland. cons. 3. ex n. 55. & cons. 12. n. 91. vol. 3.* & de comm. testantur *Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1385. n. 4. Ant. Gom. d. c. 13 n. 25. Foller in Pract. v. etsi confitebuntur d. p. 3. n. 1.* †Etiamsi noua superueniant 26 inditia, aut alias confessio verificata sit, vel milies ratificata, vt traddunt *Burs at. cons. 20. ex n. 22. vol. 2. Riminal. cons. 88. n. 54. vol. 1. Mascard. de probat. concl. 353. & concl. 1385. n. 5.* †Nam 27 cum talis tortura inferri non possit, etiam in criminibus exceptis, sine plenijs, & legitimis inditijs, vt traddunt *Alberi. in rub. ad l. Iul. Maiest. n. 3. Conrad. in Pract. tract. 2. de inditijs, §. circa quartū quomodo ad tort. n. 7.* †Iu- 28 dex enim eam inferendo facit contra legem, quæ ideo non solum actū, sed omnia pariter ex eo secuta irrita, & inania sunt, *l. non dubium C. de legib. cum aliis per Menoch. lib. 2. Arbitr. cas. 201. ex n. 16. l. 38. tit. 18. p. 3.* ibi *pero toda cosa que por ella sea fecha nō deue otro si valer.* †Et talis confessio dicitur fa- 29 cta metu tormentorum, etiamsi reus grauiter non sit tortus, imo nec leuiter, sed solum ligatus, aut ad aculeū aductus, siue expoliatus, vt docent DD. *in l. nouissime* D. *quod cum fals. tutor. Hipp. Mars. in l. 1.* D. *de qq. n. 55. & in Pract. §. expedita ex num. 2. Carer. in Pract. tract. 2. de inditijs, & tort. §. circa quartum, n. 15. Mascard. de probat. concl. 352. n. 14.* †Et hoc verum, si reus esset 30 valde timidus, aut debilis, secus in alijs, quibus sola tortura, iuris ordine non seruato inualidat confessionē, non tamen terror eius, aut minæ, vt traddunt *Bald. in l. 2. C. quorum appellat n. 4. Conrad. in Pract. tit. de negatione crim. num. 41. Anton. Gomez d. cap 13 num. 14. Iul. Clar. in Pract. §. fin. q. 64. Paris de Pur. in syndic. verb. tortura, c. 9.*

¶ Idē dicendum si repetita quæs- 31

tione

tione talis confessio sit ex torta, quã-
do non licebat iudici repetere *Ant. Gomez d. cap. 13. num. 25. Gigas de crimine læsæ Maiest. lib. 2. tit. per quos crim. probet. q. 1. num. 32. Carer. in Pract. §. 2. num. 5.* †Idem si negatis reo defen-
sionibus, vel copia indicionum, per tex. in *Clem. Pastoralis in fin. de re. iudic. cap. qualiter, & quando 2. de accusat.* . . †Nam defensiones nulli sunt negandę, *l. defensionis facultas C. de iure fisc. lib. 10.* etiam hæretico, vt tradunt *Boss. in Pract. tit. de indicijs, & tortur. num. 78. Roland. cons. 12. num. 61. vol. 3. Parisius cons. 2. ex num. 155. lib. 4.* †Nec non reo confesso, & conuicto, quia adhuc dandi sunt termini ad se defendendum, vt probat tex. in *l. desertorem. §. si ad idem D. de re militar. Salyc. in l. 2. C. de custod. reor.* & de communi firmant *Angel. de Malefic. v. qui iudex dictis inquisit. num. 1. Paris de Puteo in syndic. v. condemnatio, cap. 4. in princip.* † Quia possunt esse multę defensiones reo confesso, & conuicto, per quas non debeat condemnari, *Marsil. in Pract. §. vlterius, num. 33. Iul. Clarus d. §. fin. q. 49. Foller. in Pract. v. etsi confitebantur p. 1. princip. p. 3. num. 64. Boss. tit. de confess. ex num. 2. Anton. Gomez d. tom. 3. ca. 12.* †Idem dicendum si talis confessio sit extorta per judicem non habẽtem potestatem, *cap. at si clerici, cum ibi notatis, de iudic.* † Vel pendente appellatione, á sententia torturæ *Angel. de malefic. v. quod fama publica n. 100. Foller. in Pract. v. etsi confitebuntur, p. 3. princip. p. 3. q. 50. Lancellot. de attent. cap. 1. limit. 1. n. 99.* †Idem si iudex talem confessionem extorsit promissa reo impunitate, quam non cogitat, nec vult impendere, nec de iure potest, vt tradunt *Couarr. lib. 1. Variar. cap. 2. num. 16. Iul. Clar. §. fin. q. 55. ex num. 7. Plaça de delict. cap. 37. Anton. Gomez d. cap. 12. num. 6. Azeued. in l. 3. tit. 3. lib. 1. Recopil.* †Nam licet hęc omnia iudici permittat *Bodinus lib. 4. Dæmonol. cap. 1.* quia mentiri licere asserit, quem sequũtur *Marulus lib. 4. Instit. bene viuend. cap. 4. Machiauel. lib. 1. discur. 13.* † Nugantur plane vel delirant, nam mentiri est res simpliciter, & per se mala, & illicita, quem nec Pontifices dispensando bonam facere possunt, vt est communis Theologorum sententia cum *D. August. lib. contra mendat. & in epistol. ad Hieron. & in psal. 5. D. Thom. 2. 2. q. 110. art. 1. D D. Gregorius Isidorus, Inocentius, & alij, apud Gratian. Caus. 12. q. 5.*

¶ Iudex quando talẽ quęstionem infert iuris ordine non seruato tenetur actione iniuriarum, & parti damno illato, *D D. in l. iniuriarum D. de iniuriis Bald. in rubr. C. de pœna iudicis, qui male iud. & in l. filius familias D. de Iudic.* †Quod verum est etiam in foro conscientiæ, & si dolo fecit grauius puto puniri, *l. fin. D. de variis, & extraord. l. fin. C. de pœn. iudicis, qui male iud. §. 1. instit. de obligat. quæ ex quasi delict. Gabriel. in Sent. 4. dist. 15. q. 6. Felin. in cap. tua nos de homicid. Hippol. in l. 1. §. præterea D. ad l. Cornel. da Sycar. & in Pract. §. successiue.* †Et licet dolus debeat probari, quia in iudice non præsumitur, *l. 2. C. de offic. ciuil. iud. l. 1. C. de prædijs curial. lib. 10. c. illud ca. ad audientiã de decim. Hippol. in Pract. §. 1. n. 98. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsum. 9.* †Nã sententia in dubio potius præsumitur lataper ignorantiam, quam ob dolum, *Paul. de Castro in l. seruo inuito §. cum prætor D. ad S. C. Trebellian. Mayner. in l. culpa caret D. de regul. iur. n. 14. Menoch. de Arbitrar cas. 340.* † Hoc fallit quãdo iudex procedit iuris ordine nõ seruato, quia tunc lex non præsumit

pro eo, sed aduersus eum, *Bald. et Cyn. in l. sanctinus C. de iudic. Paris de Puteo in syndic. v. iudex cap. 1. n. 22. reg. 1. præsumpt. 10. ex num. 9. Menoch. lib. 2.* 46 *præsumpt. 67. ex num. 27.* †Et ita quãdo iudex aliquem condemnat, quem condemnare non debet, præter rationem, quam in æterno iudicio est rediturus, quam sciat esse exactissimam, quia vt ait Regius Vates psal. 99. *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, seculum nostrum in illuminatione vultus tui*, ideſt, in sæculo acta, quę singulis horis, & momentis fecimus, illę erunt testes aduersus nos, vt docet amicus noster *Ioan. de Pineda in* 47 *Iob. cap. 10. vers. 5. num. 3.* †In humano iudicio talis iudex primo incurrit in infamiã iuris, & facti ipso iure, *l. iudices, 12.* ibi, *insignibus, & honore exuti, C. de dignitat. lib. 12. Auth. nouo iure, C.* 48 *de pœna iudic. qui male iudicau.* †Secũdo multatur officij amissione, *l. aliquid 11.* ibi. *nemo id rursus officium gerat, in quo antea decoxit.* C. de suscept. arcan. li. 10. l. iudices 12. C. de dignit. *nec sibi posthac eo honore blandiatur, quo se indignos iudicauerunt.* l. 56. tit. 5. lib. 2. Recopil. *pierdan el inzgado, i sinquen inhabiles ende en adelante.* †Tertio cõdem- 49 natur ad damna, & litis expensas, *l. filius familias 15. ad fin. veram æstimationem litis præstare cogatur, D. de iudic. l. si iudex. 6. in quantum de ea re visum fuerit, D. de varijs & extraordin. cognit. l. fin. C. de pœn. a iudic. qui male iud. l. 2. & 3. D. ad l. Iul. repetũd. l. 24. tit.* 50 *22. p. 3. l. 52. tit. 14. part. 5.* †Quarto compellitur Talionis pœnam subire *Leuit. cap. 19. D. Matth. 7. Apocalyps. 13. Paul. ad Roman. cap. 14. cap. quisquis & seqq. 2. q. 8. cap. fin. de calumniator. l. fin. D. de accusat. l. 2. tit. 2. lib. 2. Forij l. 19. tit. 1. p. 7. l. 4. tit. 14.* 51 *lib. 4. Recop.* †Quinto damnantur in perpetuo exilio, *l. lex Iulia §. fin.* ibi, *in insulam deportari, D. ad l. Iul. repetundar. l. 26. tit. 22. p. 3.* & bonorum confiscationem, *d. auth. nouo iure confiscatis omnibus bonis in exilium mittatur, C. de pœna iudic.* †Quæ hodie pœna 52 extenditur ad mortem, etiamsi pecuniam non acceperit, l. lex Iulia §. hodie D. ad l. Iul. repetund. *si ob hominem necandum pecuniam acceperit, vel licet non acceperit colore tamen inducti interfecerit, vel innocentem damnaberit, vel quem puniri non debuerat, capite plecti debent.* †Quibus quidem pœnis nõ 53 excusatur quantumuis superior sit iudex, nam cum eo debeat artius iura seruare *l. digna vox C. de legib.* grauiori sunt pœna digni, l. 1. C. de cõduct. lib. 11. *grauior pœna constituenda est in eos, qui nostri iuris sunt & nostra arctius debent custodire mandata.*

CAP. XIX. de quæstionis vsu non necessario.

SVMMARIVM.

TOrtura res fragilis, & periculosa. num. 1.

Tortura quam detestanda. num. 2.

Torturæ metu multi innocentes confessi sunt crimen. n. 3.

Torturæ fragilitatis sententia Ciceronis laudata. n. 4.

Reus conuictus non est torquendus. nn. 5.

Quæstionis iudicium subsidiarum quando veritas aliter haberi non potest. n. 6.

L. quoties C. de qq. exornata n. 7.

Torquendus non est reus ad hoc vt confessus non possit appellare. 8.

Reus conuictus, & confessus appellare potest. n. 9.

Iudex fatuus est, qui torquet reũm conuictum. n. 10.

Conuinctus negans in tortura crimen plenas probationes ellidit. n. 11.

Iudicis

Iudicis protestatio de tortura inferenda (manentibus probationibus) nihil operatur. num. 12.

Intentionem prauam negans potest torqueri, vt eam declaret. n. 13.

Confessus crimen, sed intentionem negans potest damnari. 14.

Damnandus non est quis, ex confessione qualificata, n. 15.

Confessio qualificata non potest separari. num. 16.

Voluntas ex qua oritur confessio est indiuidua. n. 17.

Conuictus, qui ad suam defensionem crimen fatetur, damnatur. n. 18.

Confesso delicto, reus tenetur probare ad suam defensionem. n. 19.

Delictum ex sola rei confessione admittitur cum qualificatione confitentis. 20.

Cuique de se ipso creditur ad conscientiæ testimonium. n. 21.

Crimen confitens, de quo non erat conuictus damnatur. n. 22.

Confessio vltra deducta in processu omnia suplet. n. 23.

Confessus, de complicibus non est torquendus. n. 24.

Confessus in Magiæ crimine de complicibus interrogatur. n. 25.

Confessus in crimine falsæ monetæ, & læsæ Maiestatis de sociis torquetur. 26.

Hæresis crimen peior est læsæ Maiestatis, & falsæ monetæ. n. 27.

Confessus crimen, de quo non constat, est dimitendus. n. 28.

Nulius in potestate est facere dilictũ vbi non est. n. 29.

Confessus maleficasse hominem ignotum, non torquetur. n. 30.

Hæresis crimen quia sola voluntate committitur, sola confessione probatur. 31.

Confessi quales à lege præsumantur. num. 32.

Confessus ex legis præsumptione, debet vt confessus damnari. n. 33.

Fictio legis tantum operatur in casu fictо quantum veritas in casu vero. n. 34.

Confessio ficta à lege tantum operatur quãtum veritas in casu vero. num. 35.

Præsumptiones, quæ requirantur ad condemnationem. n. 36.

Ad consequendam absolutionem sufficit delatoris intentionem dubiam redere. n. 37.

Actus intelligitur, vt minus contineat delictum. n. 38.

Delicta non præsumuntur. n. 39.

Lex vbi non præsumit, nec iudex debet præsumere. n. 40.

Inditia indubitata vbi non sunt, & reus negat liber dimititur, n. 41.

Suspitiones de fide non prætermituntur num. 42.

Verba dubia interprætari debent, vt non contineant delictum. n. 43.

Verba huiusmodi etiam in crimine hæresis absque delicto interprætantur. numer. 44.

Crimina occulta nullius iudicantis sunt iurisdictione. n. 45.

Iuditia humana non iudicant de occultis. num. 46.

Occulta sunt diuino Throno reseruata. 47.

Occulta indagans iudex diuinam vsurpat iurisdictionem. n. 48.

SED tortura res fragilis est, & periculosa, & quæ sæpe veritatẽ fallit, vt dicũt *Philosophus in Rhetoric. ad Alexand. & Vlpian. l.* C. *in l.* 1. *D. de qq.* † Quia vt ait D. Augustin. lib. 19. de Ciuit. Dei cap. 6. *Iudicia humana de hominibus quam sunt misera, quam dolenda! qui dum in sua causa quisque torquetur, & cum quæritur vtrum sit innocens, cruciatur: & inocens luit pro incerto crimine certissimas pœnas.* † Ideo velim iudices (quo possint) ab ea abstinendos; nam multi sunt, qui metu torturæ confessi

confessi crimina innocentes perierũt, vt traddit *Episcopus Simanc. de cath. instit. tit.* 65 & exemplis exornat *Episcop. Simon. Maiol. t. m. 1. dier. Canicul. cap.* 4. † Nam vt ait Cicero Iurisconsultorum disertissimus (vt tenet *Trophonia.* I. C. *in l. cicero D. de pœnis*) ille enim lib 2. Rhetoric. ad Herem. *Eis enim*, inquit, *qui torquuntur, credi non oportet, quod ex tortura veritas haberet, sitque tum minus tuta, quod varia sint ingenia hominum, varij affectus, varia tolerantia.* † Quin etiam res est non necessaria iudicij, nam si reus cõuictus est, non est torquendus, vt crimen fateatur, cum etiam si diffiteat, in pœnam ordinariam possit damnari, *Marsil. in pract. §. nunc videndum num.* 52. *& in l. 1. D. de qq. num.* 1. *B ff. tit. de indiciis, num.* 229. *Iul. Iarus in Pract. §. fin. q.* 64. *Mascard. de probat. lib.* 3. *concl.* 1385. *num.* 3. † Nam quęstionis remedium subsidiarium est, ideo non habendum nisi quando veritas aliter haberi non potest. l. Diuus Pius D. de qq. *sed si aliter veritas inueniri non possit, nisi per tormenta, licet habere quæstionem*, l. quotiens, C. eod. *si alijs probationibus veritas illuminari non possit.* † Nam licet loqui videatur in seruis, & pro causa pecuniaria, generaliter tamen, in omni persona, & pro omni crimine intélligitur, vt notant *Angel. in l. fin. C. de qq. num.* 4. *Marsil. in Pract. §. nunc videndum num.* 51. *& in l.* 1. D. *de quæst.* & dicit comm. *Iman. Suarez in suis commun. lit. q. num.* 2. *Mascard. d. probat. lib.* 3. *concl.* 1385. *num.* 3. † Nec torqueri debent adhoc, vt confessus nõ possit appellare, vt in hoc Magię crimine Constantius, & Cõstans Impp. statuerunt in *l. obseruare C quorum appell. non recipiuntur.* ibi, *obseruare curauis, ne quis maleficorum, &c. argumentis conuictus, testibus superatus, voce etiam propia vitium, seclusque confessus audiatur appellans.* † Nam reus etiam cõuictus, & confessus ex communiori, & receptiori sententia potest appellare, vt contra *Bald. in l.* 1. *C. de iuram. calumn. num.* 9. *& alios*, eleganter probarunt *Marsil. in d. l.* 1. *D. de qq. ex n.* 16. *& in Pract. d. §. nunc videndum n.* 22. *idem Bald. sibi contrarius in l.* 2. *C. quorum appell. num.* 6. *Baiard. ad Clarũ in Pract. q.* 64. *Rota Lucens. decis.* 13. *num.* 62. *Flan. Carthar. de execut. sent. cap.* 1. *ex num.* 81. *Anton. Gomez var.* 3. *cap.* 13. *num.* 20. † Vnde fatuum esse iudicem, qui torquet reum conuictum, adhoc vt appellare nequeat dicunt *Angel. de Maleficio. v. fama publica num.* 94. *Marsil. in dicto §. nunc videndum.* † Nam si in tortura negasset crimen, de quo erat conuictus, non solum indubitata indicia ellideret, *Alberic. in d. l. edictum D. de qq. num.* 2. *Iul. Clar. d. q.* 64. sed etiã plenas probationes anularet, *Marsil. in Pract. §. nunc videndum, num.* 25. *& singul.* 262 *& in d. l. edictum num.* 6. *Couarr. in Pract. cap.* 23. *num.* 5. *Sarmient. lib.* 1. *select. cap.* 1. *num.* 1. *Flamin. Carthar. de execut. sent. cap.* 2. *num.* 60. Et quamuis iudex protestetur reo reseruare in suã firmitate probationes legitimas, talis protestario cum non iubat ad hoc vt contra legem faciat, vt traddit *Anton. Gomez d. cap.* 13. *n.* 20, quippe prohibitum est quæstionem inferre extantibus legitimis probationibus, *DD. in l.* 1. D. *de qq. & in l. quotiens* C. *eod. & in l.* 1. C. *de iuram. calumn.*

¶ Si cõuictus tamen crimen confiteatur cum aliqua qualitate nempe se praua intentione non fecisse, in quo casu esse torquendum, vt intentionem declaret tenuerunt, *Cardinal. in Clem. fin. de vsuriis Albertin. de agnoscend. assert. q.* 8. *num.* 12. *& q.* 37.

da

ad fin. & q. fin. num. 18. *Simanc. de Cathol. instit. tit.* 13. *num.* 4. *& tit.* 52. *n.* 27. *& tit.* 65. *num.* 52. *Rojas de hæretic. p.* 2. *assert.* 18. *ex num.* 208. † Verius tamen absque tortura est condemnandus, quia possum stare tuæ confessioni in quantum dicis occidisse hominem, & non cogor stare tuæ defensioni in quantum dicis te 14 præua intentione non feciſſe, vel ad tuam defensionem, *Bart. in l. Aurelius* §. *idem quæsit num.* 2. *D. de libert. legat. Bald. in l. vnica*, C. *de confess. n.* 42. *& in cap. dudum num.* 35. *de elect. Hippolit. in l.* 1. *num.* 30. *D. de qq. & in Pract.* §. *postquam num.* 23. *Felin. in cap. cum venerabilis, de except. num.* 12 *& in cap. cum dilecti num.* 18. *de accu-* 15 *sat. Boer. decis.* 164. † Et licet contrariam tenuerint sententiam *Salycet. in d. l. vnica*, C. *de confeß. oppos.* 4. *Alexand. conf.* 1. *num.* 40. *volum.* 1. *Hippol. conf.* 36. *num.* 30. dicens esse communem veriorem contra Bartolum. *& ipse Bart.* sibi contrarius, eam sequitur *in l. eum qui de iure iur. & Bald.* sibi etiam contrarius, *in* §. *item vasallus cap.* 1. *de controuers. in vsib. fœudor. & in l. non codicillos C. de codicill. n.* 2. 16 †Nullus tamen eorum tenet reum esse torquendum, sed liberum dimitendum, nam confessio cum aliqua qualitate facta non potest sæparari, sed debet acceptari intotum, vel repudiari, *l. non vtique D. de except. cap. exceptionem obiciens de reg. iur. lib.* 6. *gl. in l. siquidem D. de except. & in l.* 2. C. *de donat. ante nupt. cum alijs per Ti-* 17 *raq. de pœn. caſ.* 30. *num.* 17. †Nam voluntas ex qua oritur confessio est indiuidua, *l. si ijs, qui legem D. de testam. l. fidei commissa* §. 1. *de leg.* 3. *l. in hoc iudicio D. familiæ herciscund. l. dicere, de arbitr.* Ideo seperari non potest ne vna, & eadē res diuerso iure censeatur, *l. eum qui D. de vsu capion. cap. cum in tua de decim. cap. cognouimus*, 12. *q.* 2. † Quare vt incidenter 18 tot controuersias componam, dicendum est in reo conuicto, qui ad suam deffensionem crimen fatetur, aut prauam intentionem negat, primam procedere, vt nihilominus condemnetur, ita declarant *idem Bart. in l. diuus D. de re iud. Bald. in d. l. vnica C. de confess. num.* 43. *& in l. decem*, D. *de verbor. Iaſſ. in l. vt vim* D. *de iust. & iur.* †Nam confesso delicto reus tenetur probare feciſſe ad suam defensionem *Bart. in l. nemo ex his* D. *de regul. iur. Boer. decis.* 164. *num.* 15. *Boss. in Pract. tit. de Confess. num.* 4. *Iul. Clar. in Prax.* §. *homicidium, & dicit communem Decius in cap. pastoralis num.* 15. *de except.* † Secunda procedit quando delictū ex sola confessione rei tā- 20 tum constat, quæ ideo cum eadem qualitate, & vnico verborum contextu est accipiendū, & propterea liber dimitendus est, *Abb. in cap. auditis n.* 32. *de præscript. quod dicet mirabile ibi Felin. num.* 16. *& 30. & in c. cum venerabilis num.* 15. *& in cap. cum dilecti, num.* 18. *de accusat. & in cap. afferte, de præsumpt. & in cap. significasti de homicid. Hippol. in Pract.* §. *postquam num.* 24. *& in l. repeti* D. *de qq. num.* 30. *& conf.* 129. *num.* 2. *& sing.* 185. *Boer. decis.* 164. *Anton. Gomez variar.* 3. *cap.* 3. *num.* 26. † Neque in crimini hæ- 21 resis aliud tenerem, quia quando testimonium de conscientia alicuius requiritur, cuique de se ipso creditur, *l. Theopompus. D. de dote prælegat. l. fin. C. adl. Iul. repetund. cap. fin. de voto, cap. mulieri de iure iuran. cap. in nostra de procurat. cap. statutum* §. *assessorem de Rescript. lib.* 6.

¶ Si tamē non conuictus crimene 22 de plano fateatur sine quæstione statim condemnandus est, *l.* 1. *& ibi omnes*, C. *de confess. l. confessus* D. *de cust-*

tod.

tod. recor. l. cum ſententiam. C. de pœn. l. pro inde D. ad l. Aquil. Etiam ſi proceſſus ſit inualidus, *cap. Piſanis de reſtit. ſpoliat. cap. 1. de accuſat. lib. 6. Bald. in l. 1. D. de iuriſd. omn. iud. & in l. 2. C. de re iudic. cum alijs per Anton. Gom.* 23 *tom. 3. cap. 12. n. 8.* †Et quanuis talis confeſsio vltra deducta in proceſſu ſe extendat, quia omnia defecta ſuplet, cum ſit maior probatio omnibus alijs, vt ex multis firmat *Proſper. Farinac. tom. 1. p. 2. q. 37. num. 19.*

24 †Nec de complicibus quidem torquẽdus, nam qui ſe ipſum non peperc it, de alijs interrogari non debet, vt dixit *Pontifex in cap. 1. de confeſſ.* ſiue vt ait I.C. in l. repeti D. de qq. *ijs, qui de ſe confeſſus eſt, in caput aliorum non torquebitur*, vel vt ait Imp. in l. fin C. de accuſat. *Nemo igitur de propio crimine confeſſus, ſuper conſcientia non ſcrute-*
25 *tur aliena.* †Niſi Magiæ crimen ſit hęreticum, in quo de ſocijs criminis interrogantur, & de ijs, à quibus didicerunt, & vt eos manifeſtent torquũtur, *l. libero l. vnius § teſtes D. de qq. l. qui vltimo D. de pœn. l. 8. tit. 30. part.*
26 7. †Quod etiam in crimine falſę monetæ, & alijs quibuſdam ſancitum eſt, l. 1. C. de falſa moneta, *l. diuus Hadrianus D. de cuſtod. reor. l. etſi certus l. prius* D. *ad Sillan.* & ſpecialiter in crimine leſę Maieſtatis *Rojas ſing.* 50.
27 *&* 183. †Quibus omnibus hęreſis crimen peior eſt, vt traddunt DD. *in d. l. repeti D. de qq. & in l. fin. C. de accuſat. Soto lib. de ratione tegen. ſecret. mẽb. 2. q. 6. Bald. conſ. 95. lib. 5.*

28 ¶ Si tamẽ confeſſus eſt, & non cõſtat de corpore delicti non eſt torquẽdus, vt oſtendat, neque inteſtem, quia non eſt ſanus mente, qui tam temerarium iudicium contra ſui ipſius vitam prodidit, atque ita liber dimitẽdus eſt, vt docent *Bart. in l. diuus D. de milit. teſtam. & in l. 1. C. de confeſſ. Boſſ. in Pract. tit. de delict. ex num. 15. Marſil. in Prax. §. poſtquam num. 48.*

† Quia nullius in poteſtate eſt facere 29
delictũ vbi non eſt, aut de illo non cõſtat, *Hieron. Gigas tract. de crimine læſæ Maieſt. lib. 2. tit. poſtquam crimen q. 1. num. 5.* neque ſe propria authoritate pœnæ ſubdere, quia nullus eſt dñs membrorum ſuorũ *l. liber homo D. ad l. aquil.* †Vt ſiquis confiteatur maleficaſſe hominem ignotum, de quo nõ 30
cõſtat tali maleficio fuiſſe affectum, vel dediſſe toxica ad maleficiãdum, quia ſi alias non conſtat de delicto non debet reus ex tali confeſsione moleſtari, *Marſil. in l. 1. D. de qq. num. 5. & in rub. de probat. num. 103. & in Pract. §. principium num. 5. & conſ. 40. num. 6. Foller. in Pract. v. etſi confitebuntur num. 34. Brun. de inditijs p. 2. q. 6. num. 11. Iul. Clar. in Pract. q. 55. Farinac. q. 2. num. fin.* †Niſi crimen ſit hæ 31
reſis quod quia ſola voluntate committitur, ideo ex ſola volũtate propia confeſsione menifeſtata, damnatur, *Bald. in l. ſiquis non dicam C. de epiſcop. & cleric. Iul. Clar. d. q. 55. Foller. vbi ſup. v. etſi confitebuntur num. 137. Ponzinib. tract. de Lamijs num. 52. Arnald. Albern. de agnoſcend. aſſert. q. 25. ex num. 1. Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 859. ex num. 1.*

¶ Si autem non confeſſus propio ore, ſed á lege pro confeſſo habeatur, 32
vt ille, qui á carceribus fugit, *l. in eos, D. de cuſtod. reor.* & qui nollit reſpondere poſsitionibus, *l. de ætate §. qui tacit* D. *de interrogat. action.* vel citatus cõparere recuſat, *cap. ſi poſt præſtitum de confeſſ. lib. 6.* qui omnes á lege pro confeſsis habentur, *Flam. Carthar. in Pract. interrogand. reor. lib. 3. cap. 3. ex num. 17.* †Ex tali præſumpta á lege cõ 33
feſsione debet, vt ſi verè, & iudicialiter ore propio confeſſus eſſet, abſque tortura in pœnam ordinariam damnári,

nari, *Iul. Clar. in Pract. §. fin. q. 20. Sarmient. lib. 1. ſelectar. cap. 1. Boſſ. in Pract. tit. de coniectur. num. 29. & 34. Anton. Gomez d. cap. 13. n. 25. Farin. tom. 1. p. 1. q. 11. num. 97.* †Etiam ſi ta 43
lis confeſsio dicatur ficta á lege, vt per *Felin. in cap. nullus num. 3. de præſumpt.* nam vbi lex præſumit, & ſuper præſumptionem ſtatuit firmum ius debet obſeruari, quia tantum operatur talis fictio facta á lege, in caſu ficto, quantum veritas in caſu vero, *l. vnica C. de rei vxor. action.* †Et propterea tantum operatur ficta confeſ- 53
ſio á lege, quantum vera facta in iuditio ab homine, vt ex multis probat *Foller. vbi ſup. v. etſi confitebuntur, ex num. 28. Flam. Carthar. d. cap. 1. ex numer. 31.*

36 ¶ Si tamen non confeſſus, nec cõuictus eſt teſtibus de viſu, ſed preſumptionibus tantum indiciatus, notandum eſt, quod ſi hęc ſunt indubitata, *vt in l. ſciant cuncti C. de probat.* & legime probantur, non debet reus torqueri, ſed tanquam ex concludenti probatione cõuictus, damnari, vt probant *Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 91. ex num. 1. Oſſaſc. deciſſ. 79. ex num. 6.*
37 †Quod intellige verum quando reus nulla ratione ſe valet excuſare, nam ſi ſe aliqua exceptione tuetur, vt quo adminus delatoris intentio dubia reddatur, libar dimitendus eſt, quia ad conſequendam abſolutionem ſufficit delatoris intentionem dubiam reddere, *Bart. in l. non ſolum, §. ſed vt probari D. de operis noui nuntiat. Iaſ. in l. non hoc C. vnde legit. Decius in cap. in præſentiam ex num. 2. de probat. Felin.*
38 *in cap. ſignificaſti de homicid.* †Neque propterea eſt torquendus, nam quando actus duobus modis intelligi poteſt, factum præſumitur á lege, vt minus contineat delictum, *l. ſiquis intentione D. de iudic. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 35. n. 10.* †Quia delic 39
tum non præſumitur *l. merito D. pro ſocio, l. Arrianus D. de actionib. & obligat. l. ſemper in obſcuris D. de regul. iur. cap. decidum de præſumpt. cap. ſtore de reg. iur. Bald. in l. 1. C. de ſeruis fugit. ex num. 7. Alciat. vbi ſup. præſumpt. 1. Hypol. in l. 1. C. ad l. Cornel. de ſicar. num. 68. & ſing. 218. Albertin. de agnoſcend. aſſert. q. 25. num. 17.* †Vbi au 40
tem lex non præſumit, nec iudex debet præſumere.....

¶ Si autem prædicta inditia nõ le- 41
gitime probantur, vel non ſunt indubitata, & rẽus negat delictum in cõfeſsione, liber dimitendus eſt, quia iuramẽtum ibi delatum tollit omnẽ malam ſuſpicionem. † Niſi crimen 4
ſit hæraſis, in quo, quia nec ſuſpiciones quidem de fide ſunt prætermitẽdæ reus non dimititur, ſed admititur ad ſe purgandum, *Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 56. ex num. 2.* † Niſi verba 43
ſint dubia, vel facta, hoc eſt quod duplicem habeant ſenſum, quia ſunt interprætanda in fauorem rei, vt non contineant delictum *l. hodie l. præſes l. interprætatione D. de pœn. cap. cum dilecti de accuſat.* †Et propterea dimitẽ- 43
dus eſt, quia illud quod multipliciter intelligitur veritas ignoratur, *vt ex Boetio refert Bald. in l. ſcire leges D. de leg. num. 3. & in l. teſtium C. de teſtib. num. 10. Bart. in l. in ambiguo D. de rebus dubijs.* †Quod etiam in crimine 44
hæreſis verum putat *Albertin. de aſnoſcend. aſſert. q. 29. num. 19. & q. 8. num. 11. & q. 34. ex numer. 48. & de hæretic. lib. 6. q. 13. num. 19. Rojas de hæretic. p. 1. num. 201. & 366.*

¶ Neque in delictis ocultis, & dif 45
ficilis probationis quæſtionis vſus haibendus eſt, quia aliter veritas haberi non poſsit, nam eo ipſo quod occulta ſunt crimina nullius iudicantis ſunt iuriſdictione, *cap. erubeſcant 32. diſt. cap.*

in

46 *in ſcripturis, diſt. 96.* †Quia iudicia humana non iudicāt de occultis, *cap. tua nos, cap. ſicut de ſimonia, cap. à nobis de ſent. excommunic. Reg. 1. cap. 16. cap. Deus quando 24. quæſt. 3. Victoria in*
47 *D. Thom. 2. 2. q. 11. art. 3.* †Nam occulta diuino Throno ſunt reſeruata, D. *Thom. 2. 2. q. 95. art. 8. Nauarr. in Manual. cap. 11. num. 39. Remig. lib. 3. Dæmonolat. cap. 9. Petr. Gregor. in Syntag. lib. 48. cap. 19. Andr. Gail. lib. 2. de pa*
48 *ce public. cap. 7. n. 24.* †Et ita iudex in illa procedēs peccat mortaliter, quia diuinam vſurpat iuriſdictionem, vt traddit D. Paul. Corinth. 1. cap. 4. *Nolite ante tempus iudicare.* Cuius rei rationem ſubdit, *quo vſque veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.*

CAP. XX. *de purgatione Canonica.*

SVMMARIVM.

PVrgatio canonica eſt de obiecto crimine ignorantiæ oſtenſio. n. 1.
Purgatio canonica lege Moyſi in vſu. n. 2.
Purgatio criminis apud Iſraelitas. n. 3.
Purgatio canonica pro omni crimine in primitiua Eccleſia inducebatur. n. 4.
Purgatio canonica non ſolum priuatis hominibus, ſed nobilioribus indicta. n. 5.
Pontifices Max. qui de obiecto crimine ſe purgarunt. n. 6.
Purgatio canonica hodie in crimine hæreſis tantum. n. 7.
Suſpiciones de hæreſi diſſimulandæ non non ſunt, n. 8.
Purgationi canonicæ, quæ requirantur. num. 9.
Infamia non cenſetur, apud vulgares, ſed apud probos viros. n. 10.
Suſpicionibus credere non debet iudex magis quam leges. n. 11.
Purgatio canonica principio per ius iurandum, aut Euchariſtiæ aſſumptionē. num. 12.
Anabaptiſtæ negant iurare licere. n. 13.
Sacramentarii negant ad criminis probationem ſacramenta ſumere. n. 14.
Purgatio per ſacramentum licita. n. 15.
Purgatio per ſacramēti aſſumptionem laudata. n. 16.
Lotharius Rex ſacramenti aſſumptione ſe purgauit. n. 17.
Charitate refrigerata purgatio per ſacramentum eſſe deſiit. n. 18.
Purgationes vulgares ex vulgi vſurpatione ſunt inductæ. n. 19.
Purgatio canonica hodie per teſtium depoſitiones. n. 20.
Teſtium numērus in purgatione canonica varius. n. 21.
Teſtes in purgatione canonica quales eſſe debeant. n. 22.
Defenſionis facultas reo auferenda non eſt. n. 23.
Purgationis ritus in tribunalibus Inquiſitionis. n. 24.
Pœna varia pro vno crimine imponi non poteſt. n. 25.
Duplex tribulatio non eſt inferenda. n. 26
Reus pluribus pœnis non eſt grauandus. num. 27.
Reus in purgatione deficiens pro conuicto habetur. n. 28.
Reus in purgatione deficiens admittitur ad pœnitentiam. n. 29.
Reus in purgatione deficiens, qui dicatur. num. 30.
Purgationi ſatis faciens reus liber dimitēdus eſt. n. 31.
Iudex pronior debet eſſe ad abſoluēdum, quam ad condemnandum. n. 32.
Humanæ fragilitatis eſt abutere poteſtate. n. 32.

Pur-

PVRgatio canonica nihil aliud est, quam de obiecto crimine innocentiæ ostensio, vt tradunt *Alex. Alef. p. 3. q. 45. memb. 3. Sylvester, Gofr. & alij in summ. v. purgatio.* †Cuius origo reperitur in sacris litteris, nam in lege Moy si suspectus de furto iurare tenebatur, quod non extenderit manum in rem proximi sui, *Exod. c. 22.* †Et maiores natu ciuitatis suspectæ de homicidio, purgabant illam dicētes, Deut. cap. 21. *manus nostræ non effuderūt sanguinem hunc, nec oculi viderunt.* †Ex quibus & alijs sacræ Scripturę locis, quos conger *Alex. Alef. d. q. 45.* in primitiua Ecclesia purgatio canonica pro omni crimine inducebatur, vt patet ex *tit. de purgatione canonic. in Decretal.* †Qua nō solum priuati homines, sed multi etiā Pontifices Max. vsi sunt, ac de grauibus criminibus difamati innocentiā suā in populo ostenderūt publice se purgantes, vt traddit D. *Aug. lib. de bono viduit. c. 22.* † Quemadmodū Paschal. I. Damasus, Symachus, & alij Pontif. Max. corā populo solēniter purgāti sunt, & Leo III. coram Carolo Magno, Gregor. VII. coram Henriquo IIII. Sixtus III. coram Valentinian. & Pelagij I. coram Narsete, vt referunt *Platina & cæteri in vitis Pontif. cap mandastis cap. auditum 2. q. 5. Pighius lib. 6. hierarch. eccles. c. 17.* †Et licet iā hodie in alijs criminibus in vsū esse desierit, in crimine tamen hæresis purgatio canonica etiā nunc vsitata, & in sacro Inquisitorum foro frequentata est, ad tolendas fidei suspiciones, vt notat *conciuis meus Episc. Simanc. de Cathol. instit. tit. 56. num. 1.* quidquid dicat Ouid.

† *Conscia mens recti famæ mendatia videt.*

Et quanuis de hæresi suspiciones etiā leuissimæ dissimulandę non sint, vt traddit *Rufin. lib. 1. inuectiuar. in Hieron.* quia hæresis est fornicatio, & adulteriū animæ, *Deuter. c. 31. Oseas cap. 4. Hierem. 3. Ezech. 16.* †Ad hoc vt purgatio canonica inducatur, necessariū est quod reus laboret publica infamia, & quod crimen plené probatū nō sit, nā si horū alterū desiit, nō purgatione, sed condēnatione, vel absolutione causa peragenda est, *c. nos inter, cap. siquis de gradu, c. cum dilectis de purgat. canon.* †Nec temere censeri debet quispiā difamatus, si apud vulgares, malebolos, infames, aut leues homines male audiat, dum apud bonos, & graues viros eius existimatio læsa nō sit, *cap. cum in iuuenture cap. penult. de purgat. canonic. cap. in cunctis 11. q. 3. c. Inquisitionis §. vlt. de accusat.* † Quia nō debet credere plus suspicionibus, quam leges ipsæ credunt, nam vt ait Tertul. in Apolog. c. 8. *Multū in vtra parte creabro famæ mentitur, & tam de bonis mala, quā de malis bona falso rumore concelebrat.*

¶ Principio hęc purgatio fiebat, aut per ius iurandum, *cap. præbyter cap. super causam cum alijs, 2. q. 4.* aut per sacro sanctam Eucharistiæ sacramenti assūptionem, *cap. sæpe contingit, c. si Episcopi d. 2. q. 4.* †Quam quidem impugnantur hæretici, nam Anabaptistæ contendunt nunquam licere iurare, nec in iudicio quidem, quos late refutarunt, *Alf. Castro de iusta hæretic. punit. lib. 10. & Gregor. Valent. in 2. 2. disp. 6. q. 7. punt. 3.* †Et Sacramenti purgationi irridet *Hotoman. in Fœud.* quia rabula ille cum Caluino suo præceptore, non credit sub panis specie Deū viuū esse: nos eutem, qui credimus, & illius præsentiam, seu trāsubstantiationē verā fatemur, etiā ad crimina detegenda, ex traditis *Thom. Sanchez in summ. tom. 1. lib. 2. c. 34. n. 13.*

15 † Hanc ſimiliter purgationem licitã aſſeueramus, ex eiuſdem met Chriſti verbis, apud D. Ioan. c. 6. *Qui manducaberit panem hunc, & biberit calicẽ Domini indigne reus erit corporis, & ſanguinis Domini.* † Vnde hãc purgationem vt diuinã cõmendant Pontifices *in c. moniales, c. ſiquis de gradu, c. quotiens, ca. ex tuarum, cap. cum in iuuentute de purg. canon.* † Et ideo ad eã Nicolaus Pontifex Lotharium Regẽ admiſit; vt author eſt *Segisbert. in Chron. an.* 870. nã vt ait Apoſtol. Corinth. 1. c. 11. *probet autem ſe ipſum homo; & ſic de pane illo edat, & de calice bibat; nam qui manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat, & bibit.* † Sed quia refrigerata charitate (vt inquit Apoſtolus) iuris iurandi contempta religio, quæ ſatis Deũ habet vltorem, *c. atſi Chriſtus, de iure iuran.* litigantiũ ſpem falleret. Et ſacramentum Euchariſtiæ ſuſpectis dandum non ſit, *c. dilecti, de purgat. ca non. c. tribus de conſecrat. diſt. 2.* † Ad purgationes vulgares homines deſcẽderunt, quæ nullo legitimo vſu, ſed quadã vulgi vſurpatione, & obſeruatione ſuperſtitioſa introductæ sũt, *vt late probamus lib. 1. de Magia diuinat. c.*

20 ¶ Hodie autẽ in cauſis fidei ad tribunalia ſãctæ Inquiſitionis huius purgatio fit per teſtiũ depoſitiones, quos purgatores iura vocant, *vt per DD. in cap. inter ſolicitudines de purgat. canon.* Campegius *ad Zanchin. c.* 11. † Quorũ numerus varius á legislatoribus aducitur, modo plus, modo minus, pro vt vnuſquiſq; laborat infamia, *c. omnibus, c. præſbyter 2. q. 5. c. ex tuarũ de purgat. canon. c. ſignificaſti de adulter. c. Inquiſitionis, §. fin. de accuſat.* † Qui eligi debent ij, qui eandem dignitatẽ, & conditionem habeant quam reus, ſed ſi tales non inueniantur eligẽdi ſunt ſaltẽ viri probi, & catholici, qui vitã, & mores ſuſpecti, tã anteactã, quám præſentia nouerint, honeſti, & bonæ exiſtimationis, *c. ſi legitimi 2. q. 4. c. cum P. Mãconela, c. conſtitutis, c. inter ſolicitudines, c. cum dilectus de purgat. canonic.* † Et ſi tales inueniri non poſsint, admitendi erunt alij expurgatores, quamuis æque idonei non ſint, ne prorſus eis defenſionis facultas auferatur, *c. cum in iuuentute ad fin. de purgat. canon. Abb. in d. c. inter ſolicitudines de purga. canon. Archidiac. in c. ſi legitimi 2. q. 4.* † Quorum examinandi ritum, in vnaquaq; ſancti Officij cauſa, in quibus talis purgatio admititur, poſt Eymericum, & alios traddit *conciuis meus Epiſcopus D. Iacob. Simanc. de Cathol. inſtit. cap. 65. ex n. 26.*

¶ Neque aſentior eis, qui dicunt reum vehementem ſuſpectum prius torqueri, deinde ſi negauerit, cogere purgationem ſubire, & ſi expurgatus, compellere abiurare, quia cũ hæc ſint variæ, ac diuerſæ pœnæ, pro vno crimine imponi nõ poſſunt, *l. ſenatus D. de accuſat. cap. at ſi clerici, §. fin. de iudic. cap. ſceleratior. cap. ſunt plures, de pœnit. diſt. 3. c. presbyter. diſt. 81. c. quid ergo 23. q. 5.* † Nam vt ait Nahum propheta c. 1. *Non conſurget duplex tribulatio, neque vindicauit Dominus bis in id ipſum.* † Nec ciuiles leges permitunt pluribus actionibus experiri, quia multum refert an vna, an pluribus experiaris, quinimo in crimiualibus, vbi magnum eſt, an vna dũtaxat, vel pluribus pœnis graueris, *l. quod in hæredem §. eligere, de tribut. l. cum filius §. variis deleg. 2. l. abſentem §. aduerſus de pœn.*

¶ Et quia reus in purgatione deficiens pro cõuicto habetur, debet pœna ordinaria puniri, dummodo iudicis arbitrio temperetur, *cap. de hæc de ſimonia, capit. inquiſitionis de accuſation. Abb. Hoſtienſ. & reliqui in cap. inter ſolicitudines de purgat. canonica*

nica, & in c. accedens de accusat. †Nam si pœnitentiam agere vellit, admittur, nisi forte relapsus sit: nam si is admitendus est, cuius hæresis testibus, & propria confessione probatur? multo magis ille, qui præsumpta quadã, seu ficta probatione conuincitur, *l. filio quem pater D. de liberis, & posthum. cap. afferte de præsumpt.* †Et dicitur in purgatione deficere ille, qui ab omnibus expurgatoribs derelinquitur, vel à maiore parte, vel aliquibus, pro vt iudicis arbitrio, *l. quod maior D. ad municipal. l. duo ex tribus, D. de re iudic. l. 1. D. de iure deliber. in c. ad abolendã de hæret.*

¶ Si tamen reus ab omnibus compurgatoribus laudatur, & eorũ testimonio inditia excludit, nõ debet amplius molestari, sed liber dimitti: nam qui tormenta vincit, purgat, quæcũq; inditia: & qui purgationi canonicę satisfacit, absoluendus est, & boni testimonij vir declarandus, vt traddit *Simanc. de Cathol. instit. tit. 56. ex nu. 20.*

†Quia non debet iudex plus suspicionibus credere quã leges ipsæ credũt, nec ei suspectus deinceps reus est habendus, vbi iura omnem suspicionem purgatam esse declarant, & eo maximé cum pronior debeat esse ad absoluendum, quam ad condemnandum, *cap. iudicet 3. q. 7. l. quæstionis modũ D. de qq. cap. iudicantem 30. q. 5. cap. stote de reg. iur. l. absentem, D. de pœn.* †Et eo magis quanto se alijs superiorem putat, vt traddit *Senec. lib. 2. de Ira*, Non enim est potẽtia nocere, sed imbecillitas, quia humanæ fragilitatis est abutere potestate, *Machab. 2. c. 7.* nam vt ait Ouid. lib. 3. eleg. 5.

Quo quisque est maior, magis est placabiles iræ,
Et faciles motus mens ingeniosa capit.

CAP. XXI. de criminis abiuratione.

SVMMARIVM.

Magus hæreticalis suspectus cogitur crimen abiurare. n. 1.
Abiuratio hæresis, quid sit. n. 2.
Abiurantes, quid facere teneantur. n. 3.
Abiuratio de leui, & de vehementi. n. 4.
Abiuratio ab omnibus hæresi suspectis publice præstatur. n. 5.
Hæretici occulti, & pueri intra priuatos parietes abiurant. n. 6.
Violenter suspectus non solum crimen, sed omnia debet detestari. n. 7.
Hæresim abiurans, de vehementi in quacunque postea dilabeatur, punitur. n. 8.
Abiurans de leui si postea dilabeatur non punitur, vt relapsus n. 9.
Relapsus non est, qui de leui abiurauit. 10.
Abiurans de leui, neq; ex probatione, neq; presumptione reputatur hæreticus. 11.
Abiurare recusans, vt impenitens traditur curiæ seculari. n. 12.
Abiurans non solum errores, sed autores, & libros detestatur. n. 13.
Abiurans debet Catholicam veritatem confiteri, & contraria damnare. n. 14.
Abiurationis formulæ variæ. n. 15. et 16.

MAgus de hæresi crimine suspectus, vt hæreticus cogitur crimen abiurare: de leui si leuibus fuerit difamatꝰ: de vehementi, si magnis & vehementibꝰ, de violẽti tñ si de violenta suspicione laborauerit, vel si vere & formaliter sit hæreticus, vt traddũt *Spręger. in Mall. p. 3. q. 19. Eymeric. in direct. Inquis. p. 2. q. 55. Zanchin. de hæretic. ca. 41.* †Est autem abiuratio in hoc casu solẽnis hęresum detestatio, cũ assertione contraria Catholicæ veritatis, vt colligitur ex *c. Ego Berengarius de cõsecrat. dist. 2.* & ex *c. ad abolendã, §. illos quoque, de hæretic.* & ex *c. super eo.* & ex *cap. accusatus de hæretic. lib. 6. cap. inter solicitudines de purgat. canonica.*

3 †Nã qui tale ſuſpicione laborant debent cũ abiuratione generali omniũ hæreſum,& aperta,atq; clara errorũ, de quibus ſunt ſuſpecti canere palinodiã, & contraria aſſerere, & iurare, ſe nũquã ad abiuratos errores rediturũ: & hęc omnia conſcripto libello abiurationis propia inſcriptione munito confirmare, quæ cuncta ab Apoſtolorũ temporibus recepta fuere teſtatur *Simanc. de Cathol. inſtit. c. 55. n. 8. & 10.*

4 †Hac tñ diferentia, quod qui iurat de † leui, intra priuatos Inquiſitoris parietes, debet eã recitare; ſi tamẽ de vehemẽti, vel violẽta iurandũ eſt publicé conuocato populo, vt traddit *Rojas ſing. 1. n. 26.* licet Eymericus vtranq; publicé fieri deberi cõtendat, cũ, qui abiurat publicé ſit de hæreſi ſuſpectus, *in direct. Inquiſ. p. 3. n. 161.* †Nam

5 olim errores obiurabantur in Concilijs generalibus, & prouincialibus, in quorũ loco publica adiuratio ſuccedit, ab omnib⁹ de hæreſi ſuſpectis preſtanda, etiã ſi impubes, aut doli capax abiurauerit, *c. ſiquis epiſcopus 1. q. 7. c. ad abolendam de hæretic. c. inter ſolicitudines depurgat. canonic.* †Exceptis pueris intra pupilarẽ ætatem, & qui occultas hæreſes profitetur, qui pro leui ſuſpicione publicé abiurare ſolent, ſed priuatim in auditorio, ſiue camera Inquiſitorum, vt in *prima Conſt. Hiſpal. cap. 5. & tertia Valiſolet. cap. 12.*

7 ¶ Debent enim violenter ſuſpecti quando crimen fatẽtur, & parati ſunt abiurare, & reddire ad ſanã mentem, deteſtare non ſolũ errorẽ, de quo accuſantur, ſed omnes alios Catholicæ fidei contrarios, quia Chriſtianus nõ eſt, qui omnia fidei contraria non deteſtatur, vt traddunt *Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 1. n. 12. & tit. 57. n. 7.* † Et ita poſtea, in quacunq; hęreſi reperiatur, (etiã ſi nominatim nõ ſit abiurata) tanquam relapſus punitur, quia omnia ingenere abiurauit, *c. litteris, §. quo circa, de præſumpt. Simanc. & ſprenger. vbi ſup. Eymeric. in direct. Inquiſi. p. 2. q. 55.* †Leui quoq; ſuſpicione laborantibus debet indici abiuratio tantum ſpecialis hæreſis, de qua leuiter ſuſpecti, cum etiã ſi relabeantur in hac, aut alia hęreſi non puniantur, vt relapſi, *c. accuſatus de hæret. lib. 6. Simanc. d. tit. 1. n. 19. Rojas ſing. 1. nu. 26. Eymeric. vbi ſup. d. p. 3. n. 161.* †Vnde falſũ eſt quod multi teſtantur, eumquoq; qui de leui abiurauerit, ſi iterum incidat, vt relapſum eſſe puniendũ, *Ancharr. in d. c. accuſatus, notab. 6. Affliict. in Conſtit. Siciliæ tit. 1. col. 8.* quia id expreſſe ſacros canones aduerſatur, vt traddit *Pegna in direct. p. 2. ſchol. 64.* †Nã de leui abiurans, neq; ex probatione, neq; ex iuris fictione reputatur hæreticus, ſed tantũ ſuſpectus, quare relabendo non cõuincitur, neq; de hæreſi, quam fuit abiuratus, neq; de alia, quia in genere non abiurauit, vt traddit *Simãc. d. c. 53. n. 5. Sprenger. d. q. 19.* †Niſi abiurare recuſauerit, in quo tã qui leui, quam qui vehementi laborant, vt pertinaces, & impœnitentes tradũtur curiæ ſęculari, *d. c. ad abolendã de hæretic.* nã vt ait Leo ille magnus ad Aquilanenſ. Epiſc. epiſt. 10. *qui correctos ſe videri volunt ab omni ſuſpicione ſe purgãt, & obediẽdo nobis probent ſe eſſe noſtros.*

¶ Et in tali abiuratione non ſolũ errores de quibus ſunt ſuſpecti tenentur abiurare, ſed eorũ etiã authores, & libros, & dãnatos aſſerere, *c. ſaluberrimum 11. q. 7.* vt de Pelagio hæretico teſtatur *D. Aug. ad Innocent. epiſt. 95.* †Atque ſimul debet catholicã veritatem ſuis erroribus contrariã confiteri, ac ſe proteſtare in eius fide deceſurũt, & iure iurãdo aſſeuerare, vt in Ephęſina ſynodo deciſſũ eſt aduerſ⁹ Neſtoriũ, *ſentias autem, & doceas, quæ nos vniuerſi per orientẽ, & occidentẽ Epiſcopi,*

copi, & Magistri, præsulesque populorum credimus, & docemus, idque apertissime confiteri, *cap. donatum* 1. *q.* 7. †Cu
15 ius quidem abiurationis formulæ variæ sunt in iure, pro vt vnius cuiusq; criminis natura, vna præscribitur *in cap. Ego Berengarius de consecrat. dist.* 2. quam retulit *Eymeric. p.* 2. *pag.* 181. & aliam eiusdem Berengarij, *Pegna lib.* 2. *schol.* 24. *fol.* 56. aliam *Turrecrem. li.* 4. *de Eccles. p.* 2. *cap.* 22. aliam *Castro de iusta hæret. punit. lib.* 1. *cap. fin.* aliã
16 *Rojas singul.* 1. †Alias referunt *Zanch. de hæretic. cap.* 20. *num.* 2. *& ibi alias Campeg. Bern. Comens. in lucerna Inquisit. v. abiuratio Albertin. de agnoscend. assert. Cathol. q.* 30. *ex num.* 60. *Rojas sing.* 1. *& de hæretic. p.* 2. *assert.* 41. *n.* 331. *Brun. lib.* 3. *de hæretic. c.* 6.

CAP. XXII. de Relapsis.

SVMMARIVM.

Relapsi sunt qui iam semel crimen abiurarunt, & iterum dilabuntur. n. 1.
Relapsum quatuor species. n. 2. *&* 3.
Relapsus est, qui abiurat inuocationem, si iterum consulat dæmones. n. 4.
Relapsus cẽsetur abiurans hæresim de qua tenetur, & omnes ingenere, si postea in qualibet earum dilabeatur. n. 5.
Relapsus non censetur abiurans de leui si postea labeatur. n. 6.
Relapsus est abiurans de vehementi si postea hæreticos visitat, aut fouet. n. 7.
Relapsus censetur dilabens postquã ad purgationẽ canonicã fuit admissus. n. 8. 9.
Abiurans ex spontanea criminis confessione si relabitur non punitur, vt relapsus. n. 10.
Relapsum facit pertinatia, & impenitentia. n. 11.
Relapsus curiæ seculari traditur, etiam si petat misericordiam. n. 12.
Delinquentibus semel partitur. n. 13.
D. Matt. c. 18. *de relapsis explicatus.* 14.
Ezech. c. 18. *et* 33. *de relapsis illustratus. n.* 15.

RElapsi dicuntur, qui 1
prius lapsi fuerunt, &
pœnitentia ducti crimen abicerunt, in quo iterum labentur, nam ante abiurationem relapsus nõ dicitur etiam si sæpissimè labeatur, *cap. accusatus cap. Super eo hæretic. lib.* 6. *Petr. de Palud. in Sent.* 4. *dist.* 13. *q.* 3. *concl.* 5. *Castro de iustæ hæret. punit. li.* 2 *c.* 2. †Et horum quatuor sunt species 2
prima eorum, qui in eadẽ hæresi labũtur, quam antea abiurauerunt, *vt in c. ad abolendam*, §. *præsenti de hæretic.* siue deprehendatur facti euidentia, siue confessione propia, siue testium productione legitima, *vt tradit gl. in d. c. abolendam, v. deprehensus, & in c. super quibusdã, eod. tit.* †Secũdo quando 3
vehemẽter suspectus de aliqua hæresi aut fortilegio hęretico abiurat errorẽ tanquã vehementer suspectus (si post talem abiurationem deprehẽsus est in eadem abiuratã hæresim incidisse) vt relapsus debet puniri, *c. accusatus in princ. de hæretic. lib.* 6. †Vt qui dæmones inuocabat, & propter hæresim, 4
aut vehementẽ suspicionem coactus fuit solẽniter abiurare crimẽ, ac dein de iterum dæmones consulit, puniri potest tanquam relapsus, vt tradunt *Archidiac. Dominic. & Franc. in d. cap. accusatus* §. *fane de hæret. lib.* 6. †Tertio 5
quando vehementer suspectus abiurat illã hęresim de qua tenetur specialiter, & omnes alias generaliter, & postea incidit in aliã, qua primo fuerat accusatus, quia tunc etiã relapsus censetur, *d. c. accusatus*, §. *eum vero de hæret. li.* 6. †Sec° si leuibus indiciatus iurat de leui, & postea incidit in eam, aut aliã hæresim, licet ex hoc grauius sit punicudus, non tamen debet relapso-

rum loco haberi, nec traddi curiæ sæ culari, *ex d. cap. accusatus, §. si autem*
7 *leui.* †Quarto quando quis in hęresi depræhensus, vel suspectus vehementer cogitur abiurare, & postea hæreticos, vel Magos alloquitur, visitat, fobet, vel munera mittit, quia excusari nequit, quin ex approbati erroris consequentia feciſſe, intelligatur relapsus censetur, *d. cap. accusatus, §. ille quoque, cap. vt officium de hæretic.*

8 ¶ Præterea non solum relapsus cẽ setur, qui de vehementi, aut violenta suspitione abiurauit, sed etiam qui ad purgationem canonicam fuit admissus, vt iterum labens, tanquam re lapsus puniatur, cap. ad abolendam, § illos quoque de hæretic. *illos quoque qui post abiurationem præfati erroris, vel post quam se propii Antistitis examinatione purgauerit, deprehensi fuerint in abiuratam hæresim incidisse sæculari iudicio, sine vlla penitus audientia decernimus relinquendos.* †Nam licet Eymerico valde dificile videatur in *Direct. p. 2. q. 85. n. 7.* vbi ait consulendum esse Pontificem, & dubitanter loquitur, *in p. 3. num. 184.* vera est asserta sententia, quæ similiter confirmatur
9 *in cap. excommunicamus, §. adiicimus de hæretic. & in cap. super eo, eod. tit. lib.* 10 *6.* † Et hoc verum nisi sponte crimen confiteatur, & ex vera criminis contritione ad Inquisitores sponte accedat, vt tradit *Castro lib. 2. de iusta hæretic. punit. cap. 2.* aut occultum crimẽ manifestauerit, quia incorrigibilis nõ est, qui sponte crimen fatetur, vt tradit *Simanc. de Cathol. inst. tit. 57. num.*
11 *18.* †Neque qui à carcere fugit, licet pro conuicto habeatur, *l. in eos D. de custod. reor.* sufficiens est, vt quis dicatur relapsus, quia fuga non facit relapsum, sed pertinatia, & impœnitentia, & ita reijciendi sunt *Abb. in cap. cum non ab homine de iudic. Castro d. cap. 2.*

¶ Pœna autem Relapsi est, vt sine spe veniæ iudici sæculari relinquatur animaduersione debita puniendus, quantumuis ad sanam mentem conuertatur, quia semel hæreticis pœnitentibus parcitur, *cap. ad abolendam de hæretic. cap. super eo, eod. tit. lib. 6.* †Nam vt ait Plato lib. 10. de leg. *Vt impij propriori lapsu ad carcerem damnarentur: si vero rursus impietatis crimine condemnati essent morte, sine venia plecterentur,* cui astipulantur *l. 3. C. de episcop. aud. l. seruos C. ad l. Iul. de vi publ. l. quicunque C. de seruis fugitiu.* †Neque obstat dicere peccatorem tametsi sæpe sæpius relabeatur esse admitendum, quia Ecclesia Catholica nemini ad se redeũti gremium claudit, D. *Matth. cap. 18. & Ezech. cap. 18. & 33.* †Quia facile respondetur aliud esse in foro interiori, aliud in foro exteriori, in illo enim semper locus est pœnitentiæ, ac hereticis etiã relapsis absolutio salutaris non denegatur, in hoc vero hæretici relapsi curiæ sæculari relinquuntur, quia bona temporalia, qualia vitam, famam, & cætera fortunæ bona iure amisit, vt traddit *Simanc. vbi sup. d. cap. 57. n. 14. & 15.*

12 13 14 15

CAP. XXIII. de Dogmatistis.

SVMMARIVM.

Dogmatistis pœnitentiæ locus non est num. 1.

Magistri, & duces erroris grauius puniũtur. num. 2.

Fidem alterius expugnantes quam acriter puniantur. n. 3.

Dogma-

Dogmatistis ex nullo iure denegatur penitentiæ. num. 4.

Dogmatistæ ex iure Canonico ad pœnitẽtiam admituntur. n. 5.

Ecclesia solis relapsis veniam denegauit. num. 6.

Dogmatistæ ad pœnitentiam venientes admituntur. n. 7.

Impœnitentibus, relapsis, & quibus nolunt abiurare venia denegatur. n. 8.

Dogmatistæ moniti, vt errorem deponãt perseuerantes sine miseratione tradũtur curiæ. n. 9.

Suplitia acerbanda sunt in proteruis, & multum grasantibus. n. 10.

Dogmatistæ quare potius quam alij puniãtur. n. 11.

[1] MAgos hæreticales, qui alios in errorem inducunt, vt ipsos hæresiarcas (etiã si pœniteant) tradendos esse curiæ sæculari, docuerunt *Repertorium Inquisit. v. docere, Rojas de hæret. p. 2. assert. 43. Simanc. de Cathol. instit. tit. 47. ex num. 54. & in Enchirid. violatæ relig. tit. 59.* †Nam Magistros, & duces erroris grauius quam alij puniri solet, *Deuter. c. 13. Numer. 25. l. hi qui C. de apost. l. quoniam nulla facinora C. ad l. Iul. de vi public. Tiraq. de pœn. caus. 47.* †Nam vt Imperatores, & Iurisconsulti testantur vltimo suplicio coercendi sunt, qui illicita docere tentauerint, & qui fidẽ alterius expugnãt peruersa doctrina, *l. quicunque C. de hæretic. l. penult. C. de apostat. l. fin. C. de Iudæis, l. 75. tit. 6. lib. 16. C. Theodos. l. 1. §. persuadere, D. de seruo corrupt.* †Quod licet tot iuribus fulciatur, ac rot sæculis inualuerit eorum consuetudo, in contrarium est veritas, quia nullus est textus de iure Canonico, qui eos ad misericordiam venientes non admittat, & indulgeat; imo in Concilio Bitirrense cap. 16. de huiusmodi dogmatistis agens, ita subdit, *ipsos ad conuersionem pro vt poteritis inducentes, & conuerti volentibus vos exibeatis fauorabiles, & benignos.* † Et in Concilio Tarraconens. cap. ... in hęc verba cauetur, *Perfecti vero hæretici si conuerti voluerint, & dogmatizantes absolutione præhabita, & abiuratione facta perpetuo carceri detrudantur.* † Neq; obstat iura ciuilia in contrarium adducta, quia in his disponere nequeunt, ex defectu potestatis, *cap. Ecclesia S. Mariæ de Constit.* Ecclesia enim solis, relapsis veniam denegauit, quæ ad alios extendi nequit, cum iudex prõnior debeat esse ad absoluẽdum quã ad condemnandum, *cap. iudicet. 3. q. 7. cap. iudicante 30. q. 5. cap. stote de regul. iur.* †Et ita hanc sententiã, quod dogmatistis pœnitentibus venia condonetur, expræssé tenent *Eymeric. in direct. Inq. p. 2. q. 39. & p. 3. nu. 188. late* Pegna, *d. p. 2. schol. 46.* †Nisi nolint abiurare, aut sint impœnitentes, aut relapsi, quibus omnib⁹ ius canoni cũ diserte veniã denegauit, *c. ad abolẽdam, cap. accusatus, cap. super eo de hæretic. lib. 6. Eymeric. in direct. p. 2. q. 55. & 57.* † Aut tales Dogmatistæ moniti sint errorem deponere, vt Lutherus in Concilio Trident. quæ est canonica admonitio, & sic redeũtes, licet non relapsi censeãtur, incorrigibilis, quos ius Canonicum traddi iuuet curię sæculari, quia Ecclesia non habet condignam pœnã punientes, *cap. cum non ab homine de iudic. c. nouimus, de verbor. signif.* †Nam in proteruis & multis grassantibus accerbanda sunt suplitia, quia propter immanitatem facinorum licitum est iura transgredi, *l. aut facta, §. fin. D de pœn. Tiraq. de pœn. temp. caus. 49.* † Idque maxime indogmatistis admonitis propter eorum pertinatiam, &

ob

ob bonum publicum, quia Magistri perempti, prouidentur discipuli, vt salui fiant, *Amos proph. cap. 9. cum aliis per Brun. lib. 5. de seditio. cap. 6.*

CAP. XXIIII. de absentibus, & eorum bonis.

SVMMARIVM.

ABsens damnari non debet. n. 1.
Incerta cognitio est inter absentes. num. 2.
Crimina obiecta fateri videtur, qui sæpe monitus purgandi se occasione non vtitur. n. 3.
Absens conuictus quibus præmissis possit damnari. n. 4.
Contumacia delictum est, per quod possit reus damnari. n. 5.
Comtumax non plectitur in amissione vitæ, vel bonorum. n. 6.
Absens nisi in crimine læsæ Maiestatis damnari non debet. n. 7.
Contumax, & positionibus non respondēs habetur pro confesso ex fictione iuris. num. 8.
Confessi habiti a lege dum volunt probare contrarium audiuntur. num. 9.
Tertius admittitur ad probandam ignocentiam rei. n. 10.
Sententia contra absentem lata potius præsumitur ob contumatiam quam ob delictum. n. 11.
Sententia contra absentem potius interlocutoria, quam definitiua censetur. n. 12
Sentētiæ absentis pœna non durat nisi quatenus durant contumatia. n. 13.
Reprehenditur consuetudo, quæ ex quocunq; crimine pœnam confiscationis bonorum imponit. n. 14.
Reus comparens infra annū a die sententiæ omnia ipso iure recuperat. n. 15.
Præsentatio rei succedit in loco satisdationis. n. 16.
Præsentato reo omnia resoluuntur in vim simplicis citationis. n. 17.
Hæreticus cuius statua est cōbusta, si comparet auditur. n. 18.
Nulla temporis præscriptione a causæ defensione reus submouetur. n. 19.
Reus elapso anno auditur, quo ad personā nam bona remanent penes Fiscum. n. 20
Reus elapso anno non recuperat bona etiā si innocentiam docuerit. n. 21.
Bona allienata per fiscum im pœnam contumatiæ post annum non recuperat reus num. 22.
Bona innocentis a fisco allienata impœnam contumatiæ tenetur fiscus restituere contra communem. n. 23.

ABsens damnari non debet, vt Imperator Hadrianus constituit, & pluribus sanctorum Patruum decretis cōprobatum est, *Acta Ap. cap. 25. l. absentem D. de pœn. cap. 1. de causa possess. & propiet. cap. 1. & seqq. 3. quæst. 9.* †Quia vt ait D. Hieron. epist. ad Iulian. *inter absentes incerta cognitio est*, & sicuti Menander ait, *qui prius condēnauit, quam causam luculenter audiuerit, is malus est, quia male credidit*, & Seneca in Med. *qui statuit aliquid parte inaudita altera, æquum licet statuerit, haud æquus fuit*, nam vt ait Ouid.

—Optima, nam nulla causa tuente perit.

Sed quia reorum propiū est latitare, nam qui male agit odit lucem, maiores nostri statuerunt, vt illum qui neque denunciationibus, & edictis iudicum obtemperauerit, quando conuictus est in pœnam ordinariam damnetur, quia crimina obiecta fateri videtur, qui sæpe monitus purgandi se occasione non vtitur, *d. l. absentem, l. 1. & seqq. D. de req. reis, cap. absens, c. decernimus 3. q. 9.* †Absens enim si plenè conuictus non est, sed iusta aliqua suspicione premitur, in foro Ecclesiastico

siastico citandus est, vt compareat, vel vocandus per edicta, vt intra certum tempus sui copiã faciat, sub pœna excõmunicationis, quod si neglexerit, & in ea persisterit cõtumatia per annũ, damnandus est tanquam hæreticus, *cap. cum contumatia de hæretic. lib. 6. Brun. lib. 4. de hæretic. cap. 11.*

5 ¶Nam licet cõtumatia delictum sit, *l. omne delictum §. contumatia, D. de re militar.* propter quam reus multari possit, DD. *in l. 1. D. siquis ius dueti non ob temper. Menoch. de Arbitrar. cas. 280. lib. 1. num. 1.* & excommunicari, *Abb. in cap. de quod vulgo, n. 10. de iudic. cap. quærenti de verbor. sig*

6 *nific.* †Nam tamen in amissione vitæ vel bonorum plectendus est, vt ex multis firmat, *Farinac. tom. 1. q. 18. ex*

7 *num. 37.* . . . . †Excepto enim crimine Maiestatis, in alijs etiam imponẽtibus pœnam corporalem, absens dãnari non debet, *l. absentem §. aduersus contumacem, D. de pœn. l. absentem C. de accusat. l. 1. D. de requir. reis, Abb. in cap. veritatis, ex num. 19. de dolo, & contumat. Boss. in Pract. tit. de requir. reis num. 1. Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 80. ex num. 97. Cacheran. decis. 105*

8 *ex num. 8.* †Nam licet contumax, & positionibus non respondens habeatur pro confesso, *cap. si post præstitum, de confess. lib. 6.* hoc fit per fictionem tantum iuris, vt tenet *Cacheran. decis.*

9 *105. num. 6.* †Et ita si vult probare cõtrarium admittitur, vt ignocentiam suam ostendat, non solum coram superiorem, sed etiam apud eundem iudicem, qui sententiam tullit, *Bald. in l. error, C. de iuris, & facti ignoran. num. 14. Iass. in l. 2. C. qui testam. facere poss. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 22. num. 7. Tiraq. de Retract. ligna gier. §. 4. gl. 1. num. 12. Menoch. de Arbitrar. cas. 416. ex num. 37. And.*

10 *Gail, de pace publ. lib. 2. cap. 8.* †Quod adeó est verum, vt tertius etiam admitatur ad docendum de ignorantia rei, contra reg. *l. penult. §. an crimen, D. de public. iudic.* tradit ex *Iasone, Bonacosa, & alijs, Flamin. Carthar. de exec. sent. cap. 1. ex num. 103. & cap. 3. ex num. 23.* †Nam sententia contra 11
absentem lata potius presumitur ob contumatiam, quam ob delictum, *l. Papinianus §. meminisse, & ibi Bart. l. qui repudiatis D. de inoffic. testam. Foller. in Prax. cap. 33. nu. 90. Tiraq. tract. cessante causa p. 1. ex num. 62.* †Ideo po 12
tius interlocutoria, quam diffinitiua censetur ex traditis ab *Alexandro, Socimo, & aliis in l. 1. §. hoc iudicium, D. siquis ius dicenti non obtemp.* † Cuius 13
ideo pœna non durat, nisi quatenus durat contumatia, *Felin. & Decius in cap. ex litteris num. 12. de Constit.*

¶ Et ita non obstante pœna publi- 14
cationis bonorum, quę ex quocunq; delicto hodie imponitur, *ex tit. de requir. reis*, quamuis male, quia sublata est per *Auth. bona damnatorem, C. de bonis proscript.* †Reus hodie comparẽs 15
infra annum á die sententiæ omnia recuperat ipso iure, si satis dederit *Alberic. in l. 1. C. de requir. reis num. 4. & de communi firmat Farinac. tom. 1. q. 11. num. 84. Flam. Carthar. vbi sup. d. cap. 1. ex num. 389. Iul. Clar. in Prax. q. 44 num. 1.* †Vel si se in carcerem præsen 16
tauerit, quod succedit loco satisdationis, vt ex dicto Farinacio, & alijs resoluit *Sebast. Guazzinus tract. de confiscat. bonor. limit. 64. concl. 13. ex num. 2.* † Quia tunc omnia acta resoluun- 17
tur in vim simplicis citationis: auditurque reus, quo ad bona, & quo ad personam, vt traddunt *Boss. vbi sup. num. 3. Angel. de malefic. v. qui dicatur num. 4. Iul. Clar. in Pract. q. 44.* †Etiã 18
si crimen sit hæreticum, & rei statua combusta sit, vt traddit *Episc. Simãc. de Cathol. instit. tit. 2. num. 20* † Quia 19
nulla

nulla temporis præscriptione à causæ defensione reus summoueri debet, quin absens audiatur, *l. 2. l. penult. D.* 20 *de requir. reis.* †Et ita verum est quo ad personam, nam quo ad bona, elapso anno, in pœnam contumatiæ remaneant penes fiscum, donec innocentiam suam docuerit, & fuerit absolutus, *l. 1. cum alijs, D. de requir. reis, l. 2. C. eod. l. 2. D. si quis caut. l. qui commeatus, D. de re milit. cum alijs per Bass. & Clar. vbi sup. Conrad. in pract. tit. de contumac. & bannito, ex num. 2.* 21 †Contra tamen quod elapso anno etiam si de ignocentia docuerit, & fuerit absolutus, bona non recuperare in pœnã contumatiæ traddunt *Conrad. vbi prox. tit. de public. bonor. n. 40. Farin. d. q. 11. n. 89. Guazz. in. vbi sup. limit 65 concl. 13. ex n. 3.* †Idque magis si bona fuerint alienata per Fiscũ, vt facere solet, nam etiam si compareat infra annum, et fuerit absolutus adhuc bona alienata bannitus non recuperat, vt in praxi obseruari testatur *Baiard.* 23 *ad Clar. §. 44. ex num. 9.* †Sed hæc praxis valde periculosa est in conscientia, vt fiscus ignocẽtis bona retineat, ideo cõtra Baiardum, & alios ex Romanæ Curiæ stylo contrarium resolut *Guazzius vbi sup. ex num. 12. & per pulchras decisiones Rotæ Farinac. d. q. 11. ex num. 98.*

CAP. XXV. de appellatione.

SVMMARIVM.

Appellatio est remedium salutare cõtra iniquitatem primi iudicis. n. 1.

Appellatio in omni casu censetur permissa nisi expresse prohibeatur. n. 2.

Appellare posse negans debet ostendere. num. 3.

Appellatio non est denegãda etiam diabolo. n. 4.

Appellatio non solum suspendere verum extinguere dicitur sententiam. n. 5.

Appellatio extinguit præsumptionem, quæ stat pro sententia. n. 6.

Sententia postquam est appellata dicitur potius iniusta. n. 7.

Præsumitur magis pro appellatione, quam pro sententiam. n. 8.

Appellationi pendenti, nihil est innouandum. n. 9.

Appellatio eximit appellantem a iurisdictione iudicis aquo. n. 10.

Iudex aquo procedens post appellationem facit acta nulla. n. 11.

Attentata proueniunt ex natura ipsius appelationis. n. 11.

Iudex, a quo procedens post appellationẽ ius, iudicem, & partem offendit. n. 12

Hæreticis non datur appellatio ab Inquisitoribus. n. 13.

Hæresis causa sit de plano, & sine figura iuditij. n. 14.

Hæreticis in Hispania datur appellatio ad Papam, & ad Senatum sanctæ generalis Inquisitionis. n. 15.

Appellatio huiusmodi non solum ab diffinitiua, sed ab interlocutoria datur. num. 16.

Appellatio ab excommunicatione effectũ tantum habet deuolutiuum, non suspensiuum. n. 17.

APPellatio atheriaca 1 dicitur, & remedium salutaris contra venenum, & iniquitatem primi iudicis, *l. 1. D. de appellat. cap. suggestum eod. tit, in Decretal.* † Et ita in omni casu cẽsetur per 2 missa missi expresse reperiatur prohibita, *gl. in l. qui restituere, D. de rei vindicat.* †Vnde qui dicit in aliquo casu 3 non posse appellare, debet ostendere, cum habeat regulam contra se vt traddunt, *Franc. in cap. vt debitis, num. 43. de appellat. Lappus alleg. 2. n.*

5.

5. *Tiraq. in tract. Lemort. ſai ſit, p. 6. principal. declar. 6. ex num. 9. Cæphal. 4 conſ. 185. num. 1. lib. 2.* †Quare in dubio eſt appellationi deferendum: nec iudex debet eam reicere: quia nemini eſt deneganda etiam diabolo, vt eſt *deciſsio Rotæ 16. alias 354. num. 3. de dolo, & contum. Pariſius conſ. 28. n. 11. lib. 4. Lancellot. de attent. p. 2. cap. 12. ampliat. 5. num. 8. 11. & 14.* †Nã appellatio dicitur tantæ potentiæ, vt non ſolum ſuſpendere, verum etiam extinguere dicatur ſententiam, *l. 1. ad fin. D. ad Turpilian.* †Quin imo, & præſumptionem, quæ ſolet eſſe pro ſententia, vt eſt communis, de qua *Oſaſcus deciſſ. 13. num. 4. Burſat. conſ. 66. num. 2. lib. 1.* †Nã ſententia poſtquam eſt appellata, dicitur potius iniuſta, *Zaſius in l. 1. D. de re iudic. Miſſinger. conſ. 41. num. 7.* †Quia magis præſumitur pro appellatione, quia eſt magis fauorabilis, quam pro ſententia, vt traddit *Bapt. Ferrer. conſ. 51. num. 23. lib. 1.* †Et ita regula eſt, quod apgellatione pendente nihil eſt innouandũ, vt omdia iura proclamãt, *l. 1. C. vt appellation. pendent. Beroi. conſ. 116. lib. 3. num. 10. Decius conſ. 97. n. 1. lib. 1. Grat. conſ. 26. num. 11. lib. 2. Menoch. conſ. 2. num. 150. lib. 1. Vinius in comm. lib. 2. op. 3.* †Nam appellatio eximit appellantem a iuriſdictione iudicis á quo, etiam ſi ſuperiori non ſit preſentata, vt traddit *Lancellot. d. cap. 12. in præfat. ex num. 11.* niſi deſertione, aut lapſu fatalium finiatur, *l. fin. C. de temp. appellat. gl. in cap. perſonas de appell.* DD. *in cap. cum ſit Romana, & in cap. ex ratione eod. tit.* †Alias iudex procedens facit acta nulla, & attentata ipſo iure, etiam ſi á ſuperiore non inhibeatur, quia attentata prouenium ex natura ipſius appellationis, vt tenet *Lancellot. d. cap. 12. limit. 17. ex num. 34.* †Et committit delictum quia eodem tempore ius, iudicem, & partem offendit, *iuxta notata in cap. cordi de appell. lib. 6. Natta conſ. 568. ex num. 14. lib. 3.* ideo punitur triginta pondus auri, *l. quoniam iudices, C. de appellat.* & alijs pœnis congeſtis á *Lancellot. vbi ſup. p. 3. cap. 31.* †Ni ſi cauſa ſit hæreſis, in qua ab Inquiſitoribus non datur appellatio tan hæreticis, quam eorum fautoribus, & defenſoribus, *cap. vt inquiſitionis de hæretic. lib. 6. Clem. ſæpe de verbor. ſignific.* †Quia in negotio hæreſis procedi-tur ſimpliciter, & de plano, & abſque ſtrepitu iudicij, *cap. fin. de hæretic. lib. 6. cum aliis per Comenſ. in Lucerna Inquiſit. v. appellatio, ex num. 1.* † Contra tamen in his Hiſpaniæ regnis ab Inquiſitoribus appellatio datur ad Papam, & ad ſenatum S. Inquiſitionis ſupremum, vt probant *conciuis meus Epiſcopus Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 6. Zanchin. de hæretic. cap 29. Eymeric. in direct. Inquiſ. p. 3. num. 121. & ibi Pegn. comm. 31.* †Et non ſolum a diffinitiua datur huiuſmodi appellatio, ſed etiam ab interlocutoria dum iuſtam cauſam adfert, nam fribola non eſt admitenda, *cap. cum appellationibus de appellat. lib. 6.* †Niſi talis ſententia ſit excommunicationis, in qua appellatio effectum tantum habet douolutiuum, non ſuſpenſiuum, *cap. paſtoralis, §. verum de appellat. Duen. reg. 42. num. 8. Lancellot. de attent. p. 2. cap. 12. limit. 21.*

CAP. XXVI. De recuſatione.

SVMMARIVM.

Recuſatio defenſionem continet, & a iure naturali emanat. n. 1.

Recuſatio acta ſuſpendit. n. 2.

Sententiæ & geſta poſt recuſationem ſunt ipſo iure nulla. n. 3.

Recu-

Recusatio in omnibus Regnis admititur. num. 4.

Recusatio in omni causa, & a quocunque iudice imponitur. n. 5.

Ordinarius recusatus recipit coadiutorē. num. 6.

Recusatio Ordinarij hodie solo partis iuramento fit. n. 7.

Iudices superiores non recusantur sine causa. n. 8.

Iudices Ecclesiastici omnes nō recusantur sine causa. n. 9.

Vniuersitates, & concilia recusantur. numer. 10.

Concilia generalia recusari nequeunt quia Ecclesiam representant. n. 11.

Concilia huiusmodi non solum in causis fidei verum temporalibus non possunt errare. n. 12.

Concilia huiusmodi in temporalibus recusari posse. n. 13.

Ciuitas colegium, & senatus recusari possunt. n. 14.

Ciuitas delinquere nequit. n. 15.

Ciuitas delinquit respectu Rectorum. num. 16.

Ciuitas respectu Rectorum crimen committit. n. 17.

Ciuitas ex delicti Rectorum potest deleri. num. 18.

Ciuitas recusatur ex communi sententia. num. 19.

Recusatio vaga cēsetur, quæ ad omnes extenditur. n. 20.

Recusari non possunt omnes vnius ciuitatis. n. 21.

Iurisperiti omnes ciuitatis recusantur, nisi spetialiter nominentur. n. 22.

Inquisitores hæreticæ prauitatis recusari non possunt. n. 23.

Inquisitores huiusmodi neque generaliter, neque spetialiter recusantur. n. 24.

Inquisitores huiusmodi verius est posse recusari. n. 25.

Inquisitores cum sint homines possunt errare. n. 26.

Inquisitores recusari posse cautum est per supremum S. Inq. n. 27.

Inquisitores vt recusentur debet causa probari in senatu Inquisitionis. n. 28.

Causæ recusationis discutiuntur per arbitros in Ecclesiasticis. n. 24.

Causæ recusationis in hæresis crimine discutiuntur per senatum. n. 30.

Papa recusari non potest. n. 31.

Papa non habet superiorem in terris. n. 32.

Papa non est purus homo, sed vices Dei gerens. n. 33.

Appellantes a Papa ad futuram synodum excomunicantur. n. 34.

Papa superior est omni concilio. n. 35.

Reges & imperatores sunt irrecusabiles. n. 36.

Reges sunt Vicari Dei in temporalibus, vt Papa in spiritualibus. n. 37.

Reges, qui non recognoscunt superiorem non recusantur.

RECVSATIO quia defansionem cōtinet, *Clem. pastoralis, §. cæterum de re iudic.* ex iure naturali emanasse scribit, *Abb. in ca. cum inter, de excepti.* nam vt ait tex. in c. quod suspecti 3. q. 5. *Nam quemadmodum naturale est suspectorum, & inimicorum iudicum semper velle refugere.* †Quare vt appellatio acta suspendit, quia miserum est apud iudicem suspectum litigare, *d. cap. cum inter, de excepti. cap. suspitionis, de offic. delegat. cap. secundo requiris, §. tertio postulas, de appellat.* †Et ita gesta, processus, & sententia per iudicem recusatum sunt ipso iure nulla, vt post plures traddit *Robert. Lancell. de attent. p. 2. cap. 6. de attent. post recusat. num. 4. & ex n. 11.* †Quod in omnibus prouintijs, & Regnis commune est, & recusandi stylus praxi receptus, vt traddunt *Vivius in cap. quoniam contra falsam ex num. 148. de probat.*

1

2

3

4

Conar-

Couarru. in cap. 26. Pract. Auēd. de exequend. mand. p. 2. c. 23. Menoch. de Arbitr. libr. 2. casu. 152. † Et interponitur in omni causa tam Ecclesiastica quā temporali, & in omni iudicio, tam ciuili, quam criminali, & á quocumq; iudice tam de legato, quam ordinario, *cap. suspicionis de offic. deleg. cap. cū speciali de accusat. cap. si quis contra, de foro compet.* † Licet de iure ciuili Ordinarius non possit recusari, *gloss. in l. apertissimi C. de Iudic.* quod intellige, vt tollatur causa in totum, non tamen, vt detur alius Coadiutor, *auth. si vero contigit C. de Iudic.* † Ad quod de iure communi causa suspitionis debebat allegari, *Bart. Alex. & alij inf. quia poterit, Iason. in l. apertissimi C. de iudic.* hodie tamen de iure Regio sufficit iurare de calumnia, *l. 1. titul. 16. libr. 4. Recopil.* † Quæ in omnibus Iudicibus temporalibus obseruatur, nisi supræmi sint, qui propter vitæ integritatem, & officij eminentiam, nō recusātur nisi causam suspicionis probare offeratur, & depositet pœnā, quæ non probanti est imposita, *l. 36. titul. 4. l. 4. titul. 6. libr. 2. Recopil.*

¶ In Ecclesiasticis tamen non solum superiores, recusati nō possunt, (nisi causa probetur) verum etiam omnes inferiores, *cap. cum speciali, de appellat. cap. secundo requiris, §. 1. eod. titul. Bald. in l. apertissimi C. de Iud. nu. 7. Andr. Gail. obseruat. 33. numer. 16.* † A quo nec Concilia, neque vniuersitates eximuntur, dum in secularibus iuretur de calumnia, in Ecclesiasticis causa ostendatur, *Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 458. num. 10. Did. Perez in l. 1. tit. 5. lib. 3. Ordin. cum alijs per Cenedum Collect. 100. ad Decretal. nu. 5.* † Nisi Concilia sint Generalia, quæ minimé recusari possunt, quia Ecclesiam Vniuersalem repræsentant, cui Deus promisit adesse, vtque ad consumationem sæculi, *Matth. ca. 27. c. 1. c. violatores dist. 15.* † Nō solū quādo causa fidei defūnienda est, verum quādo tēporalis tractatur, *Greg. Lop. in l. 22. tit. 4. p. 3. Auēd. in c. 23. Prætor. p. 2. n. 13. Rolā. cōs. 19. vol. 3. Rebuf. cōst. 3. tit. de Rescript.* † Licet quo ad temporalia posse recusari (quia cessat causa fidei pro qua Deus orauit *Mat. c. 9. Luc. 22.*) tenuerūt *Cardinal. Turrecremat. in Sūm. Eccles. lib. 3. c. 6. ad fin. & lib. 2. c. 112. D. Tho. in 4. dist. 41. Menoch. d. cas. 458. ex n. 13.*

¶ Ciuitas similiter, Collegium, & Senatus recusari possunt generaliter, *Alberic. lib. 2. statutor. q. 101. vers. aut ē potest, fol. 39. Capicius decis. 138. n. 6. Boert. decis. 269. n. 4. cū alijs per Cened. Collect. 100. ad Decret. n. 5.* † Nam licet ciuitas delinquere non dicatur, quia homo nō est, sed corpus quodā fictum, *arg. l. mortuo D. de fidei iusor. l. rerum mixtura D. de vsu capion.* † Quatenꝰ repræsētatur per Rectores *l. 1. §. quibus l. 2. l. sicut §. fin. D. quod quisque vniuers. nom. c. innotuit, de his, quæ fiūt â prælat.* † Quiā eorū singuli, & simul omnes odio, aut amore moueri possūt, & cōspirari, nō solū errare, verū delinquere poterint, *Iul. Clarus in Practic. §. fin. q. 16. ex n. 7. Cacher. decis. 39. n. 9. Farinac. to. 1. q. 24. ex. n. 109. Cenedo Collect. 101. ad Decretal. n. 2.* † Adeó, vt ciuitas possit deleri, atq; vastari, *Tiberius Decian. tom. 2. lib. 7. cap. 32. n. 14. Azeued. in curia Pisan. lib. 4. cap. 3. n. 6. Mascard. de probat. tom. 3. conclus. 1415. ex n. 1. & conclus. 1190. n. 19. Farin. d. q. 24. n. 120.* † Quare cꝰ recusatio absq; dulio procedere tentantur *DD. in c. pastoralis, §. pysana, de re Iudic. Petr. Greg. in syntag. p. 3. li. 49. c. 3. n. 24. Azeu. in l. 1. tit. 16. li. 4. Rec. & in curia Pis. d. li. 4. c. 6. n. 70. Paz. in prax. to. 1. p. 1. tēp. 10. n. 22.* † Etiam si vaga recusatio videatur, quæ ad omnes extenditur, *Rebuf. tract.*

tract. de Recusat. articul. 9. gloss. 5. nu-
21 mer. 46. tom. 3. Constit. Franc. † Ex quo iurisperitos omnes ciuitatis recusari non posse, nisi specialiter nominentur, tradiderũt *Bald. in l. hoc modo* D. *de condit. & demonstr. Gregor. in l. 22.*
22 *tit. 4. p. 3.* † Quia verius est ciuitas tota, & iurisperiti omnes vnius, vel plurium ciuitatum recusari posse, licet specialiter nõ nominentur, tradunt *Menoch. vbi sup. n. 11. Capicius d. decess. 138. Conrad. in Curial. Brebiar. lib. 1. cap. 9. §. 2. n. 9. & cum alijs Cened. d. collect. 100. num. 5.*

23 ¶ Inquisitores autẽ hæreticę pranitas, vt qui grauissimi, equissimi, & probatissimi semper eligũtur, vt qui tanto muneri præponuntur, irrecusabiles sunt, quia nulla videtur causa, quæ tantos viros suspectos reddat, vt tradunt *Archidi. in cap. quia plerũque de offic. Ordin. lib. 6. Menoch. lib. 1. ar-*
24 *bitr. q. 37. n. 40.* † Et nominatim eos recusari non posse scripserunt *Dominic. in d. cap. quia plerumque, Ripa de peste li. 3. n. 140. Ioan Rojas sing. 100. & tract. de hæretic. p. 2. tit. de priuileg. Inquis. nu.*
25 *435.* † Contra tamen verius est Inquisitores nominatim posse recusari post alios tenuerunt *Episcopus Simanc. de Cathol. inst. tit. 17. nu. 51. Bernar. Comensi. in Lucerna Inquis. V. recusatio, §. 1. Tabiena in summa V. Inquisitor, §. 4. n. 5.*
26 † Nam cum sint homines & possint errare, & odio, aut amore duci, dubium non est quim recusentur, quippe Episcopos omnes, qui sub Concilio fuerant congregati D. Chrysostomus recusauit dicẽs apud Sazomen. lib. 8. hist. Eccles. cap. 17. *Neque se tam stultum fore, vt Iudices ferret suos, qui*
27 *essent manifesti hostes.* † Et ita Inquisitores recusari posse expressé cautũ est per supremum Senatum S. Generalis Inquisit. *Instruct. Martitiens ann.*
28 *1561. cap. 52.* † Dum tamẽ suspicionis causæ ad ipsum senatum deducãtur, quæ non debẽt esse friuolæ, sed capitalis inimicitia, conspiratio in reos, vel quid tale, vt per *Hostiens. in sum. tit. de Recusat. §. quæ sint iustæ causæ, Zabarela in Clem. 1. de hæretic.* † Nã 29 licet in iuditio Ecclesiastico, ad probãdas recusationis causas arbitri eligantur, qui de illis cognoscãt *cap. suspicionis de offic. delegat. cap. cum speciali de appellat.* † In recusatione Inquisi- 30 torum in his Hispanię Regnis recurritur ad Senatum á quo dum legitimas causas iudicat, Inquisitori iubetur abstinere; dum leues, vt ad vltcriora procedat, vt traddit *Simanc. tit. 17. num. 52.*

¶ Papa tamen licet errare possit, 31 *cap. si Papa distinct. 40.* nõ poterit tamen recusari, *cap. querelam, vbi notat Panhormit. de Elect. cap. ipsi sunt cap. cũcta per muendum, 9. q. 3.* † Nam cum 32 recusatio, & appellatio ad se inuicẽ cohereãt, *c. super eo de appellat.* ad Papam nõ extenditur, quia nullum superiorem habet in terris adquem appelletur, *cap. ego sol^s, de maiorit. & obedient.* † Quia nõ est purus homo, sed 33 vices Dei gerens, *Nauar. in cap. nouit, de Iudic. Pacian. cons. 123. n. 88.* neque â nemine iudicatur *cap. mandatis 2. q. 4. cap. si Papa dist. 40.* quia null^s ei potest dicere cur ita facis? *idem Pacian. d. cons. 123. nu. 89.* † Quare appellãtes 34 à Papa ad futurum synodũ excommunicantur in Bulla Cœnę Dñi, vt traddit *Vgolinus de cẽsuris Pontifici reseruat. p. 2. cap. 2. §. 1. n. 1.* † Nam Papa 35 superior est omni Cõcilio etiam Generali, nam ab eo debet conuocari, ordinari, præsidi, & approbari, vt traddunt *Conrad. in temp. Iur. libr. 2. capitul. 1. §. 4. Sebast. Medices de legib. part. 1. quæst. 9. ex num. 6. cum alijs per Cened. Collect. 108. ad Decretal. num. 4. & num. 5.*

¶ Re-

36 ¶ Reges, & Imperatores similiter irrecusabiles sunt quia nō habent superiorem, quippe non accipiunt potestatem á Papa, vt volunt *Abb. in c. nouit, de iudic. n.* 11. *Decius.* 7. *Nauar. in tab.* 3. *ex n.* 19. sed á Domino Deo immediate, Prouerb. cap. 8. *per me Reges*
37 *regnant.* † Nam, vt Papa in spiritualibus Dei Vicarius est, *D. Ioan. cap. fin.* sic Reges, & Imperatores in tempo-
38 ralibus, *Apostol. ad Rom. c.* 13. † Qui ad externam polyticam prepositi recusari nequeunt dum non recognoscunt in temporalibus superiorem.

Cap. XXVII. De Inhibitione.

SVMMARIVM.

Inhibitionis tractatio ex difficilioribus, num. 1.

Inhibitionis materiam in causa violētiæ remisieu, num. 2.

Regibus nostris cognitionē cōpetere in causa violētiæ ex consuetudine, & priuilegio, num. 3.

Regibus nostris huiusmodi cognitionem iure naturali cōpetere probatur cōtra communem, num. 4.

Regibus nostris huiusmodi cognitionem competens iuræ naturæ à Iure toli nequit, num. 5.

Regibus huiusmodi cognitio competit iure diuino, num. 6.

Violentiæ cognitio Regibus competit iure positiuo, num. 7.

Regibus huiusmodi cognitio competit nō actu iurisditionali, sed priuato, nu. 8.

Iudice male exequēti violenter resisti potest, num. 8.

Facti quæstio rerum spiritualium laico denegatur, num. 9.

Facti quæstio dūtalis natura est, vt absque spirituriium cognitio terminetur laico non denegatur, num. 10.

Cap. tuā de ordine cognitionum explicatum, num. 11.

Factum clandestini matrimonij ad effectū puniēdi potest laicus discutere, n. 12

Matrimonium an de facto contractum sit nō prohibetur sæculari indagare, n. 13.

Cap. vt Inquisitionis §. prohibemus de hæreticis explicatur, num. 14.

Factum hæreticum quod nihil spiritualitatis habeat non est prohibitum laico, num. 15.

Cap. si iudex laicus de sententia excomunicationis explicatur, num. 16.

Clericus captus à iudice laico si allegat declinatoriam poterit sæcularis assumere cognitionem, num. 17.

Sæcularis capiens clericum poterit cogere vt ostēdat exceptionem aliàs procedit ad vlteriora, num. 18.

Laici presumuntur omnes quando de contrario non constat, num. 19.

Captus obicere debet declinatoriam cum sit fundamētum suæ intēctionis, n. 20.

Laicus assumit cognitionem vtrum captus sit suæ iurisditionis, num. 21.

Cognitio laici in causa clericatu, num. 22.

Auxilium Regiū in causa violentiæ qnā laudauile, vt de facto, factum tollatur, num. 23.

Inhibitio Ecclesiastici per laicū, & præceptum de re vocandis actis quam periculosum, num. 24.

Inhibitio est actus iurisditionalis quā priuatus exercere nequit, num. 25.

Actus post appellationem facti reuocantur priuilegio attentatorum, nu. 26.

Attentata & eorum reuocatio actū Ecclesiasticorum ad Ecclesiasticos pertinet, num. 27.

Partes quæ à Chancelarias recurrunt pro decreta de reuocādis actis iudiceis Ecclesiastici, sunt excomunicati ipso iure num, 28.

Iudices Regi Chancelariarum in causis Ecclesiasticis violentiam cōmiti discernentes quāto laudi digni sint, n. 29.

Ecclesiastic⁹ nolẽs post declarationẽ cãcelariæ actis acquiescere mulctatur, n.30.

Bulla Cœnæ Domini publicatur in eos, qui iudices Ecclesiasticos rite & recte procedentes impediunt, num.31.

Iudices Regi submouentes Ecclesiasticos ab iniusta executione iurisdictionem Ecclesiasticam potius honorant, quam onerant, num.32.

Recursos huiusmodi ad Chãcelarias propter prædicta præcepta rota Romana semper abhorruit, num.33.

Decisio Rotæ Romanæ in causa violẽtiæ ad Chancelariam recurrentis, nu.34.

INHIBITIONIS latam materiã aggrediens non omnia duxi prosequẽda, sed soli to more, quæ difficiliorẽ materiã reddunt, in quo primo se offert causarum Ecclesiasticarum apud Regios consiliarios cognitio ex causa violẽtiæ, atque ex ea Ecclesiastici Iudicis inhibitio, & de rebocandis actis præceptum. † Huius cognitionis, & inhibitionis causam redendo indefessé insudarũt *Episcopus præses Couaru. in Pract. c.35. Did. Perez in l.5. tit.1. lib.2. Ordin. Greg. in l.13. tit.13 p.2. Aze. in l.2. tit.6. li.1. Recop. Auẽd. de exequend. mand. p.1. cap.1. n.32. Ioan. Garsia de Nobilit. ad l. Cordub. glos. 9. nu. 51. Nauar. in cap. cũ cõtingat de Rescript. & in Manual. cap.27. nu.69. Salcedo ad Diaz in Prax. cap.102. Segura Daual. in direct. Iud. p.2. c.13. n.51. Menoch. de retinend. posess. remed.3. ex n.356. Gutier. de iuram. confirm. p.1. cap.2. n.26. Auiles in cap.1. Præter. glos. mandamos n.10. Mexia iul. Toleti fund.2 p.11. n.47. Aufrer. in Clem.1. de offic. ordin. Cacheran. deciss.30. Pedan. ex n.13. Fulu. Pacianus cõs. 166. ex nu.1. Paz in Prax. to.1. p.1. temp.1. ad princip. ex nu.23.* † Omnes vna cum Reges nostri in prælaligatis legibus vnanimiter asserentes, id sibi competere ex priuilegio Põtificis, & consuetudine immemoriali, non satis sibi prouidẽtes, quia obid posset Pontifices illud derogare, vt S.D.N. Clem. VIII. iam pridem tentauit, & cõtraria cõsuetudine tolli, quia omnis res per quascumque causas nascitur, per easdẽ disoluitur. † Ego autem iure naturali inductũ assero, vt de facto factum tollatur, quia natura docet vim, vi repellere, *l. vt vim D. de iust. & iur. l.1. §. vini vi, l. idem est §. cũ igitur D. de vi, & vi armat. l. sed & par tus §. quæ ei D. de eo quod metus caus. nã vt ait Poeta.*

Armaq; in armatos sumere iura sinũt.

¶ Et ita neq; iure positiuo, neque consuetudine illũ delere valent, quia naturalia immutabilia sunt §. *sed naturalia Instit. de iure natural. § fin. de legit. agn. tutel. l. eas obligationes D. de capit. diminut. l. abdicario D. de patria potest.* † Idq; maximẽ cũ ex mero iure Diuino descendat, D. Hierem. ca.22. *Audi Verbũ Dñi Rex Iuda, qui sedes super solium Dauid. Facite iudicium, & iustitiã, & libertate vi oppressum de manu calũniatoris, & aduenã, & pupilum nolite contristari, &c.* † Quod iure positiuo cõprobatũ est, *in cap. Regũ. c. Princeps sæculi, ca. administratores 23. q.5. c. filijs, vel ne potibus 16. q.7. l.13. tit.13. p.2. l.2. tit.6. lib.1. l.36. tit.5. lib.2. Recopil.* † Non actu quidẽ iurisdictionali, sed de facto equidẽ, vt vim vi repellant, quia iudici male exequenti violenter resisti potest nõ solũ per eum, qui iniuriam patitur, sed etiam per tertiũ cuius nihil interest, *glos. in c. ex literis, & ibi Felin. de of. deleg. Asslict. in Cõst. Neapol. lib.1. rub.8. nu.78. Duen. reg.19. ampl.8. Oldrald. cõs.89. n.3. Menoch. lib.2. Arbitr. cas.378. num.8.*

¶ Neque obstat si dixeris quæstionem facti rerũ spiritualiũ laico etiã esse

esse prohibitam, *cap. tuã de ordine cognit. cap. vt Inquisitionis §. prohibemus de hæretic. lib. 6. cap. si Iudex laicus de-*
10 *sent. excommunicat.* † Quia dũ quæstio facti talis natura est, vt absque rei spiritualis cognitione terminari potest, nõ est prohibitus sæcularis quim de illa cognoscat, *Padilla in* 1. *C. de iuris & fact. ignorant. n.* 57. *Menoch. de Recuper. possess. remed.* 15. *n.* 212. *& de Retinend. remed.* 3. *nu.* 336. *Quesada diuersor. qq. li.* 1. *cap.* 34. *n.* 17. *Farinac. tom.*
11 1. *q.* 8. *n.* 25. † Neq; obstat *D. cap. tuã*, quia ibi in causa Reginæ Cypri non dubit abatur solũ an fuisset filia Comitis, sed an legitimo matrimonio nata, vt succedere posset in Comitatu, & ideo eius cognitio sæculari, tãquam incompetenti fuit denegata, quippe ad Ecclesiam expetat, *cap. la-*
12 *tor, qui filij sint legitim.* † Aliàs enim si dubitaretur de solo facto scilicet an matrimonium inter eos contractum, ad efectum puniendi, eo quod clamdestinũ esse quærebatur nõ prohibetur sæcularis quim de illo cognoscat, vt tradit eruditiss. Conciuis, & amicus meus *Thom. Sanchez, tom.* 1.
13 *de Matrim. lib.* 3. *q.* 54. *ex n.* 3. † Vel ad aliud facti finem, vt traddunt *Bart. in l. quotiens, & ibi Ias. n.* 6. *C. de Iud. & in l.* 2. *C. de Iurisdict. omn. Iudic. n.* 4. *Felin. in cap. cum sit ex n.* 1. *de foro compet. Gutierres in Pract. lib.* 3. *q.* 26. *ex nn.* 1. *Menoch. de recup. poss. remed.* 15. *n.* 338. *Couarru. de sponsal. p.* 2. *q.* 8. *§.* 12. *num.* 3. *Anast. Germon. de sacror. immunit. libr.* 3. *cap.* 15. *num.* 96.

14 ¶ Neque minus obstat *D. §. prohibemus*, nam quæstio facti in specie illius textus, sæparari nõ potest á quęstione iuris, vt siquis verba hæreticalia produxerit, quia necesse est scire an sit hæreticalia, & an cũ scientia, & pertinatia protulerit, *Clem.* 1. *§. porro de hæretic. D. Thom. in* 4. *dist.* 13. *q.* 2. † Secus tamẽ si de nudo facto hære- 15
tico agatur, vt si quis Hostiam cõsecratam in ignẽ proijceret, aut crucifixũ ausu temerario cõpungerit, &c. quorum laicus poterit asumere cognitionem, vt eum capiat, cum possit priuatus, aprehendere delinquentem in manifesto crimine depræhensum *Simanc. de Cath. instit. cap.* 25. *n.* 5.

¶ Neque tandem obstat *d. cap. si* 16
Iudex laicus, quia non agit solum de quæstioni facti, sed deremitẽdo clericum, ad efectũ, vt Iudex Ecclesiasticus priuatiué de suis delictis cognoscat, ad quod nõ sufficit quasi possesio clericatus, sed veritas, & validitas tituli clericalis, cũ multi sint pro clericis reputati, qui re vera clerici non sunt, *cap.* 2. *de clerico non ordin. celebr.* † Secus tamen quando captus á 17
seculari Iudici allegat se esse clericũ, cuius laicus bené asumit cognitionẽ quo ad efectũ se informandi, vtrum ille statim, & absq; vlla retẽtione remittendus sit, cũ ad id sufficiat quasi posesio clericatus, quæ laico nõ denegatur, vt traddũt *Felin. in cap. fin. de exception. n.* 10. *Bald. in l. si qua per calũniam. n.* 2. *C. de Episc. & cleri. Iul. Clar. in Pract. §. fin. q.* 36. *n.* 21. † Quinimó sæ- 18
cularis poterit cogere clericũ, vt sibi ostendat ea, quę allegaturus est apud Ecclesiasticũ, vt videat vtrũ sint concludẽtia, aliàs procedet ad vlteriora, *idem Felin. in c. cũ sit Romana n.* 3. *de appellat Alex. in l. Titia D. soluto matr. Decius in c. decernimus, n.* 24. *de Iudic. Caccheran. deciss.* 30. *n.* 15. † Omnes enim 19
præsumũtur laici, quãdiu de cõtrario nõ cõstat, *Ripa in d. c. decernimus n.* 4. *Boer. deciss.* 171. *nn.* 14. *Farinac. d. q.* 8. *n.* 38. † Quare captus obicere debet de- 20
clinatoriã, & ostẽdere titulũ cum sit fundamẽtum suę intẽtionis, *Did. Perez in libr.* 1. *titul.* 3. *libr.* 1. *Ordinam.* † Cuius recte laicus asumit cog- 21

nitionem, vt sciat vtrum captus sit suæ iurisdictionis, nec ne, *l. siquis ex aliena D. de iudic. cap. super litteris de*
22 *Rescript.* †Quod non solum ad se informandum, sed ad cognoscendum, & pronunciandum in Regno Napolis obseruari testatur, *Carauita, in ritib. mag. cur. cap. 235. num. 4.* Et in Francia, *Rupellan. lib. 4. Inst. cap. 6.*
23 †Et ita regium auxilium violentiæ tollendæ quia in mero facto cõsistit, laico nõ denegatur, vt de facto factũ tollat, cum & in hoc casu sit permixta huiusmodi cognitio, vt tradiderint idem *Rupelan. d. cap. 6. Aufrer. de potestat. secular. reg. 4. fallen. 8. num. 12. Petr. Barb. in l. titia, D. solut. matr. n. 35.*
24 ¶ Quo ad inhibitionẽ autem iudicis Ecclesiastici per Regios auditores faciendam, & præceptum de reuocandis actis post appellationem factis, non ita assentior, quia hęc omnia sunt iurisdictionalia, Ecclesiasticæ potestatis, cuius laicus incapax est, *cap. sacerdotibus 11. q. 1. cap. ita dominus 19. dist. cap. bene quidem, cap. denique cap. si imperator 96. dist. cap. decernimus, c. at si clerici cum aliis de iudi*
25 *ciis.* †Inhibitio enim est actus iurisdictionalis, *cap. tuam de ordine cognit.* quæ inducitur a iure, *tit. vt lite pendente nil innouan. & tit. nil nouari appell. pend.* quam priuatus exercere nequit, *l. 3. D. de testament. Lancellot. de*
26 *attent. p. 2. cap. 20. in præf. q. 1.* †Quare licet tales actus post appellationẽ facti sint nulli ipso iure, *cap. per tuas de sentent. excommun.* & reuocentur priuilegio attentatorum, quia inhibitio æquiparatur decreto irritanti, *Cassan. dec. 2. in princip. decis. 5. n. 7. de restit. spoliat. Mandos. de inhibit.*
27 *q. 14. num. 2.* †Hoc quidem non pertinet ad Reges neque ad eorum consiliarios, sed ad superiores Ecclesiasticos, ex sacro Cõcilio Trident. sess. 25. de reformat. cap. 3. *Nefas autem sit sæculari cuilibet magistratiui prohibere Ecclesiastico iudice ne quem excommunicet, aut mandare, vt latam excõmunicationẽ reuocet (etiã sub prætextu, quod contenta in hoc decreto non sint obseruata) cũ non ad sæculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat.* † Et non so- 28
ipsosmet iudices, sed partes grauatas pro huiusmodi pręceptis ad Regias Chancellarias, & senatus tẽporales recurrentes, esse ipso iure excõmunicatos plures decisiones Rotæ tenuerunt, quarum nonullas congert *Farinat. tom. 4. conf. 121. & conf. 122.* quia causam præbent, vt immunitas Ecclesiastica violetur, *cap. grauem de sentent. excommunic. & in processu Bullæ cænæ Domini,* §. 16. † Quamquam 29
haud negem prædictas decisiones, & sacro sanctum Concilium Tridẽtinum, & Bullam cænę Domini, & alias Apostolicas constitutiones nõ comprehendere prædictos iudices quando solum violentiam committi declarant, vt traddunt *cõciuis mei Cardinal. D. Franc. Toledo, & Fr. Anton. Corduba ille in summ. sacerd. cap. 30. hic vero in summ. casuum consc. cap. 35. Nauarr. in d. cap. cum contingat de rescrip. Viuald. in candelab. ad Bullam cænæ Dom. cas. 14. ex num. 102. cum aliis per Cenedum collect. 5. ad Decretu. num. 3. & collect. 17. ad Decretal. num. 2.*
†Et non acquiescenti iudici causam- 30
que ad superiorem neganti deferri pecunię multa, & amissione temporalium compescere, quia inutilis esset prædicta potestas si inobedientes iustis pœnis afficere non potuissent, *Greg. in l. 13. tit. 13. p. 2. Iul. Clar. in Prax. d. §. fin. q. 36. num. 24. Salcedo ad Diaz in Prax. cap. 102. & 118. Fulu. Pacian. conf. 166. ex num. 162. Cassan. in Cathol. glor. mund. p. 5. confid. 24. & in consuet. Burgun. rub. 1. §. 5.*

gl.

gl. fin lagrace num. 82. Steph. Aufrer. de potest. fæcular. reg. 1. num. 22. Couarr.

31 *in Pract. cap. 35. num. 3.* †Nam bulla cenæ Domini in eos tantum publicatur, qui Ecclesiasticos iudices rite, & recte procedentes impediunt ne sua iurisdictione vtantur, non tamen quando iniuste litigantes grabant, aut iustum causæ cursum impediunt, quominus ad sedem Apostolicã appellatio perueniatur, vt præter supradictos traddũt, *Vgolin tract. de censuris Pontifici reserb. p. 2. cap. 16. §. 2. num. 1. Suarez de censuris tom. 3.*

32 *disp. 21. sect. 2. ex num. 78.* †Et ita eos ab iniusta executione arcẽdo (etiam pœnali iuditio) iurisdictionem Ecclesiasticam potius honorant, quam onerant, cum subditos á tali liberent tyrano, *Nauarr. in d. cap. cum contingat, & in Manual cap. 27. ex num. 49. Couarr. d. cap. 35. ex num. 3. Pacian. d. cons. 166. ex num. 5. Cacherau. d. deciss.*

33 *30. ex num. 14.* †Quamuis hos recursus propter prædicta præcepta de reuocandis actis, & alijs huiusmodi Ecclesiasticę iurisdictioni reseruatis, Rota Romana semper abhorreat, procedatque (tanquam in excommunicatos) in eos, qui ad regias Chancellarias pro huiusmodi decretis recurrunt, vt patet in vna manuscripta, quam ex fidelissimo originali habui, & (quia ad Hispaniã dirigitur) libuit inserere, quę talis est:

CORAM R. P. D. PEGNA 1. April. 1604.

34 CVM Martinus de Padilla senior resignasset benef. in manibus S. D. N. Clement. VIII. ad fauorem Martini iunioris ann. 1596. & litteris super resignatione expeditis, & coram prouisore Lucens. earũ executore præsentatis, opposuit se Petrus Gartis de eodem beneficio prouisus per obitum resignantis, agẽtes Petri apræfinitione cuiusdam termini quem nimis breuem esse prætendebant, appellarunt: & recursum habuerũt ad Gubernatorem generalem regni Gallicię, & præmissa narratiua quod ad ipsum pertinebat cognitio super violentiam factam per iudicem Ecclesiasticum, quam a mouere, & tollere debebat, obtinuerunt eidem prouisori mandari sub pœna amissionis temporalitatum quas habebat in dicto regno, vt eidem Petro concederet appellationem, aut infra tres dies sequentes trasmitteret sibi processum, vt eo viso prouideret.

¶ Causa in Rota introducta Petrus nulla facta mẽtione de recursu, neq; obtenta absolutione ab excommunicatione pro prædicto incursu eidem beneficiũ á Sede Apostolica impetrauit. Sed quia Martinus prętendebat gratiam á Petro obtentam ei non suffragari dubitaui an constaret de tali recursu, qui ad prędictum effectũ Petro obstaret. Et Rota vtraque parte informante ob recursum obstare censuit quia recurrendo ad iudicem laicum ipso iure incidit in sententiam excommunicationis cũ causam præbuerit, vt immunitas Ecclesiastica violaretur cap. *nouerit cap. grauem de sentent. excommunit., & ex textu (quem ignorare non licet) in processu in Bulla in cena Domini, quæ singulis annis solemniter publicatur in §. 16.* graui anathemate feriuntur, qui ad Chãcellarias, & curias sæculares recurrunt pro obtinendis prohibitionibus, & mandatis contra prælatos Ecclesiasticos cũ iudices laici sint incapaces iurisdictionis in clericos exercendæ, *cap. Sacerdotibus 11. q. 1. cap. ita Dominus 19. dist. cap. benequidem, §. ista scriptura cap. denique cap. si imperator 96. distinctione*, & iudicibus Eccle-

Ecclesiasticis sint inferiores d. cap. deniq; Clem. Romanus de iure iur. ideoque non possunt, nec debent Ecclesiasticos corrigere, aut eis inhibere, aut alia præcepta facere, & præsertim pœnalia pro vt in casu proposito, *Abb. in d. cap. qualiter & quando num. 2. de iudiciis Mar. Socin. in cap. siquis clericus num. 8. & in cap. sane 3. num. 10. de foro compet. Rota decis. 10 de consuetud. in antiq.* & dum prętextu violentiæ audent iudices laici iudicibus Ecclesiasticis superioris ordinis præcipere aut inhibere, audent sacris Canonibus, & perpetuo Ecclesiæ vsui (quæ semper huiusmodi recursus damnauit, & anathemate plectendos censuit) grauiorem violentiam inferre. Et consequentet Petrus nõ potuit adquirere beneficium impetratum quorũ gratia fuit ipso iure nulla, *cap. postulatis de cleoico excom. ministr. cap. cum bonæ de ætate, & qualit. ordin. Inocent. in cap. post electionem num. 21. de concess. præbend. Selua de benefic. p. 3. q. 4. num. 22. facit Couarr. in cap. alma mater. p. 1. relect. §. 3. num. 3. vbi testatur de Communi.*

Ad excusationes datas per informantes pro Petro sequentes Responsiones dedit Rota. Ad primam quod recursus fuerit habitus non ab ipsomet Petro, sed ab Alfonso eius patre, de cuius legitimo mandato non cõstabat fuit responsum primo istos recursus ad iudices sæculares præsumi factos ad instantiam & petitionem eorum, qui habent interesse in causa, *vt fuit sæpe in Rota decissum, & signanter in causa Cartaginens. portionis die 14 Nouemb. 1594. coram R. P. D. Serafino & in causa ciuitatis scholastisæ 24. Martij coram Pamphilio, & nuper coram me in causa Hispalens. beneficij die 22. Martij proxime præteriti.*

Sed quia alij ex dominis dicebant hoc non procedere vbi agitur de incurrenda pœna inhabilitatis, quo casu requiruntur probationes concludentes, & quod de mandato recurrentis habeatur fides, *vt fuit conclusum in causa Vincent. Cantoriæ die 14. Iulij 1610. coram domino meo Litta fuit 2. Responsum*; Petrum satis habuisse scientiã huius recursus, & illam ratã habuisse. Primo quia recursus fuit habitus, & prouisio á Generali gubernatore Galliciæ fuit obtenta, *in ciuitate Coruniæ die 1. Augusti 1597.* & tandẽ Petrus sub die 18. Iunij præcedentis eiusdem anni 1597. dederat mandatum Petro de Lemos specialiter ad hanc causam ad comparendum coram quibuscunque iudicibus in Regia Curia Valisoleti, & Regni Galitiæ ad obtinendum quascunque prouisiones. Secundo fuit responsum Petrum vsum fuisse d. prouisione quia die 3. Augusti eiusdem annis 1597. notarius ad instantiam partis eiusdẽ Petri notificauit dict. prouisionem Prouisori Lucensi. Tertio dicebatur oriri probationem sufficientẽ ex propia comparitione eiusdem Petri in loco iudicij sub die 14. Octob. eiusdem anni, & ex decreto sibi intimato & ex alia comparitione cum clausula citra reuocationem sui procuratoris, & ex pluribus alijs comparitionibus, & actis per eiusdem Petrum factis ex quibus dicitur sufficienter constare de scientia recursus, & cum Petrus non reclamauerit, vel renunciauerit prouisioni iudicis sæcularis, & reperiretur in processu ex tot actibus videbatur illam sciuisse, & ratam habuisse.

Ad secundam excusationem deductam ex clausula suplicationis, *teque absoluentes*, quæ concedi consueuit impetrantibus quascumque gratias ad effectum validitatis, & subsisten-

sistentiæ illarum informantes cõtra Petrum dicebant talem absolutionem nõ prodesse impediẽtibus executionem literarum appostolicarum tanquam violatoribus libertatis Ecclesiasticæ, & allegabant *Felin. in cap. Appostolicæ in principio vers. idẽ de absolutione de exceptionibus, & Rebuf. in prax. tit. de forma & declaratione nouæ prouisionis vers. teque absoluentes n. 12. & 13. Mandos. tract. de signatura gratiæ vers. absolutio ab excomunicat. ad fin.*

¶ Sed hæc Reponsio non satisfecit Rotæ, *quia Felin⁹ fundauit se in cõcl. Inocent. 8. & Rebuf. in conclus. Iulij 3. & similiter Mãdos. in concl. tunc vigẽte quæ per mortẽ conditorum expirarunt*, & ideo amplexa fuit cõclusionẽ 65. S.D.N. Clementi PP. VIII. qua cabet præteritam generalẽ absolutionem à censuris Ecclesiasticis nõ suffragari violatoribus Ecclesiasticæ libertatis via facti auso temerario Appostolico mandato non obtemperãtibus, & Nuncios, vel executoris Appostolicæ Sedis & officialium eis cõmissa excuẽtes impediẽtibus si propter præmissa, vel aliquod eorum excommunicati á iure, vel ab homine per quatuor menses scienter excõmunicationis sentẽtiam sustinuerũt cũ non vigente hac clausula hauitus fuerit recursus contra Petrum merito fuit responsum.

¶ Ad tertiam excusationem pro Petro deductam quod ille recurrerit in casu licito, & permisso pro deffendenda propia possessione, quem casum nec Canones nec decisiones Rotales damnant, quim potius videtur prẽmittere, *vt apud Achilem decis. 36. de appellationibus in Impresis*, & etiã *in causa Tarracones Villæ de Reus die 4. Decemb. 1592. coram D. Serafino & in causa Salmantin. Cantoriæ die 24. Maij 1596, coram illustrissimo Blancheto tunc Rotæ auditore fuit responsum sicut alias Rota responderat in causa Oxonens. die 1. Decemb. 1595. coram me*, per prẽfatas decisiones non deffendi recursum ad Iudices laicos, & ad parlamenta & tribunalia Magistratũ licet in eis dicatur posse quandoque haberi recursus ad Iudices laicos, & invocari eorũ nudũ auxiliũ ad defendẽdã propriam possessionem qua quis de facto expoliatur, & qua quis etiam propia authoritate defendere potest, nusquam tamen legitur in eis quod talis recursus fieri possit ad tribunalia siuè Iudices laicos, tãquam Iudices ad efectum obtinendi inhibitiones, & mandata contra Prælatos & Iudices Ecclesiasticos, & præcepta pœnalia, vt in casu proposito.

¶ Cæterum quia nihil est tam, vere dictum quod nõ possit sinistre interprætari, & informantes pro Petro vterentur etiam decisione in d. causa Oxonens. coram me, licet clarissimè huiusmodi recursus detestantur & damnet, ideo ex sentẽtia Rotæ ad tolendam omnem difficultatem visum fuit duo adiungere.

¶ Primum præfactas decisiones nullam præbuisse uec præbere istis recursibus authoritatem, nisi in casibus á iure Canonico expresis, quãuis auditoris, qui prẽfatas decisiones cõpilarunt. Visi interdum fuerint istis recursibus defferre pro deffendenda possessione quã quis propria authoritate deffendere potest, non quod ad Iudices sæculares tanquam Iudices, & superioris recurrere liceat, *Sed tanquã ad homines priuatos iuuare tamen potentes, non secus ac si quis inuocaret auxilium cuiuslibet transeuntis per vicos, vel plateas si fortè de facto ab alio potentiore de propia domo depelleretur*, non tamẽ, vt posset a Iudicibus laicis deffendi per citationes & inhibitiones & pœnarum

narum comminationes contra iudices Ecclesiasticos, quia tales recursus tanquam illicitos Rota sacrorum canonum cultrix, & obseruatrix nunquam aprobauit, aut tollerauit, quia potius in eã re grauissime lapsum *Couarr. pract. cap. 35. num. 3. & cæteros idem opinantes vno consensu semper censuit, & docuit.* Alterum fuit iam superiore sæculo viros pios præfatam Achilis decisionem formidasse nã, *Quintil. Mandos. tract. commissio forma 14. versiculo recurrendi num. 54.* licet fateatur prefatam decisionem posse sustineri, addit tamen ansam præbere non solum Regibus, sed etiam dominis temporalibus quibus vis circa negotia Rotalia (quæ vt plurimũ beneficialia existunt) & circa sacerdotia, & dignitates, ac personas Ecclesiasticas se intromittendi contra *tex. in cap. nouit de iudici*, & domini temporales ista occasione, seu prætextu manutẽtionũ, seu defensionum, se & suos iudices super sacerdotijs, & sacerdotorum iurisdictionibus, & sacerdotibus constituerent. Et ego tẽpore meo propter istam causam semper Achilis dicisionem vidi haberi suspectam.

¶ Quod atinet ad decisionem D. Cardinalis Blancheti in causa Salmantina sæpe fuit reprobata, & nulla eius pœnitus habita ratio. Atque ex his fuit concluſum Petro obstitisse recursum, vt non potuerit tanquã excommunicatus acquirere beneficium, quod á Sede Apostolica impetrauit.

CAP. XXVIII. de prouocatione ad diuinum iudicium.

SVMMARIVM.

Ad diuinũ Iudiciũ si prouocatio auxiliũ humanum super esse non cernitur. n. 1.

Prouocatio ad diuinum iudicium, vt de iniustitia cognitio reddatur. n. 2.

Prouocatio ad diuinum iudicium licita secundum aliquos. n. 3.

Prouocatio ad diuinum Iudicium ex sacris litteris. num. 4.

Prouocatio ad diuinum iudicium periculosa. n. 5.

D. *Gundizalui de Cordona, laudabile responsum incitatione militis. n. 6.*

Qui cientes alios iniuste citant, peccant mortaliter. n. 7.

D. *Ferdinandus* IIII. *citatus interiisse. num. 8.*

D. *Clem. V. P. M. & Philippus pulcer citati interierunt. n. 9.*

Citationis memorandus casus in Granatense ciuitate. n. 10.

Iudex citatus, qui examinis ex equo fuit delapsus. n. 11.

Iudices sibi ne temere datam potestatem agnoscant, multoties citati interuenerunt. n. 12.

SED quando appellatio, & auxilium huiusmodi non satis iuuat, & se iniuria affici putant homines, nec aliud humanum præsidium supereſſe cernunt solent ad Deum iudicẽ confugere, non quidem malis, vt illos eripiat, sed vt sumpta de persecutoribus vltione tali indignos supplices iniuria fuisse, cunctis faciat manifestam. † Interdum illos ad tribunal Dei sisti intra certum tempus; interdum nullo tempore addito iuuẽt coram Deo comparere, vt de eorum nece rationem reddant, vt tradunt. †Quod multi licitum defendunt, tuẽtes se illo Sarræ ad Abraham Genes. cap. 16. *iudicet Deus inter me, & te,* & illud Dauid, ad Saulem Reg. 1. cap. 24. *Iudicet Dominus inter me, & te, & vlcis-*

1

2

3

4 *vleiscar me Dominus de te.* † Et illud Zacharię cum iussu Ioas Regis Occideretur Paralip. 1. c. 24. *videat Dominus, & requirat.* ad quod martyres etiam noui Testamenti proclamāt Apocalyp. c. 6. *vsquequo Domine nō iudicas, & non vindicas sanguinem nostrū de his, qui habitant super terram.* † Licitum est sacris viris: sed has citationes immitari homines incompertæ sanctitatis periculosum est: nam facilē fallit amor proprius, & persuadit nos iniuriam passuros, cum non simus: facilé enim latens aliqua gloriæ: vel vindictæ, vel alterius perturbationis animi nebula se immiscet, vt veritatem non videamus. † Vt nebulo ille, qui inuictissimum æque ad sapiētissimum conciuem meū magnum ducem D. Gūdizaluum Fernandez á Corduba dumad patibulū, eius iussu, deffereretur, se ignocēs asserēs eū citauit, cui respondit, propera inquā nam illic habeo fratur, qui in expugnatione Granatensi occubuit, vt respondeat, vt refert *Paul. Iouius, in eius vita.*

7 ¶ Qui scienter alios iniustē citāt peccāt mortaliter, quia eos fugillāt, quos citant, vt oppressores innocentiæ: minus etiam constantes graui terrore percellunt, ita vt metu mortis possunt in morbum incidere, ac

8 mori. † De hoc exemplo sunt innumera aliquando has citationes nō irritas fore. Hispanorū Annales prodierunt D. Ferdinand. IIII. Regē iussisse duos nobiles perduelionis reos ex rupe altissima opidi de *Marros*, precipitari, illos constanter crimen negasse: quod quia videbātur se frustra facere, tandem, ad diuinū Tribunal probocasse, Regique denūciasse, vt ibi ante diē tricesimū sisteret, quo ipse subita morte fuit conceptus, vt tradūt *Ambros. de Morales & Marian.*

† Apud Gallos traditur Neapolitanū 9
equitem in Templariorum damnatione, ad diuinum Iudicium probocasse, & Clement. V. Pontif. Max. & Philippum pulchrum Francorū Regem, anni spacio concesso, coram Tribunal Dei citasse: intra quod Clemens repente moritur, & Philippus mox interijt, vt narrat *Fulgos. li. 1. c. 6. Maier. libr. 2. Annal.* † Et memoria 10
aduc recens est in hac Granatensi ciuitate cum quidam ex vnius Iudicis criminalis odio indefensus duceretur ad patibulum, Iudicem, & tabelionē citasse, qui in ipsa hebdomada ambo sūt perempti, & adhuc alius, alterum quem innocētem tollit, sæpius phātasmate offenditur. † In vici- 11
nia Germania memorabile est illud Ioannis Tursonis, de quo sic scribit Olaus libr. 4. historiæ Aquilon. c. 20. *Is genibus innixus: en morior iniustè, te que voco hac ora ante Tribunal Dei, vt respondeas, cur me innocentem mori condemnas; vix autem miser carnificis manu obtruncatus fuerat, cum etiam Iudex de equo corruit examinus.* † Ne Iudi- 12
ces absoluendi, atque legādi datam potestatem præbertant, temeré ve sententiam suam exequatur, quia nō hominis, sed Dei Iudicium iudicant, *Paralipom. 2. cap. 19.* qui requiret sanguinem demanibus eorum, *Genes. capit. 4.*

CAP. XXIX. De executione rei Iudicatæ.

SVMMARIVM.

Res Iudicata diciturque finem cōtrouersiæ imponit, num. 1.

Transitus in rei iudicatam tollit litis pendentiam, num. 2.

Parum esset sententias ferre nisi executioni mandarentur, num. 3.

Senten-

Sententia non mãdatur executioni intra tempus ad appellandum, num. 4.

Acta facta intra tempus ad appellandũ sunt ipso iure nulla, num. 5.

Appellatio non datur contra tres conformes, num. 6.

Sentẽtia Principis, & Præfecti prætorio non appellatur, num. 7.

Appellatio non fit ab executione sententiæ, num. 8.

Executio fit appellatione pendente, nu. 9.

Appellatio non datur à præcepto executionis, num. 10.

Executio à quo iudice faciendæ, num. 11.

Ecclesiasticus requisitus pro executione sententiæ laici recte eius assumit cognitionem, num. 12.

Sæcularis requisitus ab Ecclesiastico pro executione sententiæ absque vlla causæ cognitione debet illam executioni mandare, num. 13.

Hæretici ad curiam sæcularem relaxi debent contumaces viuos, pœnitẽtes compressis faucibus concramari, num. 14.

Sæcularem cognoscere de valore sententiæ laici dicentes, reprehenduntur, numer. 15.

Potestates sæculares in damnatos ab Inquisitoribus sunt meri executores, numer. 16.

Quando manifeste constat de inocencia rei auditur reus cõtra tres conformes, mer. 17.

Stante notorio grauamine cessat clausula appellationis remotæ, num. 18.

Iniustitia notoria impedit litis ingressum num. 19.

Nullitatis exceptio contra tres conformes præsumitur animo retardandæ executionis, num. 20.

Grauamen notoriũ tollit malam præsũptionem, num. 21.

Nullitate remota non intelligitur de notorio grauamine, num. 22.

Notoria nullitas dicitur, quæ ex actis resultat, num. 23.

Nullitas notoria admittitur aduersus tres conformes, num. 24.

RES IVDICATA dicitur, quæ finẽ controuersiarum pronunciatione iudices accepit *l. 1. D. de re iudic.* quia illa litem finiri, & extingui statutum est, *Rota decis. 10. alias 411. si litem, nu. 3. vt lite pendent. Afflict. decis. 342. num. 3.* † Transitus enim in rem iudicatam tollit litis pendentiã, *Mandos. super reg. de subrogand. Collitig. q. 12. nu. 2. Parisius cons. 30. n. 36. libr. 4. Beroius cons. 54. n. 18. lib. 3.* † Ideó decisum est executioni mandari, *l. 1. C. de execut. rei iudic.* quia parum erat sententias ferre, nisi executioni mãdarentur, *cap. quo ad consultationem, de re iudic.* † Nisi legitimè sit appellatum, *Auth. nouo iure C. de appellat.* vel sint partes intra de cem dies dati, ad appellandum, *Bald. in l. 1. C. de temporib. appel. Lãcellot. de attẽt. p. 2.* † Aliás enim faciet actus nullos, & attentatos; nisi desertione, & lapsu fatalium appellatio sit finita *l. fin. C. de temporib. appellat. & ibi omnes & in cap. cum sit Romana, & in capit. ex ratione de appellat.* † Aut sint tres conformes aduersus, quas non datur appellatio, *l. 1 & ibi omnes C. ne liceat tertio prouocar. Ripa in l. 4. §. condẽnatus D. de re iudic.* † Aut sẽtẽtia sit Principis, vel Præfecti prætorio â quib⁹ nõ appellatur, *l. 1. C. de sẽt. præfecti Prætor.* † Vel ab executione sentẽtiæ appellatio sit inducta, á qua similiter non datur appellatio, *l. ab executione 5. C. quorum appellat. non recipiant, l. ab executore D. de appellat. Alciat. in l. 1. §. siquis ita D. de verb. oblig.* † Quia executio (appellatione pendente) sit in omnibus illis casibus in quibus à iure prohibitũ est appellare, *And. Barbat. cons. 10. n. 2*

vbi

vbi ponit exemplum in eo, qui contra tres conformes volebat appellare, *Guido Pap. conſ. 219. Rolan, conſ. 77. n. 30. vol. 2. Lancellot. d. cap. 12. limit. 53. ex n. 4.* † Quippe á præcepto executionis non datur appellatio, nec facit actum nullum, neque atentatũ *DD. in d. l. ab executore, gloſ. in cap. non ſolum de appell. lib. 6. Boer, deciſ. 259. n. 5. Tholoſan. deciſſ. 500. & ibi. Aufrer. in addit.* † Executio autem fit nõ ſolum ab ipſo met iudice, qui ſententiam tulit, quando tranſacta eſt in rẽ iudicatam, verum á iudice, requiſito quia ſentẽtia in vno foro lata authoritatẽ habet rei iudicatæ in alio, *cap. fin. de exceptionib. lib. 6.* † Neq; requiritur cauſæ cognitio etiã ſentẽtia in laici apud clericum, quod in ciuilibus tantum, & non in criminalibus obſerbari deberi defendunt, *Bart. in l. Magiſtratibus D. de iurisdiction. omni Iudic. & in l. diuus D. de cuſt. reor.* † Verius eſt in omni cauſa locũ habere, tam ciuili, quam criminali, dũ videat, an ſit iuſta, vel ne, vt tradunt *Marta de iuriſdict. p. 4. cent. 2. caſ. 169. ex n. 12. Maroto de iure quæſito lib. 1. cap. 7. ex n. 19.* † Quod ſecus eſt in laico, dum requiritur pro executione Eccleſiaſtici, propter incapacitatẽ, *DD. in cap. excommunicamus §. damnati de hæretic. lib. 6. Simanc. de cathol. inſtit. tit. 34. n. 48. Did. Perez in l. 3. tit. 4 lib. 8. Ordin. Couarru. in clem. 1. p. 1. §. 5. n. 6. Pegna in direct. Inquiſ. com. 20. fol. 131.* † Et ita Magiſtratus temporales dum eis ab hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus traduntur hæretici, debent eos abſque vlla cauſæ cognitione, ſic relaxos cõtumaces, viuos, pœnitentes vero cõpræſsis faucibus igni mandare, vt tradunt *Simanc. vbi ſupr. d. tit. 36. ex n. 4. Lucer. Inquiſ. V. executio contra damnat. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. fin. q. 96. n. 7. Salcedo ad Diaz in prax. cap. 133. Bellunga in ſpeculo Princip. rub. 11. §. viſo. n. 1. late Flam. Carthar. de execut. ſent. c. fin.* † Quidquid contrarium tenere videantur *Igneus in l. 1. § cum Dominus n. 79. D. ad Sylan. Alciat. in cap. 1. de offic. ordin. n. 110. Brun. lib. 4. de hæretic. cap. 13.* ſcilicet quod dum conſtat manifeſtẽ de ſentẽtiæ iniuſtitia non eſſe per iudicem ſecularem executẽdã, ſed cognoſcere de veritate aut Inquiſitores ſupplicare, vt causã reuideant, quia id falſum eſt, vt ex multis probat *Simanc. vbi prox. ex nu. 8.* † Et eo iure vtimur quia poteſtates ſæculares in tali caſu ſunt meri executores, *Bald. in auth. clericus C. de Epiſcop. & cleric. Angel. in l. Diuus 2. de cuſtod. reor. Abb. & Ancharran. in cap. atſi clerici de iudic. Salicet. in l. ea quidem C. qui accuſare non poſſ. Iaſ. & Oroſius in l. Mageſtatibus D. de iurisd. omni Iud. Alciat. in cap. 1. de offic. ordin. Matth. de Afflict. in præmio. conſtit. Siciliæ gloſ. gladij, Brun. li. 4. de hæret. c. 15.*

¶ In alijs autem non ita; nã quãdo manifeſtẽ conſtat de ignocentia rei audiri debet etiã cõtra tres cõformes, quia sẽtẽtia iniqua non eſt exequẽda, vt ex multis probat *Rober. Lãcel. tract. de attẽt. p. 2. c. 12. limit. 8. ex n. 25. & ca. 17. ex n. 75.* † Nã ſtãte notorio grauamine ceſſat cluſula, appellatione remota, *gl. in c. ex cõ quæſtione de reſtit. ſpoliat. Deciº cõſ. 49. Ruyn. 82. li. 5.* † Quia notoria iniuſtitia etiã contra agẽtẽ admittitur, & impedit litis ingresũ, vt traddit *Blãch. tract. de cõprimiſ. q. 4. n. 97.* † Neq; obſtat quod exceptio nullitatis cõtra tres cõformes præſumatur potiº animo retardandæ executionis, *Ripa in l. 4. §. cõdẽnatũ D. de Iudicijs n. 14.* † Quia id ceſſat, in notorio grauamine, vt tenetet *Seba Vãt. tract. de nul. sẽt. tit. quis poſsit dic de nul. n. 28. Lãc. d. c. 17. n. 127.* † Quia remota exceptione, & nullit. nõ in-

telligitur de notoria, & manifesta, *cap. veniens el 2. de testib. glos. in d. cap. ex conquæstione V. appellationem & in cap. suscitata V. sententiæ de restit. in integr. & in l. 1. §. siue autem D. de tabul. exibend. & in l. si alterius D. si minor se maior dix. cum alijs per Abb. in cap. super eo de offic. de leg.* † Et dicitur notoria nullitas, quæ ex actis resultat, quia omnem calūnia excludit, *Bart. in l. 4. §. cōdemnatū D. de re Indic. Abb. & alij in Clem. vt calumnijs eod. tit. Alexand. cons. 282. n. 3. lib. 6. & cons. 59. n. 17. lib. 4. & cons. 77. n. 2. lib. 2. Vant. de nullit. sent. tit. quid. sit nullitas, n. 22.*

25 ¶ Quæ non solum aduersus tres conformes, verum etiam contra sēntias Præfecti prætorio admittūur *l. nemo C. de sentent. tit. generali, l. fin, C. de temporib. appellat. auth. quæ supplicatio iuncta glos. V. retractionis C. de præcib. Imper. offer. & in l. vnica C. de sent. Præfecti prætor.*

CAP. XXX. De impedientibus Executionē rei Iudicātæ.

SVMMARIVM.

Leges Regni quæ aduersus sententias de Reuista *nullam exceptionem allegare prohibuerunt, num. 1.*
Lex 4. tit. 17. li. 1. Recop. aducitur, nu. 2.
Legis dificultas nō legislatoris culpæ, sed insciticæ nō asequētiū tribuēda est, n. 3
Leges præsumunt pro re iudicata, num. 4.
Sententiæ Superiorum per Principum ora diuinitus promulgatur, num. 5.
Iudices Superiores (vt Deus) pronuntiant sola facti veritate inspecta, n. 6.
Legislatoris mens aliqando alia quam litera demonstrat, num. 7.
Lex 4. tit. 17. lib. 4. Recopil. non loquitur in manifestè grauato, num. 8.
Granare dicitur quando proceditur iuris ordine non seruato, num. 9.
Iudices maiores, & minores tenentur obseruare leges generales, num. 10.
Iudex nō obseruās leges in eas cōmittit, 11
Iudices non obseruantes leges faciunt acta nulla, num. 12.
Quod nullum est, dicitur iniquum, nu. 13.
Iniustitia nulla maior quam nullitas, n. 13.
Sola facti veritate inspecta non intelligitur in processo sustantiando, sed in pronuntiando, num. 14.
Iudices Superiores tenētur in processo sustantiando obseruare substantialia iuditij, num. 15.
Legislator non præsumitur se incontinenti corrigere, n. 16.
Principes quando iuris rigorem relaxant debent exprimere, num. 17.
Derogatio iuris nō præsumitur, quia odiosa, n. 18.
Principes iure positiuo, & legibus generalibus vti volunt, n. 19.
Præsentia Principis non supplet substantialia iuditij, n. 20.
Substantialia iuditij sunt, quæ à lege, vel statuto cabentur, n. 21.
Iuditium non dicitur vbi iuris ordo non seruatur, n. 22.
Superiores magistenēt leges obseru. n. 23
Superiores leges non obseruando grauius puniuntur, num. 24.
Superiores non possunt iudicare secundum conscientiam, sed secundum allegata & probant, num. 25.
Innocientia rei opponi potest contra quascūque sentētias etiā de Reuista, n. 26.
Iudex facere non potest delictum, vbi nō est, num. 27.
Quæstio facti licet in arbitrio sit iudicātis, pœna tamen non ita, num. 28.
Innocentes non sunt condemnandi, nu. 29.
Peccatum ex malitia est contra Spiritū Sanctum, quod non remititur, nu. 30.
Leges non intelliguntur in casu de quo legislator interrogat⁹ nō esset statur⁹ n. 31
Paria sunt occidere innocentem ac illum se defendere vetare, n. 32.
Leges nō sunt vinculū iniquitatis, n. 33.

Legi

Legi non est obediendum contra præceptum Dei, num.34.

Peccatum dispensando Reges neque Pontifices licitum facere possunt, nu.35.

Principi non dedit Deus potestatem peccandi neque auferendi alienum, n.36.

Posse non dicitur quod cũ peccato potest, num.37.

Lex 4.tit.17.li.4.Recopila. inteligentes de manifestẽ grabato iniuriam faciũt Principi, num.38.

Lex 2.tit.14.lib.4.Recopila. de manifestæ grabato illustrata, num.39.

Lex 3.tit.14.libr.4.Recopila. de grabamine notorio comprobata, num.40.

Manifestẽ grabatus auditur contra quascumque sententias, etiam de Reuista num.41.

Legis generali prohibitione non intelligitur cõprehensa nullitas ex capite alterius statuti seu rescripti insurgẽs, n.42.

Citationis defectus opponitur cõtra quascumque sententias, etiam de Reuista, num 43.

Citationis defectus nulla lege est sublatus num.44.

Sententiæ denegatis Reo defensionibus non potest statuto iustificari, num 45.

Princeps tolere nequit quæ sunt iuris naturalis, num.46.

Sententia ex falsis instrumentis rectratatur, num.48.

Sẽtẽtia ex falsis relatorib⁹ est nulla, n.48

Voluntas Principis defuit ex defectu veritatis, num.47.

Sententia Principis ex falsis relationibus est ipso iure nulla, num.49.

Relatio ad Principem quantumbis in modico deficiat vitiat sententiam, n.50.

Principi narrandum est omne quod difficiliorem redderet, num.51.

Quod nullum est nullum effectũ potest sortiri, num.52.

Erroris exceptio contra quascumque sententias, admittitur, num 53.

Periculum esset, vt à Principe ostenso opere virtutis ipse ab eius obseruatione retraheretur, num.54.

Sẽtentiæ Præfecti prætorio ex errore sũe nullæ ipso iure, num.55.

Errore voluntatem excludit, num.56.

Sẽtentia de Reuista *est nulla quando leges non obseruat, num.57.*

Decretum Senatus, vẽga elb Escriano a hazer relacion, *contra quoscumque Iudices habet effectũ inhibitionis, n.58*

Relatione pendente quæcumque sententia est nulla ipso iure, num.59.

Relatione pendente, vt appellatione, non est inobandum, num.60.

Sententia de Reuista *est nulla Relatione pendente, num.61.*

Relatione pendente iudices procedere nequeunt etiam partium consensu, n.62.

Sententia de Reuista *quæ sit nulla relatione pendente rebocatur querela, n.63.*

Iudices superiores procedẽtes in causa sibi prohibita delinquũt, vt pribati, n.64.

Regalia Principes alijs cõmittere non videntur, num.65.

Prohibita supplicatio, & nulitatis querela non censetur prohibitus recursus ad Principem, num.66.

Lege 4.tit.17.lib.4. Recopila. non censetur sublatus recursus ad Principem, num.67.

Quibus lex non loquitur de illis nõ potest intelligi, num.68.

Iura iuribus concordanda, vt ebitetur legum correctio, num.69.

Leges nouæ intelligi debent, vt minus ius commune ledant, num.70.

Interpretatio magis faborabilis quæ nos reducit ad terminos iuris communis, num.71.

Omnis recessus à iure dicitur odiosus, numer.72.

Lex generalis non comprehẽdit casus qui habent spectalem prouisionem, num.73.

Lex si voluisset aliquid statuere, facile expræsisset, num.74.

Princeps & Iudex, & sententia iniqua tenentur ad restitutionem, num. 75.

NOndum ad superioris quæstionis coronidem perueneram, & nobis hac de re quæstio incidit nimis grauis, & ardua, in qua manifeste grauatus quærebatur de notoria iniustitia sententiæ superiorum Iudicũ criminalium huius Curiæ, & petebat á supremo Senatu audiri, cõtra prædictã sẽtẽtiã, quæ erat *de Reuista*, dicẽs ad prædictos iudices causæ cognitionẽ nõ pertinuisse, neq; fuisse iuris ordinẽ, seruatũ, neq; in causa auditum, neque datum tempus ad se defendẽdum, aut suplicandum, neque cõmississe delictum, neque conuictũ fuisse, neque senatus decreta obseruasse, & pronunciatũ relatione pendente, falsis testibus, & falsis relationibus, & errore notorio, & nihilo minus reus non audiebatur, ex Regni, *l. 3. & l. 4. tit. 17. & l. 1. & l. 2. tit. 19. lib. 4. Recopil.* † Quæ quidem leges aduersus prędictas sententias *de Reuista*, reis denegarunt opponi posse quascunque nullitates, etiamsi dicant exacta constare, neq; defectum iurisdictionis, aut notorium grauamen, nam vt ait potentissimus Rex noster D. Philipp. II. in d. l. 4. quæ alijs omnibus, vt magis nouissima, sic magis casũ vrgebat. *Ordenamos, i mandamos, que en todos, i qualesquier negocios, en que cõforme a las leies destos Reinos, de las sẽtencias dadas por los del nuestro Consejo i Oidores de las nuestras audiencias, no ha lugar supplicacion, se entienda aquel mesmo no auer lugar a lo arse, ni oponerse de nulidad, aunque se diga, i alegue ser de incompetencia, o defecto de Iurisdicion, o que della notoriamente cõsta del proceso, i autos del, o en otra qualquier manera, ni para impedir la execuciõ, de las tales sentencias: ni para que despues de executadas se pueda tornar al pleito, i que por las dichas sentẽcias se entiendan ser acabados, i fenecidos los dichos pleitos, sin que se puedan tornar a mouer, ni suscitar, ni tratar en manera alguna.* † Et cũ casus vrgeret, neque vllus vnquã ex gregatum iuris interprætum, qui dictam legem sunt commentati, nec verbo vllo portam pondere viderentur in tam iustissima, & æqua defensione, non sum arbitratus cum alijs in hac sirti impingere, neque legem culpare, vt rabula quidam asserebat, dicens durum esse, sed legem ita scriptam esse, *l. prospexit D. quæ & à quib.* quia difficultas legis, nõ legislatoris culpæ, sed inscitiæ non assequentium tribuenda est, vt tenet, *Aul. Gellius lib. 20. noctr. Atticar. cap. 1.* † Lex enim sãctissima, iustissima omni rationi, & iure consona habẽda est; nam si iura pro vnaquaque sẽtentia (etiam pedanei iudicis) præsumit esse iustam, & ex bono, & æquo latam, *l. 2. C. de offic. ciuil. iudic. l. 2. C. de prædijs curial. lib. 10. cap. illud cap. ad audientiam de præbend. l. 10. tit. 7. lib. 4. Recopilat.* † Quid de illa debeat præsumere? quę tot virorũ applausu, qui cæteris alijs ingenio, literis, & nobilitate corruscant, ac tot partium solicitudine, arq; prudẽtum consultatione semel atque iterũ, firmum, stabile, atque valiturũ statuerunt, vt litigantium tergiberſatione cælari? ac inanis nullitatis spe, vt defectus iurisdictionis in Principe, antenerari? quia prædictę sententię per Principum ora diuinitus promulgãrur, *l. 1. D. de offic. præfect. prætor. l. à Proconsulibus D. de appell. l. 1. D. à quibus appellan. nõ sit.* † Vnde merito neque allegantes audiũtur, neque probare offerentes admittuntur, neque

ostẽ-

ostendentes creduntur, quia licet ex actis constet, potuerunt iudices, vt Deus, omissa iuris scrupulitate sola facti veritate inspecta sententiam ferre, *l. 22. tit. 4. l. 58. tit. 5. lib. 2. Recopilat. l. 10. tit. 17. libr. 4. eiusdem Recopilat.*

7 † Quod licet ita verum sit: aliquas patitur exceptiones quibus partes aduersus assertas sententias audiũtur, quas ex prædictæ legis contextu, mẽte, atque iuris consona dispositione (quæ, quia aliui, non habebis) delinеare lubet, nam, vt ait Modest. Iuris Consultus, in l. scire oportet, §. illud D. de excusat. tutor. *sed, & si maxime verba legis hunc habeant intellectum, tamen mens legislatoris aliud vult.*

8 ¶ Primó enim præfata lex nõ loquitur de manifeste grauato, nec de illo potest intelligi, quia vt ait Robert. Lancellot. d. capit. 12. limit. 8. numer. 25. *Quod si per legem aut statutum tollitur appellatio non censetur sublata, quandoquis manifeste grauaret, secundum Bald. in l. 1. C. si de moment. possess. fuerit appellat. & in l. consentaneum C. quommodo. & quando Iud. & per Alexandr. cons. 77. visis numero 12. colun. final. libr. 3. & cons. 160. Viso, num. 26. lib. 3. cum concord. de quibus per eund. Allexand. in l. 4. §. condemnatum D. de re Iudic. & in l. de pupilo §. qui opus D. de noui oper. nunciat. quibus addde in recollect. Caputaquen. p. 2. decis. 38.* † Grauare autem manifeste dicitur quando procedit Iudex iuris ordine non seruato, nam licet iusta appareat, iniuste tamen profertur, & ita non præsumit lex pro tali sententia, sed aduersus eam, quod sit iniusta, quia formam datam à lege, vel statuto non seruabit, *Bald. & Cyn. in l. sancimus C. de iudic. Paris de Puteo in syndic. V. Iudex. cap. 1. n. 22.* † Etiãsi sententia sit superioris, quia omnes Iudices tam minores, quam maiores in procedendo, & iudicando tenenentur obseruare leges generales, *Auth. de Iudic. §. final. collocat. 6. & sub Rub. in med. liter. non fiet. sac. iuss.* ibi, *omnes Iudices, qualiter cumque iudicent, siue ex scripto, siue non scripto generales leges custodisse debent, & secundum illas sententias proferre, & aliter latas infirmas esse iuuet, & appellatione non indigent, neque ex compromisso infertur pœna.* † Quod non 11 vno iure comprobatum est, *in l. final. insin. C. de vetere Iure & nucleand. l. final. C. si contra Ius, vel vtilitat. canonizata in capit. dicenti 25. quæst. 2. & capit. iudicet 3. qnæst. 7. princip. Inst. titut. de offic. iudic.* Cuius hęc sunt verba, *& quidem in primis illud obseruare debet Iudex, ne aliter Iudicet, quam quod legibus, aut moribus proditum est.*

12 † Nam dum aliquid contra leges decernunt, vel earum formam non obseruaberint pro nullo, in facto, ac inutili habendum est, *l. non dubium C. de legib. l. pacta quæ contra C. de pact. l. ex prætio C. si certum petat. capit. imperiali 25. quæst. 2. capit. vides, distinct. 10. capit. 2. in fine de testib. capit. pro vida de Elect. libr. 6.* † Nullum au- 13 tem quod est dicitur iniquum, *l. scire oportet §. fin. l. qui testamento, & ibi Bald. D. de excusat. tutor. idem Bald. in l. 1. C. de fruct. & litis expens. Aegid. concl. 343.* vbi dicit, *nulla est maior iniustitia, quã nullitas,* quod probat *Vãti vbi supr. titul. quid sit nullitas ex numer. 20.*

14 ¶ Neque Prædictæ potestates excusari possunt, quod non tenentur iuris scrupulitatem ferbare, in sententijs ferendis, sed sola facti veritate inspecta, d. l. 22. *titul. 4. cum alijs libr. 22. Recopillationis*, nam præter quam quod non loquuntur in processo sustantiando, sed in

15 pronunciãdo, vt notat *Azeued.* † Expræſſe eis cautum eſt, vt in ſuſtanciãdo proceſsum, obſeruent formam iuris, & ſuſtãtialia Iudicij, & ad id multæ leges eis diriguntur *tit. 4. 6. & 7. libr. 2. tit. 1. 2. & 3. libr. 3. Recopil.* quas expreſſe obſeruare iurant. l. 6. d. tit. 6. lib. 2. Recopil. *Iuren que guardarã nueſtras leies.* † Quare credendum nõeſt

16 velle Principem tot cõſtitutiones atque leges, quæ de fulminandis proceſsibus tam maturo iudicio sũt ſtatuta, atque tot ſæculis firma, & illibata comperta, ſine cauſa vno ictu ſubertat, & quæ modo iuſsit, modo irritet, quia non præſumitur legislatorem ſe velle incontinenti corrigere, *arg. l. præcipimus C. de appell. l. fin. C. de teſtam.* neque tot conſtitutiones vno ictu ſubertere, *cap. Eccleſia veſtra de Elect. l. ſi quando C. de in offic. teſtamẽt.* † Vnde licet Princeps pleriq; iuris ri-

17 gorem relaxat, & cauſas de plano, & ſine figura iudicij dicernat, *Clement. diſpẽdioſam de Iud. Clem ſæpe de verbor.* Id nõ intelligitur niſi expræſſerit *Innocent. in cap. innotuit de Elect.* † Nam

18 ad id dbet iura omnia derogare, *DD. in d. cap. licet cauſam, & in l. ex imperfecto* D. *de leg. 3.* quod nunquam præſumitur quia iuris derogatio eſt odioſa *l. ius ſingulare l. quod vero* D. *ſoluto matrim. l. aduerſus C. de nupt. l. ſi quando C. de inoffic. donat.* † Et ita aduerſus,

19 quaſcũque, ſentẽtias etiam Principis, opponitur de iuris ordine non ſerbato, quia ex præſũpta eius mẽte (quoniam non conſtat de contraria) legibus vniuerſalibus ac Poſitiuo iure ſe vti velle videtur, *cap. veritatis de dolo & contumacia*, ibi, *nos igitur videntes ordinem iudiciorũ in hoc facto fuiſſe obſerbatum*, & eſt tex. in *cap. licet cauſam de probat.* ibi, *quia nollumus à iuris tramite declinare.* & ſimilia *cap. cum olim de Elect. cap. cum ad ſedem de reſtit. ſpoliat.* † Quare licet præſentia Princi- 20
pis ſuppleat defectus proceſsus, *Felin. in cap. cum olim de re iudic.* non intelligitur de illis qui ſunt de ſuſtãtia iudicij, ne actus corruat, quia ſine ſubſtantia non poſſunt eſſe accidentia, *Ariſtot. lib. 1. Phyſ.* † Et illa dicuntur 21
de ſuſtantia iudicij, quæ à lege aliqua vel ſtatuto obſeruari iuuentur, *cap. cũ dilecta de Reſcript. cap. venerabili de offic. deleg. Bald. in l. prolatam C. de iudicijs & in l. 1. D. de liber. & poſth.* † Dũ 22
enim iuris ordo nõ obſerbatur, iudicium nõ dicitur quia veritas corruit, & iuſtitia opprimitur, D. Iſai. cap. 59. *Conuerſum eſt retorſum iudicium, & iuſtitia longe ſtetit, quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi. Et facta eſt veritas in obliuione: & qui receſsit à malo, prædæ patuit: & vidit Dominus, & malam apparuit in oculis eius, quia non eſt iudicium.* † Neq; ſuperiori- 23
tate excuſantur, quia eo magis ſunt culpabiliores, cum teneantur magis leges obſerbare, *l. digna vox C. de legibus l. ex imperfecto D. de leg. 3. l. cum hærede C. qui teſtam. facere poſſ. cap. quæ cõtra 8. dist. c. iuſtũ dist. 9.* † Ex quo gra- 24
uius quam inferiores puniũtur, l. 1. C. de conductoribus lib. 11. *grauior pœna conſtituendæ eſt in eos, qui noſtri iuris sũt & noſtra artius debent cuſtodire mãdata*, & ſic nulla ſententia magis inpugnatur ex nõ ſeruato iuris ordine, quam ſuperiorum, *Vantius de nullitat. tit. an qualibet ſent. n. 24.* † Nam dum 25
iudicare debẽt ſola facti veritate inſpecta ſi iuris ordinem pretermiterẽt, nec veritatem ſcirent, neq; iudicium facerẽt, quia veritas nõeſt dum iudicium præbẽtitur, quia nulla alia iudici veritatas habetur quam, quæ ex actis cõſtat, & ſi alia ipſi certa videãtur, quia nullus iudex quamtumbis ſuperior poteſt iudicare ſecundũ conſcientiam, ſed ſecundum allega-

ta, &

ta, & probata, vt tradunt *Episcopus Præses Couarru. lib. 1. varior. cap. 1. ex n. 17. Menchaca lib. 1. controuers. cap. 14. late Petr. Morla in Emporio iur. p. 1. tom. 1. q. 1. ex num. 30.*

26 ¶ Secundo contra quascumq; sẽtentiase, tiã *de Reuista*, opponi potest de innocentia rei, quia de illa similiter non loquitur prædicta lex, nec intellegi potest, non solum quãdo quis damnatur sine causa, sed etiam quãdo non est sufficiens ad pœnam impositam in sententia, quia pœna debet esse cõmensurata delicto *Genes. cap. 9. Exod. 21. Leuit. 24. Deuteron. 25. Matth. 26. cap. duo ista 23. q. 4. l. vnica C. de raptu virg. l. 3. D. ad l. Cornel. de*

27 *Sicar. l. 15. tit. 8. p. 7.* † Aliás erit iniusta, iniqua, & inrationabilis, nec iusti ficari potest eo quod sit *de Reuista*, quia Iudex facere non potest delictũ vbi non est, *Hiere. Gigas de crim. læsæ Maiest. libr. 2. tit. per quos crim. q. 1. n. 5.*

28 † Nec illum punire plusquam leges puniunt, nam licet quæstio facti in arbitrio sit iudicãtis, pœnæ vero persecutio, non eius voluntate, sed legis authoritate definitur, *l. si operam l. ordinem D. ad Municipal. l. si qua pœna D.*

29 *de verbor. significat.* † Nam illud esset innocentem damnare, quia condignam pœnam non imponit, quod illi est omni iure vetitum, & maximé iure diuino, D. Marc. cap. 12. *Innocentes non sunt condemnandi*, atque naturali, Apostol. ad Roman. capit. 2. *Natura docet reddere vnicuique secundum*

30 *opera sua.* † Quare sacratissimi Reges nostri huiusmodi grauatis remediũ tolere non videntur, nec ei quod honor, aut vita, aut bona sinè causa auferũtur, ora cõpescere videãtur, nam illud esset peccatũ ex malitia, quod in tam santissimis Regibus, vel suspicari est nefas, quia peccatũ ex malitia est cõtra Spiritũ Sãctũ, vt probat D. *Tho. 2. 2. q. 14. art. 1.* cuius reatus nõ remittitur, neque in hoc sæculo, neque in futuro, *D. Matth. cap. 12. Marc. 3. Luc. 11. Apost. ad Hebr. 6.* †Vnde cũ 31 finem litibus imponere decreuerint, quæ est ratio ciuilis, *l. 12. tit. 4. p. 3.* contra diuinam, & naturalem in tantum sui dispendium statuere non videntur, de quibus legislator interrogatus vero similiter non esset statuturus, *cap. in generali de regul. iur. lib. 6. & ibi gl. allegat. tex. in cap. frater nost. 16. q. 1.* †Credi enim non potest, 23 vt tam Christianissimus Princeps, vt est eius constitutionis author, subditis suis legẽ imponere voluisset, per quam manifestẽ grauatum remediũ denegaret, cum paria sint occidere ignocentem, ac illud se defendere vetare, vt ex multis resoluit *Maroto lib. 1. de iure qnæsito cap. 14. ex num. 49.* †Quo solo prędicta lex, quæ san 33 cta, iusta, posibilis, & secundum naturam esse debet, ad hoc, vt obliget, *cap. erit autem lex 4. dist. Arist. lib. 3. Polytic. cap. fin.* esset iniusta, iniqua, & intollerabilis, quia vinculum esset iniquitaris, *cap. inter cætera 22. q. 4. c. quãto de iure iurãd. auth. sccnicas nõ solum §. 1. coll. 5.* †Neque eam tenere- 34 mur obseruare, quia legi non est obediendum contra præceptum Dei, *D. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7.* nam vt ait Apost. Act. 5. *Obedire oportet Deo magis quam hominibus.* † Nam procul- 35 dubio causa esset manifesti peccati, quod nec Reges, nec Pontifices dispensando licitum facere possunt, *c. & si Christus de iure iurand. c. supereo de vsur. cum aliis per Lodou. Gomez in reg. Chancell. de impetrat. benef. viuẽt. q. 3.* †Nec iuuarẽtur, certa sciẽtia & ple 56 nitudine potestatis, quia Deus nõ dedit Principi potestatem peccandi, neque auferendi alienum, *Bart. in l. fin. C. si contra ius, vel vtilit. Fulgos. &*

37 *Decius in cap. fin. n. 6. de Constit.* † Plenitudo enim potestatis in Principe Christiano considerat secundum leges, quia non dicitur posse quod cũ peccato potest, *cap. faciant 22. q. 2.* Aliàs enim frustra Acab anxius esset pro vinea Naboth, si eam sententia *de Reuista* tollere potuisset? & indigne Iezabel punita, *Reg. 3. c. 21.* † Quorũ neuter dici potest, quia Princeps, non est Dominus rerum priuatarum neque sententia sua valet auferre sine causa, imó auferendo, magis peccat quã priuatus cũ magis leges teneatur obseruare, nã vt quęritur Nero apud Sene. act. 2. scen. fin. *prohibeor vnus facere quod cũctis licet*, cui Seneca respondit,

Maiora sẽper populus à Summo exigit.

38 Vnde firmiter tenendum est præfatam legem non agere in manifeste grauatum, & aliter eam interprætantes à tam sanctissimo Principe nostro puniri debent quia mentem eius siniſtrè interprætãtur, quippe in legem committit, qui verba legis mordicus hærens, contra eius nititur voluntatem, *l. non dubium C. de* 39 *legib.* † Nam de Principis vŏluntate ex infinitis eius rescriptis manifestè appareat, dum illa, quæ cõtra iuris forman, aut in tertij præiuditium vertũtur exequi prohibentur, l. 2. tit. 14. lib. 4 Recopil. *Que si en nuestras cartas mandaremos alguna cosa en perjuizio de partes, que sea contra lei, que la tal carta sea obedecida, i no cumplida.* † Etiam si dicant se vti velle certa scientia, & 40 plenitudine potestatie, l. 3. tit. 14. lib. 4. Recopil. *Que si entre partes vuiere cõtenda, i en perjuizio de qualquiera dellas se diere alguna nuestra carta, i sobrecarta, con qualesquier penas, i clausulas derogatorias, aũque se diga que proceden de cierta scientia, i poderio Real absoluto.*

41 † Et ita nõ obstãte prædita lege quãdo quis apparet manifeste grabatus, auditur contra quascũque sententias de Reuista, *Ant. Gomez, lib. 2. variar. cap. 13. n. 33. vers. quarto potest. Iul. Clar. lib. 5. Receptar, §. fin. q. 61. Paz in Prax. tom. 1. p. 5. §. 10. n. 4. Viuius lib. 1. decis.* 42 *178. n. 2.* † Nam in generali prohibitione non intelligitur compræhensa nullitas ex capite alterius statuti, seu rescripti in surgens, ne statuẽtes se ipsos in continenti corrigere videantur, *arg. l. præcipimus C. de appell. & in l. fin. C. de testam. Bart. in l. 1. §. & parui D. quod vi, aut clam, cũ alijs per Vãti. vbi sup. tit. quis possit dic. de nulit. n. 50.*

¶ Tertio contra quascumque sen- 43 tentias, etiam *de Reuista*, opponi potest de citatione, quia nullitas ex defectu citationis proueniẽs nõ cẽsetur sublata per legem ciuilem, quia cũ sit iuris naturalis defectus á Principe, vel statuto tolli nequit, *Clem. pastoralis §. cæterum de re iudic. cap. 1. & ibi Abb. de causa possess. & propiet. & in cap. cum olim, de re iudic. Bald. & alij in l. 1. C. de legib. & in l. fin. C. si contra ius, vel vtilit.* † Et quod talis 44 nullitas ab statuto qualiter cumque loquente, & prohibente non censeatur excluſa expræsse tenent *Innocent. in cap. tua nos, de cohabitat. clericor. & mulier. Bald. in l. 1. C. quomodo, & quãd. iudex. Alexandr. cons. 225. lib. 6. Ancharran. cons. 202. ælias 211. Decius cõs. 38. numer. 7. & cons. 410. numer. 17. & cons. 603. num. 11. & cons. 681. libr. 5.* † Idem dicendum si de negatis 45 Reo deffensionibus nam cũ deffensio similiter sit á iure naturali proueniens, *l. deffensionis facultas C. de iure fisc. libr. 10.* sub dicta lege non videtur compræhendi, quia quæ sunt iuris naturalis á Principe tolli nequeunt, §. *sed naturalia Institut. de iure natural. §. final. de legitim. agnator. tutel. l. eas obligationes*

D. de

D. de capitis diminut. l. abdicatio D. de patria potest. † Nec sub quibuscumq; verbis comprehendi per dictam legem, quia intelligi debēt de nullitatibus ex iure Ciuili probenientibus, de quibus disponere potest, non tamen ex iure naturali, quod tanquam æquum & bonum debet illibatū permanere; vt ex multis probat *Sebast. Vantius de Nullitat. sent. tit. an quælibet sententia possit dici null. ex num.* 13.

47 ¶ Quarto impeditur executio nullitate ex falsis instrumentis, vel testibus, iuxta illud Daniel. cap 13. *Reuertimini ad iudicium, quia falsum testimonium loquuti sunt aduersus eam.* Nam vt ait tex. in l. 1. C. si ex falsis instrum. *Si tabulas testamenti, quas secutus Proconsul vir Clarissimus sententiam dixit, falsas dicere vis, præbebit notionem suam non obstante præscriptione rei iudicatæ,*
48 *quia nō ita de falso quæritum est.* † Idem dicēdum ex falsis relationibus, nam ex defectu veritatis, defuit etiā Principis voluntas, qui ad talem sententiam præsumitur circumbentus, *cap. constitutus de reseript.* ibi, *circū veniisse prædecessorem nostrum*, l. final. C. de his, qui á non dom. *fallendo Principis conscientiam*, l. 13. tit. 18. p. 3. *engañan a aquellos que dan las cartas, è fazenles*
49 *errar en ellas.* † Et ita plusquam cōpertum est, quod sentētiæ Principis ex falsis relationibus sunt ipso iure nullæ, l. 1. §. quęsitum D. de appellat. *si enim docuerit, vel falso, vel nō ita se habere, quæ scripta sūt, nihil à nobis videtur iudicatum*, cū alijs per *Iacob. Menoch. lib. 2. Arbitrar. cas.* 201. *num.* 2.
50 16. & 17. † Quantumbis in modico deficiat, *cap. non potest, de præbend. in* 6. & ignorantia iuuetur, quia non tātum attenditur relatoris negligentia, aut dolus partis, quam defectus veritatis iudicātis, *Oldrad. cons.* 257. *n.* 37. *Achil. Pedroch. cons.* 1. *n.* 145. & 170. † Et ita Regia diplomata in quibus committitur obreptio, aut subreptio sunt ipso iure nulla, quia narrā- 51
dum est, omne id quod difficiliorem redderent Principē, vt tradunt *Collega meus, & amicus Pelaez de Mieres de Maiorat. p.* 1. *q.* 3. *num.* 3. *Lancello. Galliæ cons.* 121. *nu.* 43. & 44. *Achil. Pedroch. d. cons.* 1. *ex n.* 143. *Couarru. lib.* 1. *varior. c.* 20. *n.* 5. † Illud enim 52
quod nullum est nullum effectū potest sortiri, quia haberur perinde ac si non fuisset, *l.* 1. §. *penult. D. quod quisq; iuris. l.* 1. *in fin. cum l. seq. D. de authorit. tutor. l. quotiens D. qui satis dare cogant. l. de ætate* §. *quod ait Prætor D. de interrogat. act. capit.* 2. *de translat. Prælat. Clem.* 1. *de immunit. Eccles. l. nō dubium* C. *de legib. capit. imperiali.* 25. *q.* 2.

¶ Quinto aduersus prædictas sen- 53
tentias *de Reuista* admittitur exceptio erroris, si in eis qualecumque reperiatur, quia sunt nullæ ipso iure, l. 4. tit. 26. part. 3. *Quando fuere puesto yerro en la sentencia, maguer no se alcen de los Iuizios, puedense rebocar quando quier, è non deuen obrar por ellos, bien assi como si nō fuessen dados.* † Quæ de omnibus 54
tam inferioribus quam superioribus loquitur, nam omnes tenētur, vt diximus, leges obseruare. Nam piaculum esset, vt à Principe ostenso opere virtutis ipse ab eius obseruatione retraheretur, *Apostol. ad Rom. cap.* 2. *Soto lib.* 1. *de iust. q.* 6. *art.* 7. *Iust. Lipsi. lib.* 2. *Polytic. cap.* 9. & 10. † Et ita sen- 55
tentię Præfecti prætorio ex tali errore sunt nullæ ipso iure, *gloss. in l.* 1. C. *de sent. præfecti Prætor.* adeó, vt nec supplicationis auxilium sit necessarium, *l.* 1. *D. quæ sent. sine appel. rescindant.* ibi, *cum contra sacras Constitutiones iudicatur supplicationis necessitas remittitur.* tex. in *l.* 2. *C. quando prouocar. non est necess.* ibi, *& ideo in hac specie nec*

suppli-

supplicationis auxilium necessarium fuit.

56 † Nam error voluntatem excludit, l. *si per errorem D. de iurisd. omn. iudic.* quia non videtur consentire, qui errat, l. *consensisse D. de iudic. l. 15. tit.*

57 *22. part. 3.* † Vnde in terminis quod aduersus tales sententias audiatur, quia sunt nullæ ipso iure expressè tenet D. Ioan. Gutier. in Pract. lib. 3. q. 17. num. 236. *Et potissimum prædicta vtriusque Chancellaris consultatio, etiam si expresse superioribus cõtra dicat, adhuc euitari posset, quia esset contra leges expressas* l. 2. C. *quando prouocar. non est necess. ibi, sententiã eius contra tam manifesti iuris formam datam nullas habere vires palam est.*

58 ¶ Sexto contra prædictas sententias opponi potest de nullitate inhibitionis, vt quando partes quærũtur se á iudicib⁹ criminalibus hui⁹ Curiæ vel alijs Magistratibus se cõprimi, & libellum querelæ offerunt Regi, vel eius suppræmo Senatui, & iubetur, quod tabellio eat ad faciendam Relationem, vt sæpius in Senatu rescripitur in hęc verba, *venga el Escribano a hazer Relacion.*

59 † Quia eo ipso præfati Magistratus sunt inhibiti ipso iure, vt in terminis docet, *Sebastian. Crantius tract. de nullit. sent. ex defectu iurisd. ordin. n. 143.* cuius hæc sũt verba, *Et quod de recusatione, & appellatione dictum est, idem dicendum erit de Relatione causæ ad Principem faciendã, quoniã Relatione petita suspenditur, imò finitur iurisdictio inferioris, nec valet id quod postea, seu illa pendente facit, cap. licet de offic. de leg. cap. bonæ de postul.*

60 *prælator.* † Nam sicut appellatione pendente nihil est innouandum, l. 1. *cum rub. D. nil nouand. appell. pend.* ita similiter Relatione pendente, *vt per DD. in rub. de appellat. Franc. in cap. cũ speciali eodẽ tit. in 6. Ioan. Andr. in cap. legitima eod. tit. cum alijs per Lancellot. d. tract. de attent. p. 2. cap. 8. n. 1.* † Nam 61
cum multi sint casus per cum cõgesti, *n. 2. 3. 4. & 5.* in quib⁹ debeat fieri Relatio ad Principẽ, si dicta Relatione petita prędictæ Potestates procedant, & in causa semel, atque iterum pronuncient, talis sententia *de Reuista* erit nulla ipso iure, vt ex multis firmat, *idem Lancellot. vbi prox. ex num. 6.* † Quia nequeunt procedere 62
etiam partium consensu, *argum. cap. cum de appellationibus, & ibi Abb. de appellat. lib. 6.* nam licet contrariũ tenere videatur *in cap. constitutus de appellat. in Decret.* Verius est non posse procedere per *tex. in d. cap. bonæ & l. 2. de postul. prælator.* quem ad hoc cõmendat *Auffrer. in addit. Tolo sanæ dec. 480.* † Et licet ex clausula appella- 63
tione remota reuocari no possit priuilegio attentatorum, potest reuocari per viam querelæ ordinariè agendo secũdum *Hostiens. in cap. pastoralis, §. præterea & illi omnes de offic. delegat. Abb. in cap. vt debitus de appellat. cum alijs per Rob. Lancellot. vbi supr. p. 2. cap. 12. limit. 8. num. 43.* † Idque maximè 64
si se intromiterẽt in causa sibi prohibita, vt Natalibus restituendis, possessione ex primó decreto in causa maioratus, quã vocamus *Tenutã*, & similibus quæ Reges nostri sibi in suprãmæ potestatis prærrogatiuam reseruarunt, quia talis defectus iurisdictionis non comprehenditur sub dicta lege, quia cum sint prohibiti, non procedunt, vt Iudices, sed vt priuati *Bart. in l. 1. vers. caueat Iudex C. si à non cõpet. Iudic.* † Et ita licet ex dicta lege de- 65
fectus iurisdictionis aduersus tales sententias non possit allegari, in hoc casu cessat eius dispositio, cum vero similiter credi non possit ea quæ sũt Regalia, & suprãmæ suæ potestatis prærrogatiuæ Principem alijs velle committere, *arg. cap. in generali de regulis*

gulis iuris in 6. cũ alijs per Ludou. Gom. in reg. Chancell. tit. de non iudicand. iuxta form. supplicat. q. 14. † Prohibita enim appellatio, vel supplicatio, & nullitatis quærela, nõ censetur prohibitus recursus ad Principem, vt docent *Minodous in Neapolitan. deciss. 27. & deciss. 42. Abb. in cap. 1. de Rescrip. Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 70. Lãcellot. de Attent. cap. 19. de attent. pendente recurs. ex n. 22.* † Quinimo prædictam legem de hoc casu intelligẽtes crimem lesę Maiestatis cõmittunt, quia expręsse agũt cõtra Supræmam Regis potestatẽ, in qua incurrunt negando recursum prędictum, vt ex multis tradunt *Marta de iurisd. p. 4. cent. 1. cons. 56. n. 8. fol. 119. Maroto de iure quæsito lib. 1. cap. 32. n. 74.*

68 ¶ In quibus omnibus casibus, & eorum singulis, quia Iudices manifeste grabant, corũ nullitas opponi potest contra quascũque sententias *de Reuista*, non obstante prędicta lege quia cum de eorum vllis non loquatur, nec de illis potest intelligi, *l. vnica §. fauatẽ & ibi Bart. C. de caduc. tollen. cap. ad audientiam de decim.* † Nam licet leges generaliter loquentes ita intelligantur, *l. 1. §. generaliter D. de legat. præstan.* id non procedit quando leges corriguntur, aut resultat absonus intellectus, quia talia de legislatore nõ presumuntur, cum iuueat iura iuribus concordare, vt euitetur legum correctio, *cap. cum expediat de Elect. libr. 6. l. 1. C. de in offic. donat.*

70 † Idque magis *in d. l. 4.* quæ cum sit lex noua intelligi debet, vt minus ius commune lædat, *l. 2. C. de noxal. l. Sancimus C. de testam. l. præcipimus C. de appellat. auth. quas actiones C. de sacrosanct. Eccles.* † Et ita hęc interprætatio magis faborabilis censenda est cum nos magis reducat ad terminos iuris cõmunis, quia facilius reuertitur res ad suam naturam, *l. si vnus §. pactus ne peteret D. de pact. l. fin. C. de sponsalit. largit. c. ab ex ordio dist. 25.* † Quod semper obseruandũ esse in omni statuto docet *Cacher. deciss. 57. n. 3.* quia omnis recessus â iure dicitur odiosus, *l. ius singulare l. quod vero D. soluto matrim. l. aduersus C. de nupt. cum alijs per Gallin. lib. 6. de verb. signific. cap. 15. ex n. 1.* † Vnde cum prædicti casus, neq; eorum vllus in dicta lege exprimatr, ex eiꝰ generalitate nõ debent compræhendi, nam lex generalis non compræhendit casus, qui habent speciam prouisionem, *l. doli clausula D. de verbor. signific. l. sanctio legum D. de pœn.* † Nam si lex voluisset facile expræsisset, *d. l. 2. §. si autem & ibi Bald. l. qui soluendo D. de hæredib. inst. l. si seruus §. non dixit prætor D. de acquiren. hæred. cap. inter corporalia de transl. Episcop. Tiraq. in l. si vnquam V. literis ex n. 3. C. de reuocand. donat.* † Et ita ex præsumpta eius voluntate ad hos casus non potest extendi, vt innocẽtis vita, fama, aut fortuna auferatur: aut quæ tot iuribus nulla, & irrita sunt in tantum Reip. dannum; partium dispendium, iudicum peccatum, & ipsius mat Principis conscientiam sustineãtur; nam ex sentẽtia iniqua omnes ad restitutione m tenentur, *D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 1. 2. & 16. Couarru. in cap. eũ esses n. 8. de testam. & in cap. peccatum p. 2. §. 3. n. 9. & §. 6. ex n. 1. de Reg. iur. lib. 6.*

CAP. XXXI. De Ecclesiastica sepultura & ijs, qui sibi mortem consciscunt.

SVMMARIVM.

Ecclesiasticæ sepulturæ traduntur rei ex regionis consuetudine, n. 1.

Hære-

Hæretici pœnitentes traduntur Ecclesiasticæ sepulturæ, n. 2.

Hæreticis non denegatur pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramentum si pœnitentes appareant, n. 3.

Reorum cadauera tradenda sunt potentibus, vt Ecclesiasticæ sepulturæ tradãtur, n. 4.

Deuter. cap. 2. de reorũ cadaueribus illustratum, n. 5.

Reus tradendus est sepulturæ Ecclesiasticæ, n. 6.

Iudex negans cadauera reorum sepeliri tenetur actioni iniuriarum, & parti damno illato, n. 7.

Mortem oppetentes vi sibi illata non traduntur Ecclesiasticæ sepulturæ, n. 8.

Mortem sibi conciscentes ante executionem sententiæ tanquam pertinaces iudicantur, n. 9.

Excommunicati quare nõ mandentur Ecclesiasticæ sepulturæ, n. 9.

Qui in manifesto peccato moriuntur non debent in Ecclesia sepeliri, n. 10.

Mortem sibi conciscentes diuinam vsurpat iurisdictionem, n. 11.

Impœnitentia finalis est peccatum contra Spiritum Sanctum, n. 12.

Peccatum contra Spiritum Sanctum non remittitur, neque in hoc sæculo, neque in futuro, n. 12.

Mortẽ sibi cõciscẽtes peccãt contra ipsam naturam, n. 13.

Mortem sibi conciscentes peccant contra charitatem, n. 14.

Sanson excusatur de sui ipsius homicidio, n. 15.

Mortem sibi conciscere apud multos Philosophos laudabile, n. 16.

Fortitudinis magis est mortem comtẽnere quam odisse vitam, n. 17.

Mortem sibi conciscentes pœnitentiæ locum non relinquunt, n. 18.

Mortẽ sibi conciscentes rei debent in furcam agi, n. 19.

Iudex regulariter nõ potest in corpº mortui sebire, n. 20.

Crimine enim nec crimẽ nec criminis pœna potest extingui, n. 21.

Cadauera puniuntur in atrocioribus ad eorum necessarium exemplum, n. 22.

Statua rei sucedit loco cadaueris suspẽsionis, n. 23.

Mortem sibi conciscens quambis delictum fateatur, & se pœnitere afirmẽt punitur, quia similis est Iudæ, n. 24.

Mortem sibi conciscentes non amittũt bona, n. 25.

Memoriæ damnatio datur in pœnam, numer. 26.

Quæ requirantur ad bonorum confiscationem, n. 27.

Leges Regni correctæ in mortem sibi cõbi conciscentes, n. 28.

Reus mortus ex egrẽtudine tradendus est sepulturæ, n. 29.

Crimina morte extinguntur, n. 30.

Hæresis crimem morte non extinguitur, n. 31.

Bona hæreticorum ab hæredibus exiguntur, & eorum ossa exhumantur, n. 32.

Hæreticorum cadauera scienter sepeliẽtes sunt excommunicati, n. 33.

Iudex dum corpus rei sepelire permittit, quid facere teneatur, n. 34.

SED huiusmodi reis iuxta tenorem sentiæ à carnificis manu interfectis, an traddi debeãt Ecclesiasticæ sepulturæ? dubitatum video, & sequẽdam esse regionis consuetudinẽ respondent *Aur. Gomez Var. 3. cap. 14. n. 8. Iul. Clar. lib. 5. Receptar. §. final. q. 100. n. 1.* † AEquius est, vt tradãtur; nam etiam si hæretici sint, dum pœnitentes moriuntur Ecclesia non debet vllo denegari, *D. Matth. c. 18.* † Nam eis non denegatur pœnitẽtiæ & Eucharistiæ Sacramentum si veri pœnitẽtes appareant, *cap. super eo de hæretic.*

hæretic. libr. 6. gl. in Clem. 1. de pœnit. & remiss. Turrecrem. in c. quæsitū de hæret. Nauar. in Manual. c. 25. & in Ench. c. 22. Petr. Binsfeld. in cōfes. maleficor. p. 2. dub. 4 5. † Vnde dubiū nō est, quod Ecclesiasticæ tradātur sepulturæ, cū crimina morte extinguātur, *l. defuncto. D. de public. iudic. Petr. Binsfel. in l. 5. C. de mal. & math. q. 2. c. 1.* † Aliás iudex si in tale corp⁹ defunctū sæuierit eū suspēdēdo, vel cōcremando, aut sepelire negando, vel in loco ignominioso id fecerit, tenebitur actione iniuriarum, & parti damno illato, *l. 1. §. quoties D. de iniurijs*, quod vindicare ad hæredes et cōsāguineos defūcti expectat, *Per.* 6 *Binsfeld. in d. l. 5. q. 2. cōcl. 2.* † Et ita iudices debent cognatis, vel quibus libet petentibus eorum cadauera concedere, vt Ecclesiasticæ sepulturæ tradārur, l. 1. l. fin. D. de cadauerib. punit. *l. obnoxios C. de relig. & sūpt. funer. Co-* 7 *uar. lib. 2. variar. c. 1. n. 11.* † Quib⁹ astipulatur veteris iuris lex Deuter. c. 12. *quādo peccauerit homo, quod morte plectē dus est, & adiudicatus morti appēsus fuerit patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepeliatur.*

8 ¶ Quo ad alios autē qui sententiæ executionē morte prœuenerunt, si id fiat vi sibi illata, dū in carcere existūt quia credūtur ex cōscientia criminis mortē sibi cōciuisse, mādari non debēt Ecclesiasticæ sepulturæ, *cap. pla-* 9 *cuit 23. q. 5. c. ex parte de priuil.* † Nam eo ipso pro cōfessis habētur, & tāquā pertinaces iudicātur, & declarātur ex cōmunicati, & demū excōmunicantur, quo attinet ad operationē viuētiū vt pro eo nō fiāt præces, neq; oblationes neq; inter fideles ponatur, & hæc est causa ne mandetur, Ecclesiasticæ sepulturæ, *cap. sicut in primo de hæret. c. 2. c. accusatus eod. tit. lib. 6. c. à nobis de sēt. excōmunicat. c. Ecclesiā de cōsecrat. dist. 1. c. sane profertur 24. q. 2. l. 8. tit. 13 p. 1. Grillād. de hæretic. q. 9. n. 2. Villadiego q. 22. n. 7.* † Nam in Ecclesia non 10 sunt sepelliēdi excōmunicati, hæretici, & qui in manifesto peccato moriuntur, pro quibus Deū orare non licet; nam ad id fideles in Ecclesia cōduntur, vt ingrediētes pro eis Deum precentur, D. *Augustin. libr. de cura pro mort. cap. cum grauia, 13. q. 2. c. ex parte cap. sacris de sepult. Clem. 1. eod. tit. Castro de iusta hæretic. punit. lib. 2. cap. 18. Brun. lib. 4. de cerem. cap. 2. & 7.*

¶ Illi enim, qui mortem sibi con- 11 ciscunt, diuinam vsurpant potestatē, quia vitæ, & mortis solus Deus author est, Deuter. cap. 32. *ego occidā, & ego viuificare faciam*, & Sapient. c. 16. *tu es Domine, qui vitæ, & mortis habes potestatē.* † Et cōmittunt peccatū 12 cōtra Spiritū Sāctū, quod est impœnitētiæ finalis, D. *Tho. 2. 2. q. 14. art. 1.* quod ei remiti nō valet, neq; in hoc sæculo, neq; in futuro, *Mat. c. 12. Marc 3. Luc. 11. Hæbr. 6.* † Et similiter pec- 13 cāt cōtra ipsā naturā, quæ reb⁹ omibus eam vim inseruit, vt appetāt sui cōseruationē, & resistāt corruptioni, vt traddit *Arist. libr. 2. de Gener. l. vt vim D. de iust. & iur.* † Et peccant si- 14 militer cōtra diuinū præceptū, nā illud, *nō occides*, ipsū met hominē á fortiori cōplectitur, quia se ipsū occidēs magis cōtra charitatis ordinē pecat, quia charitas debet àse incipere, *D. T. 2. 2. q. 26. et Sēt. 3. dist. 18.* nā vt ait Eccl. c. 14. *qui sibi nequā est, cui alij bon⁹ erit?*

¶ Neq; obstat Sāsonē se occidisse, 15 & inter Sāctos veteris testamēti annumerari, nā id fecit ex diuina reuelatione, vt probat *Euseb. li. 8. hist. Eccl. c. 12. & c. 17.* neq; aliud de tanto viro est credēdum, cū Deus sui ipsius homicidam abhorreat, *cap. displicet 23. q. 4.* † Nam licet apud varias nationes se ipsum occidere laudabile fuisset, vel pro infamia fugienda, vel vitæ 16

tædio, vel alia de causa, ex quo Chrysippus, Empedocles, Zeno, Cleãtes, Lycurgus, Demosthenas, Themistocles, Annibal, Cleomenes, Brut⁹, Cato Vticẽsis, Marcus Antonius, & alij multi prudentes, forteſque viri mortem ſibi nefariã conſciuerunt. † Cõtraria ſententia ipſis met Ethicis qui melius ſentierunt amplexa fuit, quia fortium virorum eſt magis mortem contemnere, quam odiſſe vitam, vt docent *Plato in Phedro, & li. 9. de leg. Ariſt. lib. 3. Ethic. c. 7. & lib. 5. c. 11. & alij relati Alciat. libr. 4. Parerg. capit. 4.* 17

18 † Quod maiorib⁹ de cauſis apud nos tantum facinus execrari debet, quia talibus ſibi mortem cõſciſcentibus, ſalubri pœnitentiæ locus non relinquitur, *cap. ſi non licet, cap. placuit 18. q. 5. D. Auguſt. lib. 1. Ciuit. Dei cap. 17. D. Clem. lib. 7. Recognit. D. Cypria. lib. de Duplici mart. Origin. lib. 2. in Iob. Lactan. lib. 3. diuin. Inſtit. cap. 18. D. Thom. Sent. 2. q. 64. art. 5.*

19 ¶ Et ita tanquam impœnitentes, & de tanto ſcelere conuicti eorũ cadauera debẽt à Iudicibus in furcam agi, *Dec⁹ in l. imperiũ D. de iuriſd. omn. iudic. Menoch. lib. 2. Arbitr. cent. 3. caſ.* 20 *285. n. 7.* † Nã licet regulariter iudex non poſſit in corpus in cauere mortui ſæuire, illud ſuſpendendo, vel decolando, vt tradũt *Carrer. in Pract. §. homicidium n. 223. Aut. Gomez, d. tom. 3. cap. 3. num. 13. Plaza de delict. lib.* 21 *1. cap. 23.* † Locum non habet quando moriendo nouum crimen committitur, & ipſa mors crimen eſt: crimine enim, nec crimen, nec criminis pœna poteſt extingui, vt probat *Maroto de iure quæſito lib. 2. cap. 3. n. 15.* 22 † Idque maximé in atrocioribus vbi reç i is eſt cadauera puniri ad eorum neceſſarium exemplum, *Iul. Clar. vbi ſupr. q. 51. nu. 15. Menoch. d. caſ. 285. n. 9. Couar. lib. 2. variar. cap. 1. Bald. in l. defuncto de public. iudic. Marſil. in l. quæſtionis D. de qq. n. 31.* † Et ita licet talis conſuetudo ſit iam hodie abolita cadaueris ſuſpẽdendi in tribunalib⁹ sãcti Officij ei⁹ loco rei imago erigitr ex mẽbraneis cartaceis, vulgo *ſtatua* quæ proco curiæ ſæculari traditur flammis exurenda, *Immola in d. l. defuncto D. de publ. iudic. & in l. 3. D. de bonis eor.* † Etiam ſi reus ſuum delictum fuiſſet cõfeſſus, & ſe pœnitere affirmaret, quia ſimilis eſt Iudæ qui pœnitentia ductus ſe ſuſpendit, *cap. Iudas, cap. nihil diſt. 3. Villadiego de hæretic. q. 22. Alberic. in rub. de bonis eor.* † Et ita vbi bona confiſcantur poteſt agi ad bonorum confiſcationem, nam eo ſolo quod mortem ſibi conſciſcit bona non confiſcantur, *l. 3. §. ſiquis autem D. de bonis eor. l. ſiquis filio §. eius D. de iniuſto rupt. l. fraudem §. eius bona D. de iure fiſci l. omne delictum §. qui ſe vulnerauit D. de re militar. l. 24. tit. 1. l. 6. tit. 21. p. 7.* † Vbi autẽ talis cõſuetudo nõ eſt poteſt agi ad menorię dãnationẽ, *Iul. Cl. d. §. fin q. 51. n. 14.* nã vt prætioſa eſt in cõſpectu Dñi mors sãctorũ eius *Pſ. 115.* ſiue, vt durat sẽper mors iuſti cũ laudibus, ſic nomẽ impriorũ debet putreſcere, *Prou. c. 10.* † Ad bonorũ autẽ cõfiſcationem neceſſaria eſt accuſatio qua quis teneatur de aliquo crimine *l. 1. C. de bonis eor. l. 1. D. eod. l. 21. ti. 1 p. 7. l. 2. tit. 28. ead. p. 7. l. 9 tit. 13. li. 8. Ordi. l. 8. ti. fin. d. li. 8.* † Sed hodie correctæ ſunt prædictæ leges, per nouiora iura, *l. 8. tit. 23. lib. 8. Recopil.* & alia iuraq; certis in caſib⁹ ſimiliter corriũtur ſe ipſũ occidere permittit, *l. 24. ti. 1. l. 2. tit. 27. part. 7.* 23 24 25 26 27 28

¶ Si vero nõ vi ſibi illata, ſed ægritudine, vel debilitate, aut carceris incõmoditate ãte sẽtẽtiã moriãtur, cõmunẽ aliás ſequor, ſcilicet non poſſe iudicẽ in mortũ ſæuire, vel vetare ne

Eccle-

Ecclesiastica tradatur sepultura, nã actione iniuriarum, & peccato mortali teneretur, *d. cap. placuit, cap. ex parte de sepultur. Angel. & alij in l. 1. §. quoties D. de requirend. reis, Couar. lib. 2. Variar. cap. 1. n. 11. Ioan. Maior in Sẽt. 4. dist. 45. q. 4.* † Nam absoluta corporis, & animæ compagine, qua crimina committũtur, reus liberatur eo quod præbentus â sũmo Iudice Deo, ad maximum eius tribunal aduolauit, quo alius se intromitere nequit, quia crimem mortalitate extinguitur, *l. 1. cum seqq. C. si reus vel accusat. l. 1. C. ne ex delict. defunct. l. defuncto D. de public. iudic. l. crimem D. de pœnit. §. non autem Instit. de perpet. & tẽpor. act.* † Nisi crimem sit hęreticum cuius reatus morte non soluitur, *l. a. apostatarum C. de apostat.* quia eo quod ex exceptis est, potest post mortem cõtra defunctũ agi, vt ex multis tradit *Iul. Clar. d. §. hæresis.* † Et ita bona poterunt ab hæredibus exigi, & ossa exhumari, & comburi, quemadmodum iustus Rex Iosias fecit dum hæreticos & eorum ossa commisit igni, *Reg. 4. cap. 23. Paralip. 2. cap. 34.* & Iræne Augusta effodit ossa soceri sui hæretici, & iussit illa ardere, *Nicephor. lib. 17. Ecclesiast. hist. c. 27.* † Et qui tales hæreticos scienter Ecclesiasticę sepulturę mandaberit, excõmunicationis sententia subiacebit, donec proprijs manibus ea publicè effodiat, & extrahar, si á fidelium corporibus dicerni possunt, *cap. sicut de hæretic. cap. 2. eod. tit. lib. 6. cap. sacris de sepultur. Instruct. Hispal. c. 20.* † Poterit tamen iudex sinere corpus sæpelliri cum protestatione, & litem cœptam contra mortum prosequi, citatis ad defensionem quorum interest, vt etiam in hæresi crimine docent, *Episc. Simanc. de cathol. instit. tit. 62. Bellamer. deciss. 677. & deciss. 678. cum tribus seqq.*

30 31 32 33 34

EPITOMES DELICTORVM IN QVIBVS APERTA, vel occulta inuocatio dæmonis interuenit.

LIBER IIII.

DE CRIMINIS PVNITIONE, in foro interiori animæ.

D. D. PHILIPPI III. HISPANIARVM REGIS Catholici iussu scriptus, ac totius Senatus Regii approbatione, ad pititionem D. Fiscalis vulgatus.

CAP. I. De iurisdictione spirituali.

SVMMARIVM.

Spiritualis iurisdictio soluis Dei est, n. 1.
Spiritualis iurisdictio in Christo admirata, n. 2.
Christus vt purus homo reputatus, nu. 3.
Messias in spirituali iurisdictione venturus fuit Euangelizatus, n. 4.
Christus à Patre missus est ad spiritualẽ iurisdictionem, n. 5.
Ioannis de Hus, & Martin. Lutherus de Potestate Ecclesiæ refutati ex n. 6.
Iurisdictio spiritualis Ecclesiæ necessaria n. 7.
Difficiliores morbi ex peccatis oriri solẽt, n. 8.
Corporis hominum & animi affinitas, n. 9.
Iurisdictio spiritualis solo Petro data secundum Hæreticos, n. 10.
Apostolos præfecit Christus in iurisdictione spirituali, n. 11.
Apostolos, Prophetas, Euangelistas, Pastores, atque Doctores ad salutem animarum, n. 12.
Iurisdictio spiritualis versatur circa peccatorum absolutionem, n. 13.
Claues Regni Cœlorum, & cura gregis data sunt Petro, n. 14.
Pascere Verbum ad spiritualem iurisdictionem dirigitur, n. 15.
Iurisdictio tẽporalis reditur in inuitũ. 16.
Dominatio externa non est altitudinis Ecclesiasticæ digna, n. 17.
Non potest militari Deo & sæculo, n. 18.
Christus Dominus criminalia & ciuilia iuditia renuntiauit, n. 19.

Regnum, & alia temporalia Christus dimisit, n. 20.

Christo Domino omnia tradita sunt á Patre, n. 21.

Potestas nocendi non est potentia sed imbecilitas, n. 22.

Spiritualia cæteris rebus duxit Dominus anteponenda, n. 23.

Apostoli sunt constituti in Principes, & Iudices vniuersorum, Doctores, atque Rectores, n. 24.

Spirituali iurisdictioni cætera omnia subiacent, n. 25.

Iurisdictione concessa omnia illi videntur concessisse sine quibus exequi non potest, n. 26.

Gladij potestas Ecclesiæ *data est, n. 17.*

Gladij potestas necessaria est, ad vnãquãque iurisdictionem conseruandã, n. 28.

Papa ex iurisdictione spirituali omnia potest, n. 29.

Omnes Christi fideles subsũt Ecclesiæ de necessitate salutis, n. 30.

Petro data sũt iura terreni imperij, & cœlestis, n. 31.

SPIRItualis iurisdictio & absoluendi á peccatis potestas quia soli Dei est, *Exod. capitul. 34. Psal. 18. 31. & 102. Isai. c. 43. & 44. Hiere. 31. & 33. Mat. 7. Marc. 2. Luc. 5.*

1

2 † Adeó priori sæculo in audita fuit, vt eo Christus Domin⁹ blasphemia fuisset notatus, quod peccata remitteret, D. Marth. cap. 7. *Et videns IESVS fidem illorum dixit paralytico, confide fili, remittuntur tibi peccata tua; Et ecce quidam de scribis dixerunt intersse: hic blasphemat.* † Causa fuit, quod Christum Dominum, vt purum hominem reputabant, & priuatum, vt fatentur apud D. Matth. c. 13. ad fin. *Non ne hic est fabri filius? non ne mater eius dicitur Maria? & fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Iudas? & sorores eius non ne omnes apud nos sunt? vnde ergo huic omnia ista?* † Aliás enim si Christum promissum Messiam agnoscerent, hanc proculdubio, ei potestatem concederent, quippe in ea venturum iam diu eis fuerat euangelizatum, per Isai. cap. 53. *Ipse peccata multorum tullit.* Daniel cap. 9. *& finẽ accipiet peccatũ.* † Et ita ipse in hac potestate á Patre missum apparte asser tus est apud *D. Ioan. cap. 1. & 3.* & multorum peccata ente mortem suam remisit, *Matth. c. 1. 9. 10. 11. 20. & 26. Matth. 2. Luc. c. 24. Ioan. 1. Acta Apost. 2. 4. 10. & 13.*

3

4

5

¶ Ex quibus impiè Ioan. de Hus, & Mart. Lutherus contendunt Christum venientem, ad nostram redẽptionem sua morte opus cõsumasse, & in ea nos omnes saluos fecisse, ex meritis diuinæ gratiæ, quibus neq; pœnitentijs, neque absolutionibus opus non est, nam vt ait ipse Dominus per Ioan. c. *omnia consumaui, quæ dedisti, vt faciam.* † Sed blasphemant huiusmodi hęretici scripturę lumine obcecati, quia pœnitẽtia, & remissio peccatorum necessaria est neufragantibus post Christi mortem, & per consequens iurisdictionem spiritualem, ad quam Christus Dominus discipulos suos misit, D. Luc. cap. 9. *conuocatisque duodecim Apostolis dedit illis virtutem, & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent, & misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos.* † Quod de iurisdictione spirituali, & absoluẽdi à peccatis potestate, præter alios considero, nam difficilio-

6

7

8

ficiliores morbi ex peccatis oriri solent, vt docent *D. Chrysost. in Matth. 4 homil. 14. & in Ioan. homil. 37. Theophilact. in Marc. 2.* † Et ita ad salutē conferēdam paralytico dixit Dominus apud Matth. d. c. 7. *remittuntur tibi peccata*, tanta prorsus est affinitas corporibus hominum, mantibusque, vt testatur *Aul. Gellius lib. 14. noct. Attic. cap. 13.*

10 ¶ Alij paulò nequiores ham potestatem spiritualē fetentur, sed eam solum Petro datam impiè affirmāt, cui Christus dixit apud Matth. c. 18. *Quecumque ligaueris super terram ligatum erit in cœlis, & quecumque solue-*
11 *ris super terrā solutum erit in cœlis.* † Sed dicendum est, quod & si promissio illa soli Petro facta sit, vt Apostolorum Principi, non propterea negandum est alios Apostolos in eadē fuisse præfectos, cum post resurrectionē eis omnibus dixerit apud D. Ioan. c. 20. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &*
12 *quorum retinueritis, retenta sunt.* † Quia ad salutem animarum, non solū Petrum, sed Apostolos, Prophetas, & Euangelistas, & alios ministros præfuit, D. Paul. ad Ephes. c. 4. *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euāgelistas, alios autem Pastores, & Doctores ad cōsumationem sanctorum in opus ministerij.*

13 ¶ Quæ quidem iurisdictio primo, & principaliter ad animerum salutē dirigitur, & peccatorum absolutionem, in qua gradij potestas versatur, *Card. D. Fran. Toledo in sum. lib. 1. cap. 3. n. 7. Inocent. in cap. 2. de maiorit. & obedient. Alciat. in cap. cum non ab homine de iudic. & in l. iuuemus nullam C. de sacros. Eccles. Iul. Clar. in Pract. q. 36. n. 1. Boer. decis. 31. ex n. 3. & decis. 69. ex n. 1. Anast. Germon. de sacror. immunit. lib. 3. cap. 8. n. 108.* † Nam Christus Dñus hanc Petro promitens potestatē Regni cœlestis claues se daturum policetur, D. Matth. cap. 16. *Et tibi dabo claues Regni cælorū*, & postea in ipsa dignitatis, & officij collatione dixit apud D. Ioan. c. fin. *Pasce oues meas.* † Quod de spirituali iurisdictione intelligitur ipso met Petro affirmate ad suos compastores, Canonic. 1. cap 5. *Pascite, qui in vobis est gregem Domini prouidentes, non coacte sed secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntarie, neque, vt dominātes in clericis, sed forma facti gregis ex animo.* † Quod prorsus de iurisdictione spirituali intelligitur, quę volūtarie exercetur, nam temporalis redditur in inuitum, *l. inter stipulantem §. 1. D. de verbor. obligat. l. neque fæminā D. de procura. cap. intelleximus de iudic.*

14 15 16

¶ Ambitus enim, & dominatio externa non est altitudini Ecclesiasticæ digna, ideó Dominus ad discipulos Matth. cap. 26. *scitis, quia Principes Gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestate exercent in eos: nō ita erit inter vos, quod qui voluerit maior fieri, sit vester minister.* † Vt sic do-
18 minationē, & ambitus externæ gloriæ spiritualia agentibus summoberet, vt diuinis vacarent, quia non potest militari Deo, & sęculo, & ita admonuit per Mat. c. 19. *Nisi quis renūciauerit terrenis, nō potest meus esse discipulus.*

17

¶ Vnde Dominus, vt verbo, sic & exemplo doceret, iurisdictionem sęcularem offerentibus renunciauit in causa criminali adulterijs *D. Ioan. c. 8.* & ciuili, familiæherciscundæ, *D. Luc cap. 12.* dum rogatus, vt diuideret hæreditatem, respondit, *Quis me constituit iudicem, aut diuisonem inter vos?* † Et regnum temporale offerē-
20 tibus relinquit, & fugit in montem, *Matth. cap.* Quia vt ipse met testatur

19

apud D. Ioan. capit. 1. *Non veni tollere regna, sed peccata*, & capit. 3. *Non enim misit Deus filium suum in mundo, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.* † Ad salutem autem 21
animarum nil magis est impedimẽto, quam dominatio, ideò illam renunciauit cum esset Dominus vniuersorum, Apocalyps. capit. 1. *Princeps regum terræ*, & ipsemet ait apud D. Luc. cap. 10. *omnia mihi tradita sunt à patre meo*, & D. Ioan. cap. 13. *sciens; quia omnia dedit ei Pater in manus.* † Sed 22
humiliauit semetipsum, vt nos humilitatem suaderet, & potestatis plenitudinem fugere, quia potestas nocẽdi, non est potentia sed inuecilitas, Nam vt ait Nero Imp. apud Senecã in Octa. act. 2. Scen. fin. *prohibeor vnus facere, quod cunctis licet*, cui Seneca respondit.

Maiora sẽper populus à summo exigit.

¶ Vnde nil mirum si dominationem, & temporalia Apostolis interdixerit, non quod eis non subiaceãt, sed vt rebus spiritualibus, & saluti animarum libentius incũberent, quã cæteris alijs duxit anteponẽdam cũ Apostolis dixit, Matth. cap. 10. *infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones cicite, gratis accipitis* 24
gratis date. † Aliás enim eos iudices, & Principes vniuersorum constituit, Doctores, atq; Præceptores Gẽtium; D. Marc. cap. fin. *Ite, & prædicate Euãgelium omni creaturæ*; nec non & Rectores, D. Ioan. cap. fin. *pasce oues meas*; nam spiritualiter & temporaliter regere significat, Paralip. 1. c. 11. *tu pasces Dominũ meũ Israel, & tu eris Princeps super eum.* † Nam cum spiritua- 25
lis iurisdictio excellentior sit, & superior temporali, ei præesse debet de necessitate salutis, quia finis temporalis potestatis pendet quodãmodo á fine potestatis spiritualis: fœlicitas enim humana, quæ potestatis sæcularis finis vltimus est, vt poté imperfecta, in beatitudinem supernaturalẽ ordinatur, tanquam insui perfectiorem, & summum omnium bonum, vt tradit *Episcop. Simãc. de Cathol. instit. tit. 45. n. 26.*

¶ Præterea cũ Christus ipse omnes oues suas Petro, & eius successoribus regendas cõmiserit, addita potestate plenissima ligandi, atque absoluendi: consequens etiam est, vt omnia illa cõcessa intelligãtur, quæ necessaria sunt ad munus perfectè gerendum, *l. 2. D. de iurisd. omn. iudic. cap. præterea, de offic. deleg.* † Et ita vel 27
ex sola hac spirituali iurisdictione temporalia omnia videntur tradita, etiam gladij potestas, quatenus necessaria ad iurisdictionem conseruãdam, vt aduersus hostes fulciatur & firma, & illibata persistat, nam vt ait Apostol. ad Corinth. c. 2. *potestas mihi data est in ædificanda, & conseruanda.* † Quia gladij potestas necessaria 28
est ad vnamquãque iurisdictionem conseruandam, *Benedict. in cap. Raymundus V. vxórem de testam. ex n. 155. Salcedo ad Diaz in Praxi cap. 102. & cap. 118. Gregor. in l. 13. tit. 13. p. 2. Cassan. in Cathal. gloriæ mund. p. 5. consid. 24. & in consuet. Burg. rub. 1. §. 5. gloss. fin. 1. grace. n. 81.* † Et ita ex hac iuris- 29
dictione Petro data, potest Papa omnes Christianos ad concordiam, & vnitatem cogere; transgressores punire, excessus corrigere, officio inutiles amobere, lites cõponere, controuersias definire, & omnia Reipub. Christianæ necessaria ordinare, *l. 1. D. si quis ius dicenti non obtemp. l. 2. D. de offic. eius. D. Tho. & alij in Sent. 4. dist. 18. Aulens. in Numer. c. 15. q. 48. Marta de iurisdict. p. 1. cap. 17. cũ multis seqq.* † Quia omnes Christi fideles subsũt 30
Ecclesiæ de necessitate salutis, *Ex-*

travag.

trauag. vnã sanctam de maiorit. & obedient. quia ex baptismo facti sumus quid spirituale, *Nauar. in cap. nouit, de*
31 *iudic. notab. 6. nu. 8.* † Ideo Papa ex hac iurisdictione in omnes Christi fideles præficitur, tam in spiritualibus quam temporalibus, cap. omnes dist. 22. *qui Beato Petro æternæ vitæ Clauigero, terreni simul, & cœlestis Imperij*
32 *iura concessit.* † Et Iudex est vniuersalis omnium nostrorum, vt certa fide tenendum est, quia vt ait D. Paul. Corinth. 1. cap. 2. *Spiritualis iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur.*

CAP. II. De exomologesi, seu peccatorum confessione.

SVMMARIVM.

Medicina corporis & animæ æque necessaria probatur. n. 1.
Lapsis ante baptismum subuenitur regeneratione baptismali. n. 2.
Delinquentibus post baptisma datur pœnitentiæ Sacramentum. n. 3.
Vualdẽses, & Lutherani in pœnitẽtiæ Sacramento refutantur. n. 4.
Presbyteros solos esse pœnitentiæ Sacramenti ministros. n. 5.
Iustificationem ex sola fide hæretici tumultuant. n. 6.
Fidem Magdalenæ & adulteræ gratiã impetrasse. n. 7.
Peccatorum ad remissionẽ sufficere credi culpam condonari, ex Luthero. n. 8.
Fides necessaria est & peccatorum confessio ad hoc, vt culpa condonetur. numer. 9.
Confessionis necessitas probatur. n. 10.
Pœnitentia vera est noua vita secundum Lutherum. n. 11.
Vita eterna posita est in obseruatione legis secundum Lutherum. n. 12.
Vita huiusmodi non sufficit pœnitenti ad iustificationem. n. 13.
Iustos non minus quam peccatores vocauit Deus. n. 14.
Prædestinationis causa ex Deo est. n. 15.
Iustos aliter vocat Deus, aliter peccatores. n. 16.
Luc. c. 10. & 13. Matth. c. 11. de vocatione iustorum explicati. n. 17.
Matth. c. 3. Luc. c. 13. & 15. de vocatione peccatorum explicati. n. 18.
Confessionem integram peccatorũ impossibilem dicunt Lutherani. n. 19.
Impossibile nihil Deus præcepit. n. 20.
Crimina quantũbis occulta adhuc tenemur confiteri. n. 21.
Contrictionem facere magis peccatorem aserunt Lutherani. n. 22.
Contrictio est domum Dei. n. 23.
Contrictionis deffinitio. n. 24.

AEQVA RATIO 1
necessaria probatur medicina corporis, & animæ: illam necessariam docet ratio naturalis: hanc ratio fidei illustrata: de illa dicitur Ecclesiastic. cap. 38. *Altissimus de terra creauit medicinam, & vir sapiens non abhorreuit eam.* † Necessitatem autem confes- 2
sionis docet ratio fidei: naufragantibus enim in hoc mundo, de duobus remedijs prouidit Dominus in suis Sacramentis, sine quibus veniam, & gratiã assequitur nemo. Lapsis ante baptisma subuenit regeneratio baptismalis in nouam vitam, *D. Marc. cap. fin.* † Post baptisma verò delin- 3
quentibus pœnitentiæ dedit Sacramentum, cuius rei ergo insinuauit necessitatem Dominus dicẽs per D. Luc. cap. 13. *Nisi pœnitẽtiam habueritis omnes simul peribitis*, nam vt ait Trident. sess. 6. cap. 14. *hic enim iustificationis modus est lapsis reparatio: quã secũdam post naufragium deperditæ gratiæ tabulã SS. Patres nũcuparunt.* † Nec 4
enim

enim sufficit Deo confiteri, vt Valdenses contendunt, nec cuilibet priuato, vt Lutherani affirmant, dum ad omnes fideles verba Christi emissa tumultuant, Matth. cap. 18. *quemcumque ligaberis super terrã ligatũ erit, &c.* † Nam ad solos presbyteros data sunt, vt declarat Trident. sess. 14. cap. 6. *Circa ministrum autem huius Sacramenti declarat sancta Synodus falsas esse, & à veritate Euangelij penitus alienas doctrinas omnes, quæ ad alios quosuis homines præter Episcopos, & Sacerdotes clauiũ ministerium pernitiosè extendũt, putantes verba illa Domini, quemcumque ligaberis, &c.*

¶ Sed hanc peccatorum cõfessionem hæretici rursus impugnant, dicentes peccata non ex confessione, sed ex fide remitti, quia iustificatio ex fide est, Apostol. ad Roman. cap. 3. *iustificans eum, qui est ex fide,* & ad Roman. 14. *omne quod non est ex fide peccatũ est,* quia sine fide impossibile est placere Deo, secũdum *Apost. ad Hebr. cap.* 11. † Quare dicunt Dominũ non misisse Magdalenam ad Sacerdotes, sed dixisse apud D. Luc. c. 17. *vade in pace fides tua te saluã fecit,* & adulteræ apud D. Ioan. cap. 8. *vade, nolli amplius peccare,* & D. Petrus non venit ad confessionẽ sed ad lachrymas, *cap. Petr⁹ de pœnit. dist.* 1. † Quibus concludunt impiè hæretici huiusmodi cum Luthero suo præceptore, sufficere credere culpam cõdonari, & mores in melius conuertere, vt eorum remissio consequatur quia credenti omnia sunt possibilia, *D. Marc. cap. fin.* nam absolutus est, quis quis se absolutum credit, secundum *Lutherũ, art.* 12. † Sed hæc omnia, quot erroribus scateant, non est nobis nũc diserere; Non enim negamus fidem nõ esse necessariam, sed vna cum fide opus esse peccatorum confessione, vt quis iustificari valeat, vt declarat sacra Trident. sess. 6. cap. 8. *Cum verò Apostolus dicit, iustificari hominẽ per fidem, & gratis, ea verba in eo sensu intelligenda sunt, vt per fidem ideò iustificari dicamur, quia fides est humanæ salutis initiũ, &c.* † Et ita quãbis liceat credere culpã condonari, nõ propterea á necessitate cõfessionis excluditur, quia vt ait ipsamet Synodus, d. sess. 6. c. 9. *Quãbis autẽ necessariũ sit credere, neq; remitti, neq; remissa vnquã fuisse peccata nisi gratis, diuina misericordia propter Christum: nomini tamen fiduciã, & certitudinem remissionis peccatorum suorum iactari, &c.*

¶ Nam licet ex sententia Lutheri multi affirmẽt quod vera pœnitẽtia sit noua vita, vsurpantes illud D. Ambrosi *Hæc est vera pœnitentia cessare à peccato,* nam vt ait Regius Vates Psal. *declina à malo, & fac bonum.* † Quia in obseruatione legis posita est vita æterna, Matth. c. 19. *si vis ad vitam ingredi serua mandata,* & Psal. *quis habitauit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.* † Sed hæc vita non sufficit pœnitenti ad iustificationem, quia necessaria est peccatorum confessio, & pœnitentia ex diuino oraculo D. Luc. c. 5. *non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.* † Non quod iustos non vocaberit, qui misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, *Matt. c. 22.* qui ait per eũdem Matth. cap. 11. *venite ad me omnes, qui laborati stis, & ego reficiam vos.* † Nam vt ait D. Marc. cap. 3. *vocauit ad se quos voluit ipse,* & Apostol. ad Rom. cap. 8. *quos prædestinauit, hos & vocauit.* † Aliter enim iustos, aliter vocat peccatores: illos ad continuandam vitã probam, hos ad lamẽtum, & fletum, vt docet catholicæ veritatis propugnaculum *D. Thom.*

17 *Thom.* † De priore vocatione dicitur Luc. cap. 10. *negotiamini dum venio*, & capit. 13. *contendite intrare per angustam portam.* Matth. cap. 10. *qui perseuerat vsque in finem saluus erit.* † De secunda, Matth. cap. 3. *Pœnitentiã agite apropinquauit regnum cœlorum*, Luc. cap. 13. *nisi pœnitentiam ageritis omnes simul peribitis*, & capit. 15. *gaudium est in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente.*

19 ¶ Neque dicẽdum est integram peccatorum confessionem, (vt præcipit Ecclesia) esse impossibilem, vt contendum Lutherani, ex illo Psal.

20 *delicta quis intelligit?* † Quia dũ se in perditionem aducunt in Deum blasphemas exiſtunt, dũ credunt aliquid Deũ impossibile præcepisse, D. August. ad Damas. PP. epist. 42. *Execramur blasphemiam eorũ, qui dicũt Chris-*

21 *tũ impossibile præcepisse.* † Et licet quãtumbis occulta sint crimina aduc tenemur cõfiteri ex D. August. homil. 49. in cap. agite de pœnit. dist. 1. *Nemo sibi dicat occulte ago, apud Deũ ago; ergo sine causa dictum est. Quæ solueritis in terra solutum erit in cœlo. Ergo sine causa datæ sunt claues Ecclesiæ Dei, fructramur Euangelium Dei, fructramur verba Christi si promittimus vobis, quod illi negant, non ne vos decipimus?*

22 ¶ Sed de contrictione ait Lutherus facere magis peccatorem, nã quæ extra charitatem fiunt, vana, & falsa sunt, *Apostol. Corinth. 1. cap. 13.* & pertinent ad hypocrisim *Matth. cap. 15.*

23 † Quod Tridentina Synodus condenauit expresse, sess. 14. cap. 4. *declarat sancta Synodus non solum non facere hominem hypocritam, & magis peccatorẽ, verum etiam donum Dei esse, & spiri-*

24 *tus Sancti impulsum, &c.* † Est enim contrictio verus terror cõtientiæ, quæ Deũ sentit irasci peccato, & dolet se peccasse, non tam metu Gehennæ, quam summa Dei dilectione, D. *Thom. part. 3.*

CAP. III. De officio confessarij in ea parte qua iudex est.

SVMMARIVM.

Differentia inter forum fori, & forũ poli n. 1.

Conscientia quid sit. n. 2.

Conscientiæ forum est boni & æqui. n. 3.

Confessarius corda & renes scrutatur, vt Deus. n. 4.

Magiæ crimine interuenit idolatria, apostasia, hæresis, sacrilegium, blasphemia &c. n. 5.

Confessarius debet primum examinare Magos de vera contrictione. n. 6.

Lachrymæ signa solent esse contrictionis. n. 7.

Dolor magnus lachrymas solet exicare. n. 8.

Gaudia magna lachrymas solent adferre. n. 9.

Desperatio diuinæ misericordiæ signum est impœnitentiæ finalis. n. 10.

Diabolus, quibus falatijs vtatur ad indurauda corda Magorum. n. 11.

Confessarij scientia huius operis maxime necessaria. n. 12.

Confessarij quid circa fidẽ debeat Magis interrogare. n. 13.

Confessarius quid circa pactũ Magos debeat interrogare. n. 14.

Libros artis, vel instrumenta secum habentes non possunt absolui. n. 15.

Magi seductores aliorum, quid facere debeant ad hoc, vt absoluantur. n. 15.

Magi quando fatentur esse malefiuiũ impendens non debent absolui donec destruant. n. 16.

Magi qui dãna intullerint non possunt absolui nisi resartiant. n. 17.

Magus cui bona cõfiscãtur quid facere teneatur in restitutione. n. 18.

Magus tenetur ad restitutionẽ damni illati ex maleficio. n. 19.

Magus non satisfacit mortis pœna dãnis à priuatis & obligatio migrat ad quoscunque bonorum possessores. n. 20.

Magus ad mortem damnatus tenetur ad damna, nisi partes mortẽ contentæ profitcantur, n. 21.

Magus tenetur ad resartionem damni in foro fori & poli. n. 22.

CONSCIENTIAE forum quia non min⁹ distat à foro exteriori, quam cœlum á terra spirit⁹ á carne, ac De⁹ ab homine, non videtur huic tractationi satisfactum, si de illo specialia simul non præmiteremus, nam licet quædam sint communia, quædã sunt diuersa, imò & contraria, quia caro aduersatur spiritum secundũ *Apost. ad Galat. 4.* † Conscientia ẽnim est, quid intrinsecum latens in mente, vt inquit *Bald. in l. siquis filio §. irritum D. de irrito rupt.* siue vt ait tex. in cap. nouit, de Elect. n. 2. *scientia mente recluſa, quam Deus ascisciat animæ, vt eam reprehendat de erroribus.* Et ita docet eleganter Baldus in cap. sacerdos de officio ordin. not. 1. *Conscientia est cordis scientia.* † Quare forum conscientiæ est forum boni, & æqui, in quo homo se ipsum accusans rei, & accusatoris partes sustinit, quia vt ait Apostol. ad Rom. cap. 2. *Est in gentibus conscientia factum accusans, vel defendens.* † Confessarius autem vices Dei gerẽs corda, & renes scrutatur, vt Deus, quare & si semper, & in omni crimine maximé circunspectus esse debeat, ad eluendas conscientiæ vnius cuiusque maculas, in hoc præsertim crimine de quibus agimus, quia maiores sunt Dæmonis fallatiæ.

¶ In hoc Magiæ crimine quia interuenit Idolatria, apostasia, hæresis, sacrilegium, blasphemia, homicidiũ, & concubitus contra naturam, cum creatura spirituali, & odij in Deum, quibus nil potest esse atrocius, vt supra dictum est, *lib. 3. de crimin. punit. in foro exterior. cap.* † Debet Confessarius singula perpendere, ac reum de singulis congruẽ interrogare, ac examinare, primó de vera earũ omniũ cõtrictione, quia vt ait Paul. Grillãd. de Sortileg. q. 9. nu. 2. *Diabolus nihil magis satagit, neque alio magis laborat, quam in persuadendo, vt persistant in sẽtentia, & vsque ad vitæ finem perseuerent.* † Cuius quidem impœnitentiæ signum esse dicit, *ijdẽ Grilland. vbi sup num. 3.* quod licet suspiria alta emitãt, & omni conatu lachrymare procurent, lachrymas tamen non emittunt, quæ signa esse solent pœnitentiæ, ac nubæ moestis animũ obsidentis profluuium, *D. Luc. cap. 22. Psalm. 50. cap. lachrymæ, cap. porro, cap. conuertimini, cap. quẽ pœnitet, de pœnitẽt. dist. 1* † Sed hoc signum satis fallax est, & incertum, quia nõnumquã ipsa doloris magnitudo lachrymas desicat, ac planè tollit, vt fatetur cõciuis me⁹ Seneca in Oedip.

Fletũque aceruo funera, & quæstu caret,
Quin ista tanti pernicax clades mali
Siccauit oculos, quodque in extremis solet
Perire lachrymæ.

† Et é contra nonulli ex magna lætitia solent lachrymare, Tob. capit. 11. *& cœperũt ambo flere præ gaudio.* Quod haut latuit eidem cõciui meo Senecæ in Thyeste.

Subitos fundant
Oculi fletus; nec causa subest
Dolor, an metus? an habeat lachrymas
Magna voluptas.

¶ Quare

10 ¶ Quare huius impœnitentiæ signum potius crediderim, si Lamiæ hũ iusmodi ex suorum criminum magnitudine veniam consequi despexerint, vt sæpé solet: nã Diabolus persuadit eas impossibilem esse ad Deũ conuerti, & veniam consequi peccatorum propter pactum secum initũ, & Dei abnegationem, alia quę se cõtaminarunt scelera nefandissima,
11 sic enim nõnullis ille mentitur. † Alijs persuadit, quod licet in supplicij locum aducantur, igneſque succendantur; se illarum corpora, & laqueo, & flammis palam erempturũ, facturumque, vt ex flammarum cõtactu nullum dolorem principiant, vt sic illas dum desperatione deijcit, vel spe lactat, & extollit; semper conatur earum corda obdurare, vt cũcta negent, respuantque confiteri, nec resipiscant, nec pœniteãt de in quisse, vt traddit *Petr. Binsfeld. in confess.*
12 *malef. p. 1. prælud. 6.* † Quare confessari⁹ debet in promptu habere sacræ Scripturæ hac de re testimonia, Patrũ sẽtẽtias, ac omnia ęui exẽpla, quę ex superioribus libris facilẽ colliget, quib⁹ clare demõstret, vtroque Dæmonẽ mentiri, nihilq; eorum, quæ pollicetur iactatorẽ illũ præstare posse; neq; si posset, velle: serioque conuersos, nunquam á Deo respui.

13 ¶ Post hæc debet pœnitentes interrogare an ex animo renunciauerint fidem, nam est apostasia, *cap. 1. de Apostat.* vel quid crediderint contra fidem, vel errorem foberint, quod est hæresis, *cap. hæreticas 24. q. 3.* an diabolum adorauerint Dullia, vel Latria, putantes esse Deum, quod est idolatria prohibita *Exod. cap. 22.* vel habuẽrint cum eo pactum, quod est infidelitas, *cap. illud cap. nec mirũ h. 26.*
14 *q. 5.* † Vel quid promiserint, vel qua solẽnitate: vt cognoscãt an pactũ taceitũ, vel expressũ contraxerint; quid dæmoni pro pacto tradiderint, quia solent filios offerre. An peterint ad ludos quia ibi dæmoni prosternũtur, et alia fediſsima peragũt ꝺ quorũ singulis actum est, *lib. 2. de Magia operat.* † Item an libros artis, vel instrumẽta secũ habeãt, quia retinẽtes absol- 15
ui nequeũt, vt traddit *Sinancas*, si aliquos seduxerint, quia debẽt pri⁹ eos cõuertere, & si noluerint eos ad superiores Magistrat⁹ defferre, vel accusare iuxta illud D. Mat. c. *si peccauerit in te frater tuus corrige, inter temet ipsum, quod si noluerit, denuncia Ecclesiæ.*

¶ Itẽ si ad alicui⁹ dãni restitutionẽ sũt obligati, tã illatũ, quã impẽdens, 16
nã si dãnũ adhuc pẽdet, hoc est quod venenũ, seu maleficiũ nõ cæperit lædere, sed post aliquod tẽpus effectũ suũ esset facturũ, nõ est reus absoluẽdus donec quocũq; modó licito conetur malis futuris obiare, & veneno anthidotũ præbere, & maleficij signa destruere, extradditis *lib. 2. c. fin.* † Si vero dãna iã fuerint personis vel fortunis illata, nõ debet cõfessa- 17
rius eũ absoluere sine præuia satisfactione, aut (si eã nequit præstare sine fideiusoria, vel saltim iuratoria cautione, quãdo quis aduc liber, iurisque sui cõfitetur, vt docẽt *Nauarr. in Manual. c. 27. n. 59. cõciuis me⁹ Ant. à Cord. tract. de los casos de cõscien. q. 68. Curiel rez lib. 1. Canonic. qq. c. 40. ex n. 8.* † Nã quãdo est dãnatus ad mortẽ in locis 18
vbi bona nõ cõfiscãtur, sufficit, quod cõfessari⁹ hãc defũcti obligationem (ex ei⁹ cõsensu) hæredib⁹ significet, imó, & reus debet hoc coràm iudicib⁹ declarare velle se, vt ꝺ bonis suis omnibus quo ad fieri poterit satisfaciat, quib⁹ dãnũ acceperũt, vt per *DD. in reg. peccatũ de reg. iur. & in c. nemo 14. q. 5. Medin. p. 1. instruct. cõf. c. 14. §. 33. Petr. Nauar. to. 2. de restit. lib. 4. c. 5. ex n. 3.*

19 ¶ At vero in locis vbi bonorũ cõfiscatio capitale supplicium cõsequitur, officium confessarij erit monere reum, vt iudicib⁹ indicet, sed à Fisco petere, vt qui in bonis, etiam in restitutione hæc exequẽda succedat, quid quid alij talem restitutionem his nõ esse necessariã autũ ment, quorũ hæresis iam diu improbarũt *Medices in Sum. omn. hæref. p. 1. ver. restitutio, Alf.*
20 *Castro aduersus hæres. lib. 13.* † Non enim Maleficij per mortis pœnã euadũt obligationẽ restituendi, nã mortẽ subeunt propter iniuriam Deo, & Reipublicæ irrogatã, nõ propter dãnum priuatorũ: & hæc eadem realis obligatio restituẽdi migrat ad quoscumq; bonorũ successores, cũ nõ pœna sit, sed delictũ, *cap. in literis, de Raptorib. & in cendiar. Couar. libr. 3. variar.*
21 *c. 3. Iul. Clar. in Pract. § fin. q. 51.* † Nisi pars læsa ptofiteatur se tali supplicio contẽtã esse, sibiq; satisfactũ, *Nauar. in Manual. c. 15. n. 25. Binsfeld. in cõf. mi-*
22 *lisic. p. 2. prælud. 13.* † Nam maleficus tenetur in foro fori, & poli dãna illata resarcire, nã licet dæmon illa intulerit, fuit tamẽ malefic⁹ causa ipsũ solicitãs, vt docat *Suarez de relig. li. 2. c. 17. n. 13. & c. 14. n. 12. & ex eo Tho. Sãchez in Sũm. tom. 1. lib. 2. c. 41. n. 23.*

CAP. IIII. De bonis Magorum in foro conscientiæ.

SVMMARIVM.

Magus hæreticalis est bonorum suorũ dominio ipso iure priuatus. n. 1.

* *Magus hæreticalis tenetur bona sua offerre fisco secundum aliquos. n. 2.*

Magus hæreticalis non tenetur bona sua offerre fisco ex authoris sententia. numer. 3.

Non oportet verum dicere, ni argumentis de contraris satis fiat. numer. 4.

In foro animæ nihil interest an iniuste quis possideat, vel aliena imuadat. numer. 5.

Hæreticus ante sententiam non est priuatus dominio bonorum suorum. n. 6.

Ipso iure, *operatur, vt fiscus petere possit, non vt reus teneatur offerre. n. 7.*

Ipso iure, *nullum aliud dominium trãsfert in fiscum, quam cibile. n. 8.*

Ipso iure, *habet necesse partis postulationem. n. 9.*

Ipso iure, *perinde vallet ac si dicat per ipsum ius. n. 10.*

Ipso iure, *bona delata requirit accusationem & sententiã seruato ordine. n. 11.*

Qui actionem habet adrẽ recuperandã, rem habere videtur. n. 12.

Lex iusta quaten⁹ dicatur obligare in cõscientia. n. 13.

Lex vlt. tit. 3. & lex fin. tit. 9. lib. 2. Ordinamenti de obligatione restitutionis in conscientia explicantur. n. 14.

Magus non tenetur ante cõdemnationem bona offerre fisco. n. 15.

Sententia declaratoria non est necessaria ad hoc, vt hæreticus bona sua oferat. num. 16.

Sententia nulla est, quæ condemnationem aut absolutionem non continet. n. 17.

Euidẽtia patrati sceleris non eget clamore accusatoris, sed eget sententia iudicis. n. 18.

Lex quæ hæreticorum bona applicat fisco nullum in specie condemnat. n. 19.

Princeps, hæreticum nequit condemnare ante quam hæreticum esse constet, præcedente citatione & causæ cognitione. n. 20.

Hæreticus non tenetur bona offerre in foro conscientiæ ante quam in foro exteriori sit per iudicem iure damnatus. n. 21.

Quod pœnæ nomine ex actum est id eidẽ restituere nemo cogitur. n. 22.

Hæreticus ante sententiã est dominus bonorum

notum ſuorum & habet titulum & poſſeſsionem. n. 23.

Fiſcus occupare non poteſt bona hæretici non dum condemnati. n. 24.

Quidquid iure poſsidetur iniuria auferetur n. 25.

Expoliatus à iudice iuris ordine præter miſſo ſtatim reſtituendus eſt. n. 26.

Fiſcus occupans bona hæretici occulti tenetur furti actione. n. 27.

Exigere *nihil aliud eſt in iure quam inſtituta actione petere. n. 28.*

Cauſæ cognitio non eſt neceſſaria in executione iuſta. n. 29.

Fiſcus poteſt occupare ſecreto ab hæretico tot bona quæ ad eum pertinent quã do non poteſt in iuditio probare. n. 30.

Debitum ante tempus nullus ſoluere tenetur in conſcientia. n. 31.

Hæretici tranſmitunt bona hæredibus à quibus auferri non poteſt niſi propter eorum culpa. n. 32.

Hæredes conueniuntur quandoque ex cõtractibus & delictis defuncti. n. 33.

1 MAGVS HAERETicalia cõficiens, quia bonorũ ſuorum domi nio eſt ipſo iure ptiua tus, *cap. cum ſecundum leges de hæretic. li. 6. Auth. Gazaros C. de hæretic. l. fin. C. de bonis proſcript. Fortunius in l. Galus §. & quid ſi tantum D. de liberis & poſth. Lupus in cap. per veſtras §. 72. de donat. inter. Brun. de hæreticis lib. 5. c. 6.* † Licet á nemine accuſetur debere tamen ea offerre fiſco in foro conſcientiæ, vt quãdiu nõ reſtituat ſit in peccato mortali, tẽnẽt *Abb. & Felin. in cap. 1. de Conſtit. Paul. in l. 1. §. ad beſtias de poſtulan. Barbac. in c. Raynaldus de teſtam. Cardin. in c. fraternitatis 12. q. 2. Tiraq. in l. ſi vnquã C. de reuocãd. donat. ver. reuertatur n. 246. Lud. Gom. in c. 1. de reſcript. li. 6. Alfa. Caſtro de iuſta hæreticor. pœnit li. 2. c. 6. & lib. 2. de poteſt. leg. pœn. c. 10.* † Sed 3 verius sẽper mihi visũ fuit non teneri ad talẽ pœnã ante cõdẽnationem ſiue declarationẽ in ſe ipsũ excuendã vt traddũt D. *Tho. 2. 2. q. 62. art. 3. Ant. Gom. variar. 3. c. 2. n. 5. Soto li. 1. de iuſt. & iur. q. 6. art. 6. Sylu. eſt. in Sũ. ver. hæreſis 1. n. 13. Bart. in l. qui delatorem C. de iure fiſc. gl. in d. cap. fraternitis, 12. q. 2.* † Sed quia non oportet vetũ dicere, 4 niſi argumẽtis de cõtrario ſatisfaciamus, quorũ omnes copioſior & neruoſior cõgeſsit *Caſtr⁹ d. lib. 2. de lege pœnal.* nõ me tanto viro opponendi, ſed veritatẽ oſtẽdendi gratia, diſputationẽ ſuſcipiam, quia veritas examinata magis explende ſcit in lucẽ, *cap. grauẽ 35. q. 9. gl. in c. cũ Ioãnes de fide inſtrum. Iaſ. in l. iuuemus C. de iudic.*

¶ Primó enim ſic argumẽtatur, *Caſtrus in d. c. 10.* quod hæretic⁹ eſt priuatus ipſo iure dominio bonorũ ſuorũ, quod in fiſcũ trãslatũ eſt: ergo vero dño bona illa redere debet alioquin læta liter peccat retinẽs rem alienam inuito dño: nam in foro animæ nihil interſt, an iniuſtẽ quis poſsideat vel aliena inuadat, *cap. ſæpe de reſt. ſpoliator. c. cũ ſecundũ de hæret. lib. 6.* † Difi- 6 cilior res eſt, quam vno verbo queat enodari, nã primò hæretic⁹ non eſt priuat⁹ ante ſentẽtiã vero dominio bonorũ ſuorũ ipſo facto, quia eorum poteſtas non pendet á charitate, vel gratia, vt per peccatũ amitatur: ſed ſicut adquiritur appræhẽſione, traditione, ac iuſtis cauſis, ac titulis, ſic etiã cõtrario amititur, quarũ nulla eſt peccatũ, *D. Tho. 2. 2. q. 12. art. fin. Sot. et Gabr. in Sẽt. 4. diſt. 15. Cõrad. de cõtract. q. 7.* † Neq; per illa verba in d. c. cũ ſe- 7 cũdũ, *bona hæreticorũ ipſo iure decernimus cõfiſcata*, ſtatim dñm bonorũ definit, qui crimẽ cõmiſsit, vt fiſco adquiratur, niſi ciuili modò, vt fiſcũ eã petere poſsit, nõ tñ vt re⁹ teneatr illa

offerre, *l. commissa D. de publician. & vectig.* & ita tenet *doctiss. conciuis meus Thom. Sanchez in Summ. tom. 1. lib. 2. c.*
8 *22. exa. 20.* † Nam per verba illa, *ipso iure decernimus confiscata*, nullũ dominium in fiscum transfertur, nisi ciuile ius persequẽdi in iudicio bona illa quæ nõ ante fisci propié esse potuerunt, quàm de crimine sit pronũciatum, & virtute sententiæ in possessionem missus sit, quia traditionibus, & possessionibus dominia reum acquiri solent, non autem verbis legum, *l. traditionibus D. de pact.* cum ante dãnationem reus eorum dominus dicatur, *l. quæsitum D. qui, & à quibus.*
9 † Quinimó verba illa, *ipso iure*, nõ habent vim tantam, vt executio statim á lege fiat, parte non petente, sed necesse est, vt ab eo postuletur, in cuius fauore lex illa verba posuit, nam supplementum legitimæ portionis filio debitæ, fit ipso iure: quod tunc demum locum habet, cum fuerit à filio petitum, *l. soleimus C. de inoffic. testam. cum alijs per Tiraq. in l. si vnquam C. de reuocand. donat. ver. reuertatur, n.*
10 8. † Quia verba *ipso iure*, perinde valent ac si quispiã dicat per ipsum ius non tamen, vt vulgus iocatur, nam veteres Iuris cõsulti ipsum ius per antonomasiam appellare solent, Ius illud antiquissimum XII. Tab. l. 1. §. fin. D. de superficieb. *& ipse ad exemplum earum quæ ipso iure constitutæ sũt*, l. si vsus fructꝰ §. illud D. de vsu fruct. quemadmod. caueat. *siue ipso iure quis vsum fructum habeat.* l. in causæ la. 2. de minorib. *satis ipso iure munitus est*, l. 1. D. quod falsis tut. *non enim ipso iure* §. 1. Instit. de perpet. & tẽporal. act.
11 *aut ipso iure competunt.* † Quare verba illa nil aliud significant, quam quod bona illa iure ipso delata sunt fisco, & obnoxia confiscationi, sed tamen opus est, vt fiscus ea petat, & Magus accusetur & ordine iuris seruato cõdemnetur, nam bona quædam fisco delata ipso iure ad fiscum pertinere dixit *Calistr. I. C. in l. 1. D. de iure fisc.*
† Nam si quando fiscus dicitur do- 12
minus bonorum eorum ipso iure, nõ intellegitut de vero & vtili dominio, sed tantum de actione, quæ dominiũ dici solet, nam qui actionem habet ad rem persequendam ipsam rem habere videtur, *l. qui actionem D. de reg. iur. l. qui autem §. apud Labeonem D. de his, quæ in fraud. l. vt mihi D. de donat. l. 1. D. quod cum eo l. fratres §. idem respondit D. pro socio.* † Neque obstat, 13
quod lex iusta obligat in conscientia, quia illud fit, vt peccator se iustè condemnatum sciat, ne resistat, non tamen quod teneatur bona sua offerre fisco, absque vlla cõdemnatione, nam ordo iudicij exterioris prætermitendus, aut perturbandus non est, *l. prolatam C. de sent. & interloq. capit. forum de verbor. significat. capit. 1. cum seqq. 4. q. 4.* † Neque huic solu- 14
tioni obstat, *l. vltim. titul. 3. & leg. fin. titul. 9. libr. 2. Ordinam.* quæ expræsse obligant in foro conscientiæ, ad pœnam præstandam, quia illi quibus talia officia publica cõmissa sũt, ea lege, ne qnid vltra salarium accipiant, alioquim ad pœnas illi statutas teneantur, obligatur tum conditione qua officia acceptarũt, tum iuramento quod illas ita obseruare præstiterunt, *l. ea lege C. de condit. ob caus. l. debitores D. de iure iuran.* † Quod 15
in nostro casu longe abest quia legislator non obligat talem Magum bona sua offerre, neque id facere potest, nec vult, nec velle præsumitur, vnde ante cõdemnationem non teneri expræsse docent, *Couarruuias in 4. part. 2. capitul. 6. §. 8. numer. 10. Conrad. de Contractatibus quæstion. 7. conclusion. 2. Soto libr. 1. de iustit.*

q. 6. art.

q. 6. art. 6. gl. in cap. fraternitatis 12. q. 2.

16 ¶ Secundo argumentatur quod sola sẽtẽtia declaratoria super crimine lata tenetur hæreticus in foro cõscientiæ bona omnia tradere fisco, etiam si nulla alia iudicis condẽnatio adiecta est, ergo ante sentẽtiam tenetur id ipsum facere, quia sentẽtia ad nil aliud exigitur quã vt cõstet crimen esse cõmissum. Quod cũ hæretico sit notissimũ frustra expectatur sentẽtia declaratoria, quæ iuxta quorundam oppinionẽ necessarianõ est, *cap. cum secundum §. final. de hæretic. in*

17 *6. Felin. in c. canonum de Const.* † Cuius quidem fallatia vel exeo pẽdet, quod putat Castrus sententiã declaratoriã vim condẽnationis nõ habere, nam dicit adeo requiri, vt crimẽ manifestum fiat; non enim profertur sentẽtia, vt per illam de crimine constet, sed vbi de crimine cõstat, vt reus vel absoluatur, vel condẽnetur, quia sententia nullius momenti erit, quæ cõdẽnationem, vel absolutionem non

18 continet *l. præses C. de sent. & interlocut. omn. iud. l. 1. D. de re iudic.* † Neq; in crimine notorio est necessaria sentẽtia, vt ipsemet Castr⁹ putat, quia nullo iure suffragatur, cũ nulliui euidens esse possit delictũ, quod aliqua iusta defensione in toto, aut parte defẽdi, aut excusari non queat; euidẽtia quidem patrati sceleris nõ eget clamore accusatoris, sed tamen eget sentẽtia iudicis, *cap. euidentia, de accusat. &*

19 *ibi gl. & interpretes.* † Neq; enim lex humana eo quod talia bona applicat fisco generaliter quẽquam in specie cõdẽnat, vt necessariũ est, *l. in summa D. de re iud. §. curare Inst. de action.* nã talis lex, nihil aliud dici potest quam sentẽtia Principis, quippe ipse est qui leges condit, *l. 1. C. de leg.* & vt inquit Imp. in auth. de Cõsulib. §. fin. *Prin-*

20 *ceps est lex viua, et animata.* † Sed Princeps non potest hæreticũ aliquẽ antè dãnare quã eũ hæreticũ esse constet, idq; non aliter fieri potest, quam antecedente citatione, atq; omni causa diligenter cognita, ergo neq; per legem potest quispiam ita dãnari, & multo min⁹ sine sentẽtia hanc durissimã pœnam subire, *Clem. pastoralis § fin. de re iudic. c. 1. de causa poss. & pro piet. Plotus in l. si quando, n. 762. & cons. 30. n. 5. Guazz. in. de confisc. bonor. limit. 1. cõcl. 13.* † Neq; quãuis sit crimẽ reo 21
ipso manifestũ nõ tamẽ propterea tenetur ed executionem pœnæ in se ipsum faciendã in foro cõscientiæ, pri⁹ quam in foro exteriori sit per iudicẽ iure dãnatus, quemadmodũ nec Princeps nec Iudex debet aut potest illũ reum cõdẽnare, quem certissimé scit crimen cõmisisse, nisi tãquam iudici hoc illi constiterit, per plenas probationes, *l. illicitas §. veritas D. de off. præsid. l. prolatam C. de sentent. cap. si peccauerit 2. q. 1.*

¶ Tertium argumentum nõ mi- 22
noribus nititur fallatijs; ait enim Castrus, si sciret fiscus per euidentiã rei, quæ nulla posset tergiversatione celari, Petrum hæreticum esse, & eo inuito bona illius caperet, non teneretur illi reddere, nam quod á quocũque pœnę nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur, *l. quod à cũq; D. de reg. iur.* ergo Petrus tenetur illi illa offerre. † Nullus dubitat 23
quã inualida sit cõsequẽtia: ideó ad argumentũ dico possessionẽ hæretici nõ esse iniustã, quia adhuc retinet naturale dominiũ bonorũ suorũ habet enim titulũ, & possessionẽ, & bonorum administrationem, quia naturaliter insistit rei, cuius titulum, & causam habet, neque aliqua lege id ei ante sẽtẽtiã aufertur, nec propter hæresin vllo iure ãre illã amittit, quipe possessionẽ remanere apud hæreticũ

omnes concedunt, *l. aufertur §. in rem D. de iure fisci, Anchar. in cap. cum secundum de hæretic. Curtius sen. cons.* 20.

24 † Quare fiscus neque occupare, neq; inuadere potest talem possessionem, neque enim manu propia ius sibi dicere, aut vim inferre debet hęretico nondum condemnatę, *l. nullus C. de Iudæis, l. 1. & seq. quando liceat vnicuiq; l. si quis in tātā C. vnde vi, Sebast. Guazzinus de confiscat. bonor. concl.* 16. *ex n.* 1.

25 † Ex quibus patet, quod si Castri opinionē sequeretur Fiscꝰ, ex tali bonorū occupatione, seu inuasione, tutus non esset, quia cum iure nō fiat, prorsus iniusta, & violenta esse debet, nā vt ait Fabius declamat 13. *quidquid iure possidetur, iniuria auferetur.*

26 † Et ita Fiscus teneretur ad restitutionē illius possessionis, quando quidem spoliatus etiam á iudice, iuris ordine præter missō, confestim restitui debet, etiam si prædo sit, *cap. in literis, cap. cōquærente de restitut. spoliat. c. licet Episcopus de præbend. lib.* 6. *§. retinendæ Instit. de interdictis.*

27 † Quinimó fiscus teneretur occulto hæretico (bona occupādo) furti actione, tametsi verus dominus non esset, quia eius interes bona eius subrepta non esse, *l. itaque fullo §. fin. l. cum as pignori l. qui iniuriæ,*

28 *§. fin. D. de furt.* † Neque regula iuris aliud suadet: ait enim *quodacumque pœnæ nomine exactum est*, exactū, ait, non raptum, non spoliatum, nō violenter inuasum: nec aliud est in iure ciuile exigere, quam instituta actione petere, *l. exigere dotem D. de iudic. l.* 1. *§. exactio C. de rei vxor. act. Alciat. in l. transacta D. de verb. signif.*

29 † Neque inbatur quod in executione nō sit necessaria causę cognitio, quia illud sit in executione iusta, non tamen in violēta invasione, & hoc est quod docent, *Innocent. in cap. ex ratione de appellat. Bald. in cap.* 1. *de feudo sine culpa nō amitendo cap. pastoralis §. quia vero de offic. deleg. l. executorē C. de execut. rei iudic. Felin. in cap. de cætero de re iudic.*

¶ Quartum argumentum eiusdē Castri, non minus debile & infirmū est, quia dicit quod fiscus potest occupare secreto ab hæretico tot bona, quot ille retinet, ex his, quæ ad fiscū pertinent, quando fiscus non potest in iudicio hæresim testibꝰ probare, ergo hæreticus ex conscientia tenetur eadem bono fisco redere docēre Apol. ad Rom. 13. *Reddite omnibus debita.* 30

† Non enim ab omni debitore inuito exigi pecunia potest, neque enim ebeo, qui debitor est in diē, exigitur ante tempus; multo minus occupari clanculum bona hęretici poterūt ante sentētiā, nec in foro quidem conscientię quispiam debitum soluere tenetur ante tempus, *l. cedere diem D. de verb. significat. l.* 1. *C. de plus petit.* 31

¶ Ad quintū, & sextum argumē- tum quibus Castrus probare conatur possessionem hęretici esse iniustam, & dominium bonorū suorum translatum esse in fiscum, ipso iure á tempore cōmissi criminis, ab hęredibus non exigeretur: quibus non immoror, cum fribola sit illius ratio, quod si hęreticus verum dominium non haberet vtique non transmisisset illud in hærędes, á quibus auferri non posset nisi propter eorum culpam. 32

† Nam hæredes non solum ex contractibus defuncti conueniuntur, sed interdū etiam ex delictis; scilicet, si lis fuerit cœpta cum defuncto, vel pœna ipso iure imposita, ita vt post mortem accusari possit reus, vt fit in crimine hæresis, vel si ex maleficio aliquid ad eos peruenerit, quibus casibus hætedes soluere debent etiā innocentes, quātis verum dominiū adeos 33

transꝫ

translatum sit, l. 1. C. ex delictis defunct. cap. à nobis, el. 2. de sent. excõmunic. cap. accusatus §. in eo de hæretic. lib. 6. l. 1. vt actio ab hæred. & contra hæred.

CAP. V. De absolutione Sacramentali.

SVMMARIVM.

Hæreticus recurrere debet pro absolutione ad proprium parrochum, etiam reconciliatus ab Inquisitoribus. n. 1.

Inquisitores solum à censura absoluũt hæreticos non tamen à peccatis actualibus. n. 2.

Laicus potest in casu necessitatis à peccatis audire secundum alios. n. 3.

Laicus licet possit audire peccata non tamen absoluere, quia pertinet ad clauiũ potestatem. n. 4.

Magus de hæresi mentali prius absoluẽdus. n. 5.

Hæreticus occultus & mentalis in excõmunionem incidit. n. 6.

Hæresis contrahitur per solum errorẽ in intellectu causatum per malam electionem. n. 7.

Magi, qui errorem non fouent in mente quantumuis horrenda crimina perpetrauerint absoluũtur, vt cæteri peccatores. n. 8.

Magus in foro exteriori ex malis factis malãintẽtionẽ ostendit, & quare. n. 9.

Magus in foro animæ (quia de conscientia tantum quæritur) eiusdicto solo statut. n. 10.

Magus adhoc, vt absoluatur inspici debet analiam incurrerit in censuram. n. 11.

Magus ex maleficio illato clerico vel religiosæ personæ incurrit in excommunicationem violentæ manus. n. 12.

Excommunicatio violentæ manus quouis modo lædentes comprehendit. n. 13.

Hæreticus damnatus censetur in mortis articulo positus. n. 14.

Reseruatio omnis cesat in mortis articulo. n. 15.

Hæresis occulta in his quæ nõ sunt in mortis articulo reseruatur Episcopis. n. 16.

Inquisitoribus nobiori iure hæresis occulta reseruatur. n. 17.

Venesitia sortilegia, & incantationes dũtaxat secutu efectu & quoad actos exteriores Episcopis reseruãtur. n. 18.

Ordines mendicãtes virtute suorum priuilegiorum non possunt absoluere à cẽsuris Episcopo reseruatis. n. 19.

Ordines mendicantes virtute taliũ prærogatiuorum possunt absoluere à prædictis censuris. n. 20.

Pontifex in talibus præuilegis suam quasi delegat potestatem. n. 21.

Cui plus licet non debet quod minus est non licere. n. 22.

Virtute Bullæ cruciatæ quæ potestatẽ cõcedit absoluendi ab omnibus peccatis possunt absolui à casibus Episcopalib⁹, n. 23.

Religiosis mendicantibus non est derogatum priuilegium absoluendi in casibus Episcopalibus. n. 24.

Tridentinum Sex. 14. cap. 7. non comprehendit Regulares. n. 25.

Pius IIII. in reuocatione Marimagni nõ derogauit Regularibus priuilegia absoluendi in reseruatis. n. 26.

Gregorius XIII. nec alius Pontifex regularibus priuilegia absoluendi in reseruatis derogauit. n. 27.

Regulares huiusmodi nouiori iure habent confirmata priuilegia absoluendi à reseruatis dũsint ab Episcopis approuati. n. 28.

POST CONTRI- 1
ctionem, confessionem, & satisfactionẽ, sequitur absolutio Sacramentalis, pro qua Mag⁹ hæreticalis debet recurrere ad

proprium porrochum etiam si sit recõciliatus ab inquisitoribus, *D. Tho. in Sẽt. 4. dist. 18. q. 2. art. 2. Abb. in cap. de his de accusat. n. 4. Azpilquet. in c. Sacerdos n. 94. de pœnit. dist. 6. & cauetur expresse in Instruct. Matrit. an. 1561. ca-*
2 *pit. 7.* † Illi enim solum á cẽsura absoluunt, peccata autem actualia nõ remittunt, quorum iudex parrochus est, nisi aliter reo sit priuilegio prouisum, vt post alios tradit *Maroto de iu-*
3 *re quæsito lib. 3. cap. 16. n. 23.* † Quantumuis sit in necessitate constitutus, nã licet in hoc casu necessitatis peccata audiẽdi etiam laico permissum videatur *in cap. quod quidem 1. q. 1. cap. quem pœnitet 87. de pœnit. dist. 1. gl. in c. pastoralis §. præterea de offic. ordi.* quin & baptizare, *cap. in necessitate, dist. 4.*
4 *cap. diaconos dist. 95* † Secundum tamen est, quod licet baptismus sustineatur, quia nudum ministeriũ exercet, confessio tamen non ita, nam licet peccata audire permitatur, non tamen tenet absolutio, quia pertinet ad clauium potestatem, quę laico est denegata, *cap. omnes, cap. noua quidem de pœnit. & remiss. Gonzalez in reg. 8. Chancell. gl. 6. n. 51. Soto in 4. dist. 18. q. 4 art. 1. Nauar. in Manual. cap. 21. num. 41. Trident. sess. 14. cap. 6. & sess 23. cap. 15.*
5 ¶ Ad quam quidem absolutionẽ præmittendum est an Magus aliquẽ fidei errorem in mente foberit, scilicet, quod Dæmon sit omniscius, vel omnipotens; aut quod Sacramenta Ecclesiæ non sint vllius efficacitatis, vel quod vim habeant ad maleficij operationem, vel quid simile hæreticum, nam prius ab excommunione absoluendi sunt, etiam si in mẽte tãtum admiserit errorem, vt docet *Ro-*
6 *jas de hæretic. p. 1. ex n. 267.* † Hæreticus enim omninó occultus, & mentalis in excõmunicationem incidit. *Abb. in proœm. Decretal. n. 6. & in cap. extirpandæ §. quia vero, nu. 21. de præbend. & Felin. in cap. fin. de hæretic. & in cap. si vero n. 1. de sent. excõmunicat. Cardin. in Clem. vnica §. verum n. 7. de vsur. Felin. & Anan. in cap. fin. de hæretic. Aluertin. de agnoscend. assert. q. 33. n. 27. 29. & 32.* † Nam per solum error- 7
rem in intellectu causatũ per malã electionem contrahitur crimen hæresis, etiam si per opus exterius, vel loquelam, vel signa, vel per scripturã non fuerit peruentum ad actum exteriorem, *cap. excommunicamus §. credentes de hæretic. cap. quicumque eod. tit. lib. 6. glos. in Clem. 1. ver. ipso iure de hæret. & in cap. cogitationis, de pœnit. dist. 1.* † Si autem tales Magi errorẽ nõ 8
foberint in mente, quãtumuis horrenda crimina perpetrauerint, non sunt in foro cõscientiæ hæretici censendi, sed absoluendi, sicut ij, qui contra fidei dumtaxat professionem, & per sacrilegia mortaliter peccarunt, *Archiep. Florent. in Summ. p. 2. tit. 14. cap 5. §. 1. Castro de hæretic. lib. 1. cap. 1. Lapꝰ in allegat. hæresis §. 2. Rojas de hæretic. p. 1. ex n. 316.* † Licet aliud vi- 9
deatur dicendum in foro fori. Nam cum illic ex malis factis malam intentionem præsumat facientis, *l. si nõ conuitij C. de iniur. cap. 1. de præsumpt.* merito illos punit, *vt diximus libr. 3. cap. 9.* quia ea quę sunt animó, improbabilia sunt, *Innocent. in cap. super eo, de renunciat.* quia Ecclesia non iudicat de occultis, *cap. sicut tuis cap. tua nos de Simonia.* † In foro autem animæ 10
quia de conscientia tãtum quæritur eius dicto solo statur, *l. Theopõpus D. de dote prælegat. l. fin. C. ad l. iul. Repetund. cap. fin. de voto, cap. mulieri de iureiurand. cap. in nostra de procurat. cap. statutum § assessorem de rescript. libr. 6.*

¶ Atendere tamen oportet an in- 11
currant in aliam censuram Ecclesiasticam, veluti si maleficium præbuerint

rint clerico, vel religiosæ personæ, quibus prospecta volunt Pontifices, *cap. siquis suadente diabolo* 17. *q.* 4. DD. *in cap. cum illorum de sent. excõmunicat.*

12 † Ex quo sequeretur notabilis læsio, ratione cuius incurrerent ipso iure in excõmunicatione violentæ manꝰ in clericos iniectionis reseruata Pontifici, *Couarru. in cap. almæ mater, p.* 1. §. 1. *n.* 9. *de sent. excommun. Nicol. Plotus tract. de Censur.* §. 6. *ex n.* 1. *Gutier. lib.* 1

13 *Canonic. qq. cap.* 5. *ex n.* 11. † Nam in hac cẽsura non solum incurrunt, qui violentas manus in clericos, & Ecclesiasticas personas intullerint, sed quouis modo eos lædentes, *Couarru. lib.* 1 *variar. c.* 11. *ex n.* 5. *Medices in Summ. peccati, p.* 2. *tit.* 9. *q.* 78. *Plaza de delict. cap.* 1. *ex n.* 28.

14 ¶ Et quia in his censuris Põtifici reseruatis cuilibet Sacerdoti nõ cõperit ius absoluendi, ideò distinguendum est in confessione rei ad mortẽ dãnati; & alteriꝰ spõte cõfitẽtis nõ cõdemnati, nam cum ille censeatur in articulo mortis, quo ad hoc positus, vt traddunt *Soto in* 4. *dist.* 18. *art.* 4. *Canus de pœnit. cap.* 5. *Nauarr. in Manual. c.*

15 2. *n.* 9. † A confessario quolibet poterunt absolui á quibuslibet censuris etiam reseruatis, quia in mortis articulo omnis cessat reseruatio, *cap. pastoralis* §. *præterea de offic. ordin. cap. fures, de furt. cap. fœlicis de pœnitent. libr.* 6. *c. cupientes de pœnit. in Clement. cap. inter cuncta* §. *duos de priuileg. in Extrauag.*

16 *Trident. sess.* 14. *de pœnit. cap.* 7. † Secus est quo ad alios, qui non sunt in mortis articulo, nam licet dum crimen est occultum eius absolutio Episcopis videatur delata ex Cõcil. Trid. *sess.* 24. de Reform. cap. 6. *idem in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ eis tantũ*, scilicet Episcopis, *sit permissum.*

17 ¶ Prædicta Concilij dispositio reformata est á Pio V. & Gregor. XIII. Pontif. Maxx. & dominis Inquisitoribus ea potestas demandata priuatiué, vt traddunt *Viual. in candelabr. Eccles. tit. de absolut. ex n.* 13. *Gutierr. in d. c.* 13. *nu.* 30. † Quamuis verum sit ex 18 virtute *Trident. d. sess.* 14. *c.* 7. Episcopos sibi raseruare veneficia, sortilegia, maleficia, & incantationes, dũtaxat tamẽ secuto effectu, & quo ad actus exteriores ex receptiori sententia, *Paludan. apud. Sylvest. v. casus, q.* 5. *Ant. p.* 3. *tit.* 17. *cap.* 11.

¶ Dubiũ tamen est, quod ab om- 19 nibus mobetur, an Mendicãtibus ordinibus virtute suorum priuilegiorũ, etiam Maris magni, quibus eis permituntur quoscumque, & vndecumque ad eos venientes absoluere â cunctis peccatis, & censuris (etiam Pontifici Max. reseruatis) exceptis ijs, que in Bulla Cœnæ Domini continentur: An inquã eis liceat absoluere á reseruatis Episcopo casibus, per Conciliũ Tridentinum? cuius negatiuã partẽ tenuerunt, *Episcopus Felician. de Censur. Viuald. in Candelabr. tit. de absolut. n.* 52. *edit.* 5. † Sed contraria sententia verior est, nempe ex tali priuilegio posse etiam absoluere á censuris Episcopo reseruatis, quam *Viualdus ibi, n.* 27. 32. & 35. tribuit *Nauar. Fumo, Henrriq. & Medinæ*, nã in ea veniunt *Ambr. Carolus in disput. de ministr. Sacram. confes. art.* 16. & 91. † Nã 21 cum Pontifex potestatem absoluendi habeat reseruata Episcopis, & per huiusmodi priuilegia concedat Religiosis, & quasi deleget suam absoluendi potestatem, *arg. Clem. super cathedram de sepult. gl. in cap.* 7. *de pœnit. in* 6. † Videtur similiter concessisse 22 casus Episcopales, quæ absque dubio minores *sunt* casibus Põtificijs, quia cui plus conceditur, quod minus est non denegatur, *cap. cui conceditur de reg. iur. in* 6. † Et ita virtute Bullæ 23

Cru-

Cruciatæ, & quarundam sodalitarũ quibus datur licentia eligendi confessarium, qui eos absoluat ab omnibus peccatis, tribuunt licentiã ei, quẽ isti elegerint, sic eos absoluendi, á casibus Episcopalibus, vt docẽt, *Nauar. in Manual. cap. 27. & Viuald. vbi supr. n.* 24 *37. & 52.* † Quod multó magis tribuendum est Religiosis ipsis, qui tale priuilegiũ à Sede Apostolica immediaté obtinuerunt, quia nec Concilium Tridentinũ, nec Gregor. XIII. nec alius Põtifex priuilegia hęc quo ad omnes vbique Religiosis aperté reuocarunt, vt erat necessariũ secun-
25 dum *Viual. ex d. n. 37.* † De Concilio Tridentino patet quod *d. sess. 14. c. 7.* tantum tribuit facultatem Episcopis sibi casus reseruandi, quo ad suos subst itutos, sed Regulares isti nõ sunt eorum subditi, sed immediaté subijciuntur Sedi Apostolicæ, ergo &c.
26 † Quo ad Põtifices aparet, quod Pius IIII. in Bulla sua inserta Concilio, hoc priuilegium minimè tollat, eo quod Mare magnũ renocauerit, quo ad ea in quibus repugnat statutis sacrosancti Concilij, quia non reperitur religiosos huiusmodi, quo ad Ordinarios subijcere, nec ista reuocare
27 priuilegia. † Nec Gregorius XIII. in prædicta Bulla, nec alius Pontifex talia priuilegia vsquam reuocauit, vt tradũt *idẽ Viuald. n. 44. Maroto de iure quæsito lib. 2. cap. 9. ex n.* 11. † Imó
28 priuilegia quedam concessa per Piũ V. quæ Religiosos videtur restringere, hæc de quibus agitur in suo robore relinquit, cum illa ad ius commune, & veteres Constitutiones reuocauerit, quo Religiosi facultatem habent ab omnib⁹ his casibus absoluẽdi, *Clem. dudum de sepultur.* dum modo sint ab Episcopis approbati, *Trident. sess. 14. d. cap. 7.*

CAP. VI. De absolutione priuilegiata.

SVMMARIVM.

Confessarius electꝰ ex virtute Bullæ Cruciatæ valet absoluere ab hæresi secundum alios. n. 1.

Confessarius valet absoluere percussorem clerici virtute Bullæ Crutiatæ. n. 2.

Confessarius nullo Iubilei vel literarum Appostolicarũ optẽtu hæreticum pœnitentem absoluere valet. n. 3.

Generali concessione non veniunt quæ quis non esset verosimiliter cõcessurus. numer. 4.

Absolutio á quacumq; excommunicatione à Romano Pontifice concessa ad alicuius beneficij collationem non comprehendit hæresim. n. 5.

Hæresis crimẽ licet non reperiatur exceptum in Iubiliei vel allis literis, trahitur ad similes. n. 6.

Cap. quamuis, de sententia excomm. quo ad extensionem explicatur. n. 7.

Extensio facultatis iuris cõmunis & priuilegi plurimum difert. n. 8.

Cap. quãuis de sent. excom. quatenus quis impeditur accedere ad Põtificem. numer. 9.

Semel absolutus non est amplius molestãdus. n. 10.

Absolutus virtute Iubilei potest inquiri ab externis iudicibus. n. 11.

Pontifices per Iubileum solam remittunt quæ ad animæ sunt. n. 12.

Absolutus à Põtifice donec Curiæ externæ fuerit satisfactus potest inquiri. numer. 13.

Absolutio ad iuditium externum debet fieri compositio pecuniaria cũ Datario n. 14.

Baptismo omnia crimina abluuntur. n. 15.

Baptismum non tollit actionem exteriorẽ n. 16.

Crimina mixti fori per punitionem vnius non tollitur in alio actio. n. 17.

1 SED AN CONFESsarius electꝰ ex Iubilæi, vel literarum Apostolicarum (quas Bullas vocanus) priuilegio, absoluere valeat pœnitentẽ ab hac excommunicatione, cõtrouersum est: quia absolutio huiusmodi etsi sit Romano Pontifici reseruata, suas vices tali confessario remittit, vt á quocũque (etiam sibi reseruato) absoluat crimine; exceptis quibusdam, quarũ nullum est hæresis: & sic exceptio fit mat regulam in contrarium, *l. quæsitum §. denique D. de fund. instruct. l. nã*
2 *quid liquide §. fin. D. de pœnu legat.* †Nã confessarius indultu Pontificis percussorẽ clerici valet absoluere ab excõmunicatione Canonis, ex quibusdam casibus exceptis, *cap. quamuis de sent. excommunicat.* quæ Romano Põtifice est reseruata, *Can. siquis suadente, 17. q. 4.* & sic ab hæresis & alijs reseruatis cõcludũt *Abb. in cap. de coete de sent. excommunicat. Felin. & alij in d. cap. quamuis*, & fatetur communem, *Sylvest. in Summ. ver. absolutio 4. dub. 4.*
3 † Quibus non obstantibus contrariũ verior est, nempe, non licere talibus Sacerdotibus pœnitentes huiusmodi ab hac excommunicatione absoluere, quibuscũq; Iubilæi, vel literarum Apostolicarum obtentu, quãuis eis á quacũque excõmunicatione maiori, vel minori absoluẽdi potestas concedatur, vt traddit *Florent.*
4 *p. 3. tit. 24 cap. 77. §. 1.* † Quia in generali concessione non veniunt ea, quæ quis nõ esset in specie verosimiliter concessurus, *cap. in generali de reg. iur. lib. 6. & ibi gl. allegat ex. in cap. frater noster 16 q. 1.* Non enim generalis concessio Papę facta legato extenditur ad casus fidei, vt probat *Marot. de iure quæsito lib. 2. cap. 13. n. 15.* † Et ita 5
absolutio ab excõmunicatione quacumque per Romanum Pontificem concessa ad alicuius beneficij Ecclesiastici collationem non extenditur ad excommunicationem hæresis, vt traddit *Felin. in cap. Apostolicæ col. 1. de exceptionib. vbi testatur ita fuisse decissum ab Innocent. VIII. per quandã regulam Chancellariæ.*

¶ Neque obstat in his Iubilæi, & 6
alijs literis inter casus exceptos non reperiri hãc excommunicationem, quia casus illi excepti ad similes trahuntur, *cap. cum dilecta, & ibi Abb. & Decius de confirmat. vtili, vel inutil. cap. ad audientiam, de cleric. non residentib. Bald. in cap. post translationem de renunciat. gl. in l. 1. C. de condict. indeuit. & in l. fin. C. de reuocand. donat. Felin. in cap. quoniam frequenter, vt lite nõ contestat.*
† Neque minus obstat, *d. cap. quãuis,* 7
quia argumentari non potest ex eius ratione ad aliás, vt docet ibi *Innocent. Ancharran. Cardinal. Abb. & Rauen.*
† Quia tractatur de extensione facul 8
tatis iuri communi concessa, hic vero de extensione priuilegij extra ius cõmune dati, quod plurimum difert, vt per *Fortun. in l. Gallus §. & quid si tãtum D. de liberis, & posth. col. 70. Felin. in cap. postulasti de rescript. n. 13.* † Qui- 9
nimó *d. cap. quãuis*, solum agit de absolutione concedenda per inferiorẽ á Principe, quotiens excommunicatus aliqua ex causa iusta impeditur accedere ad Romanum Pontificẽ pro absolutione obtinenda, quod in nostro casu cessat, vt docet *Maroto d. cap. 13. ex n. 42.*

¶ Sed ex his dubitari solet an ab 10
solutus á confessario, cui tales literæ absoluendi potestatem dederũt, possit inquiri á Dominis hęreticę prauitatis Inquisitoribus, vel alijs iudicib⁹

tempo-

temporalibus, quando crimen nõ est hæreticum, & videtur dicendũ, quod non: quia semel absolutus, non est amplius molestãdus, *cap. de his de accusationib.* † Sed nihilominus tenendum censeo, quod talis absolutus posterit iterum á suis externis iudicib⁹ in foro cõtentioso inquiri, & puniri nõ obstãte prędicta absolutione: nã hęc ad satisfactionem diuinę offensæ dirigitur, posterior vero, necessaria est ad publicam vindictam, *gl. communiter recepta in d. cap. de his de accusat. Hostiens. & Immol. in cap. tuæ de procurat.* † Nam Summus Põtifex per Iubilæum, aut alias Bullas non videtur committere ea, quæ ad forũ contentiosum concernunt, sed tantum ea, quæ ad pœnitentiæ forum, & cõscientiæ purgationem expectat, vt ex stylo Curiæ Romanæ docet *Paul. Parisuis cons. 67. n. 22. lib. 4.* † Et ita licet à Romano Pontifice absoluãtur, donec Curiæ exteriori fuerit satisfact⁹, & damnum parti læsæ, cui maleficium intulerit, procedendum est aduers⁹ eum, tam officio iudicis quam ad instantiam fiscalis, vel accusatoris vt traddunt *Ant. Corduba de indulgẽt. q. 40. Couar. lib. 2. variar. cap. 10. ex. n. 3.* † Nam per absolutionem huiusmodi hæc nequaquam remituntur, cũ nulla fiat compositio cũ Romanæ Curię Dattario, pecuniaria quidem, quę fieri solet, quotiens ad iudicium exterius aliqua dispensatio in Romana Curia expeditur, vt docet *Ludou. Gomez in reg. Chancellar. de non iudicando inxta formam supplicat. q. 14. n. 3.* † Cum etiam si Baptismum sacrum recipiat quo crimina omnia abluuntur, *gl. in cap. quod autem, 31. q. 1. & in cap. sine pœnitentia, de consecrat. dist. 4.* † Quo ad exterius, & iudicialis fori accusationem minimé tolatur actio, *Abb. in d. cap. de his, & ibi gl. Cardinal. in Clem. 1. §. fane q. 14. de vsurijs, Decius in cap. quæ in Ecclesiarum col. 7. de Const. tit.* & dicit communem *Ananias in d. cap. de his.* † Nam etiam in crimine mixti fori per absolutionem vni⁹ nõ tollitur in alio accusatio, ex receptiori sententia praxi recepta, *cap. fœlicis §. per hoc de pœnit. in 6.* quem ad hoc commendat *Abb. in cap. tuæ, de procurat. & in cap. de his criminibus de offic. ordin. & in cap. cum sit generale de foro compet. Bald. in l. placet C. de sacrosanct. Eccles. & cons. 260. libr. 3. Couarru. d. cap. 10. numer. 6.*

11

12

13

14

15

16

17

CAP. VII. De sigillo confessionis.

SVMMARIVM.

Sigillum confessionis post mortem in crimine hæresis nõ tenetur secundum alios n. 1.

Sigillum confessionis post mortem teneri ex authoris sententia. n. 2.

Sigillum confessionis in hæresi crimine et læsæ Maiestatis teneri. n. 3.

Sacerdos tenetur seruare, quæ plena confessione accepit, nõ quæ promissione secreti. n. 4.

Sacerdos in delictis commitẽdis potest reuelare secretum ne fiant. n. 5.

Fauore boni publici possunt secreta reuelari. n. 6.

Promissio sub secreto sigilli, facere nequit, vt quod sigillum non est id facile fiat. n. 7.

Delicta commitenda quando confitens statuit perficere, tenetur cõfessarius reuelare secundum alios. n. 8.

Confessarius non potest reuelare etiã proditionem Reipublicæ. n. 9.

Confessarius in huiusmodi casu quid facere possit. n. 10.

Sigillum confessionis non teneri quando pœnitens

pœnitẽs habet plures sotios per quos possit crimem perfici tenent alij. n. 11.

Sigillum confessionis non teneri quand cõfitens se emendare nequit secundũ alios. num. 12.

Sigillum cõfessionis in his casibus teneri secundum authoris sententiam. n. 13.

Clementis VIII. decretũ vt notitia de peccatis in confessione habita ad externam gubernationem non vtantur. n. 14.

Sacerdos neque à Papa potest compelli ad reuelandam confessionem. n. 15.

Sacerdos si compellatur ad reuelandam cõfessionem poterit iurare se illam nõ audiuisse. n. 16.

Iudex ex pẽccatis à cõfessario reuelatis nõ potest reum nec quæstioni subicere. numer. 17.

Accusatio orta ex sigilli violatione non grabat reum quia debet absolui. n. 18.

Sacerdos reuelare potest confessionem ex licentia pœnitentis. n. 19.

Pœnitenti licitum est renunciare ius pro se introductum. n. 20.

Confessario ad hoc vt credatur de licentia pœnitenti quæ requirantur. n. 21.

Confessarius potest reuelare quæ aliũde accepit in delictis committendis. numer. 22.

Confessarius quæ aliunde accepit extra cõfessionem reuelat etiam in cõmissis. numer. 23.

Confessario nõ creditur se extra confessionem scisse nisi probet. n. 24.

Confessarius violans sigillum confessionis, quibus pœnis affligatur. n. 25. & 26.

SIGILLVM confessionis traditur á plerisque nõ teneri post mortem pœnitentis confessariũ ad eius obseruationem, nec viuẽte reo, quando est crimen hæresi admixtum, & non vult pœnitere, *Aluenc. in rub. C. de hæretic. n. 8. Palat. Rubeº, in repet. capitul. per vestras notab. 3. §. 26. num. 9.* vnde versiculus.

Est hæresis crimen, quod nec confessio celat.

Sed hęc sententia neutro casu vera 2
est, quia tale sigillum, vt ante rei mortem, sic eo mortuo seruandum, quia moriendo ius famæ suæ non amisit, *Tiraq. tract. cessante caus.* † Vimq; æqua- 3
lem habet in omni crimine quãtumuis enormi, vt etiam in crimine hæresis, & læsæ Maiestatis tradunt *Gigas li. 2. de crim. læs. Maiest. tit. qui accusare poss. q. 18. Ant. Gabr. libr. 7. concl. fin. n. 17. Albertin. de agnoscend. assert. cath. q. 25. Soto & Ricard. in Sẽt. 4. dist. 21.* † Quod ve- 4
rum intellige in ijs quę Sacerdos plena confessione accepit, non tamen in alijs, quæ ei sub promissione secreti, & sigilli confessionis tradita sunt, etiam genu flexu, & facto signo crucis, nam si in testem producatur deberé illud reuelare in iudicio communis est Canonistarum *Gabriel vbi prox. d. concl. fin. n. 16. Abb. & reliqui in cap. omnis vtriusq; sexus, de pœnit. et remission. Gomez li. 3. c. 13. n. 9.* † Nulla facta differencia inter 5
delictum commissum, & committendum, vt volunt alij, quod quando causa est integra potest Sacerdos, quo securius, & cautius fieri possit reuelare confessionem, cui proderit, ne tale crimen perficiatur, *Gigas d. q. 18. nu. 11. Conar. in 4. p. 2. cap. 8. § 12. n. 10. Salcedo ad Diaz in Prax. c. 109. Medin. p. 2. Institut. confess. c. 4.* † Quia hæc sententia reij- 6
citur ab alijs, nam qui se obligat subsecreto tali æque se obligat ad cõmittenda, & commissa, sed Ecclesia propter publicum bonũ velle irritari promissionem illam quo ad crimẽ committendũ, quia fabor boni publici cessat ordinariè, quo ad crimen commissum, vt fatentur *Menoch. libr. 1. de præsumpt. q. 89. num. 17. Farinac. tom. 1. q. 51. num. 115.*

¶ Sané quidẽ promissio illa sub se- 7

creto ſigillij facere nequit, vt quod ſigillum nõ eſt, id facilé fiat, ſed obligat ſolũmodó, more promiſorũ aliorũ de ſecreto obſeruãdo, quorũ vis ſe indetrimẽtũ Reipublicæ cõtra æquuũ & bonũ nequit prorrigere, *Soto in 4. diſt. 18. q. 4. art. 5. Ludou. Lop. p. 1. inſtruct. cõſciat. c. 37. Gutier. lib. 1. canonicar. qq. c. 11. n. 47.*

8 *& 48.* † A tq; ita quo ad delicta committẽda quãdo quis nõ vult abſtinere, aut reſipiſci, ſed crimẽ ſtatuit perficere, ea poſſe á cõfeſſario reuelari tenuerũt poſt *Abb. & Innocent. in d. c. omnis vtriuſq; ſexus, Gabriel. d. concl. fin. n. 7. Me-*

9 *noch. de Arbitr. caſ. 180. n. 21.* † Sed hæc ſententia periculoſa eſt nõ minus quã ſuperior, vt quę retrahit homines á cõfeſsione, & quæ portã pãdit ſigilli violationis; niſi dũtaxat in eo, qui non haberet animũ cõfitendi, ſed conſilij petẽdi, aut cõfeſſariũ ſeducendi: non tamen in eo, qui cõfitendi mẽte accedit, & ſe clauibus ſubdijt, & abſolutionem petit, quia tunc, nec Reipublicæ quidẽ proditionẽ licet detegere, vt docent *D. Tho. Soto, Durãd. & alij vbi ſup. Nauar. in c. penult. §. Sacerdos de pœn. diſt. 6. ex n. 120. Farinac. d. q. 51. ex num. 110.*

10 †Quod quidẽ tantum locũ habet quo ad veram reuelationẽ, non quod nequeat Sacerdos, Magiſtratib⁹, & Epiſcopis monere, vt ſuper gregẽ ſuum vigilent, ciuitatẽ cuſtodiant, & ſimilia in genere, vt traddit, *Auguſt. ad Angel. de Maleſic. ver. che hai tradito la tua patria, n. 18. cum alijs per Cened. collect. 60. ad Decretum, n. 5.*

11 ¶ Item quãdo pœnitens habet plures cõplices ipſe tamẽ pœnitet & metuat quod per ſocios crimen perficiatur, tenuerũt nõnulli, quod tũc, vt dãno futuro ſuccurratur poſſe confeſſorẽ crimen reuelare, etiam illo non conſenciente, vt ex multis traddit *Farinac.*

12 *vbi ſup. n. 101.* † Aut quando reus nollit pœnitere, nec ſe emendare, non teneri confeſſarium ſeruare ſigillũ, quia vera confeſsio dici nequit, traddiderunt *Gabriel. & Menoch. vbi ſup. Gigas, d. q. 18. Auguſt. ad Angel. d. n. 18. Bonacoſa in ſuis comm. p. 1. ver. Sacerdos poteſt reuelare.* † Quorum neutris aſentior, nã 13 ad hoc, vt ſit vera confeſsio ſufficit, quod pœnitens animo accedat confitendi, & clauibus ſe ſubijciat, ad hoc vt Sacerdos obligat⁹ maneat, ad ſigillum, quanuis pœnitens complices habeat, quorum crimen non attenditur, vt tam altum ſigilli miniſterium violetur; nec æquitas, aut relegio hui⁹ Sacramẽti patitur, vt qui fidẽ habuit, ſuaque arcana creddidit confeſſario vlla ex cauſa decipiatur, vt bené noctat *Nauar. in d. cap. Sacer, ex n. 144.* † Quare 14 rectiſsimé S. D. N. Clem. VIII. ann. 1592. die 26. Maij decreto præcepit ſuperioribus Regularium, vt diligentiſsimẽ cabeant ne notitia de peccatis in confeſsione hauita ad exteriorem gubernationem vtantur: quæ licet ligare, dum taxat, videatur eos, ad quos ſcripta, omnes abſque dubio obligat, quia omnes tenentur ſigillum nõ violare, quantumuis rationabili cãuſa, vt tenet *D. Thom. in addit. ad p. 3. quæſt. 11. artic. 1.*

¶ Nec poteſt ad reuelandũ Sacer- 15 cerdos cogi, nec á Papa quidẽ, & multo nimis á quouis alio, vt fuſsẽ docẽt, *Berous q. 12. n. 2. Gigas d. q. 18. n. 5. Viual. in Candelabr. tit. de ſigillo confeſſ. ex n. 11. Victoria de Sacrament. confeſs. ex n. 183. Nauarr. in Manual. capit. 8. ex numer. 4.*

† Et ſi compellatur poſſet dicere ſe 16 hoc in cõfeſsione nõ audiuiſſe, vel ſibi reũ nõ fuiſſe confeſsũ, & hæc omnia iuramẽto firmare, quia nõ ſcit, vt purus homo, ſed vt vices Dei gerens, vt notat, *Nauar. d. c. 8. nu. 19. & in d. §. Sacerdos n. 142. Gigas d. q. 18. nu. 4. Gomez tom. 3. c. 13. nu. 9. Maſcard. de probat. lib. 1. in præfat. q. 5. nu. 51. Marta de iuriſdict.*

17 *dict. p. 2. c. 14. n. 18.* † Nec iudex ex eis, quæ á tali sacrilego sigilli violatore accipisset, aut ex scripto peccata cõmendata, vt confiterẽtur, cognouisset, aut ab aliquo auscultãte pœnitẽtem intellexisset, posset minimè ad torturã eũ condẽnare, vt præter *Gomez d. n. 9. Mascard. vbi prox. lib. 2. cõcl. 377. n. 1. & 3. Menoch. lib. 1. de præsũpt. q. 89. n. 26. & 27.* † Imó etiam si iam illud condẽnasset testibus conuictũ, & postea intelligeret totam delationẽ vel accusationẽ ortã ex sigilli violatione, deberet dãnatũ absoluere, & dimittere, vt etiã tenent, *Authores proximè citati, Soto in 4. dist. 18. q. 4. art. 5.*

19 ¶ Duo tamen casus sũt in quibus licitũ est reuelare in cõfessione audita, & primus est quando pœnitens licentiã Sacerdoti reuelandi concessit vt pertex in *cap. significasti, de adulter.* tradũt *Scholiast. in Sent. 4. dist. 11. & 18. Nauar. in Manual. c. 8. n. 15. Couar. in 4. p. 2. c. 8. §. 12. n. 11. Mascard. d. concl.*

20 *377. n. 10.* † Quia pœnitẽti licitũ est renũciare ius pro se introductũ, *l. generaliter §. in his C. de secũd. nupt. l. quod fauore C. de legib. c. quod ob gratiã de re-*

21 *gul. iur. li. 6.* † Dum ad hoc cõstet de licentia pœnitẽtis, nõ implicita, nec interpretatiua: sed clara, & patẽti, aut Sacerdos, qui de illa asseberat sit bonæ famæ, & mediãte iuramẽto confirmet, se talẽ licẽtiam obtinuisse, & pœnitẽs ei nõ cõtradicat, vt tradũt *Mascard. vbi sup. cõcl. 1286. Ant. Gabr. lib. 1. commun. tit. de testib. concl. 1. n. 28. Augustt. Beroius quæstione duodecima.*

¶ Secundus casus est, si Sacerdos 22
id aliũde, seu alia via extra cõfessionẽ ante, vel postea resciuerit, quẽ admittũt in delectis cõmitẽdis *Abb. & alij relati ab Augustt. ad Angel. vbi sup. Farinac. d. q. 51.* † Sed idẽ etiã in cõ- 23
missis censent cõmuniter Theologi *Bonauẽt. in Sent. 4. dist. 21. art. 2. q. 3. Soto d. dist. 18. q. 4. art. 6.* & Iuris periti *Nauar. in d. c. Sacerdos, & in Manual. d. c. 8 n. 15. Viuald. in Cãdelabr. tit. de sigillo cõfess. n. 34. Gutier. lib. 1. Canonic. qq. c. 11. n. 74. Salced. ad Diaz, c. 109. fol. 369. Ludouic. Lopez in p. 3. Instruct. conf. c. 37.* † In quo nota nõ credẽdũ Sacer- 24
doti dicẽti se extra confessionẽ reciuisse, quãtũuis probatæ vitæ sit, nisi id probet, in quo si succũbat extrahordinarie punitur, arbitrio Iudicis, vt tenẽt *Nauar. vbi prox. Mascar. d. cõcl. 377 n. 5. & 6. Farin. d. q. 51. n. 107.* † In alijs 25
autẽ Sacerdos sigillũ cõfessionis violãs deponitur, & in carcerẽ monasterij detruditur, *cap. omnis de pœnit. et remiss.* Aliquãdo iussi fuere á Põtificib⁹ degradari, & pœna mortis affici, vt & quodã refert *Episc. Felician. li. de degradat. c. 14.* † De alijs pœnis quæ hodie 26
violatores sigilli mulctantur tractãt *DD. in d. c. omnis §. caueat, de pœn. Salce. ad Diaz in Prax. c. 102. Lãcell. Cõrad. in tẽp. iud. li. 2. c. 12. n. 17. Nauar. d. c. 8. ex n. 4. & in c. 18. n. 51. Ludou. Lop. d. c. 37. Menoc. de Arbi. cas. 414. Gigas de crim. Maiest. d. li. 2. q. 18. ex n. 1. Mascar. d. cõcl. 377. ex n. 2. cũ alijs per Cened. collect. 60. ad Decretum, n. 1. & collect. 75. ad Decretal. n. 1. & collect. 101. n. 5.*

Por mandado del Consejo del Rey nuestro Señor,



APPENDIX.

PRAETERMISORVM, QVÆ LIBRARIORVM INCVRIA IN ADVERSARIIS noſtris prioribus Magiæ libris delituerunt.

CVM ſupræmi Senatus iuſſu, hi quatuor Magiæ libri (qui in aduerſarijs noſtris accuſabantur) Regia authoritate tranſcriberentur, nõnulla ſunt marginibus prætermiſſa, quæ hic ſunt inſerta, vt ſuis locis reſtituas; alia poſtea accedent; nam ſolemus, qui ingenio parum fidimus ſacietatis periculum fugere.

Ad lib. 1. cap. 1. n. 62. ad fin.

63 † Sed quia diabolus diuinæ gloriæ cupidus hanc perſæpe conatur immitare prophetiam, dando petentibus reſpõſa, vel ex antris, vel ex ſtatuis, vel ex hominibus, reuelationes huiuſmodi lynceis oculis ſunt examinandæ, ne diuinis apologijs velata eius loco diuinatio irrepat, nam vt ait Poeta.

Fallit enim vitium ſpecie virtutis, & vmbra.

64 Quæ tamen de diuina prophecia alijs inſtitutis deſiderãtur, præter Orthodoxos Patres, atq, ordinarios ſacorum Interprætes clare, dilucideq; proſecutus eſt omnigena eruditione conſpicuus auunculus meus, &c.

Ad libr. 1. cap. 2. n. 4. ad fin.

5 † Ex delphini ebulientis ſaltationibus, tempeſtatem futuram, vt docẽt conciues mei, *Seneca in Traged. 8. Agamen. Lucan. lib. 5. Farſal. Ioan. de Mena ad Regẽ D. Ioan. II. ordin. 5. copl. 170.*

Ni veo delphines defuera moſtrados.

Ad lib. 1. cap. 2. n. 14. ad fin

† Quod ridiculum eſt, niſi ad naturalem auiculæ, & norbi ſympatiam referatur, quia moriẽtis multa ſunt naturalia ſigna, ex quibus quædam collegit conciuis meus Auerroes lib. 4. cap. 43. *Et quando album oculi rubeum fuerit, & ipſius venæ obſcuræ, aut nigræ ſignũ mortis eſt proculdubio.* † Sed hæc ab auicula dignoſci nequeunt, quia rationis compos non eſt, neque inſtinctus naturalis operatur, niſi in ijs, quæ ad ſuam conducunt cõſeruationem, vt de equis *Plin.* &c.

CAP. III. De diuinatione phyſica, ſeu medica.

Ad libr. 1.

PHYSICA diuinatio huiuſmodi petitur ex morbo- 1
rum ſignis, quib⁹ præteriti, præſentis, & futuri ſtatus dignoſcitur, quæ præcipua, & præſtantiſſima me-

dicinæ pars eſt, quia in huiuſmodi cognitione medici quodammodo Deo aſimilantur, dum morbi ebenta ex in ternis, & ex ternis cauſis prędicunt, ex quo in morbis eſſe aliquid diuinũ dixit *Hippocrat. in προγνωστικῳ*
2 *cap.* 1. † Cuius quidẽ doctrinæ partes ſunt Agnoſtica, Dignoſtica, & Prognoſtica, de quibus idem Hippocrates latẽ, benẽque diſerui. De prima dũ de internis paſionibus agit, & de ijs, quæ præter naturam in corporib⁹ cõſiſtunt; De ſecunda quando antecedentia cognoſcere docet ex præſentibus, vt in muliere ſanguinem ebomente, menſtrui ſupprætionem: De tertia quando varios morborũ euentus ex præſentibus, & præteritis prædicit, vt *in libris de Iuditijs, de dieb⁹ Decretorijs, Prorrheticis, ſeu Prædictionũ,*
3 *atque Prognoſticon.* † Nam in libris de Iudicijs docemur præſentire, an ęger ſit periturus, aut liberaturus á morbo paulatim, an repentina mutatione libarandus; In libris autem de diebus decretorijs vim morbi, ſecũdum eius naturã, & ſymptomata; In prorrheticis, ſeu prædictionũ libris vtriuſque morbi ſtatus prognoſtica continentur, vincere, ne an vinci morbus poſsit, ideó totam artem in tribus libris diuiſit *Galen. de Criſib.* † Quæ
4 omnia medico ſunt neceſſaria, quia prænotio huiuſmodi parit prouidẽtiam, quam ei maximé commendat *Hippocrat. lib.* 1. *de præſag. c.* 1. ideò medicinam, & vaticinationem valde inter ſe coherere docet *idem Hippocrat. epiſt. ad Philopœm.* & medico valde neceſſariã vaticinationem huiuſmodi cõſtituit *Galen. li.* 1. *de arte, medi. c.* 18.

5 ¶ Diagnoſis natura, ac tempore prior eſt prognoſi, quia vt ſcribit Hippocrat. lib. de arte. *Si ſufficiat medicus ad cognoſcendum, ſufficiet ad curandum.* Prognoſis dignitate diagnoſin antecelit, nã futuros morborum euentus prævidere admitabile eſt, & quaſi diuini proximum, ex quo medici olim quaſi mortales Dij & crediti, & habiti, quod mortalibus hominib⁹ vitam & ſanitatem imperciebantur, vt ex multis obſeruat *Franc. Valleriola lib.* 1. *locorum cõmun. c.* 1. † Sunt enim pro- 6
pia cuiuslibet morbi ſymptomata, quæ eius ideam, ſpeciẽque detegunt, vt eleganter docet *Gale.* 1. *de locis affect.* quorum ſigna ex quatuor in vniuerſum deriuat fontibus excretis ſcilicet, doloris propietete, ſitu, & accidentibus propijs, *Pet. Garſ. Carrero ad Galen, vbi ſup. diſp.* 2. 3. *&* 4. † Non e- 7
nim ſatis eſt medico affectus ſpeciẽ noſſe, pars quoque affecta dignoſcẽda eſt, vt iudicium fiat; diuerſa quippe vnius eiuſdemque morbi inſtituitur curatio, pro varia partis, quam obſidet natura, temperie, ſubſtãtia, præſtantia, ſitu, & ſenſu, vt docent *Hippocrat. & Galen. vbi ſupr.*

¶ Prognoſtica omnia ſigna é dua- 8
b⁹, velut fontib⁹ hauriẽda ſũt, morbo ſcilicet, in quo euẽt⁹ quæritũ, & ęgrotãtis natura, vt docet *Hippoc. lib.* 1. *de iudic.* in morbo tria expectãda ſunt, ſpecies, ſeu idea, magnitudo, motus & mores; in ægro alia tria cõſiderãtur, qualitas corporis, actiones, & excremẽta, vt tradit *Galen. li.* 1. *de dieb. critic.* † Qualitas expectari debet in- 9
cotore figura, & mole totius, ſed præſertim faciei. Actiones tres ſunt, naturalis, vitalis, animalis: naturalis ín coctione lucet maximé, vitalis in pulſu, & reſpiratione; animalis in motione, & ſenſu. Ex cremẽta alia vniuerſalia, vt vrinæ, deiectiones, ſudor, vomitus; alia particularia, vt cerebri, oculorũ, auriũ, ventriculi, thoracis, in teſtimoniũ, renũ, veſicę &c. † Ex quib⁹ 10
omnib⁹ cõparatur diuinatio phyſica in omni morbo, præterquã in accu-

tis,

tis, quib⁹ nil certo prædici potest, aut dū fuerit humor habetque ὀργασμον non sunt tutæ prædictiones, quia ex cōmigratione ad locum nobiliorem leuis morbus ingraueſcit, ex tranſitu ad ignobiliorē ſanatur grauiſsim⁹, vt docet *Hippocrat. Aphoriſ. 19. ſect. 2.*

11 ¶ Morbi ſpeciem detegunt ſigna propia; quam Græci dicunt ϖαθογνωμονικα Magnitudinem, ἐπιγενομενα, ſuperuenientia motū, & mores: vt in pleuritidis morbi (quē & dyſenteriā certiſsima habere ſiſma dixit *Galen. l. 12. Meth. c. 7.*) Signa pathognomonica ſunt lateris dolor pungens, idque vehemētis ratione membranæ, quæ eſt exquiſitiſsimi ſenſus; vt traddit *Hiero. Mercurial. in prognoſ. et in Præct. medic. cap. 9. Galen. libr. de de conſtit. artis medic. cap. 15.* † Difficultas ſpirandi, tūc quia ab inflāmatione augetur vſus reſpirationis, tunc quia organorum reſpirationi dicatorū adeſt anguſtia: pulſus durus, & inæqualis ſerræ modó tactum feriens, dur⁹ ratione inflammationis, & partis obſeſſæ; Febris continua, eaq; acuta propter cordis viciniā, Tuſsis exſudante ſero in pulmones. *Galen. & Mercurial. vbi*

13 *ſupr.* † Magnitudinē veró pleuritidis indicāt ſymptomata ſuperueniēria, quæ per humoris propagationē fieri ſolēt, vt deliriū, alui flux⁹, ortopnœa facici, & oculorū rubor, maculæ per thoracē erūpētes, dorſi, & ſcapularū rubedo, quæ omnia pleuritidis inſanabilis ſigna sūt, vt traddūt *Aretæus; & Cœl. Aurel. Galen. li. 3. de criſ. c. 4. et*

14 *de locis affect. 5.* † Motū & mores pleuritidis denuntiant ἐπιφαινομενα, quæ humoris morbifici, qualitatē malignā detegunt, quæ in ſputis, & linguæ colore cōſiderāda sūt, nā vt ait Hippocr. Aphor. 12. ſect. 1. *Sputū ſi ſtatim in pleuritide appareat, breuiorē morbum arguit, ſi verò poſtea, lōgiorē:* de linguæ colore, hæc eadē ſcribit Hippocr. *quibus pleuriticis cōtinuo linguabile fuerat eſt, ſeptimo die iudicātur, ſubliuida autē bulla continuo in linguæ humeſcens, diffi. culter exſolutum iri morbum oſtendit.*

¶ Faciei color ſignū ſolet eſſe, mor 15
bi, vel ſalutis, & hoc triplex rufū, liuidum, aut nigum. Rubor faciei non reflu⁹, vt in his, quiverecūdia erubeſcūt, ſed aliquātulū ſtabilis, vel naturalis eſt, & tūc refertur ad futurā hæmorrhagiā criticā: vel cōtra naturā, & tūc læthalē iudicat; phrenitidem, aut cōbulſionē. Liuid⁹ color, perpetuo lætalis, tūc inſolidis partib⁹, tū in excremētis *Hippoc. prog. 9. ſect. 1.* † Ni 16
ger color idē fere minatur periculū, pei⁹ tamē eſt partes liuere, quā nigreſcere, quia fit interdū nigredo per decubitū humoris atri; idē dicēdū de faciei forma, nā dū abſimilis eſt benē valētis, quia ā prauata aut ōnino à ſe mutata, & penē emortua, quę cernitur in oculorū, & nariū peruerſione de qua *Hippoc. Aphor. 49. ſect. 4.* † Na 17
res acutæ, oculi cōcaui, collapſa tēpora, aures frigidæ, & cōtractę, cutis circa frontem dura, color totius faciei niger, perpetuo lætalis, vt traddit *Hipp. libr. 1. prog. cap. 5. et 6.* cui aſtipulatur cōciuis me⁹ Auerroes li. 4. c. 43. *Naſus acut⁹, oculi cōcaui, & aures depēdētes, & cutis faciei tēſa, et coloreius viridis, vel obſcur⁹, et oculi quaſi cinericei, mortem denotant, & procedūt in morbis acutis.* † Vt in quadam ſuo tempore 18
oborta peſte præfatam faciei ſpeciem aparuiſſe teſtatur Lucret. lib. 6.

Cōpræſſeq; nares, niſi primoris acumē (lis,
Tenue, cauati oculi, caua tēpora, frigida pel
Dura quæ in horrebat rictū, frōs tēta minebat
Nec nimio rigida poſt ſtrati morte iacebant.

¶ Sed explorata corporis quali- 19
tate (quæ prima omnium ſe dat in conſpectum) actiones humanæ percurrendæ ſunt, quarum aliæ ſunt

animales, aliæ vitales, aliæ naturales ſecundum *Galen.* Animales aliæ ſunt motrices, aliæ ſenſificæ, aliæ principes. Sentiens facultas duplex, interna, cuius obiectum cõmune eſt ſecundũ *Ariſtotel.* externa cuius obiectum ſingulare eſt. Principes facultates tres ſunt, imaginatio, & ratiocinatio, & memoria. † Motrix facultas, 20
vel debilis eſt, vel deprauata, vel abolita. Debilitatis ſigna in decubitu, & tremore lucent. Decubitus aut naturalis eſt, aut contra naturam. Naturalis, & ſanorum ſimilis eo, qui fit in alterutrũ latus, manibus, pedibus cruribuſq; modice reflexus, quæ figura media eſt, quã laudat Hyppocrat. prognoſt. 1. *Optimi ſunt decubitus, qui ſanorum ſimiles exiſtunt*, & aphoriſ. 6. ſect. 2. *conuenit ægrotum in attollendo ſe* 21
leuem eſſe. † Decubitus contra naturam, aut pron⁹ eſt, aut ſupinus. Pronus delirij ſignum, modó terminum aut conſuetudinis, aut mollici nulla ſit excuſatio, *Hipp. in progn. aphor.* 18. *ſect.* 1. ſupinus peior eſt, quia maximã motricis imbecilitatem arguit, quod ſi prolabatur in pedes, peſsimũ, quia indicium eſt emortuæ, aut extinctæ facultatis, *Hippocrat. aphor.* 14. *ſect.* 1.
22 † Tremor ſymptoma eſt etiã imbecillioris motricis facultatis, ſed ille tantum lætalis eſt, qui ab exhauſto fit, ſic acute febricitantes, & phrenitici fere omnes tandem tremuli moriuntur. Deprauati motus voluntarij ſymptoma eſt conuulſio vniuerſi corporis, aut partium; vniuerſi corporis ſi fiat ab inanitione, lætalis, *Aphoriſ.* 3. *ſec.* 5. particularis periculo non vacat: ſic temporalium muſculorum conuulſio, quæ dentium ſtridore denunciatur, praua eſt, *Hipp. progn.* 20. *ſect.* 1.
23 † Motus abolitus apparet in apoplexia, & paralipſi, qui ſunt priuati ſẽſus, & motus totius, vel aliquis corporis partis, vt notat *Galen. lib.* 3. *de locis affect. & ibi plura* Petr. *Gurſ.*

¶ Sentifica facultas duplex eſt in- 24
terna, & externa. Interne prognoſtica petũtur ex ἀναισθησία, id eſt, ſenſus vacuitate, irritatis ſenſibus: ſic in dolorificis cauſis nõ dolere peſsimũ, *Aphoriſ.* 6. *ſect.* 2. ideo etiã in ſitifera cauſa, nõ ſitire, malum, *Aphoriſ.* 59. Sic phrenitici parum, aut raro bibẽtes, tandem tremuli fiunt, aut conuelluntur. † Externæ facultatis ſentien- 25
tis ſigna prognoſtica, in ſingulis ſenſuum organis apparet, vt oculis, auribus, lingua, *Aphoriſ.* 49. *ſect.* 4. ſi cui in febre acuta videndi vis, audiẽdi vel pereat, ægro iam debili exiſtenti, in propinquo mors eſt; *Valles ad Hippocrat. in prognoſt. c.* 19. † Principũ tun- 26
dem facultatum prognoſtica in mẽtis coſtantia, aut inconſtantia, morũ ſimilitudine, aut diſsimilitudine lucẽt, *Aphoriſ.* 33. *ſect.* 2. In quouis morbo mente coſtare, & bene ſe habere ad illa, quæ offeruntur, bonum, cõtra vero malum, *Aphoriſ.* 100. moderati hominis proterua reſponſa, malũ denuntiant, *Aphoriſ.* 48.

¶ Vitalis facultas ſpirituum pro 27
creatrix, in sãguineis, & perfectis animalibus, duobus indiget ad ſui cõſeruationem, pulſu ſcilicet, & reſpiratione: ex quibus prognoſtici ſigna eruenda ſunt, nam pulſus primó morbi, & ſanitatis ſigna eſſe vult *Hippocr. lib. de alimento, & de humorib. & lib.* 2. *de morb. Galen. libr.* 2. *de pulſ.* † Pulſus 28
enim ſalutis & mortis certiſsima profert indicia, nam pulſu conſtante nemo interire poteſt, ſolus hic vitæ, & cordis fidelis eſt nuntius; Pulſus ergo magnus, vehemens, validus ſecuritatẽ perpetuo pollicetur: languid⁹ vero, debilis, & paruus inuecilis facultatis eſt aſecla. Inæqualitas pulſus ſemper damnatur, ſi perſeueret, in

termiſ-

termiſsio iuuenibus periculoſiſsima: repentinam quippe illis mortem minatur, niſi ex arteriarum obſtructione,& oppreſione fiat, minus pueris, minimè ſenibus, vt docet *Galen. vbi*
29 *ſupr.* † Sed ad hoc,vt medicus certũ edàt præſagiũ debet cõſiderare cauſas omnes, quæ pulſum alterare ſolẽt,tam naturales,vt ſexum, ætatem, temperiem,hauitum corporis,& anni tempus: quam non naturales, vt aer ambiens, cibus & potus, ſomnus & vigilia, motꝰ & quies, inanitio & repletio, & animi pathemata, *Galen.in arte medica, cap.* 83.& 85.ex quo pulſum tanquã fallaciſsimæ rei
30 fidendũ non eſſe ſcribit *Celſus.* † Reſpiratio autem cum ad vitalis facultatis ſubſidium ſit comparata,eius etiã robur, atque conſtantiam oſtendit, ideó facilis,& libera in omnibꝰ morbis acutis præclare ſemper ad ſalutẽ apparet,vt docet *Hippocr.in prognoſt. Aphoriſ.23.ſect.*1. Reſpiratio frequẽs & parua, aut dolorem, aut inflãmationem partium diaphragmate ſuperiorum denotat; Reſpiratio magna,& ex longis interualis,ſignum eſt delirij. Reſpiratio parua, minutula, & rara interitus iã iam futuri certiſsimum eſt indicium. Reſpiratio frigida ê naribus,& ore ducta, pernitioſa eſt, vt late *Hippocrat. Aphoriſ.* 24. *d. ſect.* 1.

31 ¶ Naturalis facultatis prognoſtica ex coctione primum petenda sũt: Coctionis autẽ ſigna in vrinis, & dejectionibus maximé ſunt conſpicua, ex quibus bona aut mala colligitur hypochondria, quæ in omni morbo cõſideratur, quia optimũ ex ea prognoſticum eſt, vt docet *Hippocrat. A-*
32 *phoriſ.* 16.*ſect.*1. † Ex vrinis certiſsima coctionis,& cruditatis, ſalutis,& mortis petuntur indicia, quia vrina hepatis,& venarum eſt ex crementũ ideó in ea duo ſunt conſidaranda, liquorem,& contenta: in liquore tria expectãda,ſubſtãtia,qualitas & quãtitas. Subſtantia, aut eſt tenius, aut craſſa,aut mediocris,eaque vel preſpicua,vel turbulenta, *Galen. ad Hippocrat.libr.* 2. *de præſag.cap.* 5.& *libr.de vrin.& lib.*2.*de Criſib.cap.*12.*Valleriol. locor.comm.lib.* 2.*c.* 10. *Andr.Lauren. libr.* 1. *de criſibus, capirul.* 7. † Vri- 33
na tenius vel eſt cum febre, vel ſine febre; que ſine febre eſt meatuũ tantum vrinæ dicatorũ, aut hepatis, lienis, & viſcerum obſtructionẽ arguit, nõnumquam etiam paroxiſmũ epilepticum minatur. Quæ eſt cum febre cruditatem in vniuerſum arguit, & ſi ſumma adſit viriũ inuecillitas, mortem, aut periculum ingens minatur, ſin autem conſtent, vires morbi, longitudinem, aut abceſum imis in partibus prænunciat,*Galen.ad Hippocrat.lib.*3.*de morbis popul. com.*3.*tex.* 27. † Craſſa vrina moderate, arguit 34
caloris natiui robur, cuius imperio τὰ ὀπτώμενα congregantur, ideò laudatur: quæ craſiſsima eſt dolores, abceſſus prauos, morbi longitudinem recidiuas prænunciat, quia aut propter nimiũ calorẽ, aut propter immodicum frigus, aut ob partiũ diuerſæ naturæ confuſionẽ talis euaſit, *Galen. libr.*4. *Aphoriſm. comm.* 69. † Vrinæ perturbatæ in febre acuta,cũ 35
virium robore, diuturnitatem: cum inbecilitate,mortẽ ſignificant: quod ſi perturbatæ mingantur, & tales remaneant, ſintque iumentorum ſimiles,dolorem capitis, delirium,cõuulſionem præſagiunt, vt multis aductis docet *Galen.lib.* 1.*de criſib.&lib.*2. *de præſagijs,& lib.*7.*Aphoriſm.comm.* 31.& *de morb.popul.com.*3.*lib.*3.*tex.*15. & *lib.*4.*de ſanit.tuend.* † Quo ad quã- 36
titatem autẽ, copioſa vrina ſi ab euidenti cauſa non fiat, ſemper praua

eſt,

eſt,& vt ſignum,& vt cauſa: vt ſignũ quia vel humoris crudi abundãtiam, vel renum calidiorem imtemperiẽ, aut eorundem exſolutionem,aut denique totius corporis colliquationẽ indicat: vt cauſa quia vires deijcit,ſpiritus natiuumque calorem diſoluit; *Galen.ad Hippocrat.libr.3. de morb.popul.com.3.tex.41.* † Pauca vrina ſi fit ſinẽ febre, aut meatuum vrinariorũ obſtructionem, aut excretricis,& ſecretricis renum facultatis inuecillitatem arguit: cum febre acuta ſi nulla ſit excuſatio ſudoris critici mox eruptuti, aut maximum inducat incẽdiũ ſerum exhauriens, aut ſeroſi humoris translationem ſymptomaticã ad ſuperiores partes,lætalis eſt,vt docẽt *Hippocrat.& Galen.vbi ſupr.*

¶ Qualitas vrinarũ in colore potiſsimum, & odore expectanda eſt, color eſt albus,& nigrus,& rufus; Albus color ſine febre nihil læthale præ ſe fert, cũ febre periculoſus eſt, quia vel ſummam natiui caloris inuecilitatem oſtendit,vel vniuerſæ bilis trãſlationem ad caput,vel magnum hepatis incendium,quo ſanguis vna cũbile abſorbitur, vt tradit *And.Laurẽt. lib.1.cõtrouerſ.c.8.& lib.1.de Criſib.capit.9.* † Vrinæ nigræ ſi tales ſunt generatione perpetuo ſunt lætales *Hippocr.Aphoriſ.21.ſect.4.* quia aut natiui caloris extinctionem denotãt, aut maximum incendium omnia torre faciens, *Galen.lib.1.de criſib.* licet quãdoque ſplenitici,& quartanarij vrinę nigræ profuſione liberentur,vt obſeruat *Lauren.vbi ſupr.d.cap.8.* † Vrina præturbra, ſi talis ſit ab inflammatione ſeri; initio morbi lõgitudinem arguit,in ſtatu verò, mortem; ſi rubra ſit bilis permixtione, aut hepatis inflammationem denotat, aut ductuũ viſiculæ fellis obſtructionem: ſi talis ſit permixtione ſanguinis, aut eſt ab vniuerſo corpore,aut á renibus,& veſica: ab vniuerſo corpore ob plethoram, & ſuppreſsionis ſolemnis euacuationis, vt menſium, hemorrhoidum: Si á renibus, id per anaſtomaſin,diapedeſin,& diæreſin contingere poteſt,ab eroſione,& ruptione,periculoſa eſt,vt probat *Hippocrat.lib.7. de popular.morb.Galen.li.2.præſagior. com.27.And.Laurẽt.lib.1.de criſib.c.7.* † Deiectiones autem ſunt excremẽta, & vomitus: de quorum natura, modò, conditione,qualitate, & quãtitate,atque colore,vidẽdus eſt Apolineæ facultatis anteſignanus *Hippocrat.in prognoſtic.Aphoriſ.13.ſect.2.et Aphoriſ.20.21.22.& 23.ſect.2.& vtronique eius interpretes Fran.Valles,& Ioan.Brauo,alter in Salmanticens,academie,alter in Complutenſi benemeriti Doctores. Hieron.Mercurial.in prognoſt. & in Prorrhetic.*

¶ Ad excrementa pertinet ſudor in quo quinque expectãda ſunt ad iudicium, quantitas, qualitas, tempus, modus,& locus. De quantitate hæc prima lex ſancitur,vt nihil paucũ eſt criticum,ita quod nimiũ eſt,damnatur, nam paucũ malignos & multos humores, aut ſummam naturæ fatiscentis exſolutionem denunciat,, vt docet *Hippocrat.Aphoriſ.1.*Qui ex rigore perfrigidi exiguo ſudore madẽt vt ſe collegerint, moriũtur, *Aphoriſ.43.* † Qualitatem ſudoris in calore, & frigore conſiderat *Hippocr.Aphoriſ.37.ſect.4.* Frigidi ſudores cũ acuta febre,mortem; cum mitiori autẽ morbi longitudinem ſignificant; eſt enim frigꝰ duplex,aut priuatiuum per abſentiam natiui caloris ab intercep tione,retractione,inopia, aut poſitiuum per preſentiam humoris frigidi, pituitę ſcilicet accidę,aut vitreę,quę cum difficile excutiatur, longitudinem arguit morbi. † Tempus ſudoris

ris neceſſe eſt conſiderare ad faciendum iudicium, nempe, quod ſit dies criticus, nam alijs diebus ſuſpecti eſſe ſolent, *Aphoriſ. 36. ſect.* 4. ſudores febricitantib⁹ boni, qui manare cœperint die tertio, quinto, ſeptimo, nono, vndecimo, decimo quarto, &c. qui verò non ita fiunt, laborẽ, & morbi longitudinem, & recidiuas ſignificant. †† De modo, ſciendum eſt, quod debet confertim, non ſenſim, & paulatim errũpere ſudor, nam qui ſenſim deſtillat ab exolutione eſt. Poſtremo eſt locus ſudoris, nam bonus illa eſt, qui per totum corpus effluit; prauus autem quod caput tantum, ceruix, & clauiculæ roris inſtar humectat, quæ omnia vnico Aphoriſmo docet Hippocrat. in prognoſt. ſect. 1. *Sudores optimi ſunt in omnibus morbis accutis, qui diebus criticis contingunt: boni enim ſunt, qui per totum corpus fiunt; Peſſimi autem ſunt frigidi, & qui tantum circa caput, faciẽque & ceruicẽ exudant. Hi enim cum acuta quidem febre mortem, cum mitiori verò longitudinẽ morbi prænuntiant.*

¶ Et quia morbi non vno eodemque tempore ſolbuntur alia ſunt cõſideranda circa eius natnram, an ſit acuta, mollis, aut diurna, an breuis, ſalutaris, an exicialis, popularis, an priuata, ſymptomatib⁹ cõmitata, an ſine illis, quia ex horem ſingulis varie pronunciare cõtingit, nã ſi morbus eſt accutus, incertas habet ſalutis, aut mortis prænuntiationes ſecũdũ *Hippocr. li. 2. Aphoriſ.* 1. † Etenim vt vnicuique animãtium generi proprium, ac peculiare viuendi tempus á natura tributum eſt, certo numero definitum: ſic et morbis quoque pro ſua cuique natura, durationis, atque ſolutionis eorum ſtatuta ſunt tempora, quibus ceu cancellis quibuſdam, ac terminis morbi concludũtur, quidam breuiori ſpatio, longiori alij finiuntur, habentque & morbi ipſi pereinde atque animalia ſuas ætates, vt docte, atq; copioſe demõſtrat *Galen. li. de morbor. tẽporib.* † Quare illis qui ḋ morbis velint iudicare hoc peſpectũ eſſe debet, nõ ſolũ ad cognitionem morbi futuri euentus, ſed vt medicamenta ſuo loco, & tempore applicẽtur, nam vt ait Galen. lib. de conſtit. artis medic. cap. 18. *Itaque neceſſariũ eſt ei, qui præſagiendi artem volet coſtituere, antea conſideraſſe, an ſicut vniuſcuiuſque animantis natura propium viuẽdi tẽpus obtinet, ita morbi ſinguli, vt nullus eorum ſolui poſsit quatuor diebus cuius naturales tempus ſtatum duos menſes cõtinet.* †Nam in morbis chronicis quibus tempus diurnum eſt, ac lento, & vt plurimum, non periculoſo curſu gradiuntur, null⁹ diebus paucis ſolui poſſe certó preſagire poterit, quod á craſſo, viſcido, ac lẽto humore fiãt, multoque ob id tempore ad curationem indigeãt, vt de quartana febre, aqua intercute, melancholia, empyemate, & tabe, cæteriſque deuturnis. *Ioan. Hucherus tract. de prog. med. ca. 5.* †Cõtra tamẽ acuti morbi, & magni ſunt, & ad ſuum vigorem celerrime properant, paruoque tempore magnas faciunt permutationes, quare certiſsime mortem, vel ſalutem ad ferre dignoſcitur, vt traddit *Galen. lib. 2. Aphoriſm.*

¶ Et hæc eſt cauſa dierum criticorum, ſeu Indicum apud medicos in quibus, quia morbus ſecundum eius naturam permutatur, atque de vno in alium migratur eſtatum, mortis aut ſalutis ſigna redit, & quaſi digito demonſtrant, vt docet *Galen. lib. 3. de criſib.* nam vt ait conciuis me⁹ magnus Auinzohar libr. 2. Theiçir tract. 2. cap. 2. *Criſis eſt pugna, quæ accidit inter virtutes corporis, & humorum, qui cauſam*

51 *cauſam ægritudinis extitit.* † Nam etſi criticorũ rationem alij ex paris,&imparis numeri virtute exquirant, vt cum Pythagoricis multi ex Philoſophis voluerunt, falſum omninó eſt, quia numeris nulla agẽdi vim tribuimus,eo quod non ſint ſubſtantię,neque vllas qualitates habeãt, vt docẽt *Ariſtot.lib.12.metaphyſ.c.penult.& fin. Galen.lib.3.de dieb.decret.c.8.Plin.libr.*

52 *7.natur.hiſtor.c.40.* † Alij volũt ex Lunæ curſu rationem pendere, nã Luna inquit Lucilius alit oſtrea, implet & echinos murib⁹, fibras, & pecu addit,animalia ſaginat, menſtrua mulieribus ſolicitat,morbo comitiali laborantibus auxiliatur, & multa alia, quia maximæ ſunt Lunę vires in hęc inferiora, vt ait *Galen.li.3.dier.decre-*

53 *tor.cap.2.* † Ego tamen non aſſertior criticorum rationem à Luna pendere,nã ſi talis virtus á ſe ipſa habet omnes dies ea præditi eſſe debẽt, ſi autẽ ab alio per aſpectũ,reflexionẽ,lumẽ, quadraturam, & oppoſitionẽ, neceſſe eſt vt eo die omnes ſimul pereant, aut ſanentur,quod dici nequit, ergo nec talem cauſam ab ea ebenire, vt multis aductis docent, *Galen.lib.3.de dieb.decretor.Ioan.Lãgius epiſt.35.Andr.Laurent.libr.3.de criſib.cap.8.Ioann: Heurnius in Prax.med.lib.3.cap.9.*

54 ¶ Alij tamen totam criticorũ rationem, & cauſam ſalutis & mortis in eis latentẽ referunt ad beneficos, & maleficos Planetas, vt docet in hæc verba Mercurius Triſmegiſtus lib.de decubitu infirmor. *Medic⁹ ægri decubitum explorare debet, quodſi horã, qua ægrotare cœpit,exquiſitè deprehẽdere nequeat, inſpiciat quomodo cœlum affectum ſit,et ad quem ſtellarum Luna rationem habeat, oppoſitã ſcilicet,vel quadratam; cum maleficis enim ſi conformetur noxium morbum facit, cum beneficijs ſalutarẽ.* Ptolomeus lib.1. quadriperti cap.6.*Super ægrotis criticos dies inſpice ſtelarũ, ac Lunæ peragrationẽ in angulis figuræ ſex decim laterum; vbi enim eos angulos bene affectos inuenies, bene erit languenti,contra male, ſi afflictos inuenies.* † Quorum ego neutro aſen- 55
tior, quia nulla ſunt in cœlo ſydera malifica quę nobis malum aliquod immitant, quia omnia illa æqualis bonitatis Deus creauit ad mundi cõſeruationem,vt ipſis Ethnicis percognitum eſt,Plato in Timæo, *Omnes ſtellæ diuinæ ſunt,& bonæ, nec quidquam faciunt mali,aut quædam maleficæ, ſed maleficas eſſe in illo ſancto, & pietatis loco quatenus conuenit? cumque omnia ſydera plena ſint cæleſtis ſapientiæ,malitiam porro ſciamus ex demẽtia naſci,quatenus conuenit malificas eſſe ſtellas dicere? N.ſi fortè id,quod fas non eſt interdũ eaſdem bonas,interdũ malignas eſſe exiſtimandum: propterea quæ promiſcue beneficia, & maleficia præbere. Sed hoc abſurdum eſt putare,cæleſtem ſubſtantiã vna,eademque natura præditam, non in omnibus ſtellis eadem eſſe, ſed pleraſque tanquã à propia degenerare natura.* † Nã 56
ſi in corporibus cœleſtibus aliqua eſſet malitia, aut aſtra aliqua maligna qualitate præditæ fuiſſent, de neceſſario corrumperentur,quod eſt erroneum, nam vt ait Ariſtot. lib 9.Methaphiſ.cap.10.*Non igitur quidquam in ijs, quæ à principio,& quæ perpetua ſunt, malum eſt, neque error,neque corruptum, etenim corruptio de malis eſt.* Quod exponens eius interpræs *Auerroes in cõment.* 19. ſic teſtatur *impoſsibile eſt creditu, quod Aſtronomi dicũt ſtellas quaſdam fortunatas eſſe, quaſdam infortunatas.* † Nam cum aſtra,& ſydera diui- 57
na ſint corpora malum neque in illis eſſe,neque ab eis emanere poſſe cõtendit *Ariſtot.libr.1. de cælo cap.9. vbi plura eximius eius interpræs, atque conciuis meus Auerroes, com.19.& 22.& lib.3.*

lib.3.tex.cõ.25.cognat⁹,me⁹ D.Gaſp.Cadillo Villalpãdo cõ.2.idẽ Ariſtot.d.c.10. metaphyſ.& li.2.Phyſicor.Ioan.Hucher⁹
57 *in prognoſt.med.cap.2.* † Quare dies critici, ſeu morborum indices, eo quod alij bene, alij male euentũ ſignificãt, minimé à numero, neq; Luna, neq; ab aſtris euenire poſsũt, ſed á corporis tẽperamẽto, aut morbi ſymptomatib⁹ vt rationibus, & argumentis elegantèr defendunt *Hippocrat.libr.1.Epedimiar.& libr.2.ſect.2.& prognoſ.26.ſect.2.Galen.libr.3.de criſib.Ioan.Langius epiſtol.35. Valleriola libr.3.locor.commun. tit.de dieb.decretor.& in appendic.cap.2. & ad Galen.in conſt.artis medic.cap.18. Petr.Foreſt.tom.1.obſeruat.medic.libr.1. obſeruat.22.& nullo ex his citato Andr. Laurent.libr.3.de criſib.cap.6.S.Bonauent.Ioãnes Picus,Etalij relati à Codronch. de morbor.veneſic.li.2.cap.6.Ioan.Heurnius in Prax.med.lib.3.cap.9.*

Ad lib.1.c.4.n.3.propè fin.

per ſe ferunt, vt traddunt *Ambroſius Paræus lib.24.de monſtr.& prodig.c.13. Petr.Garſ.ad Galen.de locis affect.diſp.*
4 *37.cap.2.* † Nam monſtra,& prodigia perſæpe à Deo emituntur,vel in peccati alicuius pœnã, vel ad præuia peccatorum punitionem,quemadmodũ in Aegypto,&c.

Ad lib.1.c.8.appẽd.n.19.ad fin.

20 Quia in cœlo nulla ſunt ſydera,quę nautis tempeſtates, agricolis ſterilitates,medicis peſtes, aut alia mala etiã probabiliter inducãt,quia omnia ſydera plena ſunt bonitatis,atq; ſalubri, actiuſq; mali catens influẽtia, vt nõ vno in loco teſtatur diuinus *Plato in Epinomide & in Timæo,Ariſt.li.1.de cœlo c.9: cum alijs à nobis adductis ſup.li.1.de magia*
21 *diuinatr.c.3.de diuin.phyſic.* † Quare ridiculum eſt vlla infortunia,vllos morbos,vllum ve contagium,aut malum nobis ex aſtris emanare,nã ſi nobis aduerſaria cœleſtia corpora eſſent corrũpi ſtatim vniuerſum conſequẽs planè foret, vt docet cõciuis meus *Auerroes ad Ariſt.lib.1.de cœlo com.28.* † Quam 22
obrẽ ſi á ſyderum certó cõgreſſu quodam contages oriatur, contagioſa ipſa eſſe, & morbida execratione inquinata omninó oportet;quod cum impium ſit dicere, atque nefas diuiniſsimis vtique ac puriſsimis exiſtentibus corporib⁹,corruptionis omnis, ac paſſionis expertib⁹ fateri omninó neceſſe eſt, neque á cœlo, nec ſyderibus tãtum mali in mortalium perniciem deribari, vt contendit idem *Auerroes lib.3.de cœlo comm.25.* † Quare eleganter 23
his verbis teſtatur doctiſsimus Franc. Valleriola medicus in appendice ad libr.de locis commun.cap.2. *Deſinant itaque Aſtronomi,& qui eos ſequuntur parum cordati medici, nobis ſuis fallatijs,technisque imponere; graueque facinus arbitrentur malum cœlo, ac aſtris tribuere, vnde bona ad nos omnia, ceu à fonte puriſſimo manant: illudque cogitent,vanas eſſe, quæ de hiſce rebus traduntur Aſtronomorũ regulas,prorſuſque fallaces.* † Nam 24
vt ait Ioan.Heurnius in Praxi. med.li.3.cap.9. *In expugnabilis,& reipublicæ, calamitoſa quædam imprudẽtiæ nomine, ac vmbra præclaræ ſcientiæ huius æui medicos ac Chirurgos ferè inuaſsit: vt ignauus Acceſius nauta,quem cum nauigationis tæderet,Lunã infauſtã cauſari ſolitũ ferũt,ſic medici quidã, vt abiciãt morbos in auſpicatos dies Lunæ criminãtur,dũ cõclamatũ ſit de ægri vita,&c.* † Nam ægritudines, 25
caſus, & cuẽtæ, ac tẽpeſtates minimé ab aſtris pẽdẽt, vt indocti medici, imperiti naucleri,atq; barbari agricolę tumultuãt,ſed naturę curſu, vel ab exalationib⁹ ab impuris locis manantib⁹, vt multis argumẽtis,atq;rationib⁹ probãt

Galen. lib. de differēt. febr. c. 4. And. Laurent. lib. 3. de Crisib. c. 6. Frāc. Vallériol. li. 1. locor. com. c. 4. & in Append. c. 2. & ad Gal. in const. artis med. c. 18. Bapt. Codrōc. de morb. venef. c. 6. Ioan. Huchero in Therapeut. lib. 4. c. 5. † Quia astra in hæc in
26 ferioa nihil aliud præter lumē, mittūt, & animantibus, atq; plantis, lapidibus, & herbis, natiuum calorem ingerunt, quæ propia sunt astrorū naturæ, ac philosophiæ cōsona; nam vt ait Ioan. Heurnius vbi supr. *Non ego is sum, qui diuina illa efficatia qua efflorescūt in his inferioribus spoliare sydera, cœlumque velim, sed doleo ignauissimos homines his vitalib⁹ viribus nimis confusè omnia adscribentes.*

CAP. XII. De Oraculis Sibylarum.

Ad finem Append. n 12.

14 ¶ Alij dicūt harū causam fuisse naturalem, nam diuinationem per somnium corporis naturam ad futurorum præcognitionem cōducere existimauit *Arist. lib. de insomnijs*, & primó loco melancholicis diuinandi virtutem adscriuit, dum ait Probl. 1. *Multi incalescente humore melāchol ico, quia color ille sedimentis est propinquus, morbo vesaniæ implicātur, aut instinctu lymphatico efferbescūt.* † Erasmus Roterodasm⁹ refert
15 Pamaceū medicum, quemdam nomine Philyarium patria Spoletanum, facili patratoq; remedio menti redidisse, qui in morbo probé Teutonicé loquebatur, quod sanus nūquam potuerat, quibus assentitur, *Hieron. Cardan⁹.*
16 † Quod quidem melancholiæ vitio contingere arbitrantur ex frequentissima humorum ebullutione, & vehementi spiritū agitatione, vt possit quis diuinare, & varijs linguis loqui, *Leuin.*
17 *Lēnius li. 2. de occultis natur. c. 2.* † Quod minimè probare audeo, quia ad diuinationē spirit⁹ potētiā supra naturalē agnosco, & ad linguarū loquutionē, earū notitiā, quæ sola melancholia adaptari nō possūt, *Hieron. Mercurial. in Pract. li. 1. c. 16. Petr. Forest. tom. 1. obseru. medic. lib. 10. obseru. 12. Petr. Garsi. ad Galen. de locis affect.* †Nā melācholia imaginatricē, ac reliquas cerebri facultates, quās principes, Medici vocant, cōmouet, impellit, ac in motū deducit; quo fit, vt cū optime attēperatus est, hoc est, calēs, lucid⁹, fulgoreq; haut secusq; ignitū rubensq; aurū, illustratus admirabiles facit in animo notus, vt docēt *Marsil. Ficinius lib. 1. de vita long. c. 4. Frāc. Vallerio. li. 6. enarrat. to. 1. enarrat. 10.* † Ex melācholico enim sāguine calēte attenuatoq; manere tenuis- 19
simi spiritus, calidissimi simul & lucidissimi, qui cū sint motu agiles, & actione vehemētes cōtēplationi & ingenio deseruire maximè valēt, & sic phylosophiæ prodesse melācholicos dixit *Aristot.* † Nā tali instrumēto munit⁹ 20
animus, atq; sept⁹ acuté, solerterque profundeq; abditissima queq; inquirit, & inquirēdo præstat diutius, ex quo viri sūmi, atq; phylosophi singulares euaserunt, qui animū ab externis corporeisq; reb⁹ segregātes, eūdēq; se in totū colligentes, altissima queq; & abstrusissima meditantur, sic vt diuino afflati furore esse videantur, vt testatur *Menard. 7. epist. 3.* † Quod quia Prophe 21
tis cōtingere solebat, simul atq; Poetis, qui ex intēsa imaginatione, quasi extra se eleuati videbantur, vtrumq; numini diuino veteres retulerūt, ideó melancholia, ad sua cōmēdanda oracula diabolus vtebatur, quam agitari á dęmone dixit *Auicen. fen. 2. tertij tract. 4. c. 18.* à qua impulsi poetæ apud Ouid. 6. Fastor.

Et Deus in nobis agitāte calescim⁹ aggne

¶ Alij contendunt quandam é ter 9
ra ex alationem esse, quæ famaticos efficit,

ficit, eo quod in antris quibuſdã phanaticorum ſedes conſpiciantur, vt de Delphico oraculo narrat *Cicero*, eius diuinitatem ceſaſſe quod terræ exalatio deſierit, quæ furorẽ inſpirabat, *lib.1 diuinat.* Alij corporum cœleſtium influẽtijs adſcribunt, eo quod diuini huiuſmodi magis quibuſdam Lunæ reuolutionibus quam alijs vexãtur, ex quo Lunatici dicũtur in Euangelio *D.Matthæi, c.* 17. † Sed hij omnes vim terræ exalationi, ac cœleſti influẽtię tribuẽtes manifeſto errore implicãtur, quia terrę exalatio nulla facit diuinos, licet mẽte attonitos aliquãdo efficiat, nec cœlum hanc veritatem largitur, cum nulla ſint ei ſigna, quæ id pręſtare valeant, vt probat *Cæſalpin. libr. de inueſtig. dæmon.*

¶ Quare hæc cauſa tota pẽdet, vel ex Dei virtute in Prophetas, & quos elegit diffuſſa; aut dæmonis arte, & caliditate diuina anhelãtis munia ementita, vt probant *Cæſalpin. vbi ſupr. Bapt. Codrinch. libr. 2. de morb. veneſ. c. 8.*

† Qui non ſolum per phanteſiæ vitiũ eos deludit, ſed etiam eorum corpora ſub ingrediẽs, tam per ora, quam alijs corporis meatibus, etiam tenuiſsimis poris, vt docet *Petr. Thyreus p. 1. de dæmoniac. c. 9.* † Nam cũ corpus hominis ſit penetrabile, & ipſe ſpiritꝰ, pertenuiſsimis latebris ſubire poteſt, & hoc eſt, quod abſque læſione ingrediatur, & egrediatur, & ſine nocumento inhabitet, in quacumque vellit corporis parte, vt probat *Thyræus vbi ſupr. d. part. 1. cap.* 10. † Etiam plures ſimul, non ea ſpiritum, quæ corporum, conditio eſt, vt vnus alteri cedat; vbi vnus ſpiritus, ibi mille: & ſic legitur in Euangelio Luc. c 8 *Legionem, multa dæmonia intraberunt in homine*, & cap. 11. *& aſsumpſit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, et ingreſſi habitant ibi.* † Et quia atræ bili, vt humorũ peſsimo, dæmones reſidere ſolent, quæ in liene eſt proximum hypocõdrijs, diuinis huiuſmodi ex imo vẽtre vox prodire videtur, & ſic eos ſacra pagina vẽtriloquos appellat *Act. Apoſt. c. 16.* diuinoſque quaſi dęmone pleni, *cap. illud 26. q. 3.* † Nã in his diabolus prophetiam ſuam ementitur & oracula tam ſoluta oratione, qua carmine, ex quo maleficia carmina dicebant veteres, Tibul.

Carmine læſsa Ceres ſterilẽ vaneſcit in herbam.

Et canendo excantari, Virgil.

Cantando rumpitur anguis.

¶ Nam in hoc etiã diabolus diuinã vſurpat virtutem, qui oracula ſua carmine mũdo promulgari voluit, vt dicta Oracula Sybilarũ, quia donum prophetiæ dabatur frequẽter à domino ſimul cum poeſia, vt apparet ex Pſalterio Regis Vatis, quem carmine ſcriptũ teſtatur *Ioſeph. libr. 7. antiq. Iudaic. c. 10.* † Itẽ & libri Iob carmine fuerũt ſcripti, vt docet *D. Iſidor. li. 1. Ethimol. c. 59.* nec non Cantica Canticorum á Salomone, quia nihil aliud ſunt; quã Epithalamiũ Chriſti, & Eccleſię nuptiarũ vt docet *idem Iſidor. vbi prox.* † Et Propheta Hieremias in morte iuſti Regis Ioſias cõpoſuit carmẽ Nehemias, *Patalip. 2. c. 35.* & Moyſes antequã faciẽ cornutã oſtenderet carmẽ exametrõ modulatus eſt, *Exod. c. 15.* & Ioſue curſum Solis nõ ſoluta oratione, ſed carmine detinuit, vt traddit *Maſsius ſuper Ioſ. c. 10.* † Et Santiſsima Virgo MARIA, Redẽptoris noſtri Genitrix, carmina modulauit, vtcõſtat ex Euãgelio D. *Luc. c. 1.* & ipſemet Chriſtꝰ ſeruator noſter priuſquã pateretur ad Patrẽ orationem hymno dirigit, *D. Matth. c. 26.* † Vnde Prophetis, & Poetis nomen cõmune fuit, dictiq; ſunt vtriq; *Vates*, nã poeſia, vt prophetia ad mores corrigendos, & virtutẽ denuntiandã fuit cõparata, vt traddũt *Ariſtot. in poetic.*

Plato in Ioue, Lel. Gyral. in histor. poetar. dial. 1. & sacrum nomẽ Poesiæ, Ouid.

Ad sacra Vatũ carmina afferto nostrũ.

Ad lib. 2. c. 8. n. 8. ad fin.

9 ¶ Fiebat enim dæmonis inuocatio conceptis verbis, & primó vllulatu in condito ferarum sono, vt de Erictho apud Lucanum visum est, *lib. 1. de magia diuinat. cap. 16. de necrom. n. 34.*

Confundit murmura primum.
Dissona, & humanæ multum discordia linguæ, &c.

10 Quem immitatus conciuis meus Musarum sui sæculi coripheus Ioan. de Mena in pœma Regi D. Ioan. II. ordin. 7. copl 245.

Ia comença da la inuocacion.
Cõ triste murmurio su disono cãto. &c.

11 Sed si diabol⁹ adesse noluerat, Magus eum ministerre cœpit, vt Medea apud Senecam, Circes apud Ouidium, Erictus apud Lucanum, Canidia apud Horatium, Celestina in tragedia Calisti, & Melibeæ, & ali⁹ apud conciuem meum Ioan. de Mena vbi supr. d. ord. 7. copl. 251.

I con mis palabras tus hondas cabernas
De luz sempiterna telas henchire.

12 Minabantur enim se terram findere, & lucem Plutonem inferorum prę sidem percuti, nam molestatur claritate, eo quod obscura colat, *Senec. trad.* 1. *Ouid. lib. 5. Metamorph. Stat. libr. 8. Thebaid. Lucian. in Palinur.*

Ad lib. 2. c. 16 n. 20. ad fin.

Hieron. Mercurial. in Pract. lib. 1. c. 16.

21 † Vt de quodam á dæmone hoc morbo oppræso, qui se lupum arbitrabatur narrat *Vierus libr. 3. de præstig. dæmon. cap. 18.* de alijs quam multa ex atræ bilis excessu exemplis astruit *Petr. Forest. tom. 1. obseruat. medic. libr. 10. obseru. 10. vsque ad 25.* Vt de illa quæ se bobem, ex hoc vitio, crediderat, Homer. Odiss. 2.

Et sæpe in leui quærebat cornua fronte.
Omnia complectens falsis mugitibus aera.

¶ De cynanthropia, qua homines se canes putant, traddit *Petr. Forestus vbi sup. obseru. 26.* De alio, qui se lupum esse persuasum, homines fugerat & sanguinis desiderio ardebat, Ouid. lib. 1. Metamorph. 22

Territus ipse fugit, nactusque silentia ruris.
Exululat, frustraque loqui conatus ab ipso.
Colligit os rabiem, solitæque cupidine cædis.
Vritur in pecudes, & nunc quoque sanguine gaudet.

CAP. XVIII. De Vitæ prorrogatione.

Ad lib. 2. post. c. 17.

Itæ productrices causas á cœ 3
li influentia duci contendit, *Aristot. lib. 2. generat. animal. capit.* 1. nam Sol & homo generant hominem, & omnia, & rursus, *libr. 4. de gerat. animal. cap. fin.* Solem. Lunam, & syderum cursum, generationis, & vitę principia esse sũma certê ratione afirmauit: nam cœlorum irrequieto motu, vitali Solis, & siderum calore, atq; in fluxu generationis fieri, vitamque rebus genitis infundi, nemo est qui dubitet. † Necesse enim est mundũ hũc 2
infra positum, (vt idem Aristoteles traddit *libr. 1. meteor. cap. 2.*) esse subditum inferioribus lationibus, vt omnis eius virtus inde regatur siue, vt eximius eius commentator Auerroes, de causis agens dixit, *Vitam progressionem esse quandam â sempiterno Ente, atque quieto manentem.* † Ille est enim 3

qui

qui nobis inſpirat ſpiraculum vitæ, *Geneſ. cap. 2.* & vt Moyſis ait Deuteron. capit. 20. *Ipſe eſt vita tua, & longitudo dierum tuorum,* & Regius Vates Pſalm. 65. *Qui poſuit animam meam ad vitam,* & Iob cap. 10. *Vitam, & miſericordiam tribuiſti mihi*, quia vita á ſolo Deo eſt, D. *Ioan. capit. 1. Acta Apoſtolor. cap. 17.*

4 † Vnde nullo humano artificio, neque dæmonis arte fieri poſſe videtur, vt vita prorrogari poſsit, nam ei terminus conſtitutus eſt, quem præterire non poſſumus, *Malach. capit. 3. Iob. cap.* 14. nam vt ait Horatius lib. 1. carmin. ode. 4.

Vitæ ſumma breuis, ſpem nos vetat in cohare longam.

Ouid.

Tempora labuntur, tacitiſque ſe neſcimus annis:

Et fugiunt fræno non remorante dies.

Vitæ enim tempus â Deo præfinitũ

5 nallatenus immutari poteſt, vt ſolo naturali lumine agnouit, *Ariſtot. libr. 2. de generat. capit.* 20. quia eo multó inferior eſt ars, & natura, vt docet *Galen. libr. de Maraſmo.* nam vt ait D. Gregor. libr. 12. Moral. *Statum namque eſt homini à Deo quantum in ipſa vita mortali temporaliter viuat*, quod variari aut, immutari nequit, Numer. cap. 23. *Apud ipſum nulla eſt tranſmutatio*, Malach. 3. *Ego Deus, & non mutor.*

9 ¶ Verum cum vniuerſales cauſę, concurſu particularium in hæc inferiora agant, vt idem teſtatur *Ariſtotel. lib. 2. Phyſic. cap. 2.* humidi primogenij & calidi natiui ſymmetria quædam, qualitatumque agentium, & pacientium commeſurata proportio, ad vitæ conſeruationem, quodammodò iuuat, nam modice pingue, & qualitatibus omnibus temperatum humidum radicale (quod vitæ fons eſt, atque pabulum) eſſe omninó oportet, vt tradidit *Auerroes ad Ariſtotel. vbi ſupr.* † Proba namque temperies, compago corporis firma, cœli clementia, ſoli ac regionis bonitas, victus cauta ratio, rerum vtilium obſeruatio, abſtinentia in omni victu, atque cultu corporis tuendi cauſa, voluptatum denique certiſsimæ vitæ peſtis deteſtatio, atque fuga non productiorem modó, ſed beatiorem, atque ſalubritate omninó florentem vitam efficiunt, vt probat *Marſ. Ficinus libr. 1. de vita longa.* † Et per conſequens, qui aut im 8 proba ſecundum naturam temperatura conſtant, infirmaque compage, aut pleniore cœlo, & in clementi, in ſalubri regione, in cauto victu vtuntur breuioris æui fore, quia non ſolum naturæ bonitas temperaturæ æqualitate genita, aut illius contrarium ad vitæ productionem, breuitatem ve faciunt, ſed, & regionis præſtantia, victuque & acurata ratio, vt docet *Hippocrat. libr. de aere, aquis, & locis.* † Nã 9 in Taprobania Inſula, & Arabiæ fœlicis vrbe Reama ob regionis temperiẽ, perpetuamque cœli clementiam longæuos ibi eſſe homines, centeſimum ſupra vigeſimum, & amplius vegeta adhuc ſenecta attingentes narra, *Ludouic. Rom. libr. 2. nauigat. capit. 9. et li. 4. capit. 8.* namque temperata ſunt, & omnis exceſſus expertia, naturæ amica, acque ea ratione proferendæ vitæ valde idonea ſunt, vt docet *Hippocrat. libr. 6. Epidemior. part. 6. Aphoriſm. 5.*

¶ Vnde cum ex his cauſis vita pro 10 duci, & contrectari valeat, bene doctrina, & arte prorrogari poterit, & contrarijs deſtrui, ut ait *Galen. libr. 5. de ſanitat. tuend.* cuius multa docent idem *Galen. vbi prox. libr. 1. & 2. Marſ. Ficin. libr. de vita longa.* † Nam etſi in 11 cõmoda quędã vi naturæ homini euenientia vitari nullo pacto quæat, qualis in ſeniũ ſiccitatis exceſſum, aut totius

ſubſtantiæ deperditę fluor, poſſunt tamen aliquatenus corrigi atque reſarciri cibo, potu, reſpiratione, & arteriarum pulſu, quę ad natiui caloris fomẽtum à natura inſita habemus, vt docet
12 *Galen. libr. 1. de ſanit. tuend.* † Ad quod quidem ars medica dirigitur, non vt nos á morte ſecuros faciat, ſed vt ſanitatem cuſtodiat: ac corp⁹ ab extrinſecis nocumẽtis muniat, neque vnum quodque corpus ad vltimam vitæ lõgitudine perducat, ſed de duabus reb⁹ ſecuritatem prębet, putrefactionis, ne pœnitus ſubeat corpus, & defenſionis humiditatis innatæ, ne ſcilicet citó diſoluatur, vt docet *Auicena fen. 1. primi*
13 *cap. ſingul.* † Sic igitur natiuus humor ne citó ex hauriatr̃ artis beneficio diutiſsime conſeruari poteſt, & putredo arceri, & vita proferri ſeruatis ſcilicet, principijs, quæ vitam fouẽt, & natiuo calore, & radicali humore sũt amica, vt docet *Galen. libr. 5. & lib. 6. de tuenda*
14 *valet.* † Poteſt enim natiuus calor ita arte atemperari, humectate victus ratione, & ex cogitatis ad id auxilijs, ne humidũ abſumendo ſiccitatem, frigiditatemque, pabuli defectu, tandemque mortem inferat, & hac ratione vita produci, vt multis ex cauſis comprobant *Galen. vbi ſupr. & libr. 5. & lib. 3. artis medic. com. 213. Marſil. Ficinus lib. de vita producend. & lib. de ſtudioſor. vita tuend. Fran. Valleriol. lib. 3. locor. communcap. 19. Valles controuerſ. lib. 6. cap. 1.*

CAP. XXVII. De diuinis apparitionibus.

Ad lib. 2. poſt c. 27.

1 APPARITIONE imaginaria omiſſa, qua Beati perfruuntur in cœlo, dum corporis mole ſoluti ſpeculantur Deum, ſicuti eſt, & non ex enigmatibus, vt inquit *D. Paul. Corinth. 1. cap. 13.* † De ap 2
paritione corporali agendum eſt, qua ſe Deus, Angeli, & Beati hominibus, viſibiles exibentur. Nam etſi De⁹ viſus non ſit, nec videri poſsit ex inacceſsibili gloria, quã homo capere nequit, Exod. capit 33. *Non videt me homo, et viuet.* † Ex quo eum prędicat D. Paul. 3
ad Thim. 1. c. 1. *Regem ſæculorum inuiſibilem, & immortalem* & cap. 3. *Domin⁹ dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat in acceſsibilem, quẽ nemo hominum vidit, nec videre poteſt.* † Nihilominus tamẽ multoties Deũ 4
viſum agnoſco in humana ſpecie, vt apparuit primò parẽti Adamo, *Geneſ. c. 3.* ſecundum *D. Auguſt. libr. 2. de Trinit. c. 10.* † Apparuit ſimiliter Cain cœ 5
dem fratris obiurgans, *Geneſ. c. 4.* Abrahamo quãdo eo familiariſsimẽ vtebatur, *Geneſ. c. 18.* Moyſi dum ẽ rubro eũ vocauit, *Exod. c. 3.* & in monte Synai, *Exod. c. 20.* Iſaiæ quando vidit eum ſedentem in throno, *Iſai. c. 6.* & Ezechieli ſuper Cherubim, *Ezech. c. 10.* † Sic 6
eius corporis partes in ſcriptura deſcribuntur, vt *vultus* eius ſuper facientes mala, *Pſal. 33.* & oculi ad fideles terræ *Pſal. 100.* & os locutum, *Iſai. c. 1.* nũc & manus extenta, *Exod. c. 3.* & caligo ſub pedibus eius, *Iſai. c. 3.* & palpabrę interrogant filios hominum *Pſal. 17.* † Et 7
vt membra, ita & actiones, vt abſcondere faciem, *Exod. c. 31.* Sedere ſuper ſedem ſanctam ſuam, *Pſal. 46.* deſcendere ad homines, *Geneſ. c. 18.* & iri eos ex candeſcere, *Geneſ. c. 6.* de ambulare inter bonos, *Deuter. c. 23.* & alia paſſim.
† Quibus noſtræ magis infirmitati cõ- 8
ſulitur, quam Dei natura, & conditio exprimitur, D. Ambroſ. lib. de Noé, & arc. *Non irascitur Deus, quaſi mutabilis, ſed irascitur, vt exprimatur peccatorũ noſtrorum acerbitas, quæ diuinam meruit offenſum.* † Nam propium corpus Deus 9

non

non habet, sed alienũ (quando apparuit) assumit, & per sepe viri robusti, ad quod credẽdũ me mobet illud Exod. cap. 15. *Dominus, quasi vir, pugnator*, facie decora, ac fulgenti, Sapient. 3. *Fulgebunt iusti tanquam scintilæ*, aspectu terribili Iudic. c. 15. *terribilis nimis*, claritate maxima corruscans, si credimus D. Gregorio lib. 18. in Iob cap. 23. *Nimia quoq; claritate fulgebit corpus gloriosum.*

10 † Idque colligere possumus ex varijs eius apparitionibus factis Gedeoni, *Iudic. c. 6.* Manne, & vxori eius, *Iudic. c. 13* Abrahæ in conualle Mambre, *Genes. 18.* Loth vna cum filiabus ab incẽdio eripiens *Genes. c. 19.* Iacob redeunti de

11 Mesopotamia, *Genes. 32.* † Quod quidem corpus, hæretici putant Deum assumere phantasticum, vt Marcion, cõtra quẽ scribit *Tertul. lib. de carne Christi.* Lucanus, & Cedron, quos dãnat *Epiphan. hæres. 41.* Manichęi, quos confundit D. *August. hæres. 46.* Priscillianistæ, vt refert *Leo Pontif. epist. 93. c. 4. & 17.*

12 † Gnostici tamen apud *Irænæum libr. 1. cap. 5.* putant etiam corpus quod Christum assumpsit ad humanam redemptionem fuisse allatum ê cœlo, iuxta illud Corinth. 1. c. 15. *Primus homo de terra, terrenus; secundus homo de cœlo, cœlestis*, contra quos Athanas. in symb. *Quẽadmodum caro, & anima vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus; vnus non conuersione diuinitatis in carnem, sed*

13 *assumptionis diuinitatis in Deum.* † Quare verum corpus assumere Deum, quãdo hominib⁹ apparet, vt certa fide tenendum censeo, non alatum é cœlo, neque factum ex nihilo, sed formatũ ex præiacente materia elementorum, vt docet cõmunis Theologorũ schola cum *D. Tho. in Sent. 2. dist. 8. Anulens. in Exod. c. 7. q. 13. Petr. Thyreus de apparit. spirit. lib. 1. cap. 18.*

14 ¶ Hic enim & Angeli hominibus apparent ad diuina renuncianda mysteria, vt deiparę Virgini Marię, *D. Luc. c. 1.* & alijs passim, quibus Angeli visibili forma sunt alloquuti, visi, atque cõmorati hominibus, vt multis aductis docet *Petr. Leloyher libr. 1. spectror. Petr. Thyreus de Iois in fest. p. 1. ex c. 1.*

† Nec desunt, qui omnes supradictas 15 Dei apparitiones Angelis referant, in persona Dei apparentib⁹ atque loquẽtibus, id enim testatur Dionys. li. 4. de cœlesti Hierarch. *per Angelos nobis donatæ sunt diuinæ reuelationes, & glorioso ante legem, & post legem Patres Angeli ad diuinum reducebant.* † D. Hieron. ad 16 Galat. 3. *Quod ait Apostolus lex per Angelos, hoc vult intelligi; quod in omni veteri Testamento, vbi Angelus primum visus refertur, & postea, quasi Deus, loquens inducitur, Angelus quidem vere ex ministris pluribus quicumque sit visus, sed in illo Mediator loquator, qui dicit Ego sum Deus Abrahã, Deus Isac, Deus Iacob.* † Nam 17 vt ait D. Augustin. lib. 3. de Trinit. c. 11. *Sed dicet aliquis, cur ergo scriptũ est Deus dixit ad Moysim, & nõ potius: dixit Angelus ad Moysim? Quia cum verba iudicis præco prænunciat non scribitur in gestis, ille præco dixit, sed ille Iudex.* † Dicernũ- 18 tur tamen secundum D. Thom. p. 1. q. 51. pun. 2. *Quando Angelus apparet in persona Dei; & quando in persona sua, licet vtrumque tẽpore ab Angelo immediate corpus assumatur: colligi potest ex ipsa re, quæ per talem apparitionem gerit. Nam si ea competit non Angelo, sed Deo, in persona Dei tunc Angelus apparet; vt cũ data est lex Moysi: & tum legitur apparuisse Deus de ambulans per meridiem, &c. Si autem ea res competat proprie Angelo, in persona sua tunc Angelus apparet, vt cũ Angelus apparuit Tobiæ &c.*

¶ Beatorũ autem animæ aliquan 19 do in suis met corporibus apparẽt, aliquando in elementarijs ab Angelo fabricatis, quæ ipsę subingrediuntur, ac mouẽt, quẽadmodũ Hieremias, &

Onias fecerunt, vt Iudæ apparuissent, *Machabeor. 2. capit.* 15. Moyses, & Helias dum Christo Domino alloquētes, *D. Luc. c. 9.* Samuel, Sauli Regi, & alij
20 de quibus dixim⁹ *cap. 27. ex n. 38.* † Nā licet plures negauerint fieri redit⁹ animarum ad viuos, vt cōtendūt *D. Chrysost. hom. fin. de Lazaro, alijsq; nōnullis locis, Tertulian. libr. de Anim. Athan. sf. siue quis alius in qq. ad Antioch. q. 11. & 13. D. Isidor. lib. 8. Ethimolog. c. 9. Theophyl. in*
21 *Matt. 8. Maldon. in Luc. 16.* † Nihilominus tamē quotiens Deus permittit rectè animæ defunctorum ad vitam redeunt, & maximè, quæ apud Purgatorij pœnas detinentur, vt ab viuis suffragia exposcant, vt docet *Petr. Thyræus*
22 *de locis inf. st. p. 1. c. 7.* † Nam quę apud Deum cœlorum beatitudine fruūtur fœlices, cum nulla adsit necessitas, cur viuentibus appareant, frequēter de earum apparitione dubitatur, sed ab Angelis in corporibus assumptis representari, negandas tamen nō esse testatur D. Hieron. contra Vigilāt. *Tu Apostolis vincula injicis, vt esse ad diē iudicij cogantur in custodia?* & rursus, *Cum diabolus, & dæmones vbique toto orbe vagētur; quare Martyres post effusionē sanguinis tenebūtur inclusi?*
23 † Fateor tamē aliquādo ipsas Beatorum animas ab Angelis in elementaris corporibus viuentibus repræsentari, aliquando ipsos dæmones eas mentire, quia transfigurat se in Angelum lucis Sathana, ac multa viuentibus per delusionem operantur, vt diximus *lib. 1. cap. 16.* & dicemus infra *capite seq.*

CAP. XXVIII. De spectrorum infestatione.

Ad lib. 2. post c. 27.

1 Pectris, atque spiritibus loca quędam esse infesta adeó literarū munumentis est proditū, vt illud negare prorsus sit insanire, nam datæ sunt infestæ *domus*, vt inter alias illa quam *Alexander ab Alex.* hauitauit; dati fundi, vt Hesperij, quorum meminit *Augustinus*, Datæ *arces*, & *Palatia*, vt illa in Scotia, ob spirituū gemitus mons doloroſus dicta, datæ *Ciuitates*, vt Moguntia. Datæ *Insulæ*, et *Prouintiæ* apud Aquilonares populos, & in Saxonia *Episcopatus Hisdes hei mē-sis*, & alij pasim, vt meminit *Petr. Thyræus de locis infest. p. 1. cap. 2.* † Quæ vel 2
sunt animæ dānatorū, quas Deus permittit ab inferno quandoque egredi, vt testes sint miserę suppliciorū infernalium apud viuentes, quod probatur vel solo diuitis Epulonis exemplo, qui suorū, quæ mox á morte sustinuit, tormentorum lamentabili oratione exclamat, apud D. Luc. cap. 16. *Crucior in hac flām.* † Vel sunt ipsi dæmones, qui 3
talia loca spectris redūt infesta, vt molestijs mortalibus fatisçant, qui cū sint in pernitiem humanā paratissimi, hęc quoq; tormēta viuentibus inferre nō recusant, quia vt ait D. Petr. canon. 1. c. 5. *Tanquam leo rugiens, quærit quē devorer.* † Nam licet iustorum animæ, bea- 4
torumque spiritus, atque Angeli boni præsepe soleant viuētibus apparere, vt omnium literarum monumentis probabimus capite præcedenti, ad has vexationes inferēdas solum dānatorum animas, & dæmonū spiritus proniores agnoscit *Petr. Thyreus vbi sup. c. 6. 7. & 8.* † Et hij sunt, qui domib⁹, & alijs lo- 5
cis, viuentibus terrores solicitant, metus incutiunt, ac dirā porrendūt, quos apud Gentiles *Lares* dixerūt, Nos autem *Duendes*, appellamus, quod cicures apud homines cōmorentur, vt docet *Petr. Thyreus vbi supra c. 8. Petr. Leloyher li. 1. spectror.* † Qui solent homi- 6
nes terrere vel visu, vel tactu, val auditu, vel quocūque alio modó, cathenarum strepitum, clamores, & tumultus excitan-

excitando genitus, riſus, voces, ſonos, vlulatus, non vere, & realiter, ſed ex aeris conquaſatione, vt de aduentante ſpiritu legitur Ezech. cap. *Et factus repẽte ſonus, quaſi aduentẽtis ſpiritꝰ vehementis.* † Vel ſumendo formas horribiles, atque ſpectabiles, & vt plurimũ ferarum, atque monſtruorum, vt quę D. Antonio territabant, *D. Athanaſ. in eius vitâ*, & D. Dominico in ſpecie lacertæ deformis, atque abominabilis, *vt conſtat ex eius vita libr. 3. cap. 7.* Draconis multi coloris B. Brigidæ, vt narrat *Surius tom. 4.* † Aliquando etiã corpora mollia offerunt media noctis caligine dormientibus, vel gradientibus, vt tactu illarum inhorreſcant, vt de amico ſuo ſimili pauore perterrito narrat *Alexand. libr. 2. c. 9.* & ille, qui in lecto aduenire ſpectrũ ſentit in manu cultros habentem, qui capitis verticem tonſit, apud *Plin. lib. 7. epiſt. 27.* † Nec perterrent tantum ſed dannum inferunt, vt qui precipites agunt, atq; propellũt in quos vadunt, vt de ſeruis Hiſperij narrat D. *Auguſt. lib. 22. Ciuitat. Dei c. 8.* de Ottone Imperatore ab ſpectris propio lecto deturbato ſcribit *Tacitus*, de S. Nicolao Tolent. ab ſpiritibꝰ terra proſtrato meminit *Surius tomo 5.* de Nerone ab ſpiritibus huiuſmodi matris nomine verberibus vexato, refert *Krant.* † Qui perſæpe apparent in forma horribili, vt facilius terreant ſiue vt ait Alexand. ab Alexand. lib. 2. Genial. c. 9. *Squalida facie, vultu minaci, nigro corpore, & aſpectu formidabili*, nam vt ait Poeta.

Segnius irritãt animos demiſſa per aures
Quam quæ ſunt oculis commiſſa fidelibus.

¶ Sed huiuſmodi ſpectra á dæmone eſſe quam plures negarunt, &c

CAP. XXXI. De Gigantibus, & Pigmeis.

Ad lib. 2. c. 31. ante n. 1.

IT quia ex aſſerto concubitu dæmonum, & mulierum, natos fuiſſe Gigantes, omnes, qui filiorum Dei, & filiarum hominũ concubitum, in præcedẽti capite aſſeberant, neruoſe non dubitãt aſſerere, ſic intelligẽtes illud, Geneſ. c. 6. *Poſtquam autem ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum illæque generunt, iſti ſunt potentes à ſæculo viri famoſi: Gigantes autem erant ſupet faciem terræ, &c.* † Neceſsé eſt an ſint Gigantes huiuſmodi ex dæmonum congreſſu procreati oſtẽdere, & cũ aſſerta ſententia de filijs Dei, & filiabꝰ hominum de dęmonibus incubis, & ſucubis de teſtata ſit, vt dixi ſup. *cap. 30. ex n. 4.* opus eſt an tales Gigãtes vtrum fuerint in rerum natura, an dæmonis illuſionibus referendos, aſſerere. † Gigantes, vt compertũ eſt ante diluuium, ita poſt diluuium, &c.

CAP. XXXII. De Centauris, Onocentauris, & Hippocentauris.

Ad lib. 2. c. 32. ante n. 1.

ENtauros, Onocentauros, & Hipocẽtauros dæmonũ phãtaſmata eſſe multi ſunt, qui aſſeuerant eremi ſolitari incolæ, quæ in beatorum cœtu annumerãtur fœlices, & primus omnium expertus eſt D. Antonius maximis horum ſpectris ſolicitatus, vt narrat D. Athanaſius in eius vita, *Dæmones beſtiarum, & ſerpẽtum formas induentes, omnia, vbi vir Sanctus agebat, protinꝰ repleuere phãtaſijs leonum, taurorum, luporum, aſpidum, ſerpentum, ſcorpionum, nec non & pardorum, atque pantherarum.* † De Antonio etiam per Erenum ad Paulum iter faciente ſic ſe habet D. Hieron. *Conſpicit hominem*

in equo mixtum, cui opinio poetarũ Hippocentauro nomen dedit, & paulò post, *inter saxosam cõuallem, haut grandem homũculum videt aduncis naribus: fronte cornibus aspersata, cui⁹ extrema pars corporis in*
3 *caprarum pedes desinebat.* † Hãc ob causam idem Hieronym⁹ Eremum dicit *Monstruosorum animalium feracem,* & D. Cyrill. in Isai. c. 34. *Spiritus mali, libenter dicũtur in desertis locis habitare.* Procop. c. 13. *desertis inculrisque locis ipsi dæmones gaudent.*
4 † Et ex Gẽtilibus Plin. lib. 7. c. 2. Satyros sub solanis Indorũ mõtibus, tum quadrupedes, tũc recti currentes humana effigie, admiserunt. Et in desertis Alexan. ab Alexand. libr. 2. dier. Genial c. 9. *Immanes, ac formidabilis visuntur imagines, vltra humanũ modum, nigris, & demissis tunicis in veste lugubri, funestaque barba, atque capillo summisso, atque horribile facie.*
5 † Nam si hęc valet dæmõ inducere, cur nõ alia mõstra effingere, atque ex elementari corpore ementire, & hominib⁹ (quasi vera) repræsentare, ita vt oculorum aciẽ, & tactum fallant, vt de alijs eius apparitionibus incommuni dicendum est,
6 *cap. 37. ex n. 38.* † Ex quo Centauros, Onocentauros, & Hippocentauros viua animalia esse negarunt, &c.

CAP. XXXV. De insectorum Productione, Transformatione, & Resurrectione.

Ad lib. 2. c. 35. ante n. 1.

1 POst dęmonis caliditates, circa hominis, Gigãtis, Pigmæi, Hippocentauri, & aliorum monstruorũ productione, transformatione, atque resurrectione, quid in his circa insecta valeat, nunc erit ostendendum, vt omnes eius dolos, atque
2 artes detegam. † Insecta sunt, quæ nõ ex semine producuntur, sed ex alijs rebus putrefactis fiunt, vt ex limo, &c.

